SC. SUP. 23. Pl. 2.

NAZIONALE
BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
31
7
F
12
ROMA

La coperta originale in mezza pergamena del sec. XVIII è conservata, con quelle degli altri volumi della pubblicazione, in custodia di cartoncino (collocazione: 31. 7. F. 10-13 bis).

4/8/2010

[signature]

Digitized by Google

SECVNDA SECVNDAE PARTIS
Summæ Theologiæ
S. THOMAE DE AQVINO
DOCTORIS ANGELICI,
ORDINIS PRAEDICATORVM.

De eruditiſſima explicatione propria, & particulari, ad ſcientiam moralem ſpectante, hoc eſt de Virtutibus, & Vitijs, non ſolum ſacrarum literarum ſtudioſis, ſed omnibus etiam vitæ ſanctimoniæ cultoribus vtiliſſima.

CVM COMMENTARIIS R. D. D. THOMÆ DE VIO CAIETANI, CARDINALIS S. XISTI.

Quæ verò tùm in textu, cùm in Commentarijs Quæſtionum, & Articulorum continentur, Tres ſequentes INDICES aptiſſimè dilucidant.

Theologorum autem diſputantium citationes, ſicut in frontiſpicio totius Summæ apparet, ad maiorem ſtudioſorum commoditatem, nunc diligentiſſimè

IN LVCEM EDITÆ.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVIII.

Cum licentia Superiorum, ac Priuilegijs.

Digitized by Google

IN PRIMA SECVNDÆ HABENTVR.

Commentaria Reuerendiſſimi Cardinalis S. Siſti D. Tho. doctrinam explicantia,

Et Quæſtio S. D. De Præſcientia, & Prædeſtinatione.

Digitized by Google

AD LEONEM DECIMVM PONT. MAX.

THOMÆ DE VIO CAIETANI CARDINALIS S. SIXTI, In Secundæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis Commentarios.

PRAEFATIO.

OMNES homines qui ex iniunсto ſibi munere in Republica gerenda uerſantur (cuiuſcumque ordinis illi ſint) non priuatis ſolum, ſed publicis etiam pro beneficijs, ad referendam gratiam reddi obnoxios, nemo vnquam ſapiens dubitauit. Tanto ſiquidem fœdere commune bonum particulari bono inſertum eſt, ut illud vnuſquiſque proprio anteferendum putet, nemoque quod ſuum eſt bonum, uel ſe conſequi, uel tueri poſſe confidat, niſi publicum inde bonum augeatur, & conſeruetur. Ego itaque (quod ad me attinet) tua Leo decime Pontifex maxime, & in rempublicam Chriſtianam, & in meipſum maxima beneficia mecum animo deputans, hæc tibi mea commentaria offerenda nunc cenſui, non qui hoc pacto parem me tibi gratiam referre nunc arbitrer, ſed qui potius grati animi uoluntatem tibi ſignificem, nec ſine veneratione debita recolam immenſam, cunctiſque communem beneficientiæ tuæ vim. Tu quidem beatiſſime pater, ſtatim ut pontifex factus es, pernicioſum illud uniuerſalis Eccleſiæ ſciſma, quod ſub Iulio ſecundo eruperat, tua bonitate ac prouidentia ita funditus excidiſti, ut hoc immortali beneficio chriſtianos omnes facile tibi deuinxeris. Neque uero tuæ ſatis fuit magnanimitati, peſtilens hoc malum, quod tempeſtate noſtra eccleſiæ incubuerat, ſummouiſſe, niſi etiam futuris ſæculis e ſublimi iſta ſedis Apoſtolicæ ſpecula longe proſpiciens, radicem quoque gignendis in poſterum ſcimatibus ac fomenta etiam quibus alerentur ac viuerent, aboleres. Nam cum præteritarum rerum experientia ſatis nos doceret, graues ac pericuioſas eccleſiæ diſſenſiones inde ortas quidem fuiße, quòd quidem nimis impie arroganterque auſi authoritatem ſynodi ſupra maieſtatem pontificis efferebant, alimenta uero ac fomenta quo diutius perdurarent, ab ea quam pragmaticam uocant, ſanctione ſumpſiſſe, quamque ueluti perpetuum quoddam ſciſma Eccleſiæ aduerſam, ſedique Apoſtolicæ ſemper emulam, multi quondam alioqui clari magnanimique Pontifices ardenti ſtudio abolere, ſed incaſſum conati ſunt, tu tamen vtrumque malum, Beatiſſime pater, de medio facile ſuſtuliſti. dum Lateranenſi approbante Concilio, ipſe Sanctorum patrum dogma ſectatus, omni iam diſceptatione de ſynodi, ac Ponteficis imparitate ſublata, ſedis Apoſtolicæ authoritatem ſupra ſynodum ſtatuendam eße tanta firmitate ſanxiſti, ut Lateranenſis ipſa ſynodus ueterum Conciliorum ueſtigia imitari, ac ſe Pontificię authoritati ſubditam eſſe confiteri non erubuerit, dumque in eodem Concilio, pragmatica ſanctione extincta, integrum ſedi Apoſtolicæ ius ſuum reſtituiſti. Quibus honeſtis magnanimiſque incæptis ad optatum finem perductis, uere Leo fortiſſimus, Eccleſiæ ſanctæ filijs, tuiſq; a Deo catulis, ſolidam tranquillitatem, quantumcunque in te fuit, pacem etiam venturis ſæculis ſtabiliſti.

Quantum uero cuncti profeſſores eorum ordinum qui religioſi uocantur, bonitati tuæ charitatique debeamus, iam ipſe teſtis facundiſſimus eſſe poſſum. Etenim cum illorum ordinum priuilegia, quibus decus & immunitas continetur, quidam uel peſſumdare, uel ſaltem labefactare anniteretur, tu tamen ſolus ingenua bonitate, atq; authoritatis robore obluctādo, patrē te nobis omnibus, patronū, protectoremq. benigniſſimum præbuiſti. Quid enim dicam, ꝙ ea liberalitate, ac munificentia literatos omnes doctosq, homines protegendos ſuſceperis, ut diſciplinarum omnium profeßores ac ſtudioſos viros, tum collatis muneribus iam ornaueris, tū ad beneſperandum de benignitate tua erexeris? Mihi autem, ut omiſſis alijs me inſpiciam, tametſi uel eccleſiaſticæ militiæ ſacramento, uel ſacri ordinis profeſſione ac magiſterio, uel aſſiduo literarum ſtudio, nullum tuorum tot beneficiorum a me alienum eſſe cognoſcerem, ſed ea potius hubertim me accepiße ſentirem, proxime cumulus hic tuæ benignitatis maximus

ſplendidiſſimuſq; acceßit, quòd me nullius interuentus fauore, nullis intermedijs præcibus, nullis denique beneficijs prouocatus, ſed ipſe ingenua tui animi bonitate adductus, in ſacrum cardinalium ordinem cooptaſti, rem ſane admiratione magna digniſsimam, totoque orbe terrarum memorabilem, tempeſtate noſtra aggreſſus, ut quam optimates viri dignitatem, quam principes ac reges prouinciarum ſummo ſtudio & contentione uel ſibi uel ſuis aßequi ſuppliciter elaborant, tu mihi eam nec petenti quidem nec ſperanti, vixque adeo cogitanti, ſponte tua contuleris. Ne itaque in tuum domini mei conſpectum omni ueneratione digniſſimum vacuis manibus, ut a ſymbolus ingratuſque venirem, quæ proximis annis, in ſecundam ſecundæ Diui Thomæ Aquinatis partem commentaria elucubraui, tibi nunc dedicanda, tuique numinis præſidio publicanda conſtitui. Quæ ſi uel nulla in me tua ſeorſum beneficia tanta extarent, tibi tamen iure optimo debebantur, quia cum tu & ſummi regis & ſacerdotis maximi dignitate ſungaris, doctrinæ moralis commentaria pro tua bonitate, ac ſapientia nequaquam a tua ditione aliena ducturus fueras. Moralis enim doctrinæ inſtrumento Eccleſiæ ſanctæ regnum effloreſcere ac decorari oportet, ſub eo præſertim Pontifice, qui temere non debet, ne cum alijs prædicauerit ipſe reprobus habeatur, cum ea quæ in Ethicis præceptionibus tradita, ſuis auſpicijs publicantur, ipſe uitæ ſuæ exemplo ſancire & comprobare uideatur. Neque enim latere quemquam exiſtimo, te inde ab adoleſcente ætate, cum aliarum uirtutum, tum præcipue liberalitatis & continentiæ normam cunctis propoſitum claruiſſe. Iam uero quàm altis radicibus fides, ſpes, charitas pectori tuo inſitæ ſemper fuerint, quæque ad eas tuendas conſeruandasque virtutes maxime neceſſaria eſt ingenua fortitudo, plane tunc omnibus oſtendiſti, cum periculoſis Reipublicæ Chriſtianæ temporibus, Eccleſiæ Romanę Legatus ampliſſimus, contra telorum turbines bellicaque tormenta, pulſis prope omnibus, ipſe imperterritus perſtitiſti. Moxque ad maiorem (vtputo) uirtutis tuæ probationem, inclinatis rebus alienæ poteſtatis iam factus, nullis tamen expugnari machinis, nullis abduci terroribus ab integro eccleſiæ corpore, ad diuulſas partes potuiſti. Quæ cum animo reputamus, Dei prouidentia factum cognoſcimus, ut tu Pontifex Eccleſiæ ſanctæ præficereris, qui (ut Apoſtoli verbis vtar) per omnia tentatus, compati laborantibus ſcires, & quas antea meditatus virtutes fueras, authoritate potentiaque ſuffultus, multo nunc vberius, multoque felicius propagares, id quod inaudita & ineffabilis illa clementia, qua capiti tuo inſidiato homines conſeruaſti plane teſtata eſt. Tibi profecto tuæque ſanctiſſimæ poteſtati ualde conueniens, ut ſicut Dei maximi uices inter nos geris, ita cæteris mortalibus ea præſtes uirtute, qua homines quantum mortalibus licet, Deo maximo optimo ſimiles fiunt. Cæterum tuæ laudes longioris ſubſellij tempus expoſcunt. Quod uero ad inſtitutam rem pertinet, non modo Pontificiæ maieſtatis nomine, cuius eſt officium ſummouere ſcelera, ac uirtutes inſerere, ſed tuo ipſius etiam nomine qui uirtutes colis ſemperque coluiſti, decenter tibi noſtra hæc commentaria dedicantur, in quibus de vitijs ac uirtutibus diſputationes pulcherrimæ proponuntur. Quæ tamen hac mente omnes a me tibi nunc dedicari intelligant, ut quæcumque hic uel vſquam alibi a me ſcripta ſint, Apoſtolatus tui iudicio (cui ſunt iure ſubdita) ſubſternantur. Accipe igitur Beatiſſime pater de manu tibi deditiſſime creaturæ munuſculum, grati animi alacritate conditum, atque in eo accipiendo Dei maximi (cuius tu uicem inter nos geris) benignitatem quæſo in animum tuum reuoca: hic enim cum pingues tauros ac arietes immolari ante ſe cerneret, duo tamen minuta de manu pauperis mulierculæ in gazophylacium templi miſſa non reſpuit. Aeternum uale pater beatiſſime.

Digitized by Google

PRAEFATIO VENERABILIS PATRIS FRATRIS BARTHOLOMÆI DE SPINA PISANI, ordinis Prædicatorum, in commendationem ſequentium operum & authorum.

NVnquam deſtitit Summus ille Opifex rerum ac naturæ conditor, labenti ſua ſponte ſæculo, manum dare, ac humano generi bonitatis ſapientiæque fuga de generi duces pręordinare, qui iuſtitiæ normam verbo doceant, factis præmonſtrent, ſapientię quoque illuſtratione ſubductis tenebris cuncta perfundant. Sic affatim manifeſtatur diuinæ ſapientiæ, potentiæ, clementię, iuſtitiæ, ac cęterum, quę numero pondereque infinitę ſunt perfectionum magnificentia, dum decentisſimo ordine infima per media, & horũ quæ infimioris naturæ ſunt, per ea quæ ſummo proprius hærent, in ſuos quæque diriguntur fines. Et non ſolum vt ſint plurima, uerum ut & cauſæ ſint eis primus ille actus clementer indulſit, atque unicuique quæ ſua ſunt, iuxta propriæ cuiuſque celſitudinem, perquàm ſuauiter ac potenter diſtribuit. Sic ſane & ſupernorum illorum ſpirituum dignitas ac præſtantia, noſtris his in partibus, licet non omnino da ſimilitudine clareſcit. Quòd enim ſuperiores ac qui Deo optimo maximo viciniores ſunt ſpiritus, ſicut natura ſic & gratia cæteris præſtantiores, inferioris purgant, illuminant, & ut diuinam circa nos voluntatem adimpleant, de altioribus inſtruunt & informant, hoc ipſum inquam (quod factu digniſſimum eſt, cogitatuque admirabile) infirma quadam ſpecie repreſentat, inferioris huius uitæ hominum ſtatus. Vbi nonnulli ſingulis temporum uiciſſitudinibus a Deo conſtituti ſunt principes ac rectores, qui cæteros quoſque nedum gratia ſapientiaque præcellant, ſed etiam Dei zelo acti, præpotenti quadã uirtute ad diuinas unà ſecum participationes attollant. Hinc namque patrum patres, ac humani generis. Patriarchę, primo illo tempore quo naturali tantummodo præeunte lumine homines ferebantur in Deum, fulſerunt. Loco quorum ſcripta lege, ſurrexerunt uidentes ac ſacri ſtamines, qui diuina eloquia rudi populo pãderent, ſimulque ad cœleſtium præceptorum obſeruationem inducerent. Subinde gratiarum ac donorum largitatis temporibus, a Duce noſtro Chriſto IESV, omnium bonorum ac totius beatitudinis authore, electi ſunt diuini uerbi præcones Apoſtoli quaſi ſemidei, qui poſt ſui principis in cœlum conſcenſum, diuinorum eloquiorum ſignorumque potentia, vniuerſum orbem, ſanctiſſimæ fidei ſubegerunt iugo. Nec defuerunt, qui ſucceſſu temporis, horum a Deo dati ſint etiam ſucceſſores, doctores (inquam) atque paſtores Eccleſiæ ſanctæ, quales Dionyſius, Athanaſius, Hylarius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius ac innumera huiuſcemodi luminaria fulgentiſſima, qui ſanctitatis eximiæ potentiſſimum exemplar populo ſacti, micantiſſimo etiam quo reſplendebant ſapientiæ lumine, beatitudinis tramite innumeris ſcripturarum ſuarum uoluminibus reſerato, filijs Dei ſalutis æternę miniſtri operoſiſſimi effecti ſunt. Ad demum quo maior vitiorum illuuies frigeſcente charitate, maior itidem ignorantiæ rubigo mundum inuaſerat, eo maiore (ut ita dixerim) ſe ſummus omnium parens accinxit robore, vt virtutum oĩum ſpecimen uiuaciſſimum, lumenq; copioſius mundo oſtenderet, dum ueluti Sol Thomas Aquinas emicuit, charitatis feruore, ſapientiæque ſplendore maximo Eccleſiam Dei fouens & illuſtrans. Cur enim non ille doctorum oĩum ſanctiſſimus cenſeatur, qui innocentiſſimam ac mundiſſimã ſic vitam duxit, ut uirginali lilio inſignitus, cuiuſcumq; ẽt mortalis criminis immunis ſemper extiterit, ac in ſchola uirtutum indefeſſe exercitatus, ſummũ conſcenderit perfectionis apicem? Cur non (inquã) ille ſanctiſſimus oĩum ore celebretur, cuius ſic mens Deo firmiter adhærebat, vt a ſenſibus inter orandum pſepe, ſpiritum ad alta tendentem, ſequeretur, immo ab eodẽ ſpiritu, perfecto dñio potentiq; virtute traheretur & corpus? Cuius præcelſæ ſanctitudinis gratia nutu Dei factũ eſt, vt inter omnes Eccleſiæ doctores, Sancti denominatione, ab his etiam qui doctrinæ eius in aliquibus (ex hoc imperiti) aduerſantur, antonomaſice uocitetur, dum inter diſputandum legẽdumve doctores dicere cõſueuerunt. Hæc eſt ſancti Doctoris ſententia, vel ſic tenuit ſanctus doctor. His enim ſimilibusque notis, quiſque ſtatim D. Thomam cognominari cognoſcit. Sapientiam quoque illius, qui non admiratur aut extollit, non niſi ſapientia ieiunis eſt, uel certe inuidens ac malignus. Sole namque iſto ſuborto omnes errorum ac hereſum umbræ, a ſanctæ matris Eccleſiæ facie protinus effugatæ ſunt. Quicquid dubietatis, quicquid ſcrupuli ſatore diabolo pullulat in Eccleſia, Thoma iudice conſtituto, confeſtim diſſoluitur ac uaneſcit. Omne per Thomam Eccleſiaſticum dogma firmatur, roborataque ſanctiores perſiſtunt. Quis æuo noſtro, immo quis poſt Solis huius ortum optimus Logicus, Philoſophus, Theologus euaſit, qui non D. Thomæ firmiſſimæ ſapientiæ auxilium implorauerit? Quiſnam doctus aut facundus concionator ambonem aſcendit, qui non a Thomã mutuet, quæ populum erudiant ac inflamment? Quis cathedram venerandus doctor inſedit, cui non Thomas (ſi tamen vera doceat) ſapientiæ certitudinem ſubminiſtret? Quis denique ſcolaſticum certamen adoritur, qui non ſe prius Thomæ armis accinxerit? Nec immerito quidem. Cuius namque ſapientiam Chriſtus per ſe approbat, beatiſſima Virgo collaudat, Petrus & Paulus edocent & commendant, vniuerſitas pariſina miris effert præconijs ſummus antiſtes Vrbanus ſectandam propponit, & ampliandam præcipit, quis non veneretur, amplexetur, extollat? Pijs loquor auribus, quibus ſupernaturalia, uocataque miracula, veridicis nihilominus aſtructa textibus & ab Eccleſia celebrata, nedum non deſipiunt, ſed oblectamento ſunt, Roburque afferunt veritati. Orantì, ſuppliciterque

citerque depręcanti Thomæ ante crucifixi imaginem, vt de ſuæ doctrinæ ſoliditate certior fieri mereretur, voce patenti per os imaginis nonnullis fratribus, qui Diuum doctorem orantem obſeruare conſueuerant audientibus, reſpondit Chriſtus. BENE SCRIPSISTI DE ME TOMA. Hoc ipſum alias beatiſſima Virgo per os itidem ſuæ imaginis, qua coram Sanctus orabat apertiſſime proteſtata eſt Beatiſſimi. item, ſenatus Apoſtolici principes Petrus & Paulus de paſſu dubio prophetæ, eundem plenius perſonaliter inſtruxerunt. Et per ſeipſum aliàs Paulus (vt fratri in ſpiritu rapto uidere audireque conceſſum eſt) eidem D. Thomæ percunctanti, ſi in Epiſtolis ſuis clarum habuerit intellectum reſpondit. Quantum queat humanus capere intuitus. Pluribuſque alijs diuinis reuelationibus dum adhuc in humanis ageret, quod noſſe cupierat de doctrinæ ſuæ firmitate, quam & in ſcriptis redegerat, aſſecutus eſt. Sed denique poſt eius fœlicem ad ſuperos tranſitum, ab vninerſitate Pariſina, dum lucidiſſimis ſyderibus eſſet coronata, tam celſæ laudis eſt cumulis ob ſanctitatem atque ſapientiam eximiam glorificatus, vt omne pene genus modumque commendationis excedat, ſimul ac per patentes literas explodens articulorum quorumlibet Sancti Thomæ doctrinæ velin modico aduerſantium aſſertionem. Innocentius quoque S. R. Eccleſiæ præſul, Diuum hunc doctorem in eo ſermone quē inipſius præconijs edidit, in ſapientia Salomoni prætulit, ac eius doctrinam præcunctis poſt canonicam commendabilem approbauit. Vrbanus denique & is Summus antiſtes, doctorem hunc angelicum miris effert laudibus, eiuſdem ſapientiam ac doctrinam nedum approbans & confirmans vti de cælo lapſam, verum & vniuerſitati Tholoſanæ præcipiens, vt eandem ſectentur, & ſtudeant pro viribus ampliare. Vnde factum eſt, vt tot laudum titulis ſublimatus Doctor hic ſanctiſſimus, meritiſſime lumen Eccleſiæ peculiariter appelletur, & is idem etiam præ cunctis doctoribus haud iniuria nominetur doctor Angelicus. Angelus quippe fuit hic in terra innocentiſſima vita, ingenij ac intellectus altitudine, vt hiſipſis excellentiæ gradibus quoſque tranſcenderet poſitus in ſublimi. Lumen item Eccleſiæ fulgentiſſimum extitit, ad cuius præſentiam pulſo nunc ab ea hæreſum omnium cæco nubilo, fœciliter eidem liceat domino deſeruire. Nec tamen mirum, ſi ſplendori huic, tenebræ ſe opponant, ac eundem impugnare contendant. Humana quippe conditio, infœlicitati non modicum eſt obnoxia ex prima corruptione peccati. Quo ſane factum eſt, vt ſemper veritas & itidem bonitas paucos habuerint poſſeſſores. Neque tamen ſanctiſſimi huius doctoris aliquid ſuæ gloriæ deperit in hoc etiam noſtræ peregrinationis tempore ob quorumlibet, etſi aduerſantium infeſtationem. Quinimmo veluti per ignem probatum aurum, ſapientia illius ab inſipientibus ex hoc impugnata, præualens, eminus fulget, eiuſdemque doctoris ſanctiſſimi omnifariam cumulata celebritas, dum a multis validiſſime defenſatur, creuit in immenſum. Sed & oppugnationis huius ratio in oppugnati gloriam cedit. Apud clariſſimos ſiquidem viros innotuit hoc ipſum ex ſapientiæ illius eminentia ſumpſiſſe originem. Tam celſam quippe doctrinæ illius ſedem obtinuit, vt non niſi ab eleuatiſſimis ingenijs, acutiſſimisque luminibus valeat penetrari. Quo fit vt hi qui vel ſe ſibi credunt tantummodo, vel interioris proſpectus viuacitate priuantur, dum excelſum hoc ſydus fit eis inacceſſibile, in ipſum quaſi canes in lunam ad veſaniæ ſuæ manifeſtationem, ineptos latratus emittant. Quos tamen diuina bonitas iuxta ſapientiæ ſuæ ordinem prouidens ad viam veritatis reuocare, duces delegit alios, qui Thomæ ſpiritu quaſi ſubſiſtant, & aduerſantium oppugnationes, inanes, ac a doctiſſimorum conſpectu merito expellendas eſſe patenter oſtendant.

Quorum Thomas Caietanus, poſtremus quidem tempore, ſapientia vero ac vitæ ſplendore, his diebus nulli forte ſecundus, a domino quaſi viuens Aquinatis imago ſuſcitatus eſt. Viri huius ſingulariſſimi, præconia proſequi, eius compellunt merita, inducit monumentum perpetuum quo ad imitandum trahantur poſteri, excuſat iniunctæ correctionis occaſio, non accuſat vel minimæ adulationis nota, apud illos præcipue qui caſtigatiſſimam eius mentem norint. Suæ quippe vulgatæ laudis prolocutores, graues ſibi potius ac moleſtos reputat, quàm uel in modico eis arrideat ſereno vultu. Et hoc ipſum commendatione digniſſimum eſt, & ab elegantiſſimi animi eius innata bonitate procedit. Namque animam bonam illum a domino ſortitum eſſe (ſi naturalia iungamus actibus ex quibus virtutum habitus innoteſcunt) ingenij eius perſpicacitas, cui & ab ipſis pene cunabulis indefeſſe vigilantiſſimo ſtudio fœcundauit, cunctis ſæculis patefecit. Sed nec ei quam indidit elegantiæ, nec deſiderio ac auiditati diſcendi, defuit altiſſimus, omnia inquam ad ſapientiæ ſtudium extrinſecus conferentia ſubminiſtrans. Sacræ nempe prędicatorum religionis, non niſi ſapientiam toto orbe reſonantis inſtituto, iuuenis admodum, Deo initiatus, dum haud quaquàm ſegniter virtutum actibus indipiſcendisque literis ſe totum impenderet, præceptorem eiuſdem profeſsionis æuo illo Philoſophorum ac Theologorum ſapientiſsimum, Valentinum Peruſia oriundum eidem dominus præparauit, ſub cuius magiſterio breui dierum ſpatio ſic harum ſcientiarum aſſecutus eſt apicem ac culmen conſcendit, ut id adoleſcens adipiſceretur honoris quod non niſi veterani milites vix reportant. Nempe cui Metaphyſices publica lectura in florentiſsimo Patauino gymnaſio, ſic demandata eſt, ut cum illo concurreret, Trombetta inquam viro tempeſtate illa non vulgari, qui plus temporis lecturam hanc proſequendo conſumpſerat quàm hic ætatis. Quantæ autem tum fuerit non dico expectationis, ſed veluti is a quo nil eminentius expectari queat admirationis apud ſapientum inibi demorantium corona, eorum qui adhuc ſuperſtites ſunt prædicant uoces, dum crebras referunt in ſcholaſtica paleſtra illius uictorias, ita ut in proxima patria Venetiarumque Ciuitatum omnium elegantiſſima, quaſi de cœlo lapſi numinis eius gloria reſonaret. Proteſtatur idipſum ſapientia eius in de Ente & Eſſentia diui Thomæ opuſculum eo tempore ſcriptis commendata. In quo etiam hoc ipſum admirari licet, quod in doctoris Angelici laudes ingeminatur, uniformitas dico, tum ſenſus tum dictaminis, iuuenis admodum, dum & ille eſſet cum in ſententias ſcripſit, & eiuſdem immatura dictantis ætate. In ſtilo ſiquidem, in ordine ac rara quadam docendi viuacitate, ſubtilitate etiā ac altitudine ſenſus, etiā uiri huius celebratiſsimi ſcripta quæ adoleſcēs
edidit,

Digitized by Google

edidit, alijs in prouectiori ab eo diſcuſſis ætate ſi conferantur, eadem eſſe putabuntur. Sed haud quaquàm vana opinio. Neque enim annorum defectus prohibuit, quin fauum ſapientiæ puriſſimum ſuggereret puriſſimum, & cunctis effunderet abundanter. Demum eo temporum decurſu ad vniuerſalē prædicatorum ſynodum, præfati ordinis Summo capite ei demandante prouintiam, vt veritatis defenſorem pro more ſe cunctis offerret, Ferrariam conceſſit. Die igitur conſtituta in campum procedens, cum celebratiſſimo illo ſcientiarum omnium velut armario capaciſſimo, Ioanne Pico Mirandula congreſſus eſt. Quàm fœlici fato dies illa donata eſt, vt iuuenes duo robuſtiſſimi ſeſe pro veritate impeterent, qui cum ætate tum animi elegantia, interiorisque luminis ac ſapientiæ plenitudine, moribus etiam haud diſſimiles erant: ſed nec profeſſione demum. Picus enim (tametſi morti occurrens) ſacrum & ipſe Prædicatorum ordinem eſt profeſſus. Viriliter igitur die illo dum vtrinque decertaretur, tantum gloriæ Thomas (abſque tamen concertantis iniuria) conſecutus eſt, vt coram Illuſtriſſimo Ferrariæ Duce Hercule ac toto ſapientum Senatu, & innumera populi circunſtantis ac ſtupentis frequentia, ab ſui ordinis Generali moderatore Ioachino Turriano Veneto, viro pręſtantiſſimo conſedente, mox coram accitus, proprium quo caput tegebat biretum, magiſterij infulam, capiti Thomæ impoſuerit, cunctisque applaudentibus, ſed & eodem quoque Mirandulæ comite plurimum collaudante, ſacræ illum Theologiæ magiſtrum creauerit. Inde poſt crebras in ſcholaſtica paleſtra victorias, quas cum a patribus congregationis Lombardiæ, cum quibus vitam ducebat virtutibus claram, vocatus eſſet ad generales eorum conuentus, aſſecutus eſt, Veronæ inquàm, Bergomi, Brixię, Mantuę, Mediolani, Papię (quo & loco ſolenni lectura libri de Cælo ab Ludouico Mediolan. olim Duce honoratus eſt) in Italia eſt eius gloria ſic diffuſa, ut abiret per ora omnium rariſſima laude. Edidit nihilominus his temporibus quę monumentum ſapientię ſuę pręſtent vniuerſis in ęuum, commentaria dico in Secundi Perihermenias partem, quam D. Thomas intactam reliquit morte pręuentus. Commentaria quoque in Iſagogas Porphyrij, in Pręedicamenta, ac Analytica Stagyritę: opus de analogia nominum. Quæſtiones tum de infinitate primi motoris, tum de ſubiecto Phyſicæ, aliaq; nonnulla notatu digniſſima. Subinde Romæ poſt celeberrimam diſputationem in qua iſipſe coram pluribus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus miraculo fuit, a Reuerendiſſimo præfati ordinis Generali præſulę Magiſtro Vincentio Bandello, viro morum præſtantia ſapientiæq; plenitudine famigeratisſimo, de conſenſu eiuſdem ordinis ſenatus, tempore illo Romæ congregati, vniuerſalis Procurator noſtrę totius religionis in Romana curia cōſtitutus eſt. In qua quidem curia totaq; vrbe ſic celebris ſuis virtutibus expoſcentibus apud omnes euaſit, ut mox primus inter doctiſſimos facile cenſeretur. Literarijs quippe concertationibus, publico legendi munere, æditionibus etiam tum in primam Summæ D. Thomę partem, tum in librum de Anima, nonnullis etiam doctiſſimis Opuſculis ipſo interim eminentiſſimam ſapiē tiam mundo diffundente, ipſa Romana curia quaſi nouæ lucis iubare radiabat, Eidem quoque plurimum decoris & claritatis attulit ſanctitatis fama, non vanitati ſed veritati ſubnixa. Cum enim ſemper fuerit ab omni nota criminis alienus, tum Romæ ſpeciali munere uirtutum omnium ſe ſpecimen præmonſtrauit. Sicq; actū eſt, vt iuuenis adhuc (neque enim quadrageſimum exceſſerat ætatis annum) Generalis totius ordinis Magiſter in alia ſynodo, mortuo Bandello, Romæ congregata, electus ſit. Qua conſcenſa ſede, ad reformationem eiuſdem ordinis aſpirans, ac in breui pro parte uoti compos effectus, quem continuatis ſpeculationibus conſpeximus ſemper intentum, in regiminis quoque prudentia officioſiſſimum ſe oſtendit. Neque enim curæ paſtorali ſpeculatio ipſa, neque ſpeculationi, gregis cuſtodia, etſi grauiſſima, fuit impedimento. Quod diuinum equidem munus extitit quam rariſſimum. Interim nanque, & commentaria in duas medias edidit Summæ S. Thomæ partes (primam dico, ac ſecundam ſecundæ) quatenus & in practicis, ac moralibus ſcientijs, poſtquam ſpeculatiua diſcuſſerat, ſapientiæ ac bene viuendi lumen cæteris eſſet efficaciſſimum. Opuſcula item alia quā plurima ex hoc ſapientiæ fonte ſub his temporibus emanarunt, ſed præ alijs duo illa de poteſtate Papæ ac Cōcilij impetuoſiſſima virtute ſic effluxerunt, ut per hæc ipſa diſſidium quod in eccleſia, inuidia Diaboli, eo pernitioſius quo ſpiritualius exortum fuerat, uires amiſerit In quibus etiam libellis id plurimum admirari fas eſt, quòd eum quem Philoſophum ac Theologum excellentiſſimum omnes venerabantur, nunc legum etiam aduertant peritisſimum, immo tantæ celebritatis, vt hi qui in orbe primi vtriuſque iuris principes habebātur eius ſapientiæ cedere ſint coacti. Sicque potiſsima cauſa fuit diſſolutionis, extremæque annullationis iniqui illius conciliabuli quod defædauit etiamnum patriam noſtram infælicisſimam, de Sancta Eccleſia in hoc etiā benemeritam quòd nō diu ſuſtinuerunt iniquitatem Piſani ciues, ſed armis a ſuis finibus pepulerunt ſciſmatis authores, quos inuiti ad tempus tulerant. Celeberrimum hunc igitur virum, cardineo cetu ex his clariſsimis actibus & virtutibus digniſsimum, tum Summi Pontificis Iulij iuſto deſiderio, quinimmo firma determinatione mentis, tum etiam totius populi, cui & Pontificis propoſitum innotuerat voce, ex multo fuit tempore conclamatum. Nec abſtulit bellorum tumultus, morſque Pontificis inſperata, quin tandem donaretur honoris culmine, quod ex multis annis ſua merita depoſcebant. Cui & ipſe gloriam pileo cumulauit, dum nouo ſydere ſacratum fulget collegium. In cuius etiam ſolij conſcenſu, id potiſsimum ſuæ gloriæ præſtat incremētum, quòd non fauore ſecularium principum ex cognatione vel quacumque neceſsitudine conquiſito, nō miſero ac infælici obſequio Prælatorum (vt toti curiæ notum erat) non denique auri vendicatione thronum hunc aſcendit, ſed Domini ſabaoth electione ſola, qui fulgentiſsimam noluit diu lucernam ſub modio latitare, ſed ſupereminentiſsimæ ſedis candelabrum ut totum mundum illuminet, exaltauit. Quis enim (ut de ſimoniaco conſenſu paululum immoratus loquar) quis inquam audeat viro tantę frugalitatis, notam hanc inurere? qui ex nulla literarum gratiarumue conceſsione, ex quo totius noſtri ordinis habenas moderatus eſt, uel minimum obolum requiſiuit, vel etiam acceptauit, ſed neque paſſus itidem unquam eſt ſuorum familiarium quemquam cuiuſuis ſcripturæ occaſione, muneris quicquam ſuſcipere? Quinimmo cartam, ceram, capſulas etiam ſuis patentibus literis appendendas, ſuis & ſcriptoribus conſtituta ſtipendia, ex antiquitus ab ordine

Gene-

Digitized by Google

Generalibus Magiſtris contributione ſtatuta, qua contentus erat, in humilitate (vt decet virum religioſum) integerrimam vitam ducens prudenter prouidebat. Quo & contigit cum ipſum cum primo Cardinalis creatus eſt, apud ſe habere, non niſi 35. aureos ſuæ præfatæ prouiſionis, quæ quælibet Prouincia ordinis, annis ſingulis quotam pecuniarum quæ in ſumma ad aureos 300. non aſcendit, ad eiuſdem Reuerendiſſimi Generalis ſuorumque in officio ſociorum ſuſtentationem conferre tenetur. Hoc ipſum eam ob cauſam ſerio libuit recenſere, vt malignorum veritate hac obtundantur ora, qui nec credere ſe poſſe dicunt, in plurimorum & hunc viam non eſſe dilapſum. Et ut ex his etiam omnibus innoteſcat, quanta ſit laude dignus, qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris, qui ſimilem ſapiens ſe inuenire poſſe quaſi diffidit, ſummaque prædicat efferendum laude. Nullo igitur ſiniſtro in pulſu motus Leo ſummus antiſtes, uirum hunc digniſſimum in fratrem aſſumpſit, ſed ſanctæ matris Eccleſiæ ſibi diuinitus delegatæ conſulens gloriæ, conſulens & ſaluti. Cui mox ob eximias ac inſignes animi ſui dotes, maximam & quæ totius Chriſtiani populi ſalutem concernat prouintiam delegauit, dum eundem de ſuo latere ad sereniſſimum Chriſtianæ Reipu. Imperatorem ob componendam inter Chriſticolarum Reges ac principes pacem, eoſdemque animandos in fidei ſanctæ cruentiſſimos hoſtes ſummus antiſtes deſtinauit legatum. Vtroſq; eidem Sanctæ matri Eccleſiæ diu ſuperſtites eſſe faciat author vitæ, ac perhennis fælicitatis obiectum, ut magis Iudæis appareat glorioſus, dum a ſe inſpiratam doctrinam per D. Thomam mundo effuſam, alter hic Tho. fulgidiorem reddit explanationibus ſuis. Quod quidem cum in alijs pluribus tum maxime in hoc Secundæ Secundæ celeberrimo Libro, omnibus exploratiſſimum eſſe poteſt. Auſim pace omnium, auſim profecto id in hunc Librum laudis afferre, quòd nec plene ab vllo viuente laudari queat. Neque enim poſt Sacras literas liber alius huic præſtat vtilitate vel gratia, immo qui cæteros in alijs ſuis operibus ſuperauerat ſeipſum, in hoc vicit Angelicus doctor. Patefacta nanque cæli via eſt, via inquam virtutum, quas indulgentiſſimus omnium pater, animis quos ad ſe pertrahit, gratis infundit, gratius & conſeruat. Latæ quoque mortiferæ illius, ad interitumque ducentis ſemitæ, grauis aſperitas, patentes abyſſi, horrenda pręcipitia, crudeles hoſtium implacabilium occurſus, ſic omnium obtutibus clariſſime ſub uno conſpicienda pręcauendaque proponuntur intuitu, vt hi tantummodo illuc iter dirigant, qui ab hoc lumine ſe ſubducunt. Omnibus item inuiolabilis regula bene beatęque viuendi iuxta cuiuſque conditionem & ſtatum, ſic per huius Libri ſapientiam eſt pręfixa, ut non niſi qui ſplendore iſto non perfunduntur oſtendant, & eo pręcipue nunc interprete, tantique theſauri de cęlo demiſsi veluti diſpenſatore, per ſua hęc præclariſsima commentaria Thoma altero conſtituto, qui Libri huius latiſsimum intellectum aperiens, quęſtiones inſuper non minus neceſſarias & utiles quam peregrinas, ſubtiliſsime formans atque diſſoluens, errores item ſubortos præpotenter elidens, luculentiſsimam veritatem ſic pandit omnibus gratioſe, ut merito quiſque in vtriuſque principis laudem prorumpens decantare poſsit. Quaſi ſtella matutina in medio nebulę, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucent, & quaſi Sol refulgens, ſic hi effulgent in templo Dei.

Digitized by Google

SECVNDAE SECVNDAE
DIVI THOMAE AQVINATIS QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM

INDEX.

QVAESTIO PRIMA.

De uirtutibus & uitijs in ſpeciali
Et primo de uirtutibus theologicis
Et primo de fide quantum ad eius obiectum
1 Vtrum obiectum fidei ſit ueritas prima
2 Vtrum obiectum fidei ſit aliquid complexum uel incomplexum, id eſt res aut enuntiabile
3 Vtrum fidei poſſit ſubeſſe falſum
4 Vtrum obiectum fidei poſſit eſſe aliquid uiſum
5 Vtrum poſſit eſſe aliquid ſcitum
6 Vtrum credibilia dẽãt diſtingui ꝑ certos articulos
7 Vtrũ iidẽ articuli ſubſint fidei ſecundum oẽ tempus
8 De numero articulorum
9 De modo tradendi articulos in ſymbolo
10 Ad quem pertineat conſtituere ſymbolum fidei

QVAESTIO II.

De fide quantum ad actum eius interiorem qui eſt credere.
1 Quid ſit credere, quod eſt actus interior fidei
2 Quot modis dicatur
3 Vtrum credere aliquid ſupra rationem naturalem ſit neceſſarium ad ſalutem
4 Vtrum credere ea ad quæ ratio naturalis peruenire poteſt ſit neceſſarium
5 Vtrum ſit neceſſarium ad ſalutem credere aliqua explicite
6 Vtrum ad credẽdũ explicite oẽs teneãtur æqualiter
7 Vtrum habere fidem explicitam de Chriſto ſemper ſit neceſſarium ad ſalutem
8 Vtrũ credere Trinitatem explicite ſit de neceſſitate (ſalutis
9 Vtrum actus fidei ſit meritorius
10 Vtrum ratio humana diminuat meritum fidei

QVAESTIO III.

De fide quãtũ ad actum eius exteriorẽ qui eſt confiteri.
1 Vtrum confeſſio ſit actus fidei
2 Vtrum confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem

QVAESTIO IIII.

De fide quantum ad ipſum habitum fidei, & quantum ad ipſam fidem.
1 Quid ſit fides
2 In qua ui animæ ſit ſicut in ſubiecto
3 Vtrum forma eius ſit charitas
4 Vtrum eadẽ numero ſit fides & formata & informis
5 Vtrum fides ſit uirtus
6 Vtrum ſit una uirtus
7 De ordine eius ad alias uirtutes
8 De comparatione certitudinis eius ad certitudinem uirtutum intellectualium

QVAESTIO V.

De habitu fidei quantum ad habentes ipſam
1 Vtrum angelus aut homo in ſui prima conditione habuerit fidem
2 Vtrum Dæmones habeant fidem
3 Vtrum hæretici errantes in uno articulo fidei habeãt fidem de alijs articulis
4 Vtrum fidẽ habentiũ unus alio hẽat maiorem fidem

QVAESTIO VI.

De habitu fidei quantum ad eius cauſam.
1 Vtrum fides ſit homini infuſa a Deo
2 Vtrum fides informis ſit donum

QVAESTIO VII.

De ipſa fide quantum ad ſuos effectus.
1 Vtrum timor ſit effectus fidei
2 Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei

QVAESTIO VIII.

De correſpondentibus uirtuti fidei. Et primo de dono intellectus.
1 Vtrum intellectus ſit donum ſpiritusſancti
2 Vtrum poſſit ſimul eſſe in eodem cum fide
3 Vtrum intellectus qui eſt donum ſit ſpeculatiuus tantum uel etiam practicus
4 Vtrum oẽs q ſunt in gratia hẽat donum intellectus
5 Vtrum hoc donum inueniat in aliqbus abſque gratia
6 Quomodo ſe habeat donum intellectus ad alia dona
7 Quæ beatitudinem reſpondeat dono intellectus
8 Vtrum in fructibus fides reſpondeat dono intellectus

QVAESTIO IX.

De correſpõdẽtibus uirtuti fidei quãtũ ad donũ ſcientiæ.
1 Vtrum ſcientia ſit donum
2 Vtrum ſit circa diuina
3 Vtrum ſit ſpeculatiua uel practica
4 Quæ beatitudinum ei reſpondeat

QVAESTIO X.

De fide quãtũ ad uitia oppoſita. Et prĩo de infidelitate ĩ cõi
1 Vtrum infidelitas ſit peccatum
2 Vtrum infidelitas ſit in intellectu ſicut in ſubiecto
3 Vtrum ſit maximum peccatorum
4 Vtrum omnis actio infidelium ſit peccatum
5 De ſpeciebus infidelitatis
6 De comparatione earum adinuicem
7 Vtrum cum infidelibus ſit diſputandum de fide
8 Vtrum ſint cogendi ad fidem
9 Vtrum ſit eis communicandum
10 Vtrum poſſint Chriſtianis fidelibus præeſſe
11 Vtrum ritus infidelium ſint tolerandi
12 Vtrũ pueri infideliũ ſint inuitis parẽtibus baptizãdi

QVAESTIO XI.

De uitijs oppoſitis fidei quantum ad hæreſim.
1 Vtrum hæreſis ſit infidelitatis ſpecies
2 Vtrum hæreſis ſit proprie circa ea quæ ſunt fidei
3 Vtrum hæretici ſint tolerandi
4 Vtrum reuertentes ad fidem ſint recipiendi

QVAESTIO XII.

De uitijs oppoſitis fidei quantum ad apoſtaſiam.
1 Vtrum apoſtaſia ad infidelitatem pertineat
2 Vtrum propter apoſtaſiam a fide, ſubditi abſoluãtur a dominio præſidentium apoſtatarum

QVAESTIO XIII.

De uitijs oppoſitis confeſſioni fidei. Et primo de blaſphemia in generali.
1 Vtrum blaſphemia opponatur confeſſioni fidei
2 Vtrum blaſphemia ſemper ſit peccatum mortale

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

3 Vtrum blaſphemia ſit maximum peccatorum
4 Vtrum blaſphemia ſit in damnatis

QVAESTIO XIIII.

De blaſphemia in ſpeciali qua eſt peccatum in ſpiritumſanctum.

1 Vtrum blaſphemia uel peccatum in ſpiritumſanctum ſit idem quod peccatum ex certa malitia
2 De ſpeciebus huius peccati
3 Vtrum ſit irremiſſibile
4 Vtrum aliquis poſſit peccare in ſpiritumſanctū a principio, antequam alia peccata committat.

QVAESTIO XV.

De uitijs oppoſitis dono intellectus. ſ. de cæcitate mentis & hebetudine ſenſus

1 Vtrum cæcitas mentis ſit peccatum
2 Vtrum hebetudo ſenſus ſit aliud peccatum a cæcitate mentis
3 Vtrum hæc uitia a peccatis carnalibus oriantur.

QVAESTIO XVI.

De præceptis pertinentibus ad prædicta ſ. ad fidem, & dona ſcientiæ & intellectus

1 Vtrū in ueteri lege dare debuerint præcepta credendi
2 Vtrum conuenienter in ueteri lege tradantur præcepta pertinentia ad ſcientiam & intelle..um

QVAESTIO XVII.

De ſpe quantum ad ipſam ſpem.

1 Vtrum ſpes ſit uirtus
2 Vtrum obiectum eius ſit beatitudo æterna
3 Vtrum unus homo poſſit ſperare beatitudinem alterius per uirtutem ſpei
4 Vtrum homo licite poſſit ſperare in homine
5 Vtrum ſpes ſit uirtus theologica
6 De diſtinctione eius ab alijs uirtutibus theologicis
7 Vtrum ſpes præce at fidem
8 Vtrum ſit poſterior charitate

QVAESTIO XVIII.

De ſpe quantum ad ſubiectum eius.

1 Vtrum ſpes ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto
2 Vtrum ſpes ſit in beatis
3 Vtrum ſpes ſit in damnatis
4 Vtrum ſpes in uiatoribus habeat certitudinem

QVAESTIO XIX.

De dono timoris quod reſpondet ſpei.

1 Vtrum Deus debeat timeri
2 Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem, initialem, ſeruilem, & mundanum
3 Vtrum timor mundanus ſemper ſit malus
4 Vtrum timor ſeruilis ſemper ſit bon s
5 Vtrum ſit idem in ſubſtantia cum filiali
6 Vtrum adueniente charitate excludat timor ſeruilis
7 Vtrum timor ſit initium ſapientiæ
8 Vtrū timor initialis ſit idē in ſubā cū timore filiali
9 Vtrum timor ſit donum Spiritusſancti
10 Vtrum creſcat creſcente charitate
11 Vtrum timor maneat in patria
12 Quid reſpondeat ei in beatitudinibus & fructibus

QVAESTIO XX.

De ſpe quātū ad uitia oppoſita. Et primo de deſperatione.

1 Vtrum deſperatio ſit peccatum
2 Vtrum deſperatio poſſit eſſe ſine infidelitate
3 Vtrum ſit maximum peccatorum
4 Vtrum oriatur ex accidia

QVAESTIO XXI.

De præſumptione

1 Cui obiecto innitatur præſumptio
2 Vtrum præſumptio ſit peccatum
3 Vtrum præſumptio opponatur ſpei
4 Vtrum cauſetur ex inani gloria

QVAESTIO XXII.

De præceptis pertinentibus ad ſpē, & ad donum timoris.

1 Vtrū fuerit dandū aliquod præceptū pertinēs ad ſpē
2 Vtrū fuerit dādū aliud præceptū ptinēs ad timorem

QVAESTIO XXIII.

De ipſa charitate ſecundum ſe.

1 Vtrum charitas ſit amicitia
2 Vtrum ſit aliquid creatum in anima
3 Vtrum ſit uirtus
4 Vtrum ſit uirtus ſpecialis
5 Vtrum ſit una uirtus
6 Vtrum ſit maxima uirtutum
7 Vtrum ſine ea poſſit eſſe aliqua uera uirtus
8 Vtrum ſit forma uirtutum

QVAESTIO XXIIII.

De charitate in comparatione ad ſubiectum.

1 Vtrum charitas ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto
2 Vtrum charitas cauſetur in homine ex actibus præcedentibus uel ex infuſione
3 Vtrum infundatur ſecūdum capacitatē naturalium
4 Vtrum augeatur in habente ipſam
5 Vtrum augeatur per additionem
6 Vtrum quolibet actu augeatur
7 Vtrum augeatur in infinitum
8 Vtrum charitas uiæ poſſit eſſe perfecta
9 Vtrum conuenienter diſtinguantur tres gradus charitatis ſcilicet incipiens, proficiens, & perfecta
10 Vtrum charita poſſit diminui
11 Vtrum charitas ſemel habita poſſit amitti
12 Vtrum amittatur per unum actum peccati mortali

QVAESTIO XXV.

De charitate quantum ad eius obiectum, quæ ſcilicet ſint ex charitate diligenda.

1 Vtrum ſolus Deus ſit ex charitate diligendus, uel etiam proximus
2 Vtrum charitas ſit ex charitate diligenda
3 Vtrū creaturæ irrationales ſint ex charitate diligēdæ
4 Vtrum aliquis ex charitate poſſit ſeipſum diligere
5 Vtrum poſſit ex charitate diligere corpus proprium
6 Vtrum peccatores ſint ex charitate diligendi
7 Vtrum peccatores ſeipſos diligant
8 Vtrum inimici ſint ex charitate diligendi
9 Vtrum ſint eis ſigna amicitiæ exhibenda
10 Vtrum angeli ſint ex charitate diligendi
11 Vtrum Dæmones
12 Vtrum conuenienter enumerentur quatuor ex charitate diligenda. ſcilicet Deus, proximus, corpus proprium, & noſipſi

QVAESTIO XXVI.

De charitate quantum ad ordinem diligendorum.

1 Vtrum aliquis ordo ſit in charitate
2 Vtrū homo debeat Deum plus diligere q̄ proximum
3 Vtrum plus quàm ſeipſum
4 Vtrum, ſe plus quàm proximum
5 Vtrum debeat homo plus diligere proximum quàm corpus proprium
6 Vtrum plus unum proximum quàm alium
7 Vtrū plus proximū meliorem q̄ magis ſibe coniunctū
8 Vtrum magis coniunctum ſibi ſecundum carnis affinitatem, uel ſecundum alias neceſſitudines
9 Vtrum magis filium quàm patrem
10 Vtrum magis patrem quàm matrem

11 Vtrum

11 *Vtrum uxorem plus quàm patrem vel matrem*
12 *Vtrum magis benefactorem quàm beneficiatum*
13 *Vtrum ordo charitatis maneat in patria*

QVAESTIO XXVII.

De charitate quantum ad eius actum principalem qui eſt dilectio.

1 *Vtrum amare ſit magis proprium charitatis quàm amari*
2 *Vtrum amare prout eſt actus charitatis ſit idem quod beniuolentia*
3 *Vtrum Deus ſit propter ſeipſum amandus*
4 *Vtrum poſſit in hac uita immediate amari*
5 *Vtrum poſſit amari totaliter*
6 *Vtrum eius dilectio habeat modum*
7 *Vtrum diligere amicũ ſit melius quàm diligere inimicũ*
8 *Vtrum diligere Deum ſit melius quàm diligere proximũ*

QVAESTIO XXVIII.

De interioribus effectibus charitatis. Et primò de gaudio quod eſt interior effectus conſequens principalem actum charitatis qui eſt dilectio.

1 *Vtrum gaudium ſit effectus charitatis*
2 *Vtrum huiuſmodi gaudium compatiatur ſecũ triſtitiam*
3 *Vtrum iſtud gaudium poſſit eſſe plenum*
4 *Vtrum huiuſmodi gaudium ſit virtus*

QVAESTIO XXIX.

De effectibus charitatis quantum ad pacem quæ eſt interior effectus conſequens dilectionem.

1 *Vtrum pax ſit idem quod concordia*
2 *Vtrum omnia appetant pacem*
3 *Vtrum pax ſit effectus charitatis*
4 *Vtrum pax ſit uirtus*

QVAESTIO XXX.

De effectibus charitatis quantum ad miſericordiam quæ eſt interior charitatis effectus.

1 *Vtrum malum ſit cauſa miſericordiæ ex parte eius cui miſeremur.*
2 *Quorum ſit miſereri*
3 *Vtrum miſericordia ſit uirtus*
4 *Vtrum ſit maxima uirtutum*

QVÆSTIO XXXI.

De effectibus exterioribus charitatis. Et primo de beneficentia.

1 *Vtrum beneficentia ſit actus charitatis*
2 *Vtrum ſit omnibus benefaciendum*
3 *Vtrum magis coniunctis ſit magis benefaciendum*
4 *Vtrum beneficentia ſit uirtus ſpecialis*

QVAESTIO XXXII.

De exterioribus effectibus charitatis quantũ ad eleæmoſinã.

1 *Vtrum eleæmoſinæ largitio ſit actus charitatis*
2 *Vtrum conuenienter diſtinguantur eleæmoſinarum genera, ponendo ſeptem eleæmoſinas ſpirituales, & ſeptẽ corporales*
3 *Vtrum eleæmoſinæ ſpirituales ſint potiores eleæmoſinis corporalibus*
4 *Vtrum eleæmoſinæ corporales habeant effectũ ſpiritualẽ*
5 *Vtrum dare eleæmoſynam ſit in præcepto*
6 *Vtrum corporalis eleæmoſyna ſit danda de neceſſario*
7 *Vtrum ſit danda de iniuſte acquiſito*
8 *Quorum ſit dare eleæmoſynam*
9 *Quibus ſit eleæmoſina danda*
10 *Quis ſit modus eleæmoſinæ fiendæ*

QVÆSTIO XXXIII.

De exterioribus effectibus charitatis quantum ad correctionem fraternam.

1 *Vtrum fraterna correctio ſit actus charitatis*
2 *Vtrum fraterna correctio ſit ſub præcepto*
3 *Vtrum hoc præceptum extendat ſe ad omnes, uel ſolum ad prælatos*
4 *Vtrum ſubditi teneantur ex hoc præcepto prælatos corrigere*
5 *Vtrum peccator poſſit corrigere*
6 *Vtrum aliquis debeat corrigere qui ex correctione fit deterior*
7 *Vtrum ſecreta correctio debeat præcedere denunciationẽ*
8 *Vtrum teſtiũ inductio debeat præcedere denunciationem*

QVAESTIO XXXIIII.

De vitijs oppoſitis charitati. Et primo de odio quod opponitur ipſi dilectioni.

1 *Vtrum Deus poſſit odio haberi*
2 *Vtrum odium Dei ſit maximum peccatorum*
3 *Vtrum odium proximi ſemper ſit peccatum*
4 *Vtrum ſit maximum inter peccata quæ ſunt in proximũ*
5 *Vtrum ſit uitium capitale*
6 *Ex quo capitali uitio oriatur*

QVAESTIO XXXV.

De vitijs oppoſitis charitati quantum ad accidiam quæ opponitur gaudio charitatis, quod eſt de bono diuino.

1 *Vtrum accidia ſit peccatum*
2 *Vtrum accidia ſit ſpeciale vitium*
3 *Vtrum ſit peccatum mortale*
4 *Vtrum ſit uitium capitale*

QVAESTIO XXXVI.

De vitijs oppoſitis charitati quantum ad inuidiam quæ opponitur gaudio de bono proximi.

1 *Vtrum inuidia ſit triſtitia de bonis alienis*
2 *Vtrum inuidia ſit peccatum*
3 *Vtrum inuidia ſit peccatum mortale*
4 *Vtrum inuidia ſit uitium capitale, & de filiabus eius*

QVAESTIO XXXVII.

De diſcordia quæ opponitur effectui charitatis qui eſt pax.

1 *Vtrum diſcordia ſit peccatum*
2 *Vtrum ſit filia inanis gloriæ*

QVAESTIO XXXVIII.

De contentione quę opponitur paci quantum ad os.

1 *Vtrum contentio ſit peccatum mortale*
2 *Vtrum ſit filia inanis gloriæ*

QVAESTIO XXXIX.

De ſciſmate quod opponitur paci quantum ad opus.

1 *Vtrum ſciſma ſit ſpeciale peccatum*
2 *Vtrum ſit grauius infidelitate*
3 *Vtrum ſciſmatici habeant aliquam poteſtatem*
4 *Quę ſit conueniens pœna ſciſmaticorum*

QVAESTIO XL.

De bello quod opponitur paci quantum ad opus

1 *Vtrum aliquod bellum ſit licitum*
2 *Vtrum clericis ſit licitum bellare*
3 *Vtrum liceat bellantibus uti inſidijs*
4 *Vtrum liceat in diebus feſtis bellare*

QVÆSTIO XLI.

De rixa quę opponitur paci quantum ad opus.

1 *Vtrum rixa ſit peccatum*
2 *Vtrum rixa ſit filia irę*

QVAESTIO XLII.

De ſeditione quę opponitur paci quantum ad opus.

1 *Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccatum*
2 *Vtrum ſit peccatum mortale*

QVÆSTIO XLIII.

De ſcandalo quod opponitur charitati quantum ad beneficentiam.

1 *Quid ſit ſcandalum*

INDEX QVAESTIONVM.

2 Vtrum ſcandalum ſit peccatum
3 Vtrum ſit ſpeciale peccatum
4 Vtrum ſit peccatum mortale
5 Vtrum perfectorum ſit ſcandalizari
6 Vtrum eorum ſit ſcandalizare
7 Vtrum ſpiritualia bona ſint dimittenda propter ſcandalũ
8 Vtrum temporalia ſint propter ſcandalum dimittenda

QVAESTIO XLIIII.
De præceptis charitatis.
1 Vtrum de charitate ſint danda præcepta
2 Vtrum unum tantum uel duo
3 Vtrum duo ſufficiant
4 Vtrum conuenienter præcipiatur, ut Deus ex toto corde diligatur
5 Vtrum conuenienter addatur ex tota mente
6 Vtrum hoc præceptum poſſit in uia impleri
7 De hoc præcepto, Diliges proximum tuum ſicut teipſum
8 Vtrum ordo charitatis cadat ſub præcepto

QVAESTIO XLV.
De dono ſapientiæ quod reſpondet charitati.
1 Vtrũ ſapiẽtia debeat numerari inter dona Spiritusſancti
2 Vtrum ſit in intellectu ſicut in ſubiecto
3 Vtrum ſapientia ſit ſpeculatiua tantum uel etiã practica
4 Vtrum ſapientia quæ eſt donum poſſit eſſe cum peccato mortali
5 Vtrum ſit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem
6 Vtrum reſpondeat ei ſeptima beatitudo quæ eſt. Beati pacifici

QVÆSTIO XLVI.
De ſtultitia quæ opponitur ſapientiæ.
1 Vtrum ſtultitia opponatur ſapientiæ
2 Vtrum ſtultitia ſit peccatum
3 Vtrum ſtultitia ſit filia luxuriæ

QVÆSTIO XLVII.
De prudentia ſecundum ſe.
1 Vtrum prudentia ſit in uoluntate, uel in ratione
2 Vtrum ſi eſt in ratione, ſit in practica tantum uel etiam in ſpeculatiua
3 Vtrum ſit cognoſcitiua ſingularium
4 Vtrum ſit uirtus
5 Vtrum ſit uirtus ſpecialis
6 Vtrum præſtituat finem uirtutibus moralibus
7 Vtrum conſtituat medium in eis
8 Vtrum præcipere ſit proprius actus eius
9 Vtrum ſolicitudo vel uigilantia pertineat ad prudẽtiam
10 Vtrum prudentia ſe extendat ad regimen multitudinis
11 Vtrum prudentia quæ eſt reſpectu proprij boni ſit eadem ſpecie cum ea quæ ſe extendit ad bonum commune
12 Vtrum prudentia ſit in ſubditis an ſolum in principibus
13 Vtrum inueniatur in malis
14 Vtrum inueniatur in omnibus bonis
15 Vtrum inſit nobis a natura
16 Vtrum perdatur per obliuionem

QVÆSTIO XLVIII.
De prudentia quantum ad partes ſuas in generali.
1 Quæ ſint partes prudentiæ.

QVAESTIO XLIX.
De ſingulis prudentiæ partibus quaſi integralibus.
1 De memoria, utrum ſit pars prudentiæ
2 De intellectu uel intelligentia, utrum ſit pars prudentiæ
3 De docilitate, utrum ſit pars prudentiæ
4 De ſolertia, utrum ſit pars prudentiæ
5 Vtrum ratio ſit pars prudentiæ
6 Vtrum prouidentia ſit pars prudentiæ
7 Vtrum circumſpectio ſit pars prudentiæ
8 Vtrum cautio ſit pars prudentiæ

QVAESTIO L.
De ſpeciebus prudentiæ quæ ſunt ad multitudinem.
1 Vtrum legis poſitiua debeat poni ſpes prudentiæ
2 Vtrum politica ſit pars prudentiæ
3 Vtrum iconomica
4 Vtrum militaris.

QVAESTIO LI.
De prudentia quantum ad uirtutes et adiunctas quæ ſunt partes quaſi potentiales
1 Vtrum eubulia ſit uirtus
2 Vtrum ſit ſpecialis virtus a prudentia diſtincta
3 Vtrum ſyneſis ſit ſpecialis uirtus
4 Vtrum gnomin ſit ſpecialis uirtus

QVAESTIO LII.
De dono conſilij quod reſpondet prudentiæ.
1 Vtrum conſilium debeat poni inter ſeptem dona Spiritusſancti
2 Vtrum donum conſilij reſpondeat uirtuti prudentiæ
3 Vtrum donum conſilij maneat in patria
4 Vtrum quinta beatitudo quæ eſt, Beati miſericordes, reſpondeat dono conſilij

QVAESTIO LIII.
De uitijs oppoſitis prudentiæ. Et primo de imprudentia.
1 Vtrum imprudentia ſit peccatum
2 Vtrum ſit ſpeciale peccatum
3 Vtrum præcipitatio, ſeu temeritas ſit peccatum ſub imprudentia contentum
4 Vtrum inconſideratio ſit ſpeciale peccatum ſub imprudẽtia contentum
5 Vtrum inconſtantia ſit uitium ſub imprudentia contẽtũ
6 Vtrum huiuſmodi uitia oriantur ex luxuria

QVAESTIO LIIII
De negligentia.
1 Vtrum negligentia ſit peccatum ſpeciale
2 Vtrum negligentia opponatur prudentiæ
3 Vtrum negligentia ſit peccatum mortale

QVAESTIO LV.
De uitijs oppoſitis prudentię quę habent ſimilitudinem cum prudentia.
1 Vtrum prudentia carnis ſit peccatum
2 Vtrum ſit peccatum mortale
3 Vtrum aſtutia ſit peccatum ſpeciale
4 Vtrum dolus ſit peccatum ad aſtutiam pertinens
5 Vtrum fraus ad aſtutiam pertineat
6 Vtrum ſolicitudo temporalium rerum ſit licita
7 Vtrum ſit licitum quòd aliquis ſit ſolicitus in futurum
8 Vtrum prædicta uitia oriantur ex auaritia

QVÆSTIO LVI.
De pręceptis pertinentibus ad prudentiam
1 Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod pręceptum inter pręcepta decalogi
2 Vtrum in ueteri lege fuerint conuenienter poſita pręcepta prohibitiua de uitijs oppoſitis prudentię

QVÆSTIO LVII.
De iuſtitia. Et primo de iure.
1 Vtrum ius ſit obiectum iuſtitię
2 Vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale & poſitiuum
3 Vtrum ius gentium ſit idem quod ius naturale
4 Vtrũ ius dominatiuũ & ius paternũ debeant diſtingui

QVÆSTIO LVIII.
De iuſtitia.
1 Quid ſit iuſtitia

2 Vtrum

2 Vtrum iuſtitia ſemper ſit ad alterum
3 Vtrum iuſtitia ſemper ſit uirtus
4 Vtrum ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto
Elemoſina debet fieri abundanter ſecundum facultatē dantis, ſed multis indigentibus nequis ſuperflue habeat, q. 32. ar. 10
¶ Electio poteſt attribui prudentiæ conuenienter inquantū eā dirigit per conſilium, quod magis proprie pertinet ad prudentiam, q. 47 ar. 1. 2
¶ Electuaria vel aliæ medicinæ ſoluunt ieiunium naturæ, non autem ieiunium eccleſiæ niſi fiat in fraudem, q. 147. art. 6. 3
¶ Emptores ſpiritualium imitantur Simonem Magū actu, uenditores autē in intentione, quia uoluit emere, ut uenderet: Giezi vero tantum uendidit, ideo ſecūdi poſſunt dici ſimoniaci, & Giezitæ primi uero ſimoniaci tantum, q. 100. ar. 1. 3
¶ Emens aliquid ſimoniace punitur priuatione cuiuslibet rei talis, dantes aūt uel mediātes puniuntur infamia & depoſitione ſi ſunt clerici, ſi laici excommunicatione, q. 100. ar. 6
Entia quæ ſunt infra animam nobiliori modo ſunt in anima quam in ſeipſis, ſed ea quæ ſunt ſupra animā nobiliori modo ſunt in ſeipſis, quàm in anima, q. 23. ar. 6. 1
Epicheia. i. bona animoſitas eſt idem quod ſecuritas, ideo eſt pars potentialis fortitudinis, q. 128. ar. 1. 6
Epicheia eſt uirtus ſpiritualis & pars potentialis iuſtitiæ, q. 120. artic. 1. 2
Epicheia eſt pars ſubiectiva iuſtitiæ communiter dictę, quæ per prius prædicatur de ea quàm de iuſtitia legali, quæ dirigitur ſecundum epicheiam quæ eſt ſuperior regula humanorum actuum, q. 120. ar 2. 1
Epicheia eſt potior pars legalis iuſtitiæ obtemperantia legi quoad uerba & quo ad intentionē legiſlatoris, ſed diuiditur contra eam ut attendit tantum uerba, q. 120 ar. 2. 2
Epicheia ſeruat intentionem legis in his ad quæ forma legis ſe extendit, q. 120. ar. 1
Epiches non deſerit iuſtum ſimiliter, ſed iuſtum lege determinatum, nec opponitur ſæueritati quæ ſequitur ueritatē legis in quibus oportet, quia in quibus non oportet eſt uitiolum, q. 120. ar. 1. 1
Epiſcopatus nomen operis eſt & non honoris, q. 185. ar. 1. 1
Epiſcopatus nomine intelligendum eſt bonum opus. i. actio plebi utilis, q. 185. ar. 1. 2
Epiſcopi & presbiteri olim non differebant ſecundum nomina, q. 184. ar. 6. 1
Epiſcopus ſolus eſt proprie prælatus eccleſiæ & quaſi ſponſus eius accipit anulum & ſolus habet plenam poteſtatem & iuriſdictionem, q. 108 ar. 4. 2
Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, q. 184. ar. 6. 1
Epiſcopatus eſt ordo ſuper ſacerdotium reſpectu myſtici corporis Chriſti, non reſpectu ueri, q. 184. ar. 6. 1
Epiſcopus poteſt iudicare eos ſolum qui ſunt de ſua diocęſi, q. 60. art. 2
Epiſcopus poteſt condemnare eos qui ſunt de aliena diocęſi, q. 67 ar. 1. 3
Epiſcopus in cuius diocęſi aliquis delinquit in re non exēta fit ei ſuperior rōne delicti, etiam ſi ſit exemptus, niſi forte delinquat in re aliqua exēpta puta in adminiſtratione bonorum alicuius monaſterij exempti, ſed ſi aliquis exemptus committat furtum uel homicidium uel aliquid huiuſmodi poteſt per ordinarium condemnari, q. 67 ar. 1. 3
Epiſcopus tenetur ingredi religionē quam uouit, q. 180. ar. 3. 1
Epiſcopus tenetur omnia bona exponere pro honore Dei & ſalute gregis ſui cum opus fuerit, q. 184. ar. 7. 1
Epiſcopo non licet religionem ingredi, niſi propter impedimētum ſalutis ex parte ſui uel aliorum, de licentia tamen Papæ, q. 185. ar. 4
Epiſcopus depoſitus intrans religionem poteſt reuocari ad epiſcopum niſi ſit ibi detruſus per pœnitentiā pro culpa eius, q. 185. ar. 4. 2
Epiſcopo licet ante collationem beneficij ſubtrahere de fructibus eius ad pios vſus, ſed requirere ab eo cui confert eſt ſimonia, q. 100. ar. 4. 3
Epiſcopo non licet deſerere gregem ſuum corporaliter propter perſequutionem, niſi poſſet multū ſufficienter ſibi prouidere, q. 185. ar. 5
Epiſcopo licet habere proprium & illud hæredibus teſtari, q. 185. ar. 6
¶ Error Arrij fuit cauſa ponēdi articulum diſtinctum de perſona filij, q. 1 ar. 8. 3
Error Macedonij fuit cauſa ponendi articulum tertium de perſona ſpiritusſancti, q. 1. ar 8. 3
¶ Eubulia eſt uirtus ſpiritualis bene conſiliatiua, q. 51. ar. 1
Eubulia non poteſt inueniri in peccatore inquātum huiuſmodi, q. 51. ar. 1. 3
Eubulia eſt uirtus diſtincta a prudentia, quia aliud eſt bene cōſiliari & aliud eſt bene eſſe præceptiuum, q. 51. ar. 2
¶ Expectatio q̄ ponit̄ in diffinitione ſpei, non importat dilationem, ſed importat reſpectum ad auxilium Dei q 17. ar. 5. 3
Expectatio ponitur in Simbolo fidei nō quia ſit actus fidei, ſed in quantum actus ſpei præſupponit fidem, q. 17. ar. 6 2

¶ Experimen-

¶Experimentum prudentiæ non acquiritur ex ſola memoria, ſed exercitio recte præcipiendi.q.47.ar.16.2.
¶Exceſſus in pœnis quo ad illud quod exterius agitur pertinet ad iniuſtitiam, ſed quo ad auſteritatem animi qua prompte hoc fit, pertinet ad crudelitatem.q.159.ar.1.1.
¶Exiſtens in peccato mortali etiã occulto, ex officio corrigens uel iudicans alios peccat, non autem hoc agens ut frater niſi propter ſcandalum.q.33.ar.5.
¶Exigere aliquid pro abſolutione ab excõmunicatione quaſi precium abſolutionis, eſt ſimonia, non autem quaſi pœnam pro culpa.q.100.ar.2.3.
Exigere aliquid pro conſecratione, benedictione, ordinib. criſmate, oleo ſancto, uel alio ſpirituali eſt ſimonia, niſi accipiãtur ut ſtipendia.q.100.ar.2.4.
¶Exhibere honorẽ pſonis in dignitate conſtitutis cõtingit dupliciter, ſ. uel ratione propriæ perſonæ uel reſpectu boni cõmunis, primum pertinet ad obſeruantiam. Secundum vero ad pietatem, ideo pietas eſt dignior obſeruantia.q.102.ar.3.
¶Exceſſus cibi ſcienter ex concupiſcentia pertinet ad uitiũ gulæ, non autem ſi contingat ex ignorantia q.148.ar.1.2.
¶Excuſatio peccati pertinet ad tertiam ſpeciem ſuperbiæ: præſumptio uero ad 4.q.162.ar.4.3.
¶Extaſis dicit ſimpliciter exceſſum mẽtis, ſed raptus addit violentiam.q.175.ar.2.1.

F

Facilius conuertuntur ad religionem peccatores quàm præſumentes de ſua innocentia.q.189.ar.1.1.
¶Faciens iniuſtum ex electione eſt iniuſtus, non autẽ ſi præter intentionem, ſ. per ignorantiam uel ex paſſione. quæſt. 59. articu.2.
¶Facere iniuſtum formaliter eſt peccatum mortale niſi in minimis.q.59.ar.4.
Facere bonum eſt actus completiuus iuſtitiæ, declinare a malo eſt actus imperfectior & ſecundaria pars eius.q.79.ar.1.5.
¶Fides pro ſua ratione formali habet primam ueritatem pro obiecto materiali non ſolum Deum ſed multa alia, quæ ſub aſſenſu fidei non cadunt niſi in ordine ad Deum.q.1.ar.1.
Fide non apprehendimus primam ueritatem ſicut eſt ut in viſione patriæ & ideo ibi per modum ſimplicis intelligẽtiæ cognoſcitur.q.1.ar.2.3.
Fidei non poteſt ſubeſſe aliquod falſum cum eius rationi formali repugnet.q.1.ar.3.
Fides credentis eſt credere quandoque Chriſtum naſci.q6.1.articu.3.3.
Fidelis poteſt decipi ex aliqua coniectura & falſum æſtimare nõ tamen ex fide poteſt exiſtimare aliquod falſum.q.1.art.3.3.
Fides credentis nõ refertur ad has ſpecies panis & uini, ſed ad hoc q; uerũ corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis quando fuerit recte conſecratum.q.1.ar.3.4.
Fides importat aſſenſum intellectus ad id qđ creditur.q.1.ar.4
Fides nec opinio poteſt eſſe de uiſis ſecundũ ſe per ſenſum uel intellectum.q.1.ar.4.
Fidei contenta dupliciter poſſunt conſiderari in generali & in ſpeciali.q.1.ar.4.2.
Fides & ſcientia non poſſunt eſſe de eodem ſecundum idem. q.1.ar.5.3.
Fides eſt de his quæ demonſtratiue probari poſſunt non autẽ quaſi numerata inter credenda, ſed ut præexiguntur ad ea quæ ſunt fidei.q.1.ar.5.3.
Fide multa tenemus de Deo quæ naturali ratione non pñt inueſtigari ut de prouidentia & omnipotentia &c.q.1.ar.8.1.
Fides ex doctrina Chriſti & Apoſtolorum eſt ſufficienter explicata.q.1.ar.10.1.
Fides non habet inquiſitionem naturalis rõnis demonſtrantis id quod creditur, habet tamen inquiſitionem quandã eorũ per quæ inducitur homo ad credendum.q.2.ar.1.1.
Fides trinitatis erat occulta in fide maiorum añ aduẽtũ Chriſti manifeſtata tamen per Chriſtũ & Apoſtolos.q.2.art.8.2.
Fides comparatur ad charitatem ſicut diſpoſitio ad formam. q.2.ar.9.1.
Fides aſſenſus & conſideratio eius utrunque a uoluntate procedit.q.2.ar.9.2.
Fides interior cauſat omnes alios actus omnium uirtutũ mediantibus alijs uirtutibus.q.3.ar.1.3.
Fidei finis eſt charitas ſicut & aliarum uirtutum.q.3. ar.2 1.
Fides eſt tempore neceſſitatis ab omnibus propalanda, non autem extra caſum neceſſitatis.q.3.ar.2.3.
Fides non eſt infidelibus turbatis manifeſtãda abſque eius vtilitate uel fidelium.q.3.ar.2 3.
Fides diffinitiones ſiq̃ ſunt, ad illã Apoſtoli reducunt.q.4.ar.1.
Fides pertinet ad intellectum ſecundum q; imperatur a uoluntate.q.4.ar.1.2.
Fides eſt in intellectu ſubiectiue.q.4.ar.2.
Fides non eſt in intellectu ſpeculatiuo niſi ſecundum q; ſubditur imperio uoluntatis.q.4.ar.2.3.
Fides formata & informis non ſunt diſtincti habitus.q.4.ar.4.
Fides formata eſt uera uirtus non autem informis.q.4. art.5.
Fides ordinat ad bonũ intellectus quod eſt uerũ & ad bonum quod eſt uoluntatis obiectum per charitatẽ. q.4. art.5.ad 1.
Fides q̃ innitit ueritati ex humana rõne nõ eſt uirtus, ſed illa q̃ innititur infallibili ueritati diuinæ eſt uirtus.q.4.ar.5.2.
Fides ponitur donum Dei pro excellentia fidei: ſed pro conſtãtia eius ponitur fructus prout in actu eius eſt delectatio propter certitudinem.q.4.ar.5.4.
Fides eſt una reſpectu obiecti plurificatur penes ſubiecta.q6.4.articu.4.
Fides eſt per ſe prima omnium uirtutum per accidens autem aliqua uirtus poteſt præcedere fidem.q.4.ar.7.
Fides formata eſt fundamentum ſpiritualis ædificij non autẽ informis.q.4.ar.7.4.
Fides eſt ſimpliciter certior omnibus aliis uirtutibus ſed ſecundum quid eſt alijs uirtutibus incertior.q.4.ar.8.
Fides eſt in Dæmonibus coacta non laudabilis nec donũ gratiæ.q.5.ar.2.
Fides eſt maior in uno q̃ in alio quo ad certitudinem, deuotionem, confidentiam & explicationem, non autem quantũ ad eius rationem obiecti.q.5.ar.4.
Fides non eſt æqualiter in omnibus quia donum gratiæ quod fides conſequitur non eſt æqualiter in omnibus.q.5.ar.4.3.
Fides quo ad proponenda credibilia neceſſario eſt a Deo immediate quibuſdam autem alijs per angelos & prædicatores, ſed quo ad aſſenſum intrinſece eſt a ſolo Deo, extrinſece autem & inſufficienter, ideſt, proponendo & perſuadẽdo eſt etiam ab aliis.q.6.ar.1.
Fides gignitur ſcientia & nutritur per modum exterioris perſuaſionis.q.6.ar.1.1.
Fides informis & ſi non habeat perfectam rationem uirtutis habet tamen perfectam rationem fidei.q.6.ar.2.1.
Fidem recipiens abſque charitate ſanatur ſecundum quid nõ ſimpliciter ab infidelitate.q.6 ar.2.3.
Eides eſt cã ſpei & timoris ſecundum tñ diuerſa.q.7.art.1.2.
Eides informis excludit impuritatem, ſcilicet erroris quæſt.7. artic.2 1.
Fides poteſt eſſe ſimul cum dono intellectus reſpectu eorum q̃ ſecundario ſunt fidei, non autem reſpectu principaliũ niſi imperfecte.q.8.ar.2.
Fides & ſi ſit de rebus diuinis & æternis, tamen eſt quoddam tẽporale in animo credentis.q.9.ar.2.1.
Fidẽ habere in natura humana eſt ut mens hominis non repugnet interiori inſtinctui, & exteriori pdicationi.q.10. ar.1.1,
Fidem accipere eſt uoluntatis ſed tenere acceptam eſt neceſſitatis ſicut uouere uoluntarium eſt, reddere eſt neceſſarium. quæſt.105.ar.8.3.
Firmi in fide poſſunt conſeruari inter hæreticos ut eos conuertant non tamen in diuinis.q.10.ar.10.2.
Fides præſupponitur ad dationem legis & ſuſceptionẽ tanq̃ principium neceſſarium ſpiritualis uitæ.q.16.ar.1.1.
Fides formata & informis nõ differunt penes obiectũ ſed ſolũ per aliquod extrinſecum, ſ. per charitatem.q.19.ar.5.1.
Fides non operatur per charitatem. ſicut per inſtrumentum vt dominus per ſeruum ſed per ipſam tanquàm per propriam formam.q.23.ar.6.2.
Fides aſſentit ueritati ſecundũ ſeipſam diuinæ donũ ſapiẽtiæ iudicat ſecũdum eam, ideo præſupponit fidem.q.45.ar.1.2.
Fides eſt initium ſapientiæ ſecundum eſſentiam, timor autem ſeruilis ut eſt diſpoſitio eius, timor filialis ut primus effectus eius.q.19.ar.7.
Finalis impœnitentia eſt ſpecies diſtincta peccati in ſpũm ſanctum & eſt circunſtantia cuiuſcunque peccati.q.14.ar.4 3.
Filij fontis debent plus animari in ſpiritualibus quàm filij carnis, non autem in alijs.q.26.ar.8.2.
Filius patri tenetur prouidere in articulo neceſſitatis. q.26.articu.9.3.
Filij familias & ſerui non poſſunt dare eleemoſynas ſine conſenſu dominorum niſi de paruis uel ſuis.q.32.ar.8.3.
Filius poſt annos pubertatis non poteſt aliquid uouere quo ad res domeſticas ſine conſenſu patris.q.88.ar.8.2.
Filius poteſt parentibus maius beneficium recompẽſare quàm accepit ſecundum affectum, non autem ſecundum effectũ. q.106.ar.6.1.
Filijs non licet ingredi religionem ſi parentes ſine eis commode uiuere non poſſent.q.189.ar.6.
¶Finis debitus appetendi gloria uel manifeſtandi aliquod bonum in hac uita eſt tantũ triplex, ſcilicet gloria Dei, utilitas

proximi & vtilitas propria.q.132.art.1.3.

¶Fortitudo diſponit ad vindictam remouendo prohibẽs zelus autem importat primam radicẽ eius, quia actus cuiuslibet virtutis procedit ex ratione charitatis.q.108.ar.2.2.

Fortitudo eſt cauſa per accidens confeſſionis fidei.q.3.ar.1.2.

Fortitudo eſt virtus ſpecialis, ſecundũ q; eſt circa pericula, ſed eſt conditio omnis virtutis, ſecundum q; dicit firmitatẽ animi abſolute.q.123.art.2.

Fortitudo eſt virtus tollẽs impedimenta q̃ repellunt voluntatẽ ab eo quod eſt ſecundũ rationem pp difficile.q.123.ar.1.

Fortitudo non habet partes ſubiectiuas nec diuiditur in multas ſpecies, quia eſt circa materiam valde ſpiritualem.q.128.

Fortitudo eſt immediate circa timores & audacias, mediate vero circa obiecta horum, ſ. circa pericula & labores.q.123.artic.3.2.

Fortitudo eſt principaliter circa timores ſecundario autem circa audacias.q.123.ar.3.

Fortitudo non eſt circa ſpem, niſi ſecundum q; ſpes connectitur audaciæ.q.123.ar.3.3.

Fortitudo eſt præcipue circa timores mortis.q.123.ar.4.

Fortitudo principaliter eſt circa moleſtias mortis, ſecundario autem circa quaſcunque alias moleſtias.q.123.ar.4.1.

Fortitudo eſt maxime circa repentina, quoad manifeſtationẽ habitus, non autem quo ad electionem.q.123.ar.9.

Fortitudo eſt maxime circa timores mortis in bello communi vel particulari.q.123.ar.5.

Fortitudo eſt circa difficiliora non autem circa meliora quàm iuſtitia quæ in bello & in pace vtilis eſt non autem fortitudo, ſed tantum in bello.q.58.ar.12.

Fortitudo eſt vtilis in pace.q.123.ar.12.1.

Fortitudo eſt principaliter circa timores, ſecundario autẽ circa triſtitias, patientia vero econuerſo.q.136.ar.4.2.

Fortitudo eſt principalior magnanimitate.q.129.ar.5.

Fortitudo firmat contra mala, ſed magnanimitas in proſecutione bonorum.q.129.ar.5.1.

Fortitudinis partes potentiales ſunt ſex, magnanimitas, fiducia, ſecuritas, magnificentia, conſtantia, tolerantia, id eſt patientia, & firmitas, id eſt perſeuerantia.q.128.

Fortitudinis partes integrales circa materiam ſunt fiducia, magnificentia, patientia & perſeuerantia, ſed ſunt partes potentiales, & virtutes per ſe diſtinctæ a fortitudine, ſecundum q; ſunt circa alias materias.q.128.

Fortitudini vitium audaciæ opponitur ſecundum exceſſum audaciæ, impauiditas autem ſecundum defectum timoris, quia in vtraque ponit medium.q.126 ar.2.3.

Fortitudo martyrum præcipue commendatur, quia ſuſtinent propter Deum impugnationes perſonales, & mortem in bello particulari.q.123 ar.5 1.

¶Fortis intendit exprimere ſimilitudinem ſui habitus in actu, vt proximum finem.q.123.ar.7.

Fortis delectatur de ſuo actu & fine, ſed non percipit, niſi ex ſuperabundanti gratia Dei propter dolorem corporis, & animæ pro amiſſione vitæ.q.123 ar.8.

Fortitudine carens operatur fortia quintupliciter. ſ. propter ignorantiam, artem, experientiam, paſſionem & lucrum.q.123.art.1.2.

Fortitudinis actus principalis eſt ſuſtinere, ſecundarius eſt aggredi.q.123 ar.3.

Fortitudinis actus primus duo requirit, ſ. præparationẽ animi & executionem operis, ſecundus autem infrangibilitatẽ & infatigabilitatem.q 128.

Fortitudo aſſumit iram moderatam ad actum ſecundum non autem ad primum.q.123.ar.10.

Fortitudinis actus ſecundus per ſe impeditur a triſtitia & concupiſcentia quamuis per accidens poſſint adiuuare. qõ.123.ar.10.3.

Fortitudini donum in patria habet actum perfruendi plena ſecuritate a laboribus & malis q.139.ar.1.2.

Fortitudinis virtus firmat animum ſecundum modũ cõnaturalem homini, donum autem ſupernaturaliter.q.139.art.1.

Fortitudinis donum dat fiduciam euadendi quæcunque pericula, & perueniendi ad finem cuiuslibet operis. i. ad beatitudinem non autem virtus fortitudinis, ſed perficit ad ſuſtinendum quæcunque pericula.q.139.ar.1.

Fortitudinis donum reſpicit virtutem fortitudinis inquantum ſuſtinet pericula & facit quodcunque opus arduum adeo dirigitur a dono conſilij.q.139.ar.1.3.

¶Fornicatio dicitur omne peccatum large.q.151.ar.2.

Fornicatio eſt maius peccatum his, quæ ſunt contra bona exteriora & minus his quæ ſunt contra Deum vel contra perſonam proximi.q.154.ar.3.

Fornicatio prohibetſ ſpecialiter ſimul cũ ceremonijs ab Apoſtolis, quia Gentiles non reputabant eam eſſe peccatum.q.154.artic.2.1.

¶Furtum eſt occulta acceptio rei alienę.q.66.ar.3.

Furtum & rapina opponuntur iuſtitiæ.q.66.ar.4.5.

Furtum eſt iniuſtum quia eſt inuoluntarium per ignorãtiam, ſed rapina per vim, ideo differunt ſpecie.q.66.ar.4.

Furtim accipiens rẽ ſuam iniuſte detentam peccat contra cõmunẽ iuſtitiam vſurpando ſibi iudiciũ, ſed non tenetur reſtituere, ſed ſatisfacere Deo, & ſedare ſcandalũ.q.66.art.5.3.

Furtum ſemper eſt peccatum ratione iniuſtitiæ & fraudis vel doli & eſt mortale niſi modicum intendatur.q 66.ar.5.

¶Fractio voti eſt quædam ſpecies infidelitatis & ad infidelitatẽ pertinet non ſeruare promiſſa.q.88.ar.3.

Fractio ſignaculi virginalis quocunque modo ſine propoſito delectationis non magis præiudicat virginitati quàm fractio manus vel pedis q 152.ar.1.3.

Gaudium eſt magis effectus charitatis quàm triſtitia.q.28.artic.1.

Gaudium de Deo in ſe, eſt effectus charitatis ſed ut Deus participatur a nobis eſt effectus ſpei.q 28.ar.1.3.

Gaudium cauſatum ex charitate non compatitur ſecum triſtitiam ſicut quod cauſatur ex ſpe.q.28.ar.2.

Gaudium ex parte obiecti non poteſt plene haberi quãuis ex parte gaudentis poſſit haberi.q 28.ar.3.

Gaudium non eſt virtus, ſed eſt actus charitatis poſterior dilectione.q 28 ar.4.

¶Gentiles habuerunt reuelationẽ miſterij incarnationis Chriſti vt Iob, & de ſepultura eius q.2.ar.3.

Gloria non eſt honor, ſed eſt effectus honoris & laudis.q.103.artic.1.3.

Gloria eſt clara notitia cum laude ut Ambroſius dicit. q.132.articu.1.

Gloriam ſuam debet homo laudabiliter appetere ad utilitatẽ ſuam uel aliorum.q.132.ar.1.1.

Gloria dicitur vana tripliciter & eſt peccatum, primo quando eſt de non ente uel de tranſitorijs uel de peccato, ſecundo quando quæritur ab hominibus & non a Deo, tertio quando non ordinatur ad debitum finem.q.132.ar.1.

Gloria inanis eſt periculoſa non propter grauitatem ſui, ſed diſponendo ad grauia, faciendo præſumptuoſum & nimis de ſe confidentem & diſponendo paulatim ad priuationem interiorum bonorum.q.132.ar.3.3.

Gloria vana uituperatur præcipue circa eleemoſynam propter defectum charitatis præferendo vanam gloriam utilitati proximi, dum facit hoc propter illud.q.132.ar.3.

Gloria uana non eſt ſemper peccatum mortale ſed tantũ quando in ea ponitur ultimus finis, uel quando eſt contra Deum q.132.ar.3.

Gloria uana eſt uitium capitale cuius ſunt filiæ ſeptem, ſ. inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, diſcordia, præſumptio nouitatum, & pertinacia.q.132.ar 4.3

Gloria uana mediante ira cauſat diſcordiam & contentionẽ.q.132.ar.5.2.

Gloria uana directe contrariatur magnanimitati ſecundũ rei veritatem, ut deficiens, ſed ſecundum opinionem vt excedens.q.132.ar.2.

¶Gnome eſt uirtus bene iudicatiua de agibilibus ſecundum altiora principia quàm ſint leges communes ſecundum quas iudicat ſyneſis: & ideo altior eſt quàm ſit ſyneſis. q.51.ar.4.

Gratia Dei datur homini præparanti ad credendum ut credat ſicut ad diligendum, & miſericorditer, cui autem non datur ex iuſtitia non datur in pœnam præcedentis peccati ſaltem originalis.q.2 ar.5.1.

Gratia ſemper idem facit adueniendo fideli uel infideli.q.4.artic.4.ad 3.

Gratia & gloria ſunt eiuſdem gloriæ.q.24.ar.3.2.

Gratiarum actio reſpicit gratiam dantis ideo ubi eſt maior gratia dantis ibi debet eſſe maior gratiarum actio recipientis.q.106 art.2,

Gratiarum actio non debetur tantum danti ſed promittenti.q.83.ar.5.2.

Grauius peccat occidens iniuſte hominem corporaliter quàm occidens eum ſpiritualiter, quia primus inducit & cauſat ſufficienter non autem cauſat ſufficienter ſecundus, quod tamen eſt peius.q.73.5.

Grauius peccat cæteris paribus inferens hmõi iniurias, ſ. mutilare, uerberare, uel incarcerare perſonæ coniunctæ q̃ abſolute, per accidens tamen poteſt eſſe econuerſo q.65.ar.4.

Gratitudo ſeu gratia eſt uirtus ſpecialis reddens gratiam benefactori.q.106.ar.1.

Gratitudo, ingratitudo, datio beneficij, clementia, miſericordia, nõ ſunt

ſunt proprie ad ſeipſum.q.106 ar 3.1.
Ad gratitudinē tria requiruntur, primo quòd homo recognoſcat beneficium acceptum, & quòd laudet & gratias agat, tertio quòd retribuat loco & tempore ſecundum ſuam facultatem.q.107. ar.2.
Gratitudini vitium opponitur duplex, ſcilicet per exceſſum ut recompenſando quibus non debet, vel citius quàm debet & per defectum, ſcilicet ingratitudo quæ magis opponitur ei. q.107 ar.2.
Gratiſ[illegible]atio, ideſt gratiarū actio facta Deo eſt actus religionis. q.106.art 1.1.
¶Gradum ſummum in religionibus tenent qui ordinantur ad docendum & prædicandum, ſecundum vero qui ad contēplandum, tertium autem qui ad opus extrinſecū & in ſingulis præminent qui ſunt ad altiorem actum in eodem genere vel ad plura vel qui habent ſtatuta conuenientiora ad ſuum finem conſequendum nō autem quæ eſt arctior. q.188.a.6.
¶Gula eſt inordinatus appetitus cibi & potus ideo ſemper eſt peccatum.q.148.ar.1.
Gula eſt uitium capitale cuius filiæ ſunt quinque.ſ. inepta, lætitia, ſcurrilitas, immunditia, ſtultiloquium & hæbetudo mētis.q.148.ar.6.
Gula eſt peccatum mortale tantum ſi in hoc ponatur ultimus finis. ſcilicet quòd animus ſit paratus agere contra legem Dei.q.148.ar.2.
Gula eſt peccatum contra tertium præceptum decalogi.q.148. art.2 1.
Gulæ ſpecies ſunt quinque contentæ in hoc verſu præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe.q.148.ar.4.
Gula eſt leuius peccatum aliis ratione materię & peccantis ꝓpter neceſſitatem & difficultatē, ſed grauatur ex effectibus. q.148.ar 3.
Gula aufert omnes virtutes non ratione ſui, ſed ratione uitiorum quæ oriuntur ex ea.q.148.ar 2.4
¶Gutta vltima in multis guttis cauantibus lapidem agit in uirtute præcedentium.q.24.ar.6.2.

HAbentes gratiam gratum facientem poſſunt hæbetudinē pati circa aliqua, quæ ſunt præter neceſſitatem ſalutis non autem circa neceſſaria ad ſalutem.q.8.ar.4.1.
Habentes fidem ſed non plene non intelligunt ea quæ proponuntur credenda, intelligunt tamen ea eſſe credenda. q.8. ar.4. ad 3.
¶Habens rem alienam tenetur reſtituere ratione rei, qui uero eam abſtulit tenetur reſtituere ratione actionis iniurioſæ q.26.ar.6.1.
¶Habitus virtutis tenens medium in ira eſt innominatus, ideo dicitur manſuetudo quæ ſignificat diminutionem iræ.q.157. art.2.2.
¶Habere aliquid ut proprium repugnat perfectioni religionis non autem habere aliquid in communi, ſed aliqualiter impedit ſi ſuperabundat.q.188.ar.7.
Habens uotum uel iuramentum minoris religionis licite inducitur ad maiorem non autem econuerſo, niſi diſpēſetur. q 189.ar. 9 3.
¶Hæreticus diſcredens vnum articulum fidei, non habet fidē neque formatam neque informem, & per conſequens non habet fidem de aliis articulis, ſed opinionem.q.5. ar.3.
Hæreticus eſt, qui non credit articulum fidei pertinaciter. q.5. articu.3.
Hæretici non ſunt occidendi: quomodo intelligitur. quæſt.10. art.8.1.
¶Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis.q.11.ar.1.
Hæreſis non cōputatur inter uitia capitalia nec inter filias eorum, ſed extra eorum numerum & reducitur ad ſuperbiam vel cupiditatem.q.11.ar 1 2.3.
Hæreſis ratio duo continet, electionem priuatæ diſciplinæ & pertinaciam.q.11.ar 2.5.
Hęreſis principaliter eſt circa articulos fidei, ſecundario autem circa ea quæ ſequuntur ex eis.q.11.ar.2.
Hæreſis principaliter conſiſtit in corde: ſecundario autē in ore ſicut & fides.q.11.ar.2.
Hæreſis & ſecta ſunt idem, & ſunt opera carnis nō ratione ſui actus vel finis ꝓximi, ſed ratione ſuæ cauſæ.ſ. appetitus debiti finis uel phantaſticæ illuſionis. q.11.ar.1 3.
¶Hæreticus eſt exponens ſacram ſcripturam in contrarium ei quod per Spiritum ſanctum fuerit reuelatum.q.11.ar.2.2.
Hæreſim incurrit quicumque reſiſtit auctoritati Romanæ Eccleſiæ.q.11 ar. 2.3.
Hæreſis incurritur ex uerbis inordinate prolatis ſecundū beatum Hieronymum.q.11.ar.6.1.
¶Hæretici non debent tolerari, niſi primo uelint reſipiſcere.q. 11.articu.3.
Hæretici poſſunt iuſte occidi in iudicio ſæculari & rebus ſuis priuari, etiam ſi alios non corrumpant magis quàm rei crimine læſæ maieſtatis, uel quàm cudentes falſam monetam. q.11.art.30.
Hæreſis eſt neceſſaria & utilis Eccleſiæ, per accidens tamē, ſcilicet ratione probationis & ratione exercitij.q.11.ar.3.2.
Hæretici ſi poſt abiurationem erroris depræhenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari iudicio ſunt relinquēdi ſecundum decretales q.11. ar.4.
Hæretici relapſi ſemper recipiuntur ad pœnitentiam non autem ad dignitates ſicut primo.q.11.ar.4.
Hæreticos Eccleſia poſt primam uel ſecundam correctionē tradit iudicio ſæculari, in iudicio autē Dei ſemper recipiuntur redeuntes, quia Deus ſcrutator eſt cordium & uere redeūtes cognoſcit, ſed hoc Eccleſia imitari non pōt: præſumit autem eos non uere reuerti, qui cū recepti fuiſſent iterum ſunt relapſi, & ideo eis uiam ſalutis non denegat, ſed a periculo mortis eos non tuetur.q.11 ar.4.1.
¶Hæbetudo circa ſpeculabilia maxime procedit ex gula, ſed hębetudo circa eligibilia eſt in omni peccato.q.148.ar.6.1.
¶Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ ideo ſemper eſt peccatum. & eſt uitium iactantiæ.q.111.ar.2.
Hypocriſis non eſt ſemper peccatum mortale, niſi ſit in nocumentum fidei, uel perſonæ, uel Eccleſiæ.q.111.ar.4.
Hypocritæ finis remotus eſt lucrum uel gloria, ſed finis proximus eſt oſtendere ſe alium quàm ſit.q.111.ar.2.4.
¶Homines peruerſi peruertunt doctrinam Apoſtolorum & ſacrarum ſcripturarum ad ſuipſorum perditionem.q.1.art.10.1.
¶Homo non poteſt ad Dei uiſionem ſupernaturalem pertingere, niſi per modum addiſcentis a Deo doctore, huius autem doctrinæ homo ſit ſucceſſiue particeps per modum ſuæ naturæ.q.2.ar.3.
¶Hominis natura requirit perfectam cognitionem ſupernaturalem non tantum naturalem.q.2.ar.3.1.
Sicut homo aſſentit primis principijs per lumen naturale ſic uirtuoſus per habitum fidei habet rectum iudicium de conuenientibus illi uirtuti.q.2.ar.3.2.
Homo tenetur ad determinate diligendū ea quæ ſunt proprie, & per ſe charitatis obiecta, ut Deus & proximus. q.2.ar.5.2.
Homo in ſtatu innocentiæ non habebat auditum ab homine exterius loquente. habebat tamen a Deo interius inſpirante. q.5.ar.1.3.
Homo poteſt primo ante alia peccata habere peccatum in Spiritum ſanctum, licet raro contingat.q.14. ar.4.
Homines reuerenter propter uirtutem, gratiam uel imaginem Dei in illo & ſic bonum eſt: aliquando autem reuerentē quia ſunt contra Deum & malefaciunt qui reuerētur tales. q.19. art.3.1.
Homo propter mala corporis, & rei temporalis non debet recedere a iuſtitia.q.19.ar.3.3.
Homo ex charitate diligit ſeipſum, in ordine tamen ad Deū.q.25.ar.4.
Homo ſecundum naturam ſpiritualem poſt Deū debet ſe primo diligere & magis quàm quemcumque alium. q.26.ar.4.
Homines omnes ſunt æqualiter amandi reſpectu obiecti non autem reſpectu actus.q.26.ar.6.1.
Homo debet ſuſtinere detrimenta corporalia propter amicū & in hoc ipſo ſeipſum magis diligit ſecundum ſpiritualem mentem.q.26.ar.4.2.
Homini cuilibet imminet cura de ſalute proximi in caſu, non autem ſimpliciter.q.26.ar.5.3.
Homo diligit incognita propter cognita diſpoſitiue. q.27.articu.3.1.
Homo non indiget teſtibus ad emendationem ſui peccati qđ tamen poteſt eſſe neceſſarium ad emendationē peccati fratris.q 33.ar.8.2.
Homo debet maxime erudiri in his quæ pertinent ad prudentiam præcipue a ſenibus prudentibus.q.49.ar.3.
Hominis ad Deum, ſerui ad dominum, patris ad filium non eſt iuſtitia, niſi ſecundum ſimilitudinem.q.58.ar.7.3.
Homo in iudicio debet pauperi ſubuenire quantum poteſt ſine læſione iuſtitiæ.q.63.ar.4 3.
Homo poteſt eſſe iudex ſui, quando iniuria ſua eſt iniuria cōmunitatis.q.67.ar.4.
Homo tripliciter exhibet corpus ſuum ſacrificium & hoſtiam Deo, ſcilicet per martyrium, per auſteritatem. & per opera iuſtitiæ, & diuini cultus.q.85.ar.3.2.
Homo eſt ſic liber, quòd poteſt aliqua uouere & facere etiam contra præceptum Papæ.q.88 ar.12.2.
Homo habet naturalē inclinationem ad cognoſcendū futura

ſecundum modum humanum, nō autem ſecundum indebitum diuinationis modum.q.95.ar.1.3.

Homini eſt naturalius appetere uindictam iniuriarum illatarum quàm ab hoc deficere, quia uix alicui nimis paruæ uidentur iniuriæ ſibi illatæ.q.115.ar.2.2.

Homo incurrit quintuplex damnū ex luxuria, ſcilicet depreſſionem mentis, exhæredationem, periculum pſonæ, periculum rerum & impedimētum bonorum operum. q.46.ar.3.

Homo fit extra ſe ſecundum appetitum dupliciter.quæſt.175.art.2.2.

¶Honor eſt cuiuslibet virtutis præmium.q.129.ar.4.

Honor eſt teſtimonium excellētiæ, quæ eſt in homine, ſed maxime ſecundum uirtutem.q.103.ar.1.

Honor non eſt ſufficiens præmium uirtutis, ſed ut eſt poſſibile homini.q.103.ar.1.2.

Honor eſt maximum bonum inter bona exteriora.quæſt.103.art.1.2.

Honor quo ad Deum poteſt eſſe in ſolo corde, ſed quo ad hominem eſt in ſignis exterioribus.q.103.ar.1.

Honor laudabiliter contemnitur nihil male agendo propter ipſum, & bene appetitur nihil male agendo contra ipſum.q.129.ar.1.3.

Honorem appetere eſt peccatum tripliciter q.131.ar.1.

Honor reſpicit proprium bonū honorati, ideo diuerſificatur ſpecie ſecundum diuerſa bona ſingulorum non aūt amor, quia reſpicit bonum in communi.q.25.ar.1.2.

Honor eſt propter ſe & in ſe, ſed laus ordinatur ad aliud, ideo honor eſt excellentior laude.q.103.ar.1.3.

Honor eſt in omni ſigno exteriori & eſt reſpectu finis, ſed laus eſt tantum in uerbis & eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finē.q.108.ar.1.3.

Honor vituperio ſeu exprobrationi opponitur. quæſtio. 142.artic. 4.

Honor debetur alicui ratione excellentiæ & honor diuerſus ſecundum diuerſitatem excellentiæ.q.81.ar.4.

Honor debetur proprie ſoli uirtuti excellentiæ autem bonorū exteriorum debetur ſecūdum exiſtimationem vulgi. q. 103.art 2.3.

¶Honoratorum præter uirtutem aliqua ſunt ſupra eam, ſicut Deus & beatitudo, aliqua infra eam inquantum adiuuant ad opera uirtutum, vt nobilitas potentia & diuitiæ. q.145.art.1.2.

Honorandus eſt ſolus bonus ſecundum ueritatem bonus autem eſt aliquis ſecundum uirtutem.q.145.ar.1.2.

Honor debetur ſubſiſtenti ſoli toti, ſed ratio & cauſa honoris poteſt eſſe aliquid eius non ſubſiſtens.ſ.pars uel accidens.q.103 ar.4.3.

Honor maior debetur iuſtitiæ & fortitudini propter excellentiam maioris boni, temperātiæ uero propter cohibitionem turpiorum.q.145.ar.4.3.

Honor debetur alicui dupliciter, ſcilicet ratione ſui uel rōne alterius primum conuenit tantum agenti per electionem, ſcilicet perſonæ ſecundum uero conuenit omni quod eſt aliquid eius, ſcilicet parti naturæ, & accidenti.q.103.ar.4.3.

Honorantur aliqui quadrupliciter uel propter uirtutem propriam, ut uirtuoſi, uel propter uirtutem alterius, ſcilicet Dei uel communitatis ut ſuperiores, uel propter ſignum uirtutis ut ſenes, uel propter participationem diuinæ bonitatis, ut domini & parentes q.146.ar.1.2.

Honor debetur ſuperioribus ratione excellentiæ cultus autem conſiſtens in obſequio obedientiæ & beneficij debetur rōne gubernationis.q.102.ar.2.

Honor & cultus debetur omnibus prælatis ſuis ex debito legali aliis autē in dignitate conſtitutis ex debito morali.q.102.art.2.2.

Honor debetur malis prælatis inquātum gerunt uices Dei uel communitatis.q.103.ar.1.2.

Honor debetur conſtitutis in dignitate ratione excellentiæ timor autem ratione poteſtatis obedientia uero & tributū ratione gubernationis.q.102 ar.2.3.

Honor debetur parentibus inquantum huiuſmodi.ſubſidium autem & alia debentur eis ratione indigentiæ, quæ tamen omnia intelliguntur in quarto præcepto.q.101.ar.2.

Honorandi non ſunt diuites ſolo intuitu diuitiarum, ſed ratione maioris loci in ciuitate.q. 63.ar.3.

¶Honeſtas eſt radicaliter in interiori electione, ſed figuratiue eſt in exteriori conuerſatione.q.145.ar.1.3.

Honeſtum idē eſt quod ſpiritualis decor & pulcritudo. q.145.articu.2.

Honeſtum idem eſt quod honore dignum & eſt idem quod uirtus.q.145.ar.1.

Honeſti nomen transfertur ad proſperitatem exteriorum diuitiarum quia ſecundum vulgum faciunt hominem honore dignum.q.145.ar.1.2.

Honeſtum omne eſt utile & delectabile & non econuerſo, & omne utile eſt delectabile & non econuerſo q.145.ar.3.

Nihil repugnās honeſto eſt ſimpliciter & uere utile, ſed ſecundum quid.q.145.ar.3.3.

Honeſtum appetitur propter ſe appetitu rationali delectabile autem appetitu ſenſitiuo.q.145.ar.3.1.

¶Humanitas Chriſti ſacramēta creaturæ & ſacra ſcriptura cōtinentur ſub fide quatenus per hæc ordinantur ad Deū.q.1.art.1.1.

¶Humilitas eſt uirtus qua refrenatur animus ne immoderate tendat ad alta.q.161.ar.1.

Humilitas uidetur præcipue importare ſubiectionem hominis ad Deum.q.161.ar.2.3.

Humilitatem non cognouit Ariſ.q.161.ar.1.5.

Humilitas hēt conſiderare proprios defectus ne ſe extollat nō autē contemnere dona Dei in ſe, ſed potius ingratitudo ex quo ſequitur accidia.q.35.ar.1.3.

Humilitatis gradus ſunt duodecim ſecundum beatum Benedictum, ſed ſecundum Anſelmum ſunt ſeptem, ſecundū uero Gloſam ſunt tres.q.161.ar.6.

Humilitas triplex, ſcilicet penoſa ab extrinſeco, ſtulta ex ignorantia propriæ dignitatis & uirtus ex cognitione ſui. q. 161.art.1.1.

Humilitatis virtus eſt principaliter circa interiorem motum, quæ autem eſt ſecundum exteriora ſigna per fictionem eſt magna ſuperbia.q.161.ar.1.2.

Humilitati contrariatur tendere in magna ſupra ſe ex confidētia propriarum uirium non autem ſi ex confidentia Dei. q.161.ar.2.2.

Humilitas eſt eſſentialiter in appetitu.ſ. ſubiectiue, ſed cognitio proprij defectus eſt regula eius.q.161.ar.2.

Humilitas eſt in iraſcibili ſubiectiue.q.161 ar. 4.2.

Humilis uere putat ſe deteriorem aliis non quidē quo ad actū exteriorem ſed timens ne per ſuperbiam grauius peccet in his, quæ bene agere uidetur.q.161.ar.6.1.

Humilitas conuenit omni homini etiam Chriſto ſecundū humanitatem, non autem ſecundum diuinitatem. quæſt.161.art.1.4.

Humilitas poſt virtutes Theologales & intellectuales & poſt iuſtitiam præcipue legalem eſt potior cæteris.q.161.ar.5.

Humilitati magis opponitur ſuperabūdantia quàm defectus.q. 161.ar.2.3.

Humilitas & magnanimitas conueniunt in materia & differunt in modo.q.161.ar. 4.3.

Humilitas refrenat præſumptionem ex reuerētia Dei, ſed magnanimitas firmat animum cōtra deſperationē ex adeptione proprij boni.q.161.ar.2.3.

Humilitas reprimens ad infima & magnanimitas impellens animum ad magna, non opponuntur quia vtrumq; fit recta ratione.q.161.ar.1.

Humilitas reprimit ſpem, ideſt ſpiritum ad alta tendentem.q.161.ar.4.

I

IActātia eſt p quam quis ſe extollit ſupra id quod in ſe eſt ſecundario aūt ſupra id quod de eo alij opinanť. q.112.art.1.

Iactantia quo ad actum exteriorem eſt ſpecies mendacij, ſed quo ad arrogantiam interiorem eſt ſpecies ſuperbiæ. quæſt.112.ar.1.2.

Iactantia eſt peccatum mortale tripliciter. ſ. quando eſt cōtra gloriam Dei, uel contra honorem proximi, uel ex inani gloria uel ex fine q.112.ar.1.2.

Iactantia eſt ex ſuperbia tanquàm ex cauſa motiua & aliquando ex uanitate ex inani gloria autem ut ex fine. quæſt. 112.art.1.2.

Iactantia & ſuperbia cauſantur, ex diuitijs dupliciter occaſionaliter & per modum finis.q.112 ar.1 3.

Iactantia propriè opponitur ſecundum ſpeciē actus ueritati nō autem ſecundario.q.112.ar.1 3.

¶Idolatria eſt exhibere latriam, ideſt cultum Dei creaturæ.q.94.art.1.

Idolatria præſupponit infidelitatem & addit exterius indebitū cultum, mēdacium pernitioſum, magnam Dei blaſphemiā & impugnationem fidei.q.94.ar. 3.1.

Idolatria opponitur latriæ q 94.ar.1.

Idolatria quadruplex.ſ.ciuilis, ideſt imaginum habentiū deitatem, fabularis, ideſt hominum deificatorum, Phyſica, ideſt animæ totius mundi & animatum cæleſtium, dæmonum, & animatum hominum.q.94.ar.1.

Idolatria omnis eſt peccatum nec excuſat mos vulgi contra Senecam, nec perſecutio contra Hæreticos.q. 94.ar.2.

Idololatria eſt grauiſſimum omnium peccatorum. q.9.ar.3.
Idolatria eſt grauiſſimũ peccatorũ ſecũdũ ſe, ſed ex parte peccatis hæreſis, & aliqua alia peccata pñt eſſe grauiora. q.9.ar.3.
Ex idololatria omnia alia peccata oriebantur. q 94.ar.4.1.
Ieiunium duplex, ſpirituale a peccatis, & corporale ab eſcis. q. 147.ar.2.1.
Ieiunium a cibis duplex, naturæ & eccleſiæ. q.147.ar.1.3.
Ieiuniũ eccleſiæ duplex, luctus. ſ. cum amaritudine peccatorũ, & præſentis uitæ & exultationis. q.147.ar.4.5.
Ieiunium eſt actus uirtutis abſtinentiæ, ſ. & temperantiæ elicitiue, ſed aliarum uirtutum imperatiue. q.147.ar.1.
Ieiunium eccleſiæ eſt parſimonia uictus, abſtinentiaq; ciborũ ſecundum Iſidorum. q.147.ar.2.1.
Ieiunans nimis uel uigilans peccat. q.147.ar.1.2.
Ieiuniũ pulchre cõmendatur per multos eius effectus. q.157.1.
Ieiunium non eſt contra libertatem fidelium, ſed contra ſeruitutem peccati. q.147.ar.3.
Ieiunium ſumitur principaliter propter tria, ſ. propter comprimendas concupiſcentias carnis, propter ſubleuationem mẽtis & propter ſatisfactionem. q.147.ar.1.
Ieiunium eſt ſatisfactorium, quia ſubtrahit delectationem addens afflictionem & impedit peccata futura, debilitando concupiſcentiam. q.147.ar.5.
Ieiunium fit quadraginta diebus ſicut a Chriſto, Moyſe, & Helia. q.147.ar.5.
Ieiunium quadrageſimale arctius obſeruatur, quàm alio tempore, quia per illud imitamur Chriſtum. q.147.art 5.2.
Ieiunabant Iudæi menſe quarto, quinto, ſeptimo, & decimo ꝓpter aliquas tribulationes tunc habitas. q.147.ar.5.2.
Ieiunabant Iudæi vſq; ad ueſperã, ideſt, uſq; ad noctẽ, quia nocti cõparatur ſtatus ueteris teſtamenti, quia poſt mortẽ ibant ad Limbum propter peccatum Adæ. q.147.ar.7.1.
Ieiunium non eſt neceſſarium abſolute, ſed ex præcepto eccleſiæ, quia ſecundum ſe eſt pœnale, ideo non eſt eligibile, niſi inquantum eſt utile ad aliquem finem. q.147.ar.3.1.
Ieiunium eſt de præcepto legis naturæ ſecundum quod eſt neceſſarium ad ſalutem, ſed determinatio temporis eius & modi eſt de præcepto eccleſiæ. q.147.ar.3.
Ieiunia eccleſiæ ſunt ab omnibus ſeruanda, niſi ſint legitimo impedimento detenti. q.146.ar.4.
Ieiunia eccleſiæ & alia præcepta ſunt a iuſtis obſeruanda ſicut & ab aliis. q.147.ar.3.
Ieiunare debent itinerantes & operarii diminuendo laborem, niſi ſit neceſſitas q.147.ar.3.
Ieiunia quatuor temporum ſunt quaſi primitiæ & expiatio totius animi. q.147.ar.6.
Ieiunium exultationis non eſt in præcepto eccleſiæ. q.147.ar.5.
Ieiunium de ſe nullo tempore eſt prohibitum, tñ ieiunans in dominica contra conſuetudinem eccleſiæ, uel ex ſuperſtitione ut neceſſarium, ſicut Manichæi, peccat. q.147.ar.5.
Ieiunium fit in uigiliis Sanctorum cauſa præparationis ad deuotionem, & cauſa ſignificationis, ꝗ ſancti per afflictiones peruenerunt ad gloriam. q.147.ar.5.
Ieiunii tẽpore cõueniens hora prandii eſt hora nona, ſed hora ſexta alio tẽpore ſecundũ communem curſum. q.147.ar.7.
Ieiunii hora prãdii determinatur ſecundũ groſſam extimationem, licet ſit modicum ante uel poſt nonam. q.147 ar.7.2.
Imprudentia ſumitur tripliciter, ſ. negatiue, priuatiue, & cõtrarie, prima non eſt peccatum, ſecunda eſt peccatũ rõne uanæ gloriæ, tertia uero ſecundum ſe eſt peccatum mortale ſi ſit contra præceptum Dei, aliter eſt ueniale. q.52.ar.1.
Imprudentia eſt peccatũ generale participatiue non aũt eſſentialiter cuius ſunt triplices partes ſubiectiuæ, ſ. monaſtica, politica & œconomica, potentiales uero ſunt præcipitatio ſiue temeritas, inconſideratio, inconſtantia, negligentia, & integrales quæ reducuntur ad potentiales. q.53.ar.2.3.4.5.
Imprudentia per eſſentiam eſt peccatum ſpeciale cum ſit circa actus ſpeciales, ſcilicet rationis. q.53.ar.2.
Imprudentia cum ſuis uitiis oritur ex luxuria. q.53.ar.6.
Intellectus aſſentit alicui dupliciter, uel quia mouetur ab obiecto per ſe cognito, uel per aliud uel per quãdam electionem uoluntariam. q.1 ar.4.
Intellectus credentis determinatur ad unum non per rationẽ, ſed per uoluntatem. q.2.ar.1.3.
Intellectus & ſcientia quantũ ad maiorẽ manifeſtationẽ excedunt fidem, non aũt quantũ ad certiorẽ inhæſionẽ. q.4.8.3.
Intellectus angeli ante confirmationẽ & hoĩs ante peccatũ, etſi non erat obtenebratus culpa uel pœna, obſcurus erat in in cõparatione ad immenſitatem diuini luminis. q.5.ar.12.
Intellectus ut dicit lumen ſupernaturale ad cognitionem, eſt unum de ſeptem donis Spiritusſancti. q.18.ar.1.
Intellectus donũ eſt principaliter ſpeculatiuum, ſecundario autem practicum. q.8.ar.3.
Intellectus donũ non ſolũ ſe extendit ad intelligibilia æterna & neceſſaria, ſed etiã ad regulas humanorũ actuũ. q.8.ar.3.2.
Intellectus donũ eſt ſemper in oĩbus exiſtentibus in gratia, nec umquàm ſe ſubtrahit circa neceſſaria, ſed in aliis. q.8.ar.4.
Intellectus donum non eſt, niſi in exiſtente in gratia. q.8.ar.5.
Intellectus non attingens ad rationem doni poteſt eſſe in non habente gratiam q.8.ar.5 1.
Intelligentia prophetica & donum intellectus differunt inter ſe. q.8.ar.5.2.
Intellectus importat quandam perceptionem ueritatis, fides autem aſſenſum ad ueritatem. q.8 ar.5.
Intellectus dono homo habet rectam exiſtimationem de ultimo fine quod conuenit omni & ſoli habenti gratiam gratũ facientem. q.8.ar.5.
Intellectus donum eſt ad capiendum diuina quorũ iudicium eſt doni ſapientiæ ſicut doni ſcientiæ reſpectu creaturarũ, & conſilium eſt reſpectu ſingularium operum. q.8.ar.7.
Intellectus donum & fides ſunt circa principia cognitionis naturalis & gratuitæ, ſecundum aſſentiendo, primũ penetrando uel capiendo. q.8.ar.6.2.
Intellectus donum pertinet ad utramq; cognitionem ſpeculatiuam & practicam, non quantum ad iudicium, ſed quantum ad apprehenſionem. q.8.ar.6.
Intellectus donum correſpondet ſextæ beatitudini. q.8.ar.7.
Intelligere ueritatem cuiuslibet rei eſt ſecundũ ſe amabile, per accidens tamen poteſt eſſe alicui odibile. q.15.ar.1.3.
Intellectus & ſcientia fideliũ cõſiſtunt in præceptis legis, & ideo præcepta antecedunt intellectum & ſcientiam eorũ. q.16.3.
Intellectus & ſcientia fideliũ cõſiſtunt in præceptis legis, & ideo nõ dantur de eis ꝑcepta in Decalogo, ſed in ſequẽtibus. q.16.1.
Intellectus qui eſt donũ Spiritusſancti eſt ꝗdã acuta perfectio diuinorũ, qui ut ſic non eſt pars prudentiæ. q.49.ar.2.2.
Intellectus nomẽ ſumitur ab intima penetratione ueritatis, rationis uero nomẽ ab inquiſitione & diſcurſu. q.49.ar.5.3.
Inuiſibilia Dei altiori modo quantum ad plura percipit fides, quam ratio naturalis ex creaturis. q.2.ar.3.3.
Inueſtigatio naturalis rationis non ſufficit humano generi ad cognitionem diuinorum, neq; ad cognitionem eorum quæ naturaliter cognoſcuntur q.2.ar.4.
Infideles habent ignorantiã eorum quæ ſunt fidei. q.1.ar.5.1.
Infidelitas ſumitur dupliciter, negatiue & contrarie, ideſt, repugnando, uel contemnendo, & eſt peccatum, primo autẽ modo eſt pœna. q.10.ar.1.
Infidelitatis ratio perficitur in cõtemptum, ideo eſt in uoluntate ut in cauſa, in intellectu autem ut in ſubiecto. q.10.ar.2.
Infidelitas eſt grauiſſimum omnium peccatorum circa mores, non autem circa uirtutes theologicas. q 10.ar.3.
Infidelitas eſt in intellectu ſubiectiue, in uoluntate autem imperatiue, ideo actus eius eſt demeritorius. q.10.ar.2.
Infidelis pro peccato infidelitatis grauius punitur ꝙ pro quocumq; alio peccato alius peccator, conſiderato peccato in genere, ſed pro quocumq; alio peccato cæteris paribus, grauius peccat fidelis quàm infidelis. q.10 ar.3.ad 3.
Infidelitas habet ignorantiã adiunctã, & habet aſſenſum ad ea quæ ſunt fidei, & ideo eſt grauiſſimũ peccatorũ. q.10.ar.3.2.
Infidelium actiones non oẽs ſunt peccata, ſed aliqui actus eorũ ſunt boni ex eſſentiali obiecto uel circunſtantia, & placent Deo, nullus tamen eorum eſt meritorius. q.10.ar.4.
Infidelium uita eſt peccatum, quo intelligatur. q.10 ar.4.1.
Infidelitatis ſpecies ſunt triplices. Paganorum, Iudæorum & hęreſis. q.10.ar.1.
Infidelitas poteſt eſſe una ſicut fides, ex eo ꝙ omnia in quibus erat, ordinantur ad unum. q.10.ar.5.3.
Infidelitas, hæreſis eſt peior quàm Iudæorum, & hæc quàm Paganorum. q.10.ar.6.
Infideles qui aliquando dimiſerunt fidem, ſ. hęretici, cogendi ſunt ad fidem, non autem alii Pagani, ſ. Iudæi. q 10. ar. 8.
Iudæi ſi nullo modo acceperũt fidẽ non ſunt cogendi ad fidẽ, ſecus autem ſi aliquando fidem acceperunt. q.10.ar.8.2.
Infideles qui numquàm fuerunt de fide eccleſiæ, ſ. Iudæi & Pagani non reputantur hæretici licet peruerſam habeant fidem, ſunt tamen compellendi a fidelibus ſi adſit facultas ut fidem impediãt uel blaſphemiis uel malis perſuaſionibus, uel & apertis perſecutionibus. q.10.ar.8.
Infidelis non debet permitti habere dominium nouum ſuper fideles, ſed tantum antiquum quo etiam priuari poteſt, ſed eccleſia permittit, ꝙ infideles accipiant a fidelibus miniſterium in aliquo artificio. q.10.ar.10.3.
Infideles contemnunt fidem, ſi fidelium defectus cognoſcant. q.10.ar.10.
In infidelibus illis qui tẽporaliter eccleſiæ uel eius membris nõ

ſubiacent

ſubiacent ius auferendi res eorũ Eccleſia nõ ſtatuit, licet poſſet ſtatuere & de iure, & hoc facit ad ſcandalum vitandũ ne nomen dñi & doctrina Chriſti blaſphemetur. q. 10 ar. 10.

Infidelium res ſi ipſi delinquant licet auferre per vim authoritate publica, non autem priuata. q. 10. ar. 10.

Infideles qui nunquam fidem acceperunt conuerſi ad fidem nondum oſtendunt aliquod ſignum inconſtantiæ circa fidẽ ſicut hæretici relapſi: & ideo non eſt ſimilis ratio recipiendi de utriſque. q. 11 ar. 4. 3.

Infidelis eſt ſi quis exiſtimat miſericordiam Dei non eſſe infinitam in uniuerſali. q. 20. ar. 2. 2.

Infidelitas habet rationem peccati ex odio Dei. q. 34. ar. 2. 2.

Infidelitas ſecundum ſe eſt grauius peccatũ ſchiſmate, ſed p accidẽs eſt e conuerſo, ſed in lege ueteri ſchiſma fuit grauius punitum pp grauitatem & ignorantiam iudæorum. q. 39. ar. 2.

Increpationes quæ fiunt in ſacra ſcriptura tripliciter ſunt intelligendæ, per modum prænuntiationis, per modum operationis iuſtitiæ punientis, per modum deſiderii remouentis culpæ. q. 25. art. 6. 3.

In naturalibus quilibet tenetur magis amare cõſanguineos, & in ciuilibus conciues, & in militaribus cõmilitones. q. 26 ar. 8.

Inuidia eſt triſtitia de bono alterius in quantum æſtimatur imminuere gloriam propriam. q. 36. art. 1.

Inuidia præcipue eſt in bonis in quibus eſt gloria & honor. q. 36. ar. 1.

Inuidia non eſt inter multum inęquales, ſed ad illos tantũ quibus poteſt quis ſe æquare uel præferre. q. 36. ar. 1. 2.

Inuidia quælibet eſt peccatum nõ autẽ omnis zelus qui proprie eſt triſtitia de eo quod deeſt nobis non aliis. q. 36. ar. 2.

Inuidia ſecundum genus ſuum eſt peccatum mortale: tamen primi motus ſunt peccata uenialia, & ſunt etiam in viris perfectis. q. 36. ar. 3.

Inuidia contrariatur duabus virtutibus quia habet duo obiecta, ſ. principale, id eſt bonum, & proximum. primo contrariatur miſericordiæ, ſecundo autem nemeſi. q. 36. art. 3.

Inuidia eſt uitium capitale cuius ſunt quinq; filiæ, odium, ſuſurratio detractio, exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis. q. 36 ar. 4.

Inuidia ad proximum eſt mater odii, primo ad proximum, cõſequenter ad Deum. q. 34. ar. 6. 2.

Inuidia ut plurimum naſcitur ex ſuperbia. q. 36. ar. 4. 1.

Inclinatio in finem rectum eſt electio & actus uirtutum moralium ſed diſcretio eorum quibus hoc bonum rationis conſequi poſſumus in operationibus & paſſionibus eſt actus prudentiæ. q. 47. ar. 1 2.

Incõſideratio maxime opponitur rectitudini iudicii. q. 53. 4. 3.

Inconſideratio eſt ſpeciale peccatum imprudentiæ, & opponitur rectitudini iudicii in moralibus. q. 53. art. 4.

Inconſtantia eſt ſpeciale peccatũ imprudentiæ deficiens a præcipiendo bonum propoſitum cuius principium eſt in appetitu, finis autem in intellectu. q. 53. ar. 3.

Inconſtantia circa abſtinentiam a delectabilibus eſt filia luxuriæ, licet etiam quæ eſt in terribilibus oriatur ex luxuria. q. 53. 5. 2.

Inconſtantiam faciunt inuidia & ira, quæ eſt in principium cõtentionis ex parte appetitus q. 53. art. 5. 1.

In lege Dei dantur præcepta contra uitia prudentiæ inquantũ ſunt contra iuſtitiam, ſcilicet aſtutia, fraus & dolus. quæſtio. 56. ar. 2.

In pertinentibus ad iuſtitiam omne ſuperfluum dicitur lucrũ, & omne minus dicitur damnum, quia iuſtitia prius fuit exercita, & communius exercetur in uoluntariis, commutationibus in quibus hæc proprie dicuntur. q. 58 ar. 1. 3.

Iniuſtitia duplex, ſ. illegalis quæ eſt oppoſita iuſtitiæ legali, alia ſecundum inæqualitatem ad alterum: prima eſt generalis intentione & ſpecialis obiecto, ſecunda uero eſt ſpecialis utroq; modo. q. 59 ar. 1.

Iniuſtitia ſemper eſt ad alterum. q. 59. ar. 3 2.

Iniuſtitia eſt circa operationes exteriores. quæſtio. 60. articulo 3. ad 3.

Impediens aliquem iniuſte ne acquirat præbendam, tenetur ad reſtitutionem ad arbitrium boni uiri, non autem ſi iuſte impedit. q. 62. ar. 2. 4.

Inueniens aliquid quod de propinquo fuit alicuius non habentis illud pro derelicto, tenetur ad reſtitutionem, non autem ſi numquam fuerit alicuius, vt gemmæ in littore, vel tantum antiquitus vt theſauri, ſed conceduntur occupanti, tamen ſecundum leges ciuiles medietas debetur domino agri. q. 66. art. 5. ad 2.

Incarcerare hominem, uel ligare, uel qualitercumq; detinere, eſt illicitum niſi fiat ſecundum ordinem iuſtitiæ uel in pœnam, uel ad cautelam alicuius mali uitandi. q. 65. ar. 3.

In notoriis non requiritur accuſator, quia infamia tenet locũ accuſationis. q. 67. ar. 2. 3.

In domo ſunt duo, ſ. ſubſtantia & uſus, ſed aliud eſt habere domum, & aliud eſt uti domo, unde ſeparatim poſſum uſum uendere ſine domus uenditione, & ita in omnibus aliis huiuſmodi, unde ſi aliqua ſunt quæ conſiſtant ipſo uſu tantũ, & uſus eorum eſt diſtractio, non poteſt fieri id quod de domo. q. 78. ar. 1.

In illis eſt peccatum, quæ bis uenduntur. quæſtione 78. articulo 1.

Inobedientia eſt duplex generalis, id eſt, quicumque receſſus a præcepto, & ſpecialis, id eſt, contemptus eius quæſtione 104. artic. 2. ad 1.

Inobedientia omnis formaliter, id eſt ex contemptu eſt peccatum mortale. q. 105. art. 1.

Inobedientia non eſt peccatum in Spiritum ſanctum, niſi ſit ei annexa obſtinatio. q. 105. art. 2.

Inobedientia eſt tanto grauior quanto præcipiens eſt maior, & quanto præceptum eſt magis intentum. quæſtione 105. articulo 2.

Ingratitudo quælibet eſt peccatum, quia tollit debitum gratitudinis quod eſt debitum honeſtatis. q. 107. art. 1.

Ingratitudo pertinet ad primam & ſecundam ſpeciem ſuperbię. q. 162. art. 4. 3.

Ingratitudo eſt ſpeciale peccatum ratione contemptus beneficii, ſed eſt circunſtantia reſpectu aliorum peccatorum. q. 107. artic. 2.

Ingratitudo eſt peccatum mortale, & aliquando veniale. q. 107. artic. 3

Ingratitudo proueniens ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, ſed proueniens ex ueniali habet imperfectam. q. 107. ar. 3. 1.

Ingratitudo non eſt reſpectu adiuuantis peccare, quia non confert beneficium, ideo non debetur ei gratiarum actio. q 107. artic. 3.

Ingratitudo dicitur dupliciter, ſcilicet per ſolam omiſſionem actus gratitudinis & per actum contrarium gratitudini. q. 107. art. 3.

Ingratitudinis gradus triplex, ſ. non retribuere, diſſimulare & peſſimus ex negligentia obliuiſci, ſed reddere mala pro bonis reducitur ad primum, uituperare beneficium reducitur ad ſecundum, ſed id reputare maleficium. quęſtione 107. articulo 2. ad 3.

Ingratus meretur priuari beneficio, tamen dans beneficium nõ debet ſubtrahere ne fiat peior. q. 107. art. 4. 3.

Ingratitudo ſecundum quam peccata redire dicuntur incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatũ eſt cõtra Deũ, ideo talis ingratitudo non eſt ſpeciale peccatum. quæſtione 107. art. 2 ad 1.

In ſacra ſcriptura aliqui laudantur dupliciter, ut exempla perfectæ uirtutis ut Abraham & Iacob, & propter indolem uirtutis ut Iudith & obſtetrices, primi excuſantur a mẽdacio, quia figuraliter & prophetice locuti ſunt, non autem ſecundi, licet uerum dixerint myſtice. quæſtione. 110. articulo. 3. ad 5.

In timiditas eſt peccatum, quia cauſatur ex defectu amoris, uel rationis, uel ex ſuperbia. q. 126. art. 1.

Impauiditas opponitur fortitudini ſecundum defectum timoris timiditas autem ſecundum exceſſum eius. quęſtione. 126. articulo 2.

Integritas, tranquillitas animi, decor & honeſtas maxime conueniunt temperantiæ inter cæteras uirtutes. quæſtione. 141. artic. 12.

Inſenſibilitas eſt uitium quo prætermittuntur neceſſaria uitæ contra rationem, ideo eſt peccatum. q. 142 art. 1.

Inſenſibilitas non multum contingit, ideo ipſa & omnes eius ſpecies oppoſitæ diuerſis ſpeciebus temperantiæ ſunt innominatæ, & contrariantur temperantiæ & intemperantiæ. q. 150. artic. 1. ad 1.

Intemperantia eſt maxime uituperabilis. q. 142 art. 4.

Intemperantiæ maximum remedium adhibetur non immorari circa conſiderationem ſingularium. quæſtione. 142. articulo. 3.

Intemperantia dicitur puerile peccatum propter tria. quæſtio. 142. art. 2.

Incontinentia proprie eſt circa concupiſcentias tactus, ſecundũ quid autem eſt circa honores, diuitias & huiuſmodi, improprie uero eſt circa uirtutes, prima eſt peccatum dupliciter, ſ. recedendo a ratione & immergendo ſe turpibus, ſecunda in primo modo. tertio uero non eſt peccatum, ſed eſt perfectio uirtutum. q. 166. ar. 2.

Incontinentiæ ſpecies ſunt duę, ſ. præuolutio conſilii, & debilitas

bilitas in præconſiliatis.q.156.ar.1.

Incontinentia pertinet ad corpus occaſionaliter, ſed per ſe cau ſatur ab anima non reſiſtente paſſionibus.quæſtione 156.articulo 1.

Incontinens uincitur a paſſionibus non quidem cogentib⁹, ſed vehementer impellentibus & propter negligentiam.q6.156.ar.1.ad 3.

Incontinens ante conſilium eſt ex impetu paſſionis propter velocitatem ut in colericis, vel propter vehementiam, ut in melancolicis, qui propter terreſtrem complexionem uehementiſſime inflammantur, ſed poſt conſilium, eſt propter mollitiem complexionis, ut in flegmaticis.q.156.ar.1.ad 2.

Incõtinens peccat ex paſſione errans circa particulare ut nunc, ideo ſanabilior eſt & minus malus intemperato, quia intēperans peccat ex habitu, errans circa vltimum finem.q.156.articulo 3.

Incontinens iræ audit rationem ſed imperfecte, incõtinens autem concupiſcentiæ totaliter, eam non audit.quæſt.156.articulo 4.

Incontinentia iræ eſt peior ratione mali accidentis, quàm incõtinentia concupiſcentiæ, ſed ratione paſſionis eſt econuerſo.q.156.ar.4.

In reliquijs ſanctorum non eſt aliqua uirtus uel forma qua fiūt miracula ſed fiunt a Deo, vtente eis inſtrumentaliter.q6.78.art.1.

In ſtatu perfectionis ſunt ſoli, profeſſi ſolenniter religionem & Epiſcopi.q.184.ar.4.

Interioris actus uirtutum nõ cadunt ſub uoto religionis, ſed religio ad eos ordinatur vt ad finem.q.186.art.7.ad 1.

In ingreſſu religionis recipitur tanta gratia quanta recipitur in baptiſmo, & remittitur omnis pœna.quæſtio.189.articulo 3.ad 3.

Inducens alios ad religionem non peccat ſi fiat ſine uiolentia, ſimonia & mendacio, ſed magnum præmium meretur.qu.189.ar.9.

Inſidiæ non proprie ſunt fraudes, nec opponuntur iuſtitiæ nec ordinatæ uoluntati: ideo licet eis uti in bello iuſto, ut patet in libro ſtratagematum Francorum.q.40.art.3.

Ioannes Baptiſta fuit maior propheta Moyſe & cæteris prophetis ueteris teſtamenti.q.174.ar.4.ad 3.

Ioannes non ignorauit myſterium incarnationis quãdo dixit, tu es qui venturus es, an alium expectamus? quæſt.2.artic.7.ad 2.

Hypocrita, non uidetur ſimoniacus, quia non dat ſpirituale ꝑ temporali, ſed demonſtrat ſanctitatem & furatur laudem.q.100.ar.5.ad 2.

Ironia eſt uitium quo quis aſſerit minora de ſe quã credit, ideo ſemper eſt peccatum, tamen leuius ut plurimum quam iactãtia.q.113.ar.1.

Ironia & iactantia circa idem, ſcilicet circa conditionem perſonæ mentiuntur verbis uel quibuſcumque ſignis.q.113.articulo 2.

Ira dicitur tripliciter, ſcilicet habitus uel actus vitij oppoſit⁹ manſuetudini, ſecundo voluntas vindictæ, tertio paſſio.q.158.articulo 8.

Ira duplex, ſ.per zelum, i.ſecundum rationem & ira per uitiū, i.contra rationem.q.158.ar.1.

Ira eſt inordinata dupliciter, ſ.ratione appetibilis, & ratione modi.q.158.ar.4.

Iræ gradus triplex, ſ.in corde, ore, & opere, quæſ.158.articulo 5.ad 3.

Ira ſecundum rationem rectam eſt paſſio laudabilis, quæ autem eſt contra rationem in plus vel minus, eſt peccatum.q.53.ar.6.ad 1.

Ira eſt ianua omnium uitiorum, per accidens, ſ.impediendo rationem, per ſe reſpectu aliquorum vitiorum.q.158.articu.6.ad 3.

Ira contra rationem ex parte obiecti ſemper eſt peccatum mortale, niſi deſit conſenſus, vel niſi de re parua, non autem ratione modi, niſi ſit contra charitatem.quæſtione 158.articulo 3.

Ira eſt uitium capitale, non autem odium.quæſtione 158.articulo 6.

Iræ ſpecies ſunt tres, ſcilicet fel, ideſt acuta mania, ideſt, manēs. & furor.q.158.ar.5.

Iræ filiæ ſunt ſex, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia.q.158.ar.7.

Ira eſt ſubiectiue in iraſcibili.q.162.ar.3.

Iræ defectus in uoluntate uel in appetitu ſenſitiuo cõtra rationem ſemper eſt peccatum.q.158.ar.8.

Ira ſequitur magis complexionem corporis, quàm cõcupiſcētia propter uelocitatem choleræ ad iram: ideo promptius inſurgit ira quàm concupiſcentia.q.156.ar.4.

Ira cauſatur ex accidente extrinſeco, ſ.ex læſione, ſed concupiſcentia delectabilium cauſatur ex cauſa naturali: ideo concupiſcentia diuturnior eſt & communior & requirens principaliorem virtutem licet ira maiorem impetum habeat.quæ.161.ar.7.ad 2.

Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra deriuetur.quæſtione 46.articulo 3.ad 3.

Iræ effectus & ſigna ſunt quinque, ſcilicet palpitatio cordis, tremor corporis, inflammatio faciei, exaſperatio oculorum & clamor irrationalis.q.158.ar.4.

Ira inter cæteras paſſiones magis impedit uſum & iudicium rationis.q.157.ar.4.

Ira & inuidia cauſant inconſtantiam pertrahēdo rationem ad aliud, ſed luxuria totaliter extinguendo lumē rationis.q.53.ar.6.

Ira eſt leuior quàm inuidia ratione appetibilis, & hæc quã odiū ſed econuerſo ratione modi.q.158.art.4.

Ira operatur cum triſtitia, cõcupiſcentia uero delectabiliter, ſed ira eſt minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione.qu.156.artic.4.

Iræ reſiſtere & pugnare contra iram eſt difficilius ad horã, propter impetum eius quam contra delectationem & concupiſcentiam: ſed econuerſo propter maiorem continuitatem.q.156.ar.1.

Iræ contrariatur aliquod uitium, ſcilicet inordinata remiſſio iræ, ſed non apparet, quia eſt innominata.quæſtione.158.articulo 8.

Ira non opponitur manſuetudini, niſi ſecundum quòd ira eſt inordinata.q.157.ar.1.ad 3.

Iræ magis opponitur manſuetudo quàm defectui eius: ideo uitium oppoſitum manſuetudini nominatur ira ad quam refrenandam principaliter manſuetudo ordinatur.quæſ.157.ar.2.ad 2.

Ira appetit malum alicuius ſub ratione iuſtæ uindictæ odium ſub ratione mali, inuidia ſub ratione propriæ gloriæ.q.34.artic.6.ad 3.

Ira appetit nocere propter læſionem tantum cum menſura, & vt ſciatur, odium uero propter contrariam diſpoſitionem infinite non tantum ut ſciatur.q.42.ar.2.

Ira reſpicit bonum iuſtitiæ, concupiſcentia uero bonū delectabile uel utile.q.158.ar.8.

Iracundia eſt exceſſus iræ: ideo eſt uitium oppoſitum manſuetudini.q.157.ar.1.ad 3.

Iraſcibilis actus inquantum eſt naturalis homini inquantum eſt ſecundum rationem, ſed inquantum eſt præter ordinem rationis eſt contra naturam hominis.quæſtione 158.articulo 2.ad 1.

Iraſcibilis potius denominatur ab ira quàm ab alijs paſſionibus, quia eſt notior, ſcilicet quia eſt effectus & terminus earū.q.46.ar.1.ad 1.

Iraſcibilis dupliciter ſumitur, ſcilicet, ꝓprie, ideſt appetitus ſenſitiuus, & improprie, ideſt uoluntas.q.162.ar.3.

Ius proprie eſt obiectum iuſtitiæ, lex autem eſt eius ratio ſcripta.q.57.ar.1.

Ius primo impoſitum eſt ad ſignificandum rem iuſtam, ſecundario autem artem qua cognoſcitur, tertio locum, quarto id quod redditur a iudice.q.57.ar.1.ad 1.

Ius uel iuſtum eſt opus adæquatum alteri ſecundum aliquem æqualitatis modum.q.57.ar.1.

Ius diuinum eſt quod diuinitus promulgatur, & eſt duplex, ſ.naturale & poſitiuum.q.57.ar.2.

Ius naturale dicitur dupliciter, ſ.ꝙ ex natura ſua abſolute eſt alteri adæquatum & ut ex eo aliquid conſequitur, primo conuenit omni animali, ſecundum autem ſoli homini, & eſt ius gentium.q.57.ar.3.

Ius dicitur duplex, ſ.ſimpliciter, ideſt æqualium & ſecundum quid ideſt inæqualium & hoc eſt triplex, ſ.dominatiuum, paternum & œconomicum.q.57.ar.4.

Ius poſitiuum permittit vſuras, non quidem ut iuſtas ne communitas patiatur multas incommoditates.qu.78.articulo 1.ad 2.

Ius percipiendi decimas poteſt uel ſoli Eccleſiæ non autem laici, licet fructus quandoque eis concedantur.q.87.ar.3.

Iudæi dabant decimas prædiales, non autem perſonales.q.87.art.2.ad 1.

Iudæi dabant tres decimas ex præcepto Dei, primas miniſtris ſicut & nunc, ſecundas in ſacrificia quæ ceſſarunt, tertias pauperibus quæ nunc plus debentur.q.87.ar.1.ad 4.

Iudæis

Iudæis fuit conceſſum ut ab extraneis acciperent vſuram, non quaſi licitum ſed permiſſum ad maius malum uitandum. quæſt.77.arti.1.ad 2.
Iuſtitia & temperantia important, id vnde uirtus laudatur, ſcilicet æqualitatem & concupiſcentiarum refrenationem: & ideo numquam poſſunt ſumi in malo.q.55.ar.1.ad 1.
Iuſtitia eſt habitus ſecũdum quem aliquis conſtãti & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit. quæſtione 58. articulo 1.
Iuſtitia non eſt rectitudo eſſentialiter ſed cauſaliter tantum. q. 58.articulo 1.ad 2.
Iuſtitia in quadam æqualitate conſiſtit.q.58.art.1.
Iuſtitia eſt æterna ex parte obiecti, non autem ex parte actus.q. 58.ar.1.ad 3.
Iuſtitia proprie ſemper eſt ad alterum, ſed metaphorice eſt ad ſe, ſecundum diuerſas partes.q.58.ar.2.
Iuſtitia dicitur dupliciter, ſcilicet proprie, ideſt virtus quæ eſt rectitudo actus, & metaphorice, ideſt rectitudo ordinis ĩ partibus hominis.q.58.ar.2.
Iuſtitia eſt uirtus.q.58.ar.3.
Iuſtitia eſt in uoluntate ſubiectiue.q.58.ar.4.
Iuſtitia quandoque uocatur ueritas, quia eſt rectitudo impreſſa uoluntati rectitudine rationis, quæ dicitur ueritas.q.58.art. 4.ad 1.
Iuſtitia duplex, ſcilicet generalis ordinans ad bonum cõe, & particularis ad perſonas particulares.q.58.ar.5.
Iuſtitia dicitur generalis dupliciter, cauſaliter & per prædicationem: prima eſt legalis differens realiter a qualibet alia uirtute, ſecũda eſt uirtus in communi, vt imperata a iuſtitia legali differens ab aliis uirtutibus ſecundum rationem tantum. q.58.ar.6.
Iuſtitia legalis inquantum reſpicit bonum commune ut proprium obiectum, eſt uirtus ſpecialis ſecundum eſſentiam, & ſic eſt in principe architectonice, & eſt ſecundario in ſubditis quaſi adminiſtratiue, ſed eſt generalis cauſaliter, & ſecũdum virtutem ſuam inquantum ordinat actus omnium virtutũ ad bonum commune.q.58.ar.6.
Iuſtitiæ particularis materia eſt duplex, ſcilicet materia proxima ut paſſiones ac operationes, & materia remota, ſ. res exteriores.q.58.ar.8.
Iuſtitia particularis habet materiam ſpecialem, ſ. operationes exteriores quæ ſunt ad alterum.q.58.ar.8.
Iuſtitia particularis non eſt circa paſſiones animę, ſed iuſtitia legalis eſt circa eas, licet principalius ſit circa operationes exteriores.q.58.ar.9.
Iuſtitia per redundantiam eſt in qualibet potentia animæ imperando, non autem eſſentialiter.q.58.ar.8.
Iuſtitia poſt prudentiam nobilior eſt omni alia uirtute morali, deinde fortitudo & poſt has temperantia.q.58.ar.12.
Iuſtitia eſt circa operationes ad alterum ſub ratione debiti legalis, amicitia uero ſub ratione debiti moralis uel beneficij gratuiti.q.58.ar.12.
Iudicium eſt actus iudicis inquantum iudex, ideſt inquantum eſt ius dicens, ideo eſt actus iuſtitiæ, ideſt executio iuſtitiæ.q. 60.ar.1.
Iudicium ſecundum primam impoſitionem ſignificat rectam determinationem iuſtorum, ſed poſt ampliatum eſt nomen eius ad ſignificandam omnem rectam determinationem ſiue practicam ſiue ſpeculatiuam.q.60.ar.1.ad 1.
Iudicium quodlibet duo requirit, ſ. uirtutem proferẽtem, & diſpoſitionem eius: ratione primi eſt actus rationis prudentiæ & ſyneſis, ſed ratione ſecundi, eſt actus iuſtitiæ.quæſ.60.ar.1. ad 1.
Ad iudicium iuſtum tria requiruntur, ſcilicet iuſtitia, authoritas & prudentia: ſi primum deſit eſt iudicium peruerſum, ſi ſecundum eſt iudicium uſurpatum, ſi tertium, eſt iudicium ſuſpitioſum uel temerarium.q.60.ar.3.
Iudicare nemo poteſt, niſi ſubditum ordinarie, vel ex commiſſione ſuperioris uel propria ſponte, uel delinquentem in re non exempta.q.60.ar.2.
Iudicare debet iudex ſecundum leges ſcriptas. quæſtio.60. articulo 5.
Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata etiam contra ueritatem quam nouit, ut perſona priuata quæſtione 67. artic.2.
Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum in iudicijs manifeſtis, non autem in occultis, quia eorum rationes homo non poteſt comprehendere.q.108.arti.4.ad 2.
Iudex nullam probationem debet admittere contra leges diuinas uel humanas.q.67.ar.2.
Iudex neminem debet condemnare, niſi accuſatum. quæſt.67. articulo 3.
Iudex bonus eſt diminutiuus pœnarum quæ ſuo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quę determinantur a lege diuina uel humana.q.67.ar.41.
Iudex non poteſt dimittere pœnam pro alterius iniuria, niſi læſus velit, nec pœnam pro iniuria communitatis, niſi ſupremus iudex ſi expediat.q.68.ar.4.
Iudex perpendens accuſatorem falſo accuſaſſe, non quidẽ malitioſe, ſed temere, ideſt ex leuitate credendo, uel ex iuſto errore non imponat ei pænam talionis.q.68.ar.5.
Iuramentum eſt actus religionis, ſeu latriæ, quia honrabiliſſimum eſt.q.89.ar.4.
Iuramentum ſeu iurare eſt Deum in teſtem inuocare propter defectum locutionis & cognitionis humanæ, ideo non fit in neceſſarijs q.89.ar.1.
Iurare eſt implorare teſtimonium Dei ad exhibendum, ſed allegare ſacram ſcripturam eſt uti teſtimonio Dei iam dato. qu. 89.ar.1.ad 1.
Iuramentum Dei & iuramentum angeli in ſacra ſcriptura inducitur ad oſtendendum infallibilitatem diſpoſitionis diuinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti ſui.q.89. ar.10.ad 4.
Iuramentum ſecundum ſe licitum eſt & honeſtum, ſ. ratione originis & finis, ſed cedit in malum alicui ex eo quod male utitur eo, ideſt ſine neceſſitate & cautela debita vel quia imminet periculum periurii, quia homo in uerbo de facili delinquit.q.89.ar.2.
Iuramentum quæritur ad ſubueniendum alicui defectui, quo ſcilicet unus homo alteri diſcredit, ideo iuramentum nõ eſt per ſe appetendum, ſed tantum in neceſſitate, ut medicina utendum eſt eo.q.89.ar.3.
Iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet ueritatem, iudicium & iuſtitiam.q.89.ar.3.
Iurare per creaturas non licet, niſi ſecundum quod in eis veritas diuina uel effectus teſtificationis eius oſtenditur: ſicut iurauit Ioſeph per ſalutem Pharaonis ſcilicet, per modum execrationis, quaſi ſalutem Pharaonis obligauerit Deo, uel per modum conteſtationis, quaſi conteſtando ueritatem diuinæ iuſtitiæ, ad cuius executionem principes terræ conſtituuntur q.89.ar.6.
Iuramentum fit per aliquas creaturas, non quidem ſecundum ſe, ſed inquantum in eis diuina ueritas manifeſtatur, ſicut iuramus per euangelium, ideſt per Deum, cuius ueritas in euangelio manifeſtatur, & per ſanctos qui hanc veritatem crediderunt & obſeruauerunt.q.89.ar.6.
Iurare ſolet homo per caput ſuum, aut per filium ſuum, aut per aliquam aliam rem quam diligit, ſicut Apoſtolus iurauit per animam ſuam.q.89.ar.6.
Iurans clericus per creaturam punitur per canones, quod ad blaſphemiam infidelitatis pertinet, eo quòd dominus prohibuit iurare per creaturas: ita, ſ. quod eis adhibeatur diuina reuerentia.q.89.ar.61.
Iuramentum duplex, ſcilicet aſſertorium de præſenti uel præterito, & promiſſorium, ideſt de futuro.q.89.ar.1.
Iuramentum duplex, ſcilicet per ſimplicem conteſtationẽ Dei, & per execrationem, ſcilicet obligando ſe uel aliquid ſui ad pœnam.q.89.ar.1.ad 3.
Iurare per Deum ſecundum ſe, eſt maius quàm iurare per euãgelia. ſed ratione maioris ſolennitatis & maioris deliberationis eſt econuerſo.q.89.
Iuramentum obligat ſecundum intentionem iurantis ſine dolo, aliàs obligat ſecundum ſecundarium intellectum eius cui iuratur.q.89.ar.7.ad 4.
In iuramento promiſſorio eſt duplex obligatio, ſcilicet ad peccatum ſi deſit veritas, & obligatio ad faciendum illud quod promiſit, ſed in iuramento aſſertorio eſt tãtum prima obligatio, q.89.ar.7. ad 3.
Iuramentum coactum obligat in conſcientia, non autem in foro contentioſo, tamen poteſt repetere uel denuntiare ſuperiori etiam ſi oppoſitum iuraſſet.q.89.ar.7.
Cum iurat quiſpiam facere voluntatem alterius uel promittit, intelligenda eſt debita conditio, ſi ſcilicet id quod mãdatur licitum eſt & honeſtum & partabile ſiue moderatum. qõ.89. art.23.
Iuramentum & uotum cum uergũt in deteriorem exitum, uel cum ſit illicitum, non debet ſeruari q.89.ar.7.
Iurans aliquid illicitum facere, uel iurans abſtinere à bono ut a religione, non obligatur ſeruare illud, ſed eſt periurus ipſo facto.q 89.ar.1.ad 1.
Ille cui iuratur poteſt liberare a iuramẽto promiſſorio quo ad utilitatẽ eius, non autem quo ad utilitatem aliorum, nec quo ad bo-

ad honorem Dei. q.89.ar.9.2.
Iuramentum ſui ſubditi quilibet; & irritare circa ea quæ ſubduntur ſuæ poteſtati, ut pater uel maritus.q.89.ar.9 3.K
In iuramento aſſertorio non põt diſpenſari nec in promiſſorio ſecundùm ſe,ſed tantum ratione materiæ indebitæ,q.89.ar.9
Iurans debet eſſe ieiunus niſi in neceſſitate.q.89.ar.10
Iurare non licet in feſto pro temporali, niſi forte ex magna neceſſitate,ſed iurare pro re ſpirituali licet,q.89.ar.10
Iuſm recipere per falſos deos a diſpoſito ſic iurare licet ſecūdū beatum Aug non autem licet inducere,q.98.ar.4.4

L

LAVS prudentię non conſiſtit in ſola conſideratione,ſed in applicatione ad opus, q. 47.ar.1.3
¶ Laudandus eſt Deus ore, non ut ei aliquid manifeſtetur ſicut aliis,ſed ut nos excitemus & alios in Deum, & ut retrahamur ab eius offenſis, q. 91 ar.1
¶ Labor manualis eſt in præcepto charitatis non aūt ſingulis, niſi quando quis ſine eo non poteſt licite uiuere, q.187.ar.3
¶ Lex uetus continet præcepta cerimonialia. i. quæ ſpecialiter pertinent ad cultum Dei,q.122.ar.1.2
¶ Legislator non põt aliquod præceptum ponere,quod nõ oporteat in aliquo caſu prætermitti, q.147.ar.3.2
Lex diuina iubet reſtitutionē vſurarū fieri ſicut & rapinarū, & uoco legem diuinam quæ in Canone ſacræ ſcripturæ & in decretis ſanctorū patrū & conciliis continetur,quia ius diuinum eſt quod diuinitus promulgatur, q.57.ar.2.3
¶ Liberum arbitrium remanet ſemper in hac uita uertibile, tñ quandoque abiicit a ſe id per quod uerti poteſt ad bonum quantum in ipſo eſt, q. 14.ar.3.3
¶ Litigiū proprie eſt contradictio in uerbis non ex defectu amoris alios unientis, ſed ex hoc q̄ quis non vereretur cōtriſtare perſonā, eſt primū cōtētio & pertinet ad diſcordiā & contrariatur charitati, ſecūdū contrariatur amicitiæ vel affabilitati nõ aūt manſuetudini uel tēperantiæ, licet aliquando oriatur ex ira uel concupiſcentia generali & ex multis aliis, q. 166 ar.1
¶ Liberalitas eſt uirtus bene diſpenſandi diuitias in uſus bonos ſibi,ſuiſque & aliis, q. 177.ar.1
Ad liberalem non pertinet eſſe promptum ad recipiendū & minus ad petendum, ſed ſolicite procurat fructus ſuarum poſſeſſionum ad liberaliter dandum, q.117.ar.4.3
Liberalitatis materia ꝓpria mediata eſt pecunia. i. res poſſeſſa, ſed materia immediata eſt paſſio circa pecuniam, q.117.ar.2
Liberalitas moderatur amorē pecuniarum & timorem de amiſſione earum,q.123.ar.4 2
Liberalitatis actus proprius eſt duplex. ſ. bene uti pecunia in ſe & in alios,ſecundarius autem eſt præparare & conſeruare eas ad bonum,q.117.ar.3
Liberalitatis proprius & principalior actus eſt dare q̄ accipere uel acquirere uel conſeruare,uel uti pro ſe, q. 117.ar.4
Liberalis triſtatur q̄ aliquid detur non conuenienter,ſed magis quando ipſe dat non cōuenienter,quia plus opponitur actui eius proprio,q.117.ar.4.2
Liberalitati derogat dare aliquid cum concupiſcentia retinendi non autem amicitiæ uel charitati, ſed magis offēditur per fectio eius,q.31.ar.1.2
Liberalitas eſt ſubiectiue in concupiſcibili, q.134.ar.4 1
Liberalis eſt dare oīa pro Chriſto,non prodigi,q.119.ar.2 3
Liberalitas eſt ignobilior omni uirtute theologica & cardinali ſecundùm propriam naturam , quæ tamen habet quandam excellentiam inquantum eſt utilis ad multa, q.117.ar.6
Liberalitas nõ ſe extendit ad oēs ſicut iuſtitia, q. 123. ar.12 5
Liberalitate iuſtitia eſt ſimpliciter maior,qa eſt cōior,& fundamētū eius eſt & põt eſſe ſine ea nõ aūt ecōuerſo:ſed ſecūdùm quid eſt ecōuerſo.ſ.ut eſt ornamentū iuſtitiæ, q.123.ar.12.5
Liberalitas conuenit cū iuſtitia, q̄a utraq; eſt ad alterū principaliter & circa exteriora , ſed prima attendit exteriora , ut propria ſ. uero ut ſunt alterius & rōne debiti , idō liberalitas non eſt ſpecies iuſtitiæ,ſed eſt pars ſibi annexa, q. 117.ar.5. 2
Liberalitas eſt ad ſe in ſumptibus non autem in dationibus, ſed iuſtitia nullo modo eſt ad ſe, q. 117.ar.3.3
Libido concupiſcibilis eſt maior in incontinente q̄ in intemperato,ſed econuerſo de libidine uoluntatis,q.156.ar.3.3
¶ Licet dare uel accipere aliquid pro uictu in monaſterio ſi non ſit ſufficiens , non autem pro ingreſſu religionis, quia ſimonia eſt, q.100.ar.3.4
Licet nutrire pauperes ad religionem uel allicere munuſculus, licet non ſit licitum ex pacto aliquid dare uel accipere pro ingreſſu monaſterii,q.189.ar.9
¶ Longeuitas promittitur honorantibus parentes , priuatio autem uitæ inhonorantibus, q. 122.ar.5.4
¶ Loth culpandus eſt ſecundum Aug.q.150.ar.4
Loth culpandus eſt,non quantū ille inceſtus, ſed quantū ebrietas meruit, q.150.ar.4
¶ Loqui uident bruta p illuſionē Simonis Magi, uel operāte dæmone ſicut & aſina Balaam per angelum, q. 165.ar 2.4
¶ Lumen fidei facit uidere ea quæ creduntur,ſicut per alios habitus uidētur ea quæ ſunt cōuenientia illis habitibus, q.1.4.3
¶ Lucia poterat de conſenſu ſolius matris dare eleemoſinam, q.33. ar.8.2
¶ Luxuria principaliter eſt circa uoluptates uenereas, ſecundario autem dicit exceſſum in aliis,q.153.ar.1
Luxuriæ actus omnis eſt peccatum, q.153.ar.3
Luxuriæ actus quilibet deliberatus extra limites matrimonii eſt peccatum mortale.aliter uero eſt ueniale, q. 153.ar 3
Luxuria eſt uitium capitale,q.153.ar.4
Luxuriæ peccata inter uitia intemperantiæ ſunt maxime exprobrabilia, q.151.ar.4.3
Luxuriæ ſpecies ſunt ſex.ſ.fornicatio,adulterium, inceſtus,ſtuprum raptus,& luxuria contra naturam, q.154.ar.1
Luxuriæ peccatum contra naturam non eſt humanum,ſed beſtiale,q.142.ar.4
Luxuriæ filiæ ſunt octo,amor ſui,odium Dei,affectus præſentis ſæculi,deſperatio futuri,cæcitas mentis,inconſideratio,præcipitatio,inconſtantia,q.153.ar.4
Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus loquutionis, ſ. turpiloquia,ſtultiloquia,ſcurrilia,& ludicra, q.153.5.4
Luxuria & gula deprimunt rationem ſupra omnem aliam paſſionem, q.53.ar.6
Luxuria uix uitari poteſt niſi uitatur principium eius , ſcilicet aſpectus mulieris pulchræ & præcipue aſpectus uirginis. q. 167.ar.2
Luxuria uincitur fugiendo , ſed accidia & cætera uitia reſiſtendo,q. 35.ar.1 4
¶ Ludus eſt in remedium contra fatigationem animalem dans animæ quietem.i.delectationem, q.168.ar.2
Ludus triplex.ſ.deuotus,turpis & recreatiuus,primus eſt laudabilis,ſecundus debet uitari a quolibet,tertius debet ſumi,ſed temperatius a pœnitente, q. 168.ar.14.1
Ludus non debet habere tria,dicta & facta turpia & nociua,reſolutionem grauitatis, & indebitas circunſtantias, q.68.ar.2
Ludere inordinate ratione recreationis opponitur eutropeliæ, ſed pertinet ad mollitiem ratione quietis, q. 68.ar.2.3
Ludi defectus eſt pctm̄,ſed minus quàm exceſſus eius,q.68.ar.4
Ludi exceſſus duplex. ſ. ratione turpitudinis uel nocumenti & ratione indebitæ circunſtantiæ:primus eſt peccatum mortale.ſecundus eſt ueniale niſi ponatur finis in hoc, q.168.ar.3
Ludi Lupercalitas pertinet ad ineptam lętitiam filiam gulæ , q. 168.ar.3.3

M

MALVM culpæ nõ eſt a Deo ſicut ab auctore,ſed a nobis inquantū recedimus a Deo,malū autē pœnæ eſt a Deo auctore inquantum habet rationem boni,q.19.ar.1.3
¶ Mala ſunt etiam obiecta fidei, materialia tamen, q.7.ar.1.3
¶ Mater plus amat quam pater, qui debet plus amari quàm mater,q.26.ar 10
Malis debemus benefacere in auxilium naturæ non culpæ, q. 3.ar. 2 2
¶ Magis coniunctis eſt magis benefaciendum, cæteris paribus.
¶ Materia remota iuſtitiæ commutatiuæ , eadem eſt & iuſtitiæ diſtributiuæ,non autem materia proxima, q.61.ar.3
Maledicere contingit tripliciter.ſ.enūciatiue.i.detrahēdo, cauſaliter uel imperatiue,& optatiue,& hoc dupliciter, per ſe.i. ſub rõne mali & ſic eſt pctm̄,nõ autē ſi per accidēs i.ſub rõne boni duplicis.ſ.iuſti,ſicut iudex per ſniam,eccleſia per excōicationē,prophetæ conformādo ſe Deo,uel ſub rõne boni utilis.ſ.ut aliquis melior fiat uel ne noceat aliis, q.70.ar.1
Maledicere ſub rõne mali eſt peccatum mortale & eſt tāto grauius quanto plus perſona debet amari & reuereri, tamen tripliciter eſt ueniale. ſ. ratione parui mali uel ratione affectus.ſ.ex ioco uel leui motu uel rõne ſurreptionis. q.76.ar.3
¶ Martyrium eſt actus quadruplicis uirtutis. ſ. fortitudinis ut primo elicientis,patientiæ ut elicientis ſecundario,ſed charitatis ut imperantis,& fidei ut finis,q.124.ar.1.2
Martyrium eſt actus maximæ perfectionis nõ quidē ſecūdùm ſe,ſed ut imperatur a charitate,ut eā oſtendit,q.124.ar.30
Martyrium habet q̄ ſit meritorium ex charitate ſine qua nihil ualet,q.124.ar.2.2
Mors eſt de ratione martyrii, q.124.ar.4
Martyrium Ioannis baptiſtæ celebratur , licet mortuus ſit,non quidē pro fide,ſed per reprahenſione adulterii, q.124.ar.5
Martyrium eſt de præcepto ſecundum præparationem animi, q.24. ar.1.3

Martiriū oblatū debet tolerari patienter, ſed nō debet quæri, qa non debet dari occaſio agendi in iuſte. q. 124. ar. 1. 3.

Magnanimitas importat extenſionem animi uel ad magna abſolute uel ſecundum proportionem. q. 129. ar. 1.

Magnanimitas eſt uirtus, quia tendit ad maxima ſecundum rationem rectam. q. 129. ar. 3.

Magnanimitas eſt circa honores, ſed mediate, immediate uero eſt circa ſpem. q. 129. ar. 1.

Magnanimitas eſt circa gloriam, quia moderate utitur gloria ſicut & honore. q. 132. ar. 2.

Magnanimitas ad duo reſpicit. ſ. ad honorē ſicut ad materiam & ad opus magnum ſicut ad finem. q. 129. ar. 8.

Magnanimitas reſpectu honoris habet ſecundum exceſſum oppoſitum ambitionem, ut reſpicit opus magnum habet præſumptionem. q. 131. ar. 2. 1.

Magnanimitati opponuntur ea quæ opponuntur aliis uirtutibus ſecundū q̄ parua pro magnis habentur. q. 133. ar. 2. 1.

Magnanimitas eſt in iraſcibili ſubiectiue. q. 129. ar. 2. 1.

Magnanimus nō quærit honorem tāquam finē, quia hoc reputat parum ſed quærit fieri dignum honore. q. 129. ar. 1. 3.

Magnanimus bene utit̄ magnis & paruis honoribus, qa nō extollitur nec frangitur oppoſitis, ſed contemnit. q. 129. ar. 2. 3.

Magnanimitas contemnit bona exteriora, ideo non gaudet ſi acquirat ea, nec triſtatur ſi perdat ea. q. 129. ar. 8. 2.

Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil extrinſecum ex timat magnum. q. 129. ar. 3. 3.

Magnanimus non amat pericula nec timet ea, ſed promptiſſime ſe exponit periculis magnis. q. 129. ar. 5. 2.

Magnanimus nullo indiget, ſcilicet modo humano ſimpliciter. q. 129. ar. 6. 1.

Magnanimus habet uocem grauē, loqutionē ſtabilem, immemor eſt beneficiorū, tardus eſt & otioſus, utitur ironia, non poteſt aliis conuiuere, poſſidet infructuoſa. q. 129. ar. 3. 5.

Magnanimo attribuuntur actus oium aliarum uirtutum ſub ratione excellentiæ. ſcilicet eſt cōmunicatiuus, benefactiuus retributiuus pluriū, ueridicus non planctiuus, nō incertus nec fugiens commouentem. q. 129. ar. 4. 1. & 2.

Magnanimitas eſt generalis uirtus inquantū operat̄ magna in qualibet uirtute faciēs eā maiorē, ſed eſt uirt⁹ ſpecialis inquātū ponit ſpecialē modū circa ſpecialem materiā. q. 129. ar. 4.

Magnanimitas eſt ornamentū aliarū uirtutum q. 129. ar. 4. 3.

Magnanimitas ſuperueniens iuſtitiæ auget bonitatē eius, ſed ſine iuſtitia non habet rationem uirtutis. q. 58. ar. 12. 2.

Magnanimitas & magnificentia habent connexionē cū omni uirtute ſecundū principia uirtutū. ſ. ſecundum prudentiam & gratiam, non autem ſecundum actum. q. 129. ar. 3. 2.

Magnanimitas & magnificētia tenēt extremū ſecūdū quantitatem rei, mediū aūt ſecundum regulam rationis. q. 129. ar. 3. 1.

Magnanimitati bona fortunæ conferunt quoad materiā eius, ſcilicet quoad honores, & etiam quoad finem eius, ſcilicet operari magna. q. 129. ar. 8.

¶ Magnificentia eſt uirtus factiua magnorū, & eſt uirtus generalis ſi ſumatur facere cōiter. ſ. pro oī ope ſi uero proprie. ſ. pro operatione exteriori eſt uirtus ſpecialis. q. 134. ar. 1. 2.

Magnificētiæ materia ſunt ſumptus magni, præcipue ad cultū Dei, ſecūdo pecunia ꝑ eis, tertio amor pecuniæ. q. 134. a. 1. 3.

Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi quadam ampla & ſplendida propoſitione cogitatio & adminiſtratio. q. 128. ar. 15.

Magnificentia eſt in iraſcibili ſubiectiue. q. 134. ar. 4. 1.

Ad magnificentiam habere plures diuitias non oportet, ſed ſic debet diſponi q̄ quando oportet & decet, uelit eas optime diſpenſare & ſic fuit in Chriſto. q. 134. ar. 1. 1.

Magnificus non principaliter facit magnos ſumptus pro perſona ſua, quia non eſt quid magnum niſi quæ tantum ſemel fiunt, ut nuptiæ uel permanentia ut domus. q. 134. ar. 3.

Magnificentia facit & intendit aliquod magnū in factibili tantum, ſed magnanimitas in omni materia. q. 134. ar. 2. 2.

Magnificentia eſt in maximis donis & ſumptibus, ſed liberalitas in mediocribus. q. 134. ar. 3.

Magnanimus reputat ſe dignum magnis ex dono Dei, & contēnit alios inquātū deficiūt. humilis aūt econuerſo. q. 129. 3. 4.

Magi faciunt miracula per priuatos contractus. ſ. per dæmones, boni uero per publicam iuſtitiam. ſ. per Deum, ſed mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. ſ. per nomen Chriſti uel per aliqua eius ſacramenta. q. 178. ar. 2. 4.

¶ Memoria bonorum ut ſunt habita cauſat delectationem, ut uero ſunt amiſſa cauſat triſtitiam, ut habita ab aliis cauſat inuidiam. q. 36. ar. 1. 4.

Medium omne uirtutis eſt medium rationis, ſed ſolius iuſtitiæ medium eſt rei & rationis. q. 58. ar. 10.

Medium iuſtitiæ diſtributiuæ ſumitur ſecundum proportionē geometricam, commutatiuæ uero medium ſumitur ſecundum proportionem arithmeticam. q. 161. ar. 2.

¶ Menſuras uenalium oportet eſſe diuerſas in diuerſis locis & eas inſtituit publica authoritate, uel cōſuetudine. q. 77. ar. 2. 2.

¶ Mendacium dicitur tripliciter. ſ. materialiter. ſ. dictum falſū, formaliter, ideſt uoluntas falſum enunciandi, & effectiue, ideſt uoluntas decipiendi. q. 110. ar. 1.

Mendacium omne eſt peccatum. q. 110. ar. 3.

¶ Mendacium ſecundū ſe diuiditur in duas ſpecies. iactantiā. ſ. & ironiā: ſecundū gradus ratione finis in pernitioſum, iocoſum & officioſum, uel in octo gradus eius. q. 110. ar. 4.

Mendaciū ſecūdū ſe eſt mortale tn̄ tripliciter, quando eſt contra charitatem Dei & proximi, ex ratione ſcandali. q. 110. a. 4.

Mendacium ſecundum ſe & directe & formaliter opponitur uirtuti quæ dicitur ueritas. q. 110. ar. 1.

Mendacium per ſe dicit, & formaliter dicens uerum credens ſe dicere falſum, non autem econuerſo niſi per accidens & materialiter. q. 110. ar. 1.

Mendaciū dicit intendēs ſignificare falſum nutibus. q. 110. ar. 1.

Mendacium uerbo uel facto uel nutibus æqualiter eſt peccatū. q. 111. ar. 1. 2.

Mendacium nullus debet dicere ut ipſe uel alius euadat mortē, uel immunditiam corporalem. q. 110. ar. 3. 4.

Mendaciū nullū eſt ſi res uiſa uel audita recitatur, ſed nō eodē modo nec eiſdem uerbis, ut patet in Euangelio & in aliis ſcripturis diuinis in quibus nihil eſt falſum. q. 110. ar. 3. 1.

¶ Minores non hn̄t fidem implicitā in fide maiorum, niſi quatenus maiores adhærent doctrinæ diuinæ. q. 2. ar. 6. 3.

Miſteriū incarnationis Chriſti fuit cognitum diuerſimode ante peccatū, poſt peccatum, & poſt ſtatum gratiæ. q. 2. ar. 7.

¶ Miſericordia eſt cōpaſſio alienæ miſeriæ in corde qua ſi poſſumus, ſubuenire compellimur. q. 30. ar. 1.

Ad miſericordiā nō eſt motiua culpa inquātū hmōi, qa eſt uoluntaria: ſed eſt motiua ut eſt annexa aliqui cōtra uoluntatē. q. 30. a. 1.

Miſericordia non eſt proprie ad ſe neq; ad perſonas multū cōiunctas ut ad parētes & filios, ſed ad eos eſt dolor & in his dirum eſt expulſiuum miſerationis. q. 30. ar. 1. 2.

Miſerentur maxime amici, ſenes, ſapientes, debiles & timidi: nō autem ſuperbi & audaces & contumeliæ diſpoſiti. q. 30. ar. 2.

Miſericordia ut eſt motus appetitus regulatus ratione eſt actus uirtutis moralis & uirtutis ſpecialis, non autem ut paſſio tantum. q. 30. ar. 3.

Miſericordia ut uirtus, eſt uirtus moralis circa paſſiones & reducitur ad medietatē q̄ dr nemeſis, ſed eas philoſophus non ponit ut uirtutes, quia et ſi ſunt paſſiōes, laudabiles ſunt, tn̄ ſi ſunt ab aliquo habitu electiuo, ſumūt rōnē uirtutis. q. 30. ar. 3. 4.

Miſericordia eſt maxima uirtutum non quo ad habentem, niſi ille ſit maximus. q. 30. ar. 4.

Miſericordia eſt potiſſima inter omnes uirtutes quæ ad proximum ſunt ſicut etiam eſt potioris actus. q. 30. ar. 4.

Miſericordiæ motiua ſunt tria maxime, mala contra naturam, contra ſpem, & contra merita alicuius. q. 30. ar. 1.

Miſericordia eſt in Deo ſecundum effectum non autem ſecundum affectum, qui eſt paſſio. q. 30. ar. 1.

¶ Miles tenet̄ obedire duci in rebus bellicis tm̄, & ſeruus dn̄o ſuo in ſeruilibus. & filius prī in rebus domeſticis & diſciplinæ, & quilibet ſuperiori ſuo ſecūdū rōnē ſuperioritatis. q. 104. ar. 5.

Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis & ciuis rectori in ciuilibus quām patri, ſed in rebus domeſticis eſt econuerſo. q. 26. ar. 8. 3.

¶ Miracula dicuntur, quia ſunt ſupra naturam, ſigna uero, quia manifeſtant aliquid ſupernaturale, prodigia autem & portēta propter excellentiam. q. 178. ar. 1. 3.

Miraculorum gratia non eſt habitualis, ſed impreſſio tranſiēs. q. 178. ar. 2. 1.

Miraculorū opatio attribuit̄ principaliter fidei ut uirtuti diſponētibus cooperantur ut abſtinētia & cōtinentia. q. 178. ar. 1. 5.

Miracula ſcōx Iſaiæ & Heliæ fuerūt maiora ſecūdū ſubſtāniā q̄ miracula Moyſi, ſed ſecūdūm modū eſt econuerſo. q. 174. a.

Miracula ad cōmendationem ſanctitatis propriæ fiunt tm̄ a ſanctis, ſed ad confirmationem doctrinæ fiunt etiam a malis per ueram fidem & nomen Chriſti. q. 178. ar. 2.

Miracula omnia dæmonum ſunt falſa ratione rei uel miraculi. q. 178. ar. 2.

¶ Modus charitatis ſecundūm q̄ eſt actus eius eſt in præcepto, nō aūt ſecundum q̄ eſt modus aliarū uirtutum. q. 44. ar. 1. 2.

Modus uirtutis. ſ. operari ex charitate eſt de præcepto ſpeciali charitatis, non autem de aliis præceptis nec modus aliarum uirtutum. q. 44. ar. 1. 1.

¶ Motiuū non diuerſificatū cum diuerſitatibus circumſtantiarū non uariat diuerſitatem ſpecificam peccati, cuius oppoſitum facit motiuum diuerſificatum. q. 53. ar. 2. 3.

Mors inflicta p iudice peccatori pdeſt ei ſi cõuertat ad culpę expiationẽ, ſi uero nõ cõuertat prodeſt ei ad terminationẽ, qa p hoc tollit ei poteſtas nõ amplius peccandi. q. 25. art. 6. ad 2.

¶ Moſes occidens egyptium non peccauit, quia vel hoc fecit ex inſpiratione Dei uel defendendo iniuriatum uel tunc peccauit. q. 60. ar. 6. 2.

¶ Mollicies proprie reſpicit defectũ delectationũ, ſed delitię impediunt cauſam impeditiuam earum ſ. laborem vel aliquid tale, ideo deliciæ ſunt quædam mollities. q. 138. art. 1. 2.

Mollis dicitur qui recedit a bono propter triſtitias cauſatas ex defectu delectationem quaſi cedens debili mouenti, non autem ſi graui mouenti cedat. q. 138. ar. 1.

Mollicies eſt uitium oppoſitum perſeuerantiæ & cauſat dupliciter. ſ. ex cõſuetudine & ex naturali diſpoſitione. q. 138. a. 1.

Molles dicuntur qui patiuntur muliebria quaſi mulieres effecti. q. 138. ar. 1. 5.

¶ Modeſtia eſt uirt⁹ moderatiua paſſionũ, iõ adiungitur tẽperantiæ ut uirtuti principali, qa eſt circa difficillima. q. 160. artı. 1.

Modeſtia eſt circa actiones exteriores & interiores. q. 160. ar. 2.

Modeſtia moderat exteriorẽ hoĩs motum inceſſu, habitu & huiuſmodi EpiKia moderatur obſeruãtiã verborũ legis, poteſt tñ eſſe q nomẽ EpiKiæ apud græcos per quandã ſimilitudinem transfertur ad omnes moderationes. q. 120. ar. 2. 3.

Modeſtiæ partes a diuerſis diuerſimode aſſignant. q. 160. arti. 2.

Modeſtia continet ſub ſe omnem moderationem motuum corporalium & rerum exteriorum & ſpei. q. 160. ar. 2.

¶ Mors & oĩs defectus corporalis & rebellio carnis ad ſpm̃ ſunt pœnæ peccati primorum parentum cõſequẽtes pœnã principalem. ſ. ſubtractionem iuſtitiæ originalis. q. 164. ar. 1.

Mortis cauſa & aliorum defectuum corporalium in natura humana eſt duplex. ſ. remota i. contrarietas principiorũ & proxima, id eſt peccatum. q. 164. ar. 1. 1.

Mors ut iuſta pœna, eſt à Deo non autem ut eſt malum naturæ humanæ. q. 164. ar. 1. 4.

Mors & alij defectus non ſunt æqualiter in omnibus triplici ratione. ſ. propter peccata parentum, utilitatem filiorum & diuerſam complexionem. q. 164. ar. 1. 4.

Mors uel priuatio uitæ uel terminus alterationis præcedentis eſt pœna damni, non autem eſt pœna ſenſus nec affligit niſi ratione alterationis pręcedentis. q. 164. ar. 1. 7.

Mors eſt meritoria licet ſit pœna. q. 164. ar. 1. 6.

Mors quilibet tenetur pro ſalute animæ proximi certa, aliter de conſilio. q. 26. ar. 5. 3.

Mors illata ẽt pro criminibus aufert totã pœnã pro criminibus debitam in alia uita uel partem pœnæ ſecũdũ quantitatẽ culpæ, patiẽtiæ & contritionis, nõ aũt mors naturalis. q. 25. ar. 6.

¶ Moyſes fuit cæteris prophetis ſimpliciter maior, licet ſecundũ quid ſit minor aliquo. q. 174. ar. 4

¶ Monachus Eps tenet ad obſeruãtias regulares. ſ. ad continentiã, paupertatẽ, habitũ & alia niſi impediat officiũ eius, ut ſilẽtiũ, ſolitudo, abſtinentiæ uel uigiliæ graues in quibus põt ipſe ſecum diſpẽſare ſicut & prelatus in religione. q. 185. art. 8.

Monachus Epiſcopus nõ põt eſſe hæres niſi pro eccleſia ſua nec põt teſtã facere nec aliquid diſponere poſt mortem niſi de licentia Papæ. q. 185. ar. 8. 3.

¶ Mutilatio mẽbrorũ ẽ illicita niſi fiat pro ſalute tot⁹ corporis nõ aũt aĩæ, uel niſi ſiat p publicã ptãtẽ pp bonũ cõe. q. 65. a. 1.

¶ Mutuans poteſt exigere recompenſationem eorum tantum quæ pecunia non menſurantur, puta beniuolentiam & amorem eius cui mutuauit uel aliquid huiuſmodi. q. 78. ar. 2.

Mutuans põt deducere in pactũ in recõpenſationẽ damni per quod ſubtrahitur ſibi id quod debet habere. q. 78. ar. 2. 1.

Mutuans non poteſt deducere in pactũ recõpenſationem dãni qđ conſideratur in hoc q de pecunia nõ lucratus. q. 78. ar. 2. 1

Mutuans tenetur computare in ſortem vſum uenalem pignoris. q. 78. ar. 2. 6.

Mutuans nõ poteſt deducere in pactum ut ſibi remutuetur, ſed poteſt recipere mutuum ſine obligatione. q. 78. ar. 2. 4.

Mutuans poteſt accipere munera gratis oblata non autem cum pacto tacito vel expreſſo. q. 78. ar. 2.

Mutuans ſperans lucrum ratione mutui peccat ſecundum authoritatem euangelii. q. 78. ar. 1. 3.

Mutuo accipere ſub uſuris ad bonum ſui uel alterius licet, non autem licet inducere ad faciendum vſuras. q. 78. ar. 4

¶ Mulier nõ dr̃ continens, nec incontinens, quia raro habet ſinitũ iudiciũ rõnis pp debilitatẽ complexionis. q. 156. ar. 1. 1.

Mulier uel uir ornans ſe ut prouocet alios ad concupiſcentiam peccat mortaliter, nõ autem ſemper ſi ornat ſe ex leuitate uel quadam vanitate uel propter iactantiam. q. 169. ar. 2.

Mulier poteſt ornare ſe licite ut placeat uiro ſuo, non autẽ mulieres quæ non habent uirum nec ſunt in ſtatu habendi. qõ. 169. ar. 2.

N

NATVRA inferior perfecta duplici motu mouetur proprio. ſcilicet & ſuperioris. q. 2. ar. 3.

Natura rõnalis inquãtũ cognoſcit uniuerſalẽ boni & entis rõnẽ, hẽt imediatũ ordinẽ ad vniuerſalẽ principiũ eſſendi. q. 2. a. 3.

Ad perfectionem naturæ inferioris duo concurrunt ſcilicet aliquid ſecundum motum proprium & aliquid ſecundum motum naturæ ſuperioris. q. 2. ar. 3.

¶ Neceſſariũ ẽ accipere p modũ fidei nõ ſolũ incognita naturaliter, ſed ẽt cognita, & hoc tripliciter ut citius illa cognoſcamus, ut cognitio illa ſit cõior oĩbus & ut ſit certior. q. 2. art. 4.

¶ Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala, non eſt intelligendum de neceſſitate abſoluta, ſed de neceſſitate conditionata, ſcilicet finis uel conditionis humanæ. q. 43. ar. 2. 1.

Negligẽtia eſt gñale pctm̃ rõne materiæ. i. boni agẽdi, ſpãle vero inquantum priuat actum rõnis. ſ. ſolicitudinem. q. 58. arti. 1.

Negligẽtia directe opponitur ſolicitudini, ideo pertinet ad prudentiam. ſed opponitur timori inquantum timor excitat rationem contra negligentiam. q. 54. ar. 2.

Negligens ſecundũ Iſidor. dicitur nec eligens. q. 54. ar. 2.

Negligentia pertinet ad actum interiorem, ideo oritur ex accidia. ſed pigritia & torpor pertinent ad executionem. ſ. prima tardando, ſecunda remittendo. q. 54. ar. 2. 1.

Negligentia deficit ab actu præcipiendi per defectum promptæ uoluntatis, inconſtãtia vero quaſi impedita ab alio. q. 54. 2. 2.

Negligentia importat defectum ſolicitudinis, quæ eſt ſpecialis actus rationis & actus uirtutis ſpecialis. q. 54. ar. 1.

Negligentia eſt peccatum mortale dupliciter tantum. ſ. vel qñ pretermittitur actus ſeu circunſtantia neceſſaria ad ſalutem uel ex contemptu. q. 54. ar. 3.

¶ Nec mendacium nec aliquid quod ex genere ſuo non ſit peccatum mortale, eſt perfectis peccatum mortale niſi ſit contra eorum uotum uel ratione ſcandali. q. 110. ar. 4. 5.

Nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, quomodo exponitur. q. 53. ar. 4. 1.

Non habentes uſum rationis, ut amentes & pueri ante annos pubertatis non poſſunt uouere. q. 88. ar. 9.

Nõ ſeruans promiſſũ pp ſuperueniens impedimentũ vel re mutata excuſatur a mẽdacio, ut ſanctus Paulus. qu. 110. art. 3. 5.

Non licet inducere aliquem ad religionem per falſam doctrinam. q. 189. ar. 9.

Nõ exercitati in pceptis Dei debent recipi ad religionẽ. q. 189. 1.

Non mouerimini eo q homini terrena non ſapiunt nõ pertinet ad ſtultitiã mundi, ſed ad ſapientiam Dei, ſi uero ex ſtupore proueniat pertinet ad ſtultitiã ſimpliciter. q. 46. arti. 1. 4.

¶ Nullus uolens patitur iniuſtum formaliter nec aliquis agit iniuſtum formaliter niſi uolens. q. 59. ar. 3.

O

OBIECTVM cuiuſcumque habitus cognoſcitiui habet duo, materiale & formale. q. 1. ar. 1.

Obiectũ fidei dupliciter cõſiderat, ex pte rei & ſic eſt incõplexũ, & ex parte credẽtis & ſic eſt enunciabile & cõplexũ. q. 1. ar. 2.

Obiectum proprium potentię habitus uel actus eſt illud ſub cuius ratione formali omnia continentur. q. 1. ar. 3.

Obiectũ fidei tripliciter põt cõſiderari ex pte intellectus materialiter & formaliter, & ex parte intellectus moti a uolũtate & ſic illi tres modi uariant. Credere Deo, Deũ, & in Deũ. q. 2. art. 2.

Obiectũ ſpei pricipale eſt beatitudo, ſecũdario ãt bõa corpis. q. 1.

Obiectum idem eſt ſpei & charitatis, ſed ſub diuerſis rationib⁹. q. 23. ar. 6. 3.

Obiectum diuinę dilectionis non menſuratur ratione, quia excedit rationem. q. 27. ar. 6. 3.

Obſcuritas fidei non eſt culpa, ſed defectus naturalis intellectus humani. q. 7. ar. 2. 3.

Obſequiũ impenſum pximo pp Deũ ẽ eleemoſyna. q. 132. ar. 1.

Oblatio eſt omne quod exibetur in cultum Dei, ſacrificium vero eſt ſi inde fiat aliquod ſacrum conſumendum. q. 86. art. 1.

Oblationes minime dici põt neque ſacrificia data pauperibus niſi impropriẽ, inquantum dantur propter Deum. q. 86 arti. 1.

Oblationes ſeruare aliquis tenetur quatupliciter, ſcilicet ex conuentione præcedenti, deputatione, indigentia miniſtrorum & conſuetudine, non autem ex præcepto legis. q. 86. ar. 1

Oblatio debita tertio & quarto mõ, eſt uolũtaria quoad quãtitatem & ſpeciem rei & non ex neceſſitate præcepti. qõ. 86. art. 1.

Oblatio animalis caci & claudi reddebatur illicita tripliciter. ſcilicet ratione Dei, contemptus & uoti. q. 86. art. 3. 3.

Oblatio in noua lege põt fieri de qualibet re pter q̃ de iniuſte acquiſitis, non autem in ueteri lege pp ſignificationem. q. 86. 3.

Oblatio de mercede proſtibuli prohibetur in lege veteri pp immunditiam, in noua uero lege propter ſcandalum. q. 86. ar. 1

Oblationes ad ſolos ſacerdotes pertinent vel pro ſe uel pauperibus uel pro cultu diuino. q. 76. ar. 2.

Oblationes nõ conſecratæ poſſunt cedere in vſum laicorũ per diſpẽſationẽ ſacerdotũ, ſed oblationes cõſecratæ nõ. q.86.2.3

Oblatio parua cum humili mente & puri dilectione purgat peccata venialia & mortalia. q.50.ar.3.2.

Obligatio uoti cauſatur ex fidelitate ad Deum, ideo eſt maior q̃ obligatio iuramenti. q.89.ar.8.

¶Obſeruantia eſt ſub pietate ſicut pietas eſt ſub religione, & eſt uirtus ſpiritualis per quam honorantur perſonæ in dignitate conſtitutæ. q.102.ar.1.

Obſeruantia directe reſpicit pſonã excellẽtẽ, idõ ſecũdùm diuerſas rõnes excellentiæ diuerſas ſpecies habet. q.104.ar.2.4.

Obedire nemo debet Epiſcopo ſimoniaco recipiendo ordines ab eo, quacunque ex cauſa. q.100.ar.6.2.

Obedientia non eſt uirtus theologica, ſed moralis. q.104.ar.2.2.

Obediẽtia ẽ mediũ duorũ vitiorũ. ſ. inter ſupfluũ & diminutũ, ſed ſupfluũ ei⁹ nõ ẽ ſcdm quãtũ ſed ſcdm alias circunſtãtias. ſ. uel cui nõ debet obedire vel in qbus non debet. q.104.ar.2.

Obediẽtia eſt pars iuſtitiæ ſpecialis, ſed improprie. q.104.ar.2.2.

Obediẽtiæ propriũ obiectũ eſt pceptũ tacitũ uel expreſſum. i. voluntas ſuperioris quocunque modo innoteſcat. q.105.art.2.

Obedientia eſt in uoluntate ſubiectiue. q.2.ar.5.3.

Obedientia dr̃ dupliciter. ſ. large & proprie, primo mõ eſt uirtus generalis, ſecundo modo eſt uirtus ſpecialis. q.104.ar.2.

Obediẽtia triplex. ſ. indiſcreta, ĩperfecta & pfecta. q.104.art.5.3.

Obedintia omnis eſt eadem in ſpecie, ſed cauſatur ex diuerſis ſpeciebus reuerentiæ. q.104.ar.2.4.

Obedientiæ ſubſunt omnes actus uirtutum ut ſunt in præcepto. q.104.ar.3.2.

Obedientia eſt maior omni alia uirtute morali, ſed eſt minor uirtutibus theologicis. q.104.ar.3.

Obedientia procedit ex reuerentia ſuperiorum, ideo reſpectu prælati continetur ſub obſeruantia, ſub pietate uero reſpectu parentum, ſed reſpectu Dei pertinet ad deuotionem quæ eſt principalis actus religionis. q.104.ar.3 4.

Obedientia generalis requiritur ad fidem, ſed obedientia ſpecialis ſequitur eam. q.104.ar.3.2.

Obedientia eſt mater omnium uirtutum, quia cauſantur & cõſeruantur per actum eius, charitas uero ut finis. q.104.ar.2.2

Obedientia quanto minus habet de ſuo, tanto melior eſt ſecundùm apparentiam, non autem apud Deum. q.104.ar.2.3.

Obedire tenetur præceptis Dei omnis uolũtas creata. q.104.ar.4

Hõ non tenet̃ homini obedire in pertinentibus ad interiorem motum uolũtatis uel ad naturã corporis, ſed Deo. q.104.a.5.

Obediendum eſt magis maiori plãti quàm minori quæ totaliter ſubeſt ei uel in quibus ſubeſt ei. q.104.ar.5.

Obedire non tenetur ſubditus ſuo ſuperiori dupliciter, ſcilicet propter præceptum maioris poteſtatis uel in quibus non ſubditur ei. q.104.ar.5.

Obedientia requiritur ad perfectionem religionis. q.186.arti.5.

Obliuio bñficii ex natura excuſat ab ingratitudine nõ aũt obliuio ex negligẽtia nec impotẽtia recõpẽſandi beneficiũ, qa ad gratitudinẽ ſufficit bona uolũtas ubi deeſt facultas. q.104.1.3

¶Obſeruantiæ omnes religionũ ordinantur ad tria principalia uota ad quæ etiam pertinet habitus ut ſignum obligationis, idõ ſimul datur vel benedicitur cum profeſſione. q.186.ar.7.2

¶Obligatus debitis prius debet ſoluere quãtũ põt & tunc põt ingredi religionem, licet non poſſit oĩa ſoluere. q.189.ar.6.3

¶Obligare ſe uoto ad ingreſſum religionis ſecundum ſe eſt laudabile. q.184.ar.2

¶Occidere aĩalia bruta nõ eſt pctm̃, niſi hoc fiat in dãnũ pximi, qa aĩalia bruta ſunt, uiuũt & conſeruant pp hoĩnẽ. q.64 ar.1.

Occidere peccatores ad bonũ communitatis eſt licitum quando poteſt fieri ſine periculo bonorum. q.64.ar.2.

Occidere peccatores nemini licet niſi authoritatẽ principis. q.64 ar.3.

Occidere ſeipſum quacunq; de cã ſemper eſt pctm̃ mortale niſi hoc fiat inſpiratione diuina ſicut Sanſon & quędã ſanctę mulieres quarum memoria in eccleſia celebratur. q.64.art.5.

Occidens ſeipſum facit iniuriam Deo ciuitati & communitati, ideo punitur ſecundum legem diuinam & humanã. q.64.a.5

Occidere innocẽtẽ nemini licet niſi de mãdato Dei. q.64.arti.6.

Occidẽs inuadentẽ ſe, defendendo ſe cũ moderamine inculpatę tutelæ nec intendens mortem eius non peccat. q.64.arti.7.

Occidens hominem etiam defendendo ſe & quilibet participãs in cauſa ſanguinis eſt irregularis. q.64.ar.7.3.

Occidẽs hominẽ a caſu nõ eſt homicida nec irregularis ſi dabat operã rei licitæ & adhibuit debitam diligentiam. q.64.arti.8.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra* dictum eſt, Intellectus credentis aſſentit rei creditæ, non quia ipſam uideat uel ſm ſe, vel per reſolutionẽ ad prima principia per ſe uiſa: ſed quia cõuincitur per authoritatem diuinã aſſentire his, quæ non uidet, & pp imperiũ uoluntatis mouentis intellectum, & obedientis Deo. Quòd autẽ uoluntas moueat intellectum ad aſſentiendũ, põt contingere ex duobus. Vno modo ex ordine uolũtatis ad bonũ: & ſic credere eſt actus laudabilis. Alio mõ, quia intellectus conuincitur ad hoc, ꝙ iudicet eſſe credẽdum his, quę dicuntur, licèt nõ conuincatur p euidẽtia rei: ſicut ſi aliquis propheta prænũtiaret in ſermone Domini aliqd futurũ, & adhiberet ſignũ, mortuum ſuſcitando, ex hoc ſigno cõuinceretur intellectꝰ uidẽtis, ut cognoſceret manifeſtè hoc dici a Deo, qa nõ mentit: licèt illud futurũ quod prædicitur, in ſe euidens non eſſet, unde per hoc rõ ſidei nõ tolleretur. Dicendũ eſt ergo ꝙ in[a] fidelibus Chriſti laudatur fides ſm primum modũ & ſm hoc nõ[d] eſt in dæmonibus, ſed ſolum ſecundo modo[e]. Vident enim multa manifeſta indicia, ex quibus percipiunt doctrinã Eccleſiæ à Deo eẽ: quàmuis ipſi res ipſas, quas Eccleſia docet,

* q. 2. art. 1. & q. 1. art. 4.

SVPER QV. V. ARTIC. II.

Ban. eodem art.

D Bon. 3. ſ. di. 23. q. 3. art. 2.

IN articulo ſecundo eiuſdẽ quintæ quæſtionis in ſiſione ad ſecũdũ, dubiũ duplex ex Durando, vbi ſupra, & re ipſa occurrit. Primo, An idem ſit iudicium de dæmonibus, & hominibus dãnatis, quo ad habẽdam fidem. Secundo, quantũ ualeat rõ literæ allata ad ſuſtinendũ, ꝙ in dæmonibus non ſit fides informis. Ratio primi dubij eſt, quia in hominibus dãnatis ablo; peccato contra fidẽ, quã uſq; ad mortem tenuerunt, remanet fides informis: aliquin nõ diſtinguerentur ab infidelibus, & habitus eorũ periretur ſine corruptione: nulla apparet cauſa corruptionis fidei: enim informis ſtatui damnationis non repugnat, cũ fides ſit etiã pretioſũ, & in malo ſit, ut Auguſtinus dicit in Enchiridio. Et author in ſecunda quæſtione decim octaua articulo ſecũdo, negans ſpẽ in damnatis, ſuſtinet in eis fidem informem.

Ex commu nicatione conuictio nis status ad creden dum.

Conclu.

D. 607.

¶ Secundi autem dubij ratio eſt, quia inclinatio ad opus bonum non repugnat damnationis ſtatui. Quod ex eo patet, quia in eis remanet ſynderesis inclinans ad bonum. Non igitur ex hoc, quòd fides informis inclinat ad credendum ſecundum aliquem affectũ boni, remouenda eſt a dæmonibus. Sed ſicut uolũtas eorum obſtinata cæteris actibus apponit malam aliquam conditionem, ita & huiuſmodi habitus actui apponit. K

¶ Ad primum dubium dicitur, quod ſecundum authoris doctrinam, nullam inuenio differentiam inter homines damnatos, & dæmones quoad propoſitum: & ratio in litera inducta æqualiter locũ habet in vtriſq;. Et ppea ſicut a dæmonibus negat fides informis hoc in loco, ita a damnatis intelligẽ negari. Diſtinguuntur aũt in inferno fideles ab infidelibus charactere indelebili remanente, & pœna maiori cæteris paribus, & demum ſignaculo cuſtodiæ pollutæ fidei ſuſceptæ. Corrumpitur autem, ſeu deſinit eſſe fides informis propter ſtatũ in termino ſimpliciter. Quod dico pp exiſtentes quodammodo in uia, & quodãmodo in termino: ut olim Patres erant in limbo, & nũc quidem fideles ſunt in purgatorio. Status enim termini ſimpliciter opponitur fidei, ratione actus uel poſitiue, ut ſtatus patriæ ratione uiſionis beatæ, quam ponit: uel negatiue, ut ſtatus inferni rõne actus proprij: fidei illic impoſſibilis. Satis. n. rationabile eſt, ut Deus ſubtrahat habitũ fidei infuſæ adueniente ſtatu

te ſtatu, in quo non pōt amplius exire in actum. Rō aūt huius, quæ in ſecūdo dubio diſcutitur, eſt: qa inclinat nō ſolū ad credendū (Dęmones.n. credunt) ſed qa inclinat ad credendū ſecundū aliquem affectū boni, non naturalis, ſed gratuiti. Licet enim i dānatis naturalia integra, & gratuita indelebilia, ut characteres, perſeuerent: uirtutes tñ affectum boni cōſtituētes, nec acquiſitæ, nec infuſæ pſeuerant, qa plenitudini malitiæ, & miſeriæ eorum inconuenit affectus boni gratuiti. Et licet uoluntas mala poſſit cōditionem malam actui fidei informis apponere, qua fieret malus ſimpliciter, ut patet in uiatoribus, ſi quis acciperet fidem Chriſti non vt bonus eſſet, ſed vt poſſet tyrannus eſſe: hæc tamen appoſitio nō auferet illum affectū boni gratuiti, qui in dānatis non inuenitur: licet i eis affectus boni naturalis inueniatur, maculatus tamē appoſita mala conditiōe ab obſtinata uoluntate. Fides nāque eſt pfectio intellectus non abſolute, ſed vt moti a uoluntate affecta ad bonū ſupnaturale. Actus aūt, qui in dānatis ēē, reſpectu beatitudinis amiſſæ, Trinitatis offenſæ &c. non ſunt actus fidei infuſæ, ſed cognitionis acqſitæ ex illa, uel fidei coactæ, ut de Dæmonib. in litera dr. Nec author inferius ſuſtinet fidē in dānatis, ſed cōparatiuā illā, Magis pōt eſſe fides informis in damnatis, q̄ ſpes. Hęc enim cōparatiua eſt uera, qa ſpei obiectū reſpectu dānatorum nō ſaluatur: fidei aūt obiectū ſaluatē reſpectu eorū. Et qꝫ hæc ſit uera intētionis eius, patet: quia tractat ibi illā authoritatē, Dæmones credūt, & contremiſcunt. Nec magis de hominibus, q̄ de Dæmonib. loquit, a qb. abſtulerat paulo ante fidem, quis hoc ſigno non ſit opus: quia uerba illa non niſi comparatiue ſignificant.

Porrecta per totum.

33

3. diſt. 23. Quolib. 3. art. 3. q. 2. Et ueri q. 14. ar. 10. ad 10. Et quolib. 6. q. 4. ar. 1.

non uideant, puta, Deū eſſe trinum & unū, uel aliquid hmōi. A

Ad primvm ergo dicēdū, qꝫ Dæmonū fides eſt quodammō coacta ex ſignorū euidentia, & iō non pertinet ad laudem uoluntatis ipſorum, qꝫ credunt.

Ad ii dicēdum, qꝫ fides, quę eſt donū gratiæ, inclinat hominē ad credendū ẜm aliquē affectū boni, ēt ſi ſit iformis. Vñ fides, q̄ eſt in Dæmonib. non eſt donum gratiæ, ſed magis cogūtur ad credendū ex perſpicacitate naturalis intellectus. B

Ad iii dicendum, qꝫ hoc ipſum Dæmonibus diſplicet, qꝫ ſigna fidei ſunt tam euidētia, ut per ea credere cōpellantur: & ideo in nullo malitia eorū minuitur per hoc, qꝫ credunt.

Articvl. III

Vtrum qui diſcred t unum articulum fidei, poſſit habere fidem informem de alijs articulis.

Adtertivm ſic ꝓcedit. Vř qꝫ hæreticus, qui diſcredit unum articulū fidei, poſſit habere fidē informē de aliis articulis. Non.n. intellectus naturalis hæretici eſt potētior, q̄ itellectus catholici: ſed intellꝰs catholici idiget adiuuari adh credendū quecūq; articulum fidei. dono fidei. ergo vř qꝫ nec hřtici aliquos articulos fidei credeř poſſint ſine dono fidei iformis.

¶ 2 Præt. Sicut ſub fide cōtinenť multi articuli fidei,[h] ita ſub una ſciētia, puta, Geometria, cōtinenť multæ concłones: ſed hō aliqs pōt hře ſcientiā Geometriæ circa quaſdam geometricas concluſiones, aliis ignoratis. ergo homo aliquis pōt habere fidē de aliquibus articulis fidei, alios non credendo.

¶ 3 Præt. Sicut hō obedit Deo ad credēdū articulos fidei,[h] ita ēt ad ſeruāda mādata legis: ſed hō pōt eſſe obediens circa q̄dā mandata, & nō circa alia. ergo pōt habere fidē circa quoſdam articulos, & non circa alios.

Sed contra eſt. Sicut peccatū mortale cōtrariať charitati, ita diſcredere unū articulū contrariať fidei: ſed charitas nō remanet i hoie poſt unū peccatū mortale. ergo neque fides poſtq̄ i diſcredit unū articulū fidei.

Respon. Dicēdū, qꝫm in hřtico diſcredēte unū articulum fidei, nō manet fides neq; formata, neq; iformis.[a] Cuiꝰ rō eſt, qa ſpēs cuiuſlibet hitꝰ depēdet ex formali rōe obiecti, qua ſublata, ſpēs hitus remanere nō pōt. Formale āt obiectū fidei ē ueritas prima, ẜm qꝫ manifeſtať in ſcripturis ſacris, & doctrina Ecclīæ, q̄ ꝓcedit ex ueritate prima. Vñ q̄cūq; nō ihęret ſicut ifallibili, & diuinę rłæ, doctrinę Ecclīæ, q̄ ꝓcedit ex ueritate prima i ſcripturis ſacris manifeſtata, ille ñ hēt hitū fidei: ſed ea, q̄ ſunt fidei, alio mō tenet, q̄ ꝑ fidē. Sicut ſi aliqs tenet mēte aliquā cōcłonē, ñ cognoſcēs mediū illiꝰ demōſtratiōis manifeſtū ē qꝫ ñ hēt eiꝰ ſciētiā, ſed opinionē ſolū. Manifeſtū ē āt qꝫ ille, q̄ ihęret doctrinæ Eccleſiæ, tanq̄ ifallibili rłæ, oib. aſſentit, q̄ Ecclīa docet: alioq̄n ſi de his, q̄ Ecclīa docet, q̄ uult tenet, & q̄ nō uult, ñ tenet, nō iā ihæret Ecclīę doctrinæ ſicut infallibili rłæ, ſed ꝓpriæ uoluntati. Et ſic manifeſtū eſt qꝫ hřticus, q̄ pertinaciter diſcredit unū articulum fidei, nō eſt paratus ſeq̄ in oibꝰ doctrinæ Ecclīæ. Si.n. nō ptinaciter, iā nō eſt hæreticus, ſed ſolū errās. Vñ manifeſtū eſt, qꝫ talis hæreticus circa unū articulū, fidem[d] non hēt de aliis articulis, ſed opinionē quandam ſecundū propriam uoluntatem. C D

Ad primvm ergo dicendū, qꝫ alios articulos fidei, de q̄b. hřticus nō errat, ñ tenet eodē mō, ſicut tenet eos fidelis. ſ. ſimpłr inhęrēdo primę ueritati, ad qđ indiget hō adiuuari per habitū fidei: ſed tenet ea, q̄ ſunt fidei, propria uoluntate, & iudicio.

Ad ii dicendū, qꝫ in diuerſis concluſionib. uniꝰ ſcientiæ ſunt diuerſa media, ꝑ q̄ probanť, quorū unū pōt cognoſci ſine alio. Et iō hō p̄t ſcire quaſdā concłones unius ſciētiæ ignoratis aliis: ſed oib. articulis fidei inhæret fides ꝑꝑ unū mediū. ſ. ꝑꝑ ueritatem primam propoſitam nobis in Scripturis ſecundum doctrinam Ecclīæ intelligētis ſanè: & iō q. ab hoc medio decidit, totaliter fide caret. E

Ad iii dicēdū, qꝫ diuerſa pręcepta legis pñt referri uel ad diuerſa motiua proxima, & ſic unum ſine alio ſeruari pōt: uel ad unū motiuum primū, quod eſt perfectè obedire Deo, ī quo decidit quicunq; unum pręceptū tranſgreditur, ſecundum illud Iac. 2: Qui offendit in uno, factus eſt oium reꝰ.

Svper qv. v. art. iii.

In prin. & 3. d. 24 q. 1. con. 3.

B in. eadem arti.

In articulo tertio eiuſdē quintæ q̄ſtiōis duo magna occurrunt dubia. Vnū eſt, Quomodo intelligitur, qꝫ doctrina Eccleſiæ ſit ifallibilis regula, ita vt recedens ab ipſa, recedat a ratione formali obiecti fidei. Sed qa hoc declaratum eſt i qōnis primæ articulo primo, in dubio tertio & quarto, nō eſt opꝰ replicatione, ſed addtione. Eſt ſiquidem Eccleſiæ regula in ꝓponendo, & in explicando credenda, diuinam ueritatē reuelatricem n obiſicans quoad ho. ſaltē nobis: ppea recedens à cōditione modificāte rōnē formalē, ſ. ueritatē diuinam reuelatricem, recedit a ratione formali obiecti fidei. Et ſic non ſolū recedit à rōne formali obiecti fidei, recedēs à regula Eccleſiæ, ppea qa recedit ab uno articulo reuelato, ut ſuperius diximus: ſed ēt quia recedit a conditione, ſeu mō rōnis formalis obiecti reſpectu nři. Et hoc plano ſenſui literæ rñdet. Nam ponit ueritatē primā in Scripturis, & doctrina Eccleſiæ, rōnē formalē fidei. ueritatem primā qdē, ut ipſam rōnem credēdi: manifeſtationē aūt Scripturæ & Eccleſiæ, vt conditionē, qua ueritas prima ꝓponit, & explicat ſeipſam & alia credēda. Huiuſmodi aūt cōditiones licet reſpū fidei ſimpliciter non ſint de integri-

Conclu.

Obiectum fidei eſſe ueritas primā ſecundum quod ... tur uide in & nota q̄ hæreſis hoc dictum ſit gloſſa qōnis ar. 1 q. 1. Et ſit ibi memoriale aureum.

Hæreticus errās quid.

D. 604.

Mediū propter quod fides. Nota ut ſupra ſecundum hæreticos.

integritate formalis obiecti fidei, ut patet de fide primi hominis, si in æternum fuiſſet ſolus, & de fide angelorum in ſua via: ſunt tamen de integritate obiecti formalis fidei noſtræ.

¶Secundum dubium eſt ex Durando in 3. ſentent. diſt. 23. q. 5. art. 2. ſuſtinere nitente, ꝙ in hæretico remaneat fides informis. Primo, quia admiſſio unius cõtrarij habitui ſtat cũ habitu. ergo admiſſio alicuius contra fidem, ſtat cũ habitu fidei. Antecedẽs manifeſtatur inductiuè, & in habitibus intellectualib. patet in ſciẽtia, cuius error in una cõcluſiõe non corrumpit habitum. Et in moralibus una iniuſtitia nõ corrũpit habitũ iuſtitiæ, & ſimile eſt in alijs. Cõſequentia verò probatur: quia par eſt ratio, de omnib. habitibus qui poſſunt eſſe informes. Cõmune namque eſt omni habitui refutare cõtraria, & non neceſſitare habẽtem illud ad refutationẽ contrarij, ſed inclinare tñ ad hoc. Secundò quia hæreticus aſſentit his, quæ tenet de fide, ut prius. ergo habet eũdẽ habitu. Antecedens patet, quia propter authoritatẽ diuinã aſſentit, quamuis erret in expoſitione alicuius ſcripturæ.

34

3 di. 25. q. 2. q. 1.

* Ar. præc.

* q. 1. ar. 7

¶Ad hoc dicitur, ꝙ Durandus fundauit phantaſiam hãc nolens intelligere, quãtũ apparet: quia non examinat rõnem literæ, quæ ſup formali rõne obiecti, & illius negatione fundatur. Cõtraria quippe materialiter poteſt habitus uirtutis compati: ſed contraria formaliter, impoſſibile eſt, ꝙ compatiatur, niſi res ſine ſua ſpecie eſſe poſſit, quod nõ eſt intelligibile. Quicqd ergo aufert rationẽ formalem habitus ab habente, neceſſario aufert habitum. nec poteſt remanere niſi æquiuocè, & per accidens, ut contingit in habitibus acquiſitis.

* 1. 2. q. 52. ar. 1. & 2. & q. 112. ar. 4.

¶Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, ꝙ loquendo de contrario formaliter, negatur antecedens. Et ad probationẽ de ſcientia dicitur, quòd falſum aſſumitur, quia in errore unius concluſionis interueniat contrarietas formaliter reſpectu medij ſciẽtiæ, ſed reſpectu medij proprij huius cõcluſionis. Aliud enim eſt medium ſcientiæ, & aliud eſt medium proprium huius cõcluſionis: niſi erraretur in prima concluſione. Tunc. n. deperderetur habitus, quia medium primæ eſt medium ſimpliciter, ſuper quod cætera fundantur. Non ſic autem eſt in fide, quia ut in litera dicitur, unum & idem eſt medium aſſentiendi omnibus. Et propterea error in medio unius, eſt error in medio ſimpliciter ipſius fidei.

* q. 1. ar. 1. [illegible]

¶Ad id vero quod de habitibus moralibus acquiſitis affertur, dr Primo, ꝙ falſum eſt, ꝙ remaneat uirtus iuſtitiæ cum actu iniuſtitiæ formaliter: quia non manet ratio formalis eiuſdem, licet remaneat habitus, qui fuit virtus iuſtitiæ, & ſic remanet æquiuocè. Sicut æquiuocè remanet habitus ſciẽtiæ obliuioni tradito medio per quod ſcit, ut medio efficaci ad ſciendum, quãuis maneat memoria medij. Nõ. n. ſcit immemor demonſtrationis. Dicitur ſecũdo, ꝙ habitum iuſtitiæ manere cum actu iniuſtitiæ formaliter, eſt per accidẽs: quia, ſ. ex tot actibus eſt firmatus, ut nõ ſtat in unico actu corruat: per ſe. n. non habet, ꝙ remaneat. Et propterea habitus infuſi, quibus non eſt annexũ hoc accidens, deſinunt adueniente quocunque actu contrario formaliter. Et quia fides eſt habitus infuſus, in hoc differens ab acquiſitis: ideò arguere ab acquiſitis ad infuſos, quo ad hoc, eſt fruſtra niti. Nec errare ex ignorantia in Scriptura, eſt admittere contrariũ fidei formaliter, niſi addit pertinacia cõtra ſenſum Eccleſiæ, quod iam non ex ignorantia, ſed voluntaria obſtinatione fit.

* q. 4. ar. 5

concluſ. 1

Concluſ. 2

* q. 4. ar. 2 & q. 2. ar. 1. & 2.

Concluſ. 3

In corpo. art.

ARTICVL. IIII.

Vtrum fides poſſit eſſe maior in uno quàm in alio.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ fides non poſſit eſſe maior in uno, quàm in alio. Quantitas. n. habitus attenditur [h] ſecundum obiecta: ſed quicũque habet fidem, credit omnia quæ ſunt fidei, quia qui deficit ab uno, totaliter amittit fidẽ, ut ſupra * dictũ eſt. ergo uidetur, ꝙ fides nõ poſſit eſſe maior in uno, quàm in alio.

G

¶2 Præterea ea [h] quæ ſunt in ſummo nõ recipiunt magis, neq; minus: ſed rõ fidei eſt in ſummo. requiritur. n. ad fidem ꝙ homo inhæreat primæ ueritati ſuper omnia. ergo fides nõ recipit magis, & minus.

¶3 Præt. [h] Ita ſe habet fides in cognitione gratuita, ſicut intellectus principiorũ in cognitione naturali, eo ꝙ articuli fidei ſunt prima principia gratuitæ cognitionis, ut ex * dictis patet: ſed intellectus [h] principiorum æqualiter inuenitur in omnib. hominibus. ergo & fides æqualiter inuenitur in omnibus fidelibus.

H

SED CONTRA. Vbicunq; inuenitur paruum & magnum, ibi inuenitur maius & minus: ſed in fide inuenitur magnũ & paruum. Dicit. n. Dominus Petro, Matt. 14. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Et mulier dixit Matt. 15. Mulier magna eſt fides tua. ergo fides poteſt eſſe maior in uno, quàm in alio.

I

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra * dictum eſt, quantitas habitus ex duobus attendi põt, vno modo ex obiecto: alio mõ ſecundum participationẽ ſubiecti. Obiectũ aũt fidei poteſt dupliciter conſiderari: uno mõ ſecundum formalẽ rõnẽ, alio modo ſecundum ea, quæ materialiter credenda proponũtur. Formale aũt obiectum fidei eſt unum, & ſimplex. ſ. ueritas prima, ut ſupra * dictum eſt. unde [m] ex hac parte fides non diuerſificatur in credentib. ſed eſt una ſpecie in omnibus, [n] ut ſupra * dictum eſt: ſed ea, quæ materialiter credenda proponuntur, ſunt plura, & poſſunt accipi, uel magis, vel minus explicitè: & ſecũdum hoc põt unus homo plura explicitè credere, quàm alius: & [p] ſic in uno põt eſſe maior fides, ſecundum maiorem fidei explicationem. ¶Si uerò conſideretur fides ſecundum participationem ſubiecti, hoc contingit dupliciter. Nã actus fidei procedit ex intellectu, & ex uolũtate, ut ſupra * dictum eſt. Põt ergo fides in aliquo dici maior, uno mõ ex parte intellectus, [t] propter maiorem certitudinẽ, & firmitatẽ: [u] alio modo ex parte uolũtatis, [x] propter maiorẽ promptitudinẽ, ſeu deuotionẽ, vel cõfidẽtiã.

K

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ille qui pertinaciter diſcredit aliquid eorum, quæ ſub fide continentur, non habet habitũ fidei, quem tamen habet ille, qui nõ explicitè credit omnia, ſed paratus eſt omnia credere. Et ſecundùm hoc ex parte obiecti unus habet maiorem fidem, quàm alius, inquantum plura explicitè credit, ut dictum eſt.

AD II dicendũ, ꝙ de ratione fidei eſt, ut ueritas prima omnibus præferatur: ſed tamen eorum, qui eam omnibus præferunt, quidam certius, & deuotius ſe ei ſubijciunt, quam alij: & ſecundum hoc fides eſt maior in uno, quàm in alio.

AD III dicẽdũ, ꝙ intellectus principiorum cõſequitur ipſam naturam humanam, quæ æqualiter in omnib. inuenitur: ſed fides conſequitur donũ gratiæ, quod non eſt æqualiter in omnibus, ut ſupra * dictũ eſt: vñ nõ eſt eadẽ ratio. Et tñ ſecundũ maiorẽ capacitatẽ intellectus, unus magis, uel minus cognoſcit ueritatẽ principiorum, quàm alius.

SVPER QV. V. ART. IIII.

Ban. eodem art.

IN articulo quarto eiuſdẽ quintæ quæſtionis in reſpõſione ad ultimum nota, ꝙ illa uerba, quæ in litera ab authore afferũtur, Secundũ maiorẽ capacitatem intellectus, unus magis, vel minus cognoſcit veritatem principiorũ, quàm alius, dupliciter intelligi põt. Primo reſpectu ipſius ueritatis principiorũ in ſeipſis: ſecũdo reſpectu eiuſdẽ, ut cõtinet in ſe ueritatẽ aliorũ, ut cã effectum continet uirtualiter. & utroq; mõ uerificari poteſt. Nam ſicut eandem albedinem, cæteris paribus, melius uidet ille, qui eſt acutioris uiſus: ita eadẽ principia formaliter ſumpta, magis uidet perſpicacior intellectus, & eadẽ uirtualiter ſumpta magis penetrare cẽſetur nobilius ingenium, cui datum eſt ex eis inuenire, & uidere ueritatẽ conclusionum.

* 1. 2. q. 112. ar. 4. 2. reſpon.

SVPER

QVAESTIO VI.

De cauſa fidei, in duos articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandum eſt de cauſa fidei.

Et circa hoc quęruntur duo.

¶ Primò, vtrum fides ſit homini infuſa a Deo.

¶ Secundò, Vtrum fides informis ſit donum Dei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fides ſit homini a Deo infuſa.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ fides nō ſit homini infuſa a Deo. dicit. n.[a] Auguſt. 14. de Tri. ꝙ per ſcientiā[b] gignit in nobis fides, nutritur, defenditur, &[b] roborat: ſed ea, q̄ per ſcientiā in nobis gignuntur, magis videntur acqſita eſſe, quàm infuſa. ergo fides non videtur in nobis eſſe ex infuſione diuina.

¶ 2 Præt. Illud, ad quod hō ptingit audiēdo, & videndo, vr̄ eſſe ab homine[b] acquiſitum: ſed hō pertingit ad credendū, & uidēdo miracula, & audiendo fidei doctrinā. Dr̄. n. Io. 4. Cognouit pater, q̄a illa hora erat, in qua dixit ei Ieſus, Filiꝰ tuus uiuit: & credidit ipſe, & domus eius tota. Et Rom. 10. dr̄, ꝙ fides eſt ex auditu. ergo fides habetur ab homine tamquam acquiſita.

¶ 3 Præt. Illud qđ cōſiſtit in hominis[h] volūtate, ab homine poteſt acquiri: ſed fides cōſiſtit in credentium uoluntate, ut Aug. dicit in lib. de Prædeſtinatione ſanctorum. ergo fides poteſt eſſe ab homine acquiſita.

SED CONTRA eſt, quod dicitur ad Epheſ. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidē, & nō ex uobis, ne quis glorietur: donū. n. Dei eſt. E

RESPON. Dicēdū, ꝙ ad fidem duo requiruntur: quorum unū eſt, ut homini credibilia proponanī, qđ requiritur ad hoc, ꝙ hō aliquid explicitè credat. Aliud aūt quod ad fidē requiritur, eſt aſſenſus credentis ad ea, q̄ proponuntur. Quantum[m] ergo ad primū horū, neceſſe eſt ꝙ fides ſit a Deo[n]. Ea. n. q̄ ſunt fidei, excedunt rōnē humanā. vnde nō cadunt in cognitionē hoīs, niſi Deo reuelāte: ſed q̄buſdā quidē reuelanī immediatè à Deo, ſicut ſunt reuelata Apoſtolis, & ꝓphetis: q̄buſdā aūt ꝓponūtur a Deo mittente fidei prædicatores, ſēm illud Ro. 10. Quomodo p̄dicabūt, niſi mittantur?

B Quātū uerò ad ſēm. ſ. ad aſſenſum hominis in ea, q̄ ſunt fidei, pōt cōſiderari duplex cā. Vna q̄dē exterius inducēs, ſicut miraculū uiſum, vel pſuaſio hois inducētis ad fidē,[p] quorū neutrū eſt ſufficiens cā[q]. Videntiū. n. unū & idē miraculū, & audientiū eādē p̄dicationē q̄dam credūt, & q̄dā nō credunt: & ideo oportet ponere aliā cām interiorē, q̄ mouet hoīem interius

C ad aſſentiendū his, q̄ ſunt fidei. Hāc aūt cām Pelagiani ponebāt ſolū liberū arbitriū hoīs: & ꝑ hoc dicebant, ꝙ initiū fidei eſt ex nobis, inquantū. ſ. ex nobis eſt, ꝙ parati ſumus ad aſſentiendū his, q̄ ſunt fidei: ſed conſummatio fidei eſt à Deo, per qua nobis proponūtur, ea quæ credere debemus. Sed hoc ē falſum: quia cū hō aſſentiēdo his, q̄ ſunt fidei, eleuetur ſupra na-

D turā ſuā, oportet ꝙ hoc inſit ei ex ſupernaturali principio interius mouēte, qđ eſt Deus: & iō[o] fides quātū ad aſſentiendū, qui eſt principalis actus fidei, eſt a Deo interius mouēte ꝑ gratiā[t].

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ꝑ ſciētiā gignit fides, & nutrit ꝑ modū exterioris pſuaſionis, q̄ fit ab aliqua ſciētia: ſed principalis, & ꝓpria cā fidei eſt id, qđ interiꝰ mouet ad aſſentiēdū.

AD II dicēdum, ꝙ etiam ratio illa procedit de cauſa proponente exterius ea, quæ ſunt fidei, uel perſuadente ad credēdum uel uerbo, uel facto.

AD III dicendum, ꝙ credere quidem in uoluntate credētiū conſiſtit: ſed oportet, ꝙ uoluntas hominis præparetur a Deo per gratiam ad hoc, ꝙ eleuetur in ea, quæ ſunt ſupra naturam, ut ſupra * dictum eſt.

SVPER QV. VI. ARTIC. I.

Ferr. 3. cont. cap. 154.
Scot. 3. ſ. d. 23. q. 1.
Duran 3. ſ. d. 23. q. 2.
S. Bona. 3. ſ. d. 23. q. 2. ar. 2.
Riccar. 3. ſ. d. 23 q 2.
Capr. 3. d. 23 q 1. ar. 2.

IN tit. art. 1. q. 6. nota, ꝙ quæſtio eſt de fide ſimpliciter & abſolutè, & non ſic, vel ſic, ut patet ex litera ſequētis articuli.

¶ In corpore articuli dubiū occurrit, An aſſentire his, q̄ ſunt fidei, eleuet hominē ſupra naturā ſuā. Si namq; hoc aſſeritur, iā certitudo nō fidei, ſed experimētalis habebit̄ de habitu fidei a nobis infuſo ex illo actu, quē experimur i nobis. Et rurſus doctrina ſuperius habita in p̄cedenti libro ruit, & experiētia cōprobari pōt oppoſitū, ut dicunt Durandus in ſecūdo ſententiarū diſt 28. q. 1. ar. 1. & Scot. in diſt. 23. tertij ſententiarū q. 1. Si aūt ē hoc negat, ruit ratio literæ.

Porrecta per totum.
35
3. contra c. 154. prici. Et ver. q. 18. ar. 3 co. Et op. 2. c. 31. Et Eph. 2. le. 3.
* Li. 14. c. 1. a medio, to. 3.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſicut fides ſumit̄ dupliciter. ſ. ſimpliciter, & ſecundū quid: ita actus ꝓprius eius, qui eſt aſſentire his, q̄ ſunt fidei. Fides. n. ſimpliciter loquēdo, eſt uirtꝰ theologica, ac per hoc cum de ipſa abſolutè ē ſermo, de ipſa, ut uirtus eſt theologica, intelligēdus eſt. Cum autem determinatum ſit, ꝙ fides nō niſi formata eſt virtus, liquido patet, ꝙ idē eſt loqui de fide abſolute, & de ea, ut uirtus theologica & formata: & ꝓpterea non ſunt immiſcenda hmōi ſermoni ea, q̄ cōueniūt fidei ſecundū qd, ut mortuæ. Et ſimiliter diſtinguēdum eſt de actu fidei, qui eſt aſſentire: qm̄ poteſt ſumi dupliciter, ſ. quātum ad ſubſtantiam operis, & quantū ad modū, vt ſ. fide ſit. Et dicēdum eſt, ꝙ cum hic ſit ſermo de fide ſimpliciter, ac ꝑ hoc de fide, ut eſt uirtus theologica, ut ē ipſa Apoſtoli auctoritas inducta teſtat̄ ſ. Gratia eſtis ſaluati ꝑ fidē &c. ubi effectū fidei ponendo, ſaluationē manifeſtat, ꝙ nō mortuā, ſed uiuā fidē appellat ſimpliciter, & abſolutè fidē, quā dicit eſſe donū Dei: cōſequēs eſt, ꝙ de aſſenſu modificato & nō quātū ad

C. 5. in fine, to. 6.
Conclu. m

A ſolam ſubſtantiā operis loquitur litera. Hmōi aūt aſſenſum cōſtat eleuare hominē ſupra hominis, & angelorū ē naturā. Et ꝓpterea auctor abſq; ꝓbatione alia ptrāſiuit, ſequētis articuli diſcuſſioni reſeruās, an fides īformis ſit donū Dei, ī quo nō ex actu fidei īformis, ſed aliūde arguēs, cōfirmat hāc eē mētē ſuā.

¶ Sed hæc rñſio fuga potiꝰ eſt, q̄ expoſitio literæ: qm̄ litera ex ꝓprijs fidei ꝓcedit, vt patet intuenti oēs eius cās in litera allatas: immo, ut ex ſequēti patet articulo, hic eſt ſermo de fide ſimpliciter, & nō de fide, ut eſt uirtus ſimpliciter, aut īformis. Fides ſimpliciter, & pfecta ſimpliciter, ꝑfectione fidei, nō pfectiōe uirtutis ex hoc, ꝙ eſt fides, abſtrahendo a formatione, vel nō formatione charitatis, ut in corpore ſequētis articuli, & ī ſolutione ad primū dicit̄. Dicēdū eſt ergo, ꝙ actus fidei, hoc eſt, aſſentire ueritati primæ ſecundū ſcripturas, & ſenſum Eccleſię, eleuat hominē ſupra ſuā naturam, & hoc q negat, propriā ignorat uocē. Nam actus ille ex nulla naturali cognitione, ex nullo naturali appetitu, natus eſt ſequi, ſed ex appetitu beatitudinis æternæ, & ex adhęſione ad Deū ſupernaturaliter reuelantē, & conſeruātē Eccleſiā ſuam. Et hoc experimur, nec eget probatione. Sed ex hoc nō ſequitur, ergo experimur habitum in nobis fidei infuſæ, ut obiectio īfert. Sed ex hoc credimus rōnabiliter i nobis eſſe habitū fidei infuſum: ſicut dolere de peccatis ꝓpter Deū crucifixū beantē in patria, eſt actus eleuās hominē ſupra ſuā naturā, & credimus ꝙ ſit ex pœnitentia infuſa a Deo: non tamē hoc ſcimus. Et ſimiliter ire deuote ad cōmunionē poſt ꝓbationem ſui &c. eſt actꝰ ſupra naturā humanā, & credimꝰ, ꝙ ſit ex diuina charitate eius infuſa: & tñ hoc neſcimus. Aliud eſt ergo dicere ꝙ experimur i nobis actꝰ excedētes naturā humanā, & aliud ꝙ experimur ꝓpterea in nobis [illegible] habitꝰ [illegible] principia, aut Deum. Primum affirmat litera, [illegible] Et pe[illegible] patet

Pro causa quæſiti.
Cauſa inſufficiens tantum fidei.
Conclu. o
Pelagian.
Conclu.
* In corp. & [illegible] 2. [illegible] 3

patet responſio ad omnia obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum fides informis ſit donum Dei.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ fides informis nō ſit donum Dei. Dicitur.n. Deuter. 32. ꝙ Dei[h] perfecta ſunt opera: fides autem informis eſt quoddam imperfectū. ergo fides informis non eſt opus Dei.

¶ 2 Præt. Sicut act⁹ dr̄ deformis ꝑꝑ hoc, ꝙ caret debita forma, ita[h] ēt fides dr̄ informis ꝓpter hoc, ꝙ caret debita forma: ſed actus deformis peccati nō eſt à Deo, ut ſupra* dictum eſt. ergo neq; ēt fides īformis eſt à Deo.

¶ 3 Præt. Quæcūq; Deus ſanat, totaliter[h] ſanat. dr̄.n. Io. 7. Si circūciſionē accipit hō in ſabbatho, vt nō ſoluat lex Moyſi, mihi idignamini, qa totū hominē ſanū feci in ſabbatho: ſed ꝑ fidē hō ſanat̄ ab infidelitate. Quicūque ergo donū fidei a Deo accipit, ſimul ſanatur ab oib. peccatis: ſed hoc non fit, niſi ꝑ fidē formatam. ergo ſola fides formata eſt donum Dei. non ergo fides informis eſt a Deo.

SED CONTRA eſt, ꝙ quædam gloſ. dicit primæ ad Corint. 13. ꝙ fides q̄ ē ſine charitate, ē donū Dei: hęc aūt eſt informis. ergo fides informis eſt donū Dei.

RESPON. Dicendū, ꝙ informitas priuatio q̄d.i eſt. Eſt autē cōſiderādū, ꝙ priuatio qn̄que qdē ꝑtinet ad rōnem ſpeciei, qn̄q; aūt nō, ſed ſuꝑuenit rei iā habēti ꝓpriā ſpeciē: ſicut priuatio debitæ cōmenſurationis humorū eſt de rōne ſpēi ipſius ægritudinis: tenebroſitas āt n̄ ē de rōne ſpēi diaphani, ſed ei ſuꝑuenit. Quia ergo cū aſſignat̄ ca alicuius rei, intelłr aſſignari cā eius ſ̄m qđ in ꝓpria ſpecie exiſtit: iō quod non eſt ca priuationis, non pōt dici eſſe cā illius rei, ad quā pertinet priuatio, ſicut exiſtēs de rōne ſpēi illius. Non.n. pōt dici cā ægritudinis, qđ non eſt cā diſtēperantię humorū. Pōt tn̄ dici aliqd eſſe ca diaphani, q̄uis non ſit cā obſcuritatis, q̄ non eſt de rōne ſpēi diaphani. Informitas āt fidei n̄ ꝑtinet ad rōnē ſpēi ipſius fidei, cū fides dicat̄ īformis ꝑꝑ đfectū cuiuſdā exterioris formę ſicut * dictū ē. & iō illud eſt cā fidei īformis, qđ eſt cā fidei ſimplr̄ dictę: hoc aūt eſt Deus, ut † dictū eſt. V n̄ [m] relinquitur, ꝙ fides informis ſit donum Dei.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ fides īformis, etſi nō ſit ꝑfecta ſimplr̄ perfectione uirtutis, eſt tn̄ perfecta quadam perfectione, quæ ſufficit ad fidei rōnem.

AD II dicēdū, ꝙ deformitas actus eſt de rōne ſpēi ipſi⁹ act⁹, ſ̄m qđ ē actus moralis, ut ſ.* dictū ē. Dr̄.n. act⁹ deformis ꝑ priuationē formę intrinſecę, q̄ eſt debita cōmēſuratio circūſtantiarū actus. & iō nō pōt dici cā actus deformis Deus, qui non eſt ca deformitatis, licēt ſit cauſa actus, inquantum eſt actus.

Vel dicēdū, ꝙ deformitas nō ſolū iportat priuationē đbitæ formæ, ſed ēt cōtrariā diſpoſitionē. Vn̄ deformitas ſe hēt ad actū, ſicut falſitas ad fidē, & iō ſicut act⁹ đformis n̄ ē a Deo, ita nec aliqua fides falſa. Et ſicut fides īformis ē a Deo, ita ēt act⁹ q̄ ſūt boni ex gn̄e, quāuis n̄ ſint charitate formati, ſicut plerūq; ī peccatorib. cōtigit ſūt a Deo.

AD III dicēdū, ꝙ ille, q̄ accipit à Deo fidē abſq; charitate, nō ſimplr̄ ſanat̄ ab infidelitate, qa nō remouet̄ culpa p̄cedētis infidelitatis, ſed ſanat̄ ſ̄m quid, ut ſ. ceſſet a tali peccato. Hoc aūt frequēter cōtingit, ꝙ aliqs deſiſtat ab uno actu peccati, ēt Deo hoc faciēte, q̄ tn̄ ab actu alteri⁹ peccati nō deſiſtit, ꝓpria iniqtate ſuggerēte. Et per hūc ēt modum dat̄ aliqn̄ homini a Deo ꝙ credat, nō tn̄ dat̄ ei charitatis donum: ſicut ēt aliquib. abſque charitate datur donum prophetię, uel aliquid ſimile.

[Margin: *1.2.q.79 ar.2.ad 2 · *q.4.ar.3 & 4. · †ar.præ. Conclu.]

SVPER QV. VI. ARTIC. II.

Pa[illegible] eodem art.

IN articulo 2. eiuſdem ſextæ quæſtionis, in rñſione ad ſecundum, dubiū occurrit, quō deformitas actus ſit de rōne ſpeciei ipſius actus, ſecūdum quod eſt actus moralis. Vi.n. hoc cōtrariū doctrinæ datę in prima ſecūdę: ubi dictū eſt, ꝙ deformitas priuatiua actus peccati, nō eſt de integritate ſpeciei ipſi⁹ peccati, ſed cōſequēs ad ſpeciē mali moralis. Quomodo ſtant hæc duo ſimul?

[Margin: 36 · 1.2.q.72.ar.1.? · d.32.q.3 ar.2. Et ... 7.cor. Et Ro. 8. le. 5.]

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ litera nō dicit, ꝙ priuatio ſignificata ꝑ deformitatem, ſit de rōne ſpeciei ſimpliciter & abſolute, ſed cū modificatione. ſ. ut ſupra dictū eſt, ubi ꝑꝑ ſubiunctā rationē. ſ. Di.n. actus deformis ꝑ priuationē formæ intrinſecæ, &c. ſcito, ꝙ commēſuratio intrinſece, debita actui morali dupliciter, quātū ad propoſitū ſpectat, pōt inueniri deeſſe in actu morali. Vno mō ꝑ modū puræ priuationis, ſicut tenebra inuenit̄ in diaphano ꝑ ſolā abſentiā luminis. Et ſi hoc mō inueniri concederet̄ actus moralis deformis, tunc ꝓculdubio deformitas priuatiue eſſet īntrinſece de rōne ſpeciei actus moraliter mali. Et qm̄ ex dictis in primo libro, & ſecūdo patet, mali moralis ſpeciē poſitiuā eſſe, & nō ī priuatione, ſed in cōtrarietate cōſiſtere: iō hic ſenſus nō eſt huic literæ tribuēdus. Alio ergo mō cōtingit ꝑ modū priuationis cōſequētis contrariā formā, ſicut cęcitas ſequitur ad formā cōtrariam uiſui, uel oculo. Et hoc mō dictū fuit, ꝙ deformitas priuatiue inuenit̄ ī actu malo moraliter, & dr̄ eſſe de rōne ſpeciei actus moralis, non ut differētia intrinſeca: ſed ut paſſio conſequens ad differentiā intrinſecam. Et dr̄ ēt priuatio formæ īntrinſecæ, qa eſt priuatio formæ intrinſecæ actui morali. Et quantū ad pñtem q̄ſtionē ſpectat, idē eſt iudiciū, ſiue illa priuatio ſit de rōne ſpeciei, ut differētia, ſiue ut paſſio: ab eodē.n. agente ſunt. Pōt aūt, & debet ſecundū intentionē literæ, & planū illius ſenſum, aliter exponi litera iſta, ut ſit ſermo non de ſpecie mali moralis, qđ eſt genus poſitiuū in genere [illegible], ſed ſit ſermo de actu qdē morali, & eius ſpecie moraliter [illegible] malo ſimpliciter tráſcendenter ſumpto. Et tunc eſſet ſenſus, ꝙ deformitas eſt intrinſece de rōne ſpeciei actus moraliter, inquātū ē malus. Et qm̄ hæc rñſio nō attingit ad deformitatē ſpecificā act⁹ moraliter in ꝓpria origine vſq; ad ultimas ſpēs ſimpliciter (ut ex ſupra dictis cōtra Scot. patet, ſicut iuxta primū ſenſum ad deformitatem conſequentē ſpeciē deuentū eſt, & deformitas dupliciter ſumi pōt priuatiue, & contrarie: ideo ſecūdā addidit rñſionē de deformitate contrarie ſumpta, ī qua uides quomō actus cōtrarius uirtuti nō eſt a Deo in ſuo exemplo: ſicut nūc falſa fides, quæ etiam contrarie opponit̄ vere fidei, ut patet in 2. Perihermenias.

Priuatio conſequens [illegible] ad ſpeciem [illegible].

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte, quòd hinc habes, quomodo debeat intelligi ſimultanea īfuſio uirtutum, quòd ſcilicet intelligit̄ in eſſe uirtutis ſimpliciter. Habes.n. hinc, ꝙ fides īformis qn̄q; datur a Deo ſine charitate, ac p̄ hoc datur ille fidei habitus, q̄ ſine charitate eſt uera fides infuſa, nō tn̄ ſimpliciter uirtus, ut patet ex dictis. Cū aūt infunditur una aliqua uirtus ſimpliciter in eſſe uirtutis, tūc ſimul oēs uirtutis habitus ī eſſe uirtutis infunduntur. Et hac diſtinctione oportet uti ꝑꝑ uirtutes, q̄ poſſunt eſſe informes. Nā in alijs nō diſtinguitur eſſe, & eſſe uirtutem ſimpliciter, ac ꝑ hoc nō diſtinguitur ī eis infundi, & infundi in eſſe uirtutis ſimpliciter. Et hæc nota propter baptizatos in peccato mortali, & propter hæreticos, quando conuertuntur ad fidem cum peccato mortali. Infunditur ſiquidem tunc a diuina liberalitate fides ſine charitate ſubiecto diſpoſito ad fidei, & non charitatis ſuſceptionem. Sicut materiæ diſpoſitæ ad ſubſtantiam animæ, & non ad opera eius, infunditur anima, ut patet in autentibus ab victo.

Regula. Aliud eſt ſanari a tali peccato, aliud eſt ceſſare ab ipſo.

SVPER QV. VII.

Bannes eodem art.

IN quæſtionis ſeptimæ utroque articulo nullũ occurrit dubium: in primò tñ articulo aduerte hic timorem, quo cœleſtes pñtes, quãuis beatæ, tremere dicũtur ex viſione diuinæ excelẽtiæ, & ſui malũ æqualitatis abhorrẽtes. In ſecundo aũt ꝙ puritas, de qua eſt ſermo, non eſt niſi puritas culpæ: hæc enim fidei attribuitur.

Porrecta per totum.

37

QVAESTIO VII.

De effectibus fidei, in duos articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderandum eſt de effectibus fidei.

ET circa hoc quæruntur duo.

¶Primo, Vtrum timor ſit effectus fidei.

¶Secundo, Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei.

ARTICVLVS I.

Vtrum timor ſit effectus fidei.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vř ꝙ timor nõ ſit effect⁹ fidei. Effectus.n. non præcedit cãm: ſed timor præcedit fidem. dř.n. Eccl.2. Qui timetis Deũ credite illi. ergo timor ñ eſt effect⁹ fidei.

1.2.q.7.1. ar.2

¶2 Præt. Idem non eſt cauſa contrariorum: ſed timor, & ſpes ſunt contraria, vt ſupra * dictum eſt: fides autem generat ſpem, ut dicitur in *. Gl. Matt. primo. ergo non eſt cauſa timoris.

Gl. interlinearis, ſup illud, Abraham genuit Iſaac.

¶3 Præ. Contrariũ non eſt cã contrarij: ſed obiectum fidei eſt quoddam bonũ, quod eſt ueritas prima, obiectũ aũt timoris eſt malum, ut ſupra † dictũ eſt: actus autem habent ſpeciem ex obiecto ſecundum ſupra * dicta. ergo fides non eſt cã timoris.

† 1.2.q.42.ar.1.
* 1.2.q.18 ar.2.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Iacob.2. Dæmones credunt, & contremiſcunt.

RESP. Dicẽdum, ꝙ timor eſt quidã motus appetitiuæ uirtutis, ut ſ. * dictum eſt. Oĩum autem appetitiuorum motuũ principium eſt bonũ, uel malum apprehẽſum. Vnde oportet ꝙ timoris, & omnium appetitiuorum motuum ſit principiũ aliqua apprehenſio. Per fidem autem fit in nobis quædã apprehenſio de quibuſdã malis pœnalibus, q̃ ſm diuinum iudicium inferuntur: & per hunc modũ ᵐ fides eſt cã timoris, quo qs timet à Deo puniri, ⁿ q timor eſt ſeruilis. ᵖ Eſt ẽt cã timoris filialis, quo qs timet ſeparari à Deo, vel quo quis refugit ſe Deo comparare, reuerendo ipſum: q in quantum p fidẽ, hanc exiſtimationẽ habemus de Deo, ꝙ ſit quoddã immẽſum, & altiſſimũ bonũ, a quo ſeparari eſt peſſimũ, & cui uelle æquari eſt malum: ſed primi timoris, ſ. ſeruilis, eſt cauſa fides informis, ſed ſecundi timoris, ſ. filialis, eſt cauſa fides formata, quæ p charitatẽ facit hoiem Deo adhærere, & ei ſubijci.

* 1.2.q.22. ar.2. & 3. & q.6.41. 42 43.

Concl. m

Conclu. p

Pro captu concluſionis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ timor Dei non poteſt vĩr præcedere fidẽ: quia ſi oĩno eius ignorantiã haberemus quãtũ ad præmia, uel pœnas, de quib. per fidẽ inſtruimur, nullo mõ eũ timeremus. Sed ſuppoſita fide de aliquib. articulis fidei, puta, de excellentia diuina, ſequiř timor reuerentiæ, ex quo ſequitur ulterius, ut hõ intellectum ſuũ Deo ſubijciat ad credendum oĩa, quæ ſunt promiſſa a Deo. vñ ibi ſequiř. Et nõ euacuabiř merces veſtra.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ idem ſm contraria põt eſſe contrariorum cã, non autem idem ſecundum idem: fides aũt gñat ſpẽ, ſm quod facit nobis exiſtimationẽ de præmijs, quæ Deus retribuit iuſtis. Eſt aũt cauſa timoris, ſm quod facit nobis eſtimationẽ de pœnis, quas peccatorib. infligere vult.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ obiectũ fidei primũ, & formale eſt bonũ, ꝙ eſt ueritas prima: ſed materialiter fidei proponunt ẽt credenda quędã mala, puta, ꝙ malum ſit Deo nõ ſubijci, vel ab eo ſeparari, & ꝙ peccatores pœnalia male ſuſtinebunt à Deo: & ſm hoc fides poteſt eſſe cã timoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum.

38

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vř ꝙ purificatio cordis non ſit effectus fidei. Puritas.n. cordis præcipue in affectu conſiſtit: ſed fides in intellectu eſt. ergo fides non cãt cordis purificationẽ.

4. diſt.14. quo.2.ar. 4. ad 3. Et ver. q.28. ar.1, ad 6.

¶2 Præt. Illud quod cãt cordis purificationẽ, nõ põt ſimul eſſe cũ impuritate: ſed fides ſimul poteſt eſſe cum impuritate peccati, ſicut patet in illis, q hñt fidẽ informem. ergo fides non purificat cor.

¶3 Præ. Si fides aliquo modo purificat cor humanum, maximẽ purificaret hois intellectum: ſed intellectũ nõ purificat ab obſcuritate, cũ ſit cognitio ęnigmatica. ergo fides nullo mõ purificat cor.

SED CONTRA eſt, quod dicit Petrus Act.15. Fide purificans corda eorum.

RESPON. Dicendũ, ꝙ impuritas uniuſcuiuſque rei cõſiſtit in hoc, ꝙ uilioribus immiſcet. Non.n. dř argẽtũ eſſe impurũ ex ꝑmiſtione auri, per q̃ meli⁹ reddiť, ſed ex ꝑmiſtione plũbi, uel ſtãni. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ rõnalis creatura dignior eſt oĩb. tpalib. & corporalib. creaturis, & iõ ipura reddiť ex hoc, ꝙ tpalib. ſe ſubijcit ꝑ amorẽ: a qua quidẽ impuritate purificať ꝑ contrarium motum, dum. ſ. tendit in id, quod eſt ſ. ſe, ſ. in Deum, in quo quidem motu primũ principiũ eſt fides. Accedentẽ.n. ad Deũ oportet credere, vt dř Heb.11. & ideo ᵐ primũ principium purificationis cordis eſt fides, ⁿ qua purificať impuritas erroris, ᵖ quæ ſi perficiatur per charitatẽ formatã, perfectam purificationẽ cauſat.

Purum impurum.

Dignitas hominis.

Concl. m

Concl. p

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ea, quæ ſunt in intellectu, ſunt principia eorũ, quæ ſunt in affectu, inquantum. ſ. bonum intellectus mouet affectum.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ fides ẽt informis, excludit quãdã impuritatẽ ſibi oppoſita, ſ. impuritatẽ erroris, q̃ cõtingit ex hoc, ꝙ intellect⁹ human⁹ inordinate inhæret reb. ſe inferiorib. dũ. ſ. uult ſm rõnes rerũ ſenſibiliũ metiri diuina: ſed qñ ꝑ charitatẽ formať, tũc nullã impuritatẽ ſecũ compatiť: qa vniuerſa delicta operit charitas, ut dř Prou.10.

Impuritas erroris qua ad nimis curioſis.

AD TERTIVM Dicendũ, ꝙ obſcuritas fidei nõ ptinet ad puritatem culpæ, ſed magis ad naturalẽ defectum intellectus humani ſm ſtatũ pñtis uitæ.

QVAESTIO VIII.

De dono intellectus, et ſcientiæ, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdũ de dono intellectus & ſciẽtiæ, quæ reſpõdent uirtuti fidei.

ET circa donum intellectus quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum intellectus ſit donum Spiritus ſancti.

SVPER Q. VIII. ART. I.

Bannes eodem art.

IN quæſtionis. 8. articulo 1. tenne ſenar in numerũ eorũ, in quibus, & q̃ legere facit donum intellectus. Hæc ſiquidẽ cũa cõ, tehendere videntur, quæ intellectus pro fidei bono penetrare põt. Nam vel in accidentibus, i. e. uerbis,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bis. uel figuris, ſeu ſimilibus, uel ſenſibilibus, uel effectibus, uel cauſis latét quęcũq; latét. Et ſub accidẽtibus quidẽ legẽdo cõprehendimus ſubſtãtias, ſiue ẽt quodcunque aliud accidẽs latẽs. Sub uerbis ſenſus literalis aperit̃. Sub figuris tres reliqui ſenſus patẽt. ſ. moralis, allegoricus, & literalis ſub parabola. Ex ſenſibilibus intelligibilia ſorcapim⁹. In cauſis uero effectus, & econuerſo cõſpicim⁹, adeo ut nihil ꝑtermiſſum occurrat. Extendit ſiquidẽ ſe intellectus donũ ad penetrãdum oĩa, ad quæcunque iudicãda, uel applicanda, ſapientia, & ſcientia, & cõſiliũ ſe extendunt, & curſus ad omnia, quib⁹ fides aſſentit.

Perrecta per totum.

39

3. d. 35. q. 2. art. 2. q. 1. Et Iſai. 11. lec. 2.

¶ Secundo, Vtrum poſſit ſimul eſſe in eodem cum fide.

¶ Tertio, Vtrũ intellect⁹, q̃ ẽ donũ Spũſſcti, ſit ſpeculatiuus tantum, uel etiam practicus.

¶ Quarto, Vtrũ oẽs, q̃ ſũt i gr̃a, hẽant donum intellectus.

¶ Quinto, Vtrũ hoc donũ inueniat̃ in aliquib. abſq; gratia.

¶ Sexto, Quomodo ſe habeat donũ intellect⁹ ad alia dona.

¶ Septimo, De eo quod rñdet huic dono in beatitudinib.

¶ Octauo, De eo, quod reſpondet ei in fructibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus ſit donum Spiritusſancti.

AD PRIMVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ intellectus nõ ſit donum Spũſſcti. Dona. n. gratuita diſtinguunt̃ a donis naturalib. ſuꝑaddunt̃. n. eis: ſed intellectus eſt quidam habitus naturalis in anima, quo cognoſcunt̃ principia naturaliter nota. ut patet in 6.* Ethi. ergo [h] non debet poni donum ſpiritusſancti.

*Li. 6. c. 6. tomo 5.

¶ 2 Pręt. Dona diuina participantur à creaturis ſ̃m earũ ꝓportionẽ & modũ, ut patet p Dion. i li. † de Di. no. ſed mod⁹ humanę naturę[h] eſt, ut nõ ſimpl'r ueritatẽ cognoſcat, ꝙ ptinet ad rõnẽ intellectus, ſed diſcurſiuẽ, quod eſt ꝓpriũ rõnis, ut patet per Dio. i 7. c. de diu. no. ergo cognitio diuina, q̃ hoib. dat̃, magis dẽt dici donũ rõnis, quàm intellectus.

†Ca. 4. parum a princ. *Ca. 7. inter princi pium & medium.

¶ 3 Præt. In potentijs aiæ intellectus contra uolũtatem diuiditur, ut patet in 3. † de Aia: ſed nullũ donum Spiritusſancti dr̃ uoluntas [h]. ergo etiam nullum donum Spiritusſancti debet dici intellectus.

†Lib. 3. de aia textu. 4[9]. 10. 2.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ Iſa. 11. Requieſcet ſuper eum ſpũs Dñi, ſpũs ſapientiæ & intellectus.

RESP. Dicẽdum, ꝙ nomen intellectus quandam intimam cognitionem importat. Dr̃. n. intelligere, quaſi intus legere: & hoc manifeſte patet cõſiderantib. dr̃iam intellect⁹, & ſenſus. Nã cognitio ſenſitiua occupat̃ circa qualitates ſenſibiles exteriores, cognitio aũt itellectiua penetrat uſq; ad eſſentiã rei. Obiectũ [d] aũt intellect⁹ eſt, ꝙ qd eſt, ut dr̃ in 3.* de Aia. Sunt aũt multa gñ[a] eorũ, q̃ interi⁹ latent, ad q̃ oportet cognitionẽ hois, quaſi intrinſecus penetrare. Nam ſub accidẽtib. latet natura rei ſubſtãtialis, ſub verbis latẽt ſignata uerborũ, ſub ſilitudinib. & figuris latet ueritas figurata. Res. n. intelligibiles ſunt quodãmõ interiores reſpectu rerũ ſenſibiliũ, q̃ exterius ſentiunt̃, & in cauſis latẽt effectus, & ecõuerſo: vnde reſpectu horũ oium pt dici intellectus. Sed cũ cognitio hois à ſenſu incipiat quaſi ab exteriori, manifeſtũ eſt, ꝙ quãto lumẽ intellect⁹ eſt forti⁹, tãto põt magis ad intima penetrare. Lumẽ aũt naturale nr̃i intellect⁹ eſt finitæ uirtutis, vñ uſq; ad terminatũ aliqd pertingere põt. Indiget ergo hõ ſuꝑnaturali lumine, ut ulteri⁹ penetret ad cognoſcendũ quædã, quæ per lu- F mẽ naturale cognoſcere nõ ualet. Et [m] illud lumen ſupernaturale homini datũ, uocat̃ donũ itellect⁹.

D. 752. *Lib. 3. c. 3. aia, textu 26. to 2.

Reſpectu quarum dicitur intellectus.

Concl.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ꝑ lumẽ naturale nobis inditũ ſtatim cognoſcunt̃ quędã principia cõia, q̃ ſunt naturaliter nota: ſed quia hõ ordinat̃ ad beatitudinẽ ſupernaturalem, vt ſ.* dictum eſt, neceſſe eſt, ꝙ homo vlterius pertingat ad quædã altiora, & ad hoc requiruntur donum intellectus.

* q. 2. art. 3. & P. S. q. 4. art. 8. & q. 5. art. 5.

AD SECVNDVM dicẽdum, ꝙ diſcurſus rõnis ſp incipit ab intellectu, & terminat̃ ad intellectũ. Rõcinamur. n. ꝓcedẽdo ex q̃buſdã itellectis: & tunc rõnis diſcurſus perficit̃, qñ ad hoc ꝑuenimus, vt in G telligamus id, quod prius erat ignotum. Quod ergo rõcinamur, ex aliquo pręcedenti intellectu ꝓcedit. Donũ aũt gr̃æ nõ ꝓcedit ex lumine naturæ, ſed ſuperaddit̃ ei, quaſi perficiens ipſum: & iõ iſta ſuperadditio non dr̃ rõ, ſed magis intellectus: quia ita ſe habet lumen ſuperadditum ad ea, quæ nobis ſupernaturaliter innoteſcunt, ſicut ſe habet lumẽ naturale ad ea, quæ primordialiter cognoſcimus.

Diſcurſus rationis unde & quo uadit.

Aliquid, & quo, ſe habet donũ intellectus. Intellectus eſt nomen excellens, voluntas eſt nomen ſed non excellens.

AD TERTIVM Dicendũ, ꝙ uolũtas noĩat ſimpliciter appetitiuum motũ abſq; determinatione alicuius excellentiæ: ſed intellectus noĩat quandã excellentiam cognitionis penetrandi ad intima. H Et ideò ſupernaturale donum magis nominatur nomine intellectus, quàm nomine uoluntatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum donum intellectus poſſit ſimul eſſe cum fide.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ donum intellect⁹ non ſimul habeatur cũ fide. † Dicit. n. Aug. in li. 83. Quæſtionũ, * ꝙ id quod [h] intelligit̃, intelligentis comprehenſiõe finitur: ſed id quod creditur, nõ cõprehenditur, ſ̃m illud Apoſtoli ad Phil. 3. Non quia iam comprehenderim, aut ꝙ perfectus ſim. ergo videtur ꝙ fides, & intellectus non poſſint eſſe in eodem.

I

¶ 2 Præt. Oẽ quod [h] intelligit̃ intellectu, vr̃ naturaliter: ſed fides eſt de non apparentibus, ut ſ.* dictum eſt. ergo fides non põt ſimul eſſe in eodẽ cũ intellectu.

¶ 3 Præt. [h] Intellectus eſt certior, quàm ſcientia: ſed ſcientia, & fides non poſſunt eſſe de eodem, K vt ſupra dictum eſt. multo ergo minus intellectus, & fides.

SED CONTRA eſt, ꝙ Gre. † dicit in li. Moraliũ. Videmus, ꝙ [h] intellectus de auditis mentẽ illuſtrat: ſed aliq̃s hñs fidẽ põt eſſe illuſtratus mente circa audita. Vnde dicitur Lucæ. ult. ꝙ Dominus aperuit diſcipulis ſuis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. ergo intellectus poteſt ſimul eſſe cum fide.

RESPON. Dicẽdum, quòd hic duplici diſtinctione eſt opus. Vna quidem ex parte fidei, alia aũt ex

SVPER Q. VIII. ART. II.

Eiuſdem eodem art.

IN articulo 2. eadẽ q̃ſtionis nota tria. Primo, ꝙ diſtinctio facta in litera ex parte fidei, nõ eſt diſtinctio inter obiectũ formale, & materiale fidei, ſed eſt diſtinctio materialis obiecti fidei infra ſeipſa q̃iter ea, quæ ſunt materia fidei, quædã per ſe, & directẽ cadunt ſub ſ. de q̃bus ſecundario iſ ſ̃ ordinata ad illa. Secundo, ꝙ in lr̃a conceditur, ꝙ quædã de ſecũdario pertinentib. ad fidẽ, poſſumus intelligere perfecte. Et hoc patet tam in moralibus, q̃ etiam in hiſtorialibus. Viderunt ſiquidẽ Apoſtoli Ieſũ nazarenum crucifixum, & miracula, geſtaque eius. Et beata virgo uidit ſe virginẽ illum parere. Moralia quoque ratione naturali monſtrant, quæ in ſacra ſcriptura continent̃. Loquor aũt uirgineũ partũ, vitam, dolores, paſſionem, & geſta Ieſu

Perrecta per totum.

40

Lib. 83. q. 15. to. 4.

* q. 1. art. 4. & q. 4. ar. 1.

*q. 1. ar. 4. & 5.

†Li. 1. Moral ca. 32. ante medium.

ſu Chriſti inter ſcđa-rio ſpectantia ad fidē accipiendo hæc inquantū fuerūt hoīs. Nam inquātum, fuerunt hoīs Dei in quęſtionem nō veniunt. Conſtat n. ꝙ intelligi perfecte in uia non cōtingit. Licet. n. beata. Virgo ſentiret ſe parere virginem: fide tñ tenebat ſe parere hoīem Deū. Et ſimiliter licet Apoſtoli, & alij viderent Ieſum Nazarenū crucifixū, fide tñ tenebant Deū crucifixum, & tñ credebant, & ſic de alijs Tenemur tñ credere non ſolum illa quæ illi crediderunt, ſed & q̄ viderunt. Et dixi ſecđario pertinentia ad fidē quia ordinata ad fide Trinitatis, & incarnationis filij Dei tertio, ꝙ illud intelligere, quod in litera vocatur imperfectum, pōt referri ad duo obiecta vel ad ea q̄ ſunt fidei, uel ad exteriora. Si refertur ad ea q̄ ſunt fidei, cōſtat ꝙ imperfecta intellectio eſt: qm̄ non conſtituit viſionem eorū & hoc intēdit litera. Sed ſi referatur ad exteriora, ſic eſt perfecta intellectio: qm̄ cū veritas ſcibiliū non cōtrarietur ſedm ſe veritati fidei, nec ſub terfugiat intellectum noſtrum naturalē, & oēm apparentem cōtrarietatem veritati fidei perfecte uidere & intelligere poſſumus non eſſe ueram qui a aut conſurgit de falſo cōceptu, quē habemus de creaturis. & illius falſitatem depręhendere poſſumus, aut cōſurgit ex veritate, ſeu uero cōceptu creaturæ. Et cū nō conſurgat ex meritis ueritatis, quia verum uero nō eſt contrarium, reſtat vt cōprehendendo veritatē, & quod quid eſt illius ſcibilis deprehēdere poſſimus cōtrarietatē talem non eſſe veram Rō. n. quod qđ eſt ſoluit oēs difficultates de re, & ex re accidentes. Conſequens eſt, ut perfecte intelligere, & uidere poſſimus, nullum eſſe in his, quæ extra fidem nobis ſunt perta, obſtaculum prohibēs cred. . . . tatem eorū, quæ ſunt fidei:

Intelligere ea quæ ſūt fidei cōtingit dupliciter.

Concl. m

Concluſ. p

Perfecta per totum.

41

Infra. art. 6. corp. & ad 3.

*Li. 1. cap. 32. ante medium.

*Lib. 5. Ethi. c. 3. & 6. tom. 5.

¶ Quo ad tertiū. Blaſphemia poſſet eſſe cū fide, & ſine fide. Cōtingit. n. utroque modo dicere, quòd Deus non pōt facere hoc, uel illud. Et hoc nō ſolum uerbo exteriore, ut patet, ſed ēt interiore. Poteſt. n quis credens Deum omnipotentem, uelle dicere ſecum, ut iniuriam Deo faciat, q; Deus non poteſt, & delectari in hoc mendacio, quia non poteſt cōcipere oppoſitū eius, quod credit, & ſcit quamuis non poſſit tali oppoſito aſſentire. Et licet omnis blaſphemia, vt dictum eſt, quia eſt voluntaria, ſit a uoluntate mala, nō tamen omnis eſt cum uoluntate affecta

q̃ ad infidelitatē. ergo blaſphemia ñ opponit̃ cōfeſſioni fidei.

¶ 2 Præt. Ad Eph. 4. ſup illud, Blaſphemia tollat̃ a uobis, dicit a glo. q̃ fit in Deū, vel in b ſanctos: ſed cōfeſſio fidei nō vr̃ eſſe, niſi de his, q̃ ptinēt ad Deū, q̃ eſt fidei obiectū. ergo blaſphemia ñ ſp opponitur confeſſioni fidei.

¶ 3 Præt. A qbuſdam dr̃, ꝙ ſunt tres blaſphemiæ ſpẽs, quarum vna eſt, cū attribuit̃ Deo, quod ei nō cōuenit. Secunda eſt, cum ab eo remouetur, qđ ei conuenit. Tertia eſt, cū attribuit̃ creaturæ, qđ Deo appropriatur, & ſic vr̃, ꝙ blaſphemia non ſolū ſit circa Deū, ſed ēt b circa creaturas: fides aūt habet Deum ꝓ obiecto. ergo blaſphemia non opponitur confeſſioni fidei.

SED CONTRA. eſt, qđ Apoſt. dicit. 1. ad Timot. 1. Prius fui blaſphem⁹, & pſecutor. & poſtea ſubdit: Ignorās feci ī icredulitate mea. ex quo videt̃ ꝙ blaſphemia ad infidelitatē pertineat.

RESPON. Dicēdum, ꝙ nomē blaſphemiæ īportare vr̃ quādā derogationē alicui⁹ excellētis bōitatis, & ꝓcipuę diuinę. De⁹ āt, ut a Dion. dicit primo cap. de Di. nom. ē ipſa eſſentia verę bonitatis. Vñ quicqd Deo conuenit, ꝑtinet ad bonitatē ipſi⁹, & q̃cquid ad ipſum non pertinet, lōge ē a rōne pfectę bonitatis, q̃ eſt eius eſſentia. Quicūq; ergo vel negat aliqd de Deo, qđ ei cōuenit, vr̃ aſſerit đ eo, qđ ei ñ cōuenit, đrogat diuinę bonitati. Qđ qdē pōt cōtingere dupliciter, uno qdē mō ẽm ſolam opinionem intell̃s: alio modo cōiūcta quadā affectus deteſtatione, ſicut ecōtrario fides Dei ꝑ dilectionē pficit̃ ipſi⁹. Hmōi ergo derogatio diuinæ bonitatis vel eſt ẽm intellectū tm̃, vel ēt ẽm affectum. Si cōſiſtat tm̃ i corde, eſt cordis blaſphemia. Si āt exteri⁹ ꝓdeat p locutionē, ē oris blaſphemia. Et m ẽm hoc blaſphemia cōfeſſiōi opponit̃ n.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ille qui contra Deū loqtur, cōuitiū inferre intēdens, derogat diuinæ bonitati nō ſolū ẽm vanitatē intellectus, ſed ēt ẽm prauitatē uolūtatis deteſtantis, & impediētis ꝓ poſſe, diuinū honorē: qđ ē blaſphemia pfecta.

B AD II. dicēdū, ꝙ ſicut De⁹ i ſanctis ſuis laudat̃, inquātū laudant̃ opa, q̃ De⁹ i ſanctis efficit: ita & blaſphemia, q̃ fit i ſāctos, ex cōſequēti in Deū redundat.

AD III. dicēdū, ꝙ ẽm illa tria non pñt, propriè loquendo, diſtigui diuerſæ ſpẽs peccati blaſphemię. Attribuer̃. n. Deo, qđ ei nō cōuenit, vel remouere ab eo, qđ ei cōuenit, nō differunt niſi ẽm affirmationē, & negationē: q̃ qdē diuerſitas habitus ſpẽm nō diſtinguit, qa p eādē ſciētiā innoteſcit falſitas affirmationū, & negationum: & per eādem ignorātiā utroque mō erratur, cū negatio probetur p affirmationem, ut hr̃ 1. Poſter. Quòd aūt ea quæ ſunt Dei ꝓpria, creaturis attribuantur, ad hoc ptinere vr̃, ꝙ aliqd ei attribuat̃ qđ ei nō conueniat. Quicqd. n. eſt Deo propriū, eſt ipſe Deus. Attribuere aūt id quod eſt Dei ꝓpriū alicui, creaturę, ē ipſū Deū dicere idē creaturæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum blaſphemia ſemper ſit peccatum mortale.

Bar. eodem art.

Porrecta per totum. 78

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ blaſphemia nō ſp ſit peccatū mortale, Quia ſuper illud ad Col. 3. Nunc autē deponite & uos &c. dicit a glo. Poſt maiora, ꝓhibet b minora, & tñ ſubdit de blaſphemia. ergo blaſphemia inter peccata minora cōputat̃, q̃ ſūt peccata venialia

Ad Col. 3. lec. 2.

a Eſt glo. Ambr. in iſtum locum to. 5

¶2 Præt. Oē peccatū mortale[h] opponit alicui p̃cepto decalogi: ſed blaſphemia nō vr̃ alicui eorum opponi. ergo blaſphemia non eſt peccatū mortale.

¶3 Præt. Peccata q̃[h] abſq; deliberatiōe cōmittunt̃, ñ ſūt mortalia, pp qđ primi mot⁹ nō ſunt peccata mortalia, q̃a deliberatiōnē rōnis p̃cedūt, ut ex ſ.* dictis patet: ſed blaſphemia qñq; abſq; deliberatione p̃cedit. ergo nō ſp eſt peccatū mortale. G

Sed contra eſt, quod dr̃ Leuitic. 24. Qui blaſphemauerit nomen Dñi, morte moriat̃: ſed pœna mortis non infert̃, niſi pro peccato mortali. ergo blaſphemia eſt peccatū mortale.

Respon. Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra* dictū eſt, pct̃m mortale ē, p qđ hō ſeparat̃ à primo principio ſpūalis vitę, qđ eſt charitas Dei. Vñ q̃cūque charitati repugnāt, ex ſuo gñe ſunt peccata mortalia. Blaſphemia aūt ſcḿ gen⁹ ſuū repugnat charitati diuinæ, q̃a d̃rogat diuinæ bonitati, *ut dictū ē, q̃ ē obiectū charitatis. Et iō[m] blaſphemia ē peccatū mortale ex ſuo gñe.[n] H

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ gl. illa non eſt ſic intelligenda, ꝙ omnia, q̃ ſubduntur, ſint peccata mortalia: ſed quia cum ſupra non expreſſiſſet niſi maiora, poſtmodū ēt quædam minora ſubdit, inter quæ etiam quædam de maioribus ponit. I

Ad II dicēdū, ꝙ cū blaſphemia opponat̃ cōfeſſioni fidei, vt *dictū eſt, eius p̃hibitio reducit̃ ad p̃hibitionē infidelitatis, q̃ intellr̃ in eo, qđ dr̃. Ego ſum Dñs Deus tuus &c. vel p̃hibet̃ p id qđ dr̃. Nō aſſumes nomen Dei tui in uanū. Magis.n. in vanū aſſumit nomē Dei, q aliqđ falſum de Deo aſſerit, q̃ q per nomē Dei aliqđ falſū cōfirmat. K

Ad III dicēdū, ꝙ blaſphemia p̃t abſq; deliberatione ex ſurreptione procedere dupl̃r. Vno mō, ꝙ aliq̃s nō aduertat hoc, qđ dicit eſſe blaſphemiā: qđ pōt cōtingere, cū aliq̃s ſubito ex aliqua paſſione ī verba imaginata p̃rūpit, quorū ſignificationē nō cōſiderat, & tunc eſt peccatū ueniale, & nō hēt p̃priè rōnē blaſphemiæ. Alio mō, qñ aduertit hoc eſſe blaſphemiā, conſiderās ſignificata uerborū: & tūc non excuſat̃ à peccato mortali, ſicut nec ille, q ex ſubito motu iræ aliquē occidit iuxta ſe ſedentem.

Articvl. III.

Vtrum peccatum blaſphemiæ ſit maximum peccatum.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ peccatum blaſphemiæ non ſit maximū peccatū. Malum.n. dr̃, quia[h] nocet, ſcḿ Aug.* in Enchiridion: ſed magis nocet peccatū homicidij, qđ perimit vitā hominis, q̃ peccatum plaſphemiæ, quod Deo nullū nocumentū pōt inferre. ergo peccatum homicidij eſt grauius peccato blaſphemiæ.

¶3 Præt. Quicūq; piurat,[h] idūcit Deū teſtē falſitatis, & ita vr̃ eū aſſerere eſſe falſum: ſed non quilibet blaſphemus vſque ad hoc procedit, vt Deū aſſerat eſſe falſum. ergo piuriū ē graui⁹ peccatum, quam blaſphemia.

¶3 Præt. Sup illud Pſ. 47. Nolite extollere in altū cornu veſtrū, dicit * gl.[h] Maximū ē uitiū excuſatiōis peccati. nō ergo blaſphemia eſt maximū peccatū.

Sed contra eſt qđ Iſaię 18. ſup illud, Ad populum terribilē, &c. dicit † gl. O ē peccatum, blaſphemiæ cōparatū, leui⁹ eſt.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut

ad derogandum diuinæ bonitati, ſed aliena tantum, vt in litera dr̃: Sicut omne credere eſt uoluntarium, non tñ omne credere eſt a volūtate affecta charitate Dei. Habet.n. malitia hæc, de qua eſt ſermo literæ, ſe ad blaſphemiā, ſicut charitas ad fidem. P

¶Ex his aūt facile patet ſolutio dubiorū. Nā ad primū dr̃, ꝙ diſtinctio ē ſufficiēs, ſi bñ intelligat̃. Pōt.n. itelligi dupliciter. Primo, ꝙ ad blaſphemiam oēm cōcurrat falſitas enūciatiue: & in hoc ſenſu malo p̃cedit argm̃. Secūdo, ꝙ concurrat falſitas vel enunciatiue, uel quocunque alio mō. Et ſic verū eſt, qđ dr̃,

*1.2 q.74 art.10.

& nulla eſt blaſphemia, in qua nō ſit falſa opinio hoc mō. Et p hoc ēt patet ſolutio tertij dubij. Nā cōuitiādo, uel irridēdo nominātes potētiā, excellentiam, vel quodcunq; aliud diuinū, dñt aliquo mō illud ut uituperabile, qđ longe eſt ab oī re diuina, ut de pudēdis dictum eſt.

¶Ad ſecūdum vero dubiū, ex primo capite iā patet, ꝙ ly tm̃, uel ly ſola &c. nō excludit a volūtate: q̃a nō excludit a uoluntario, ſed excludit a uolūtate effecta deteſtationis malitia. Ad idē aūt ex ſecūdo capite iā patet, ꝙ differētia inter aſſenſum, & dicere, ſoluit quęſtionē. Peccatū nāq; infidelitatis conſiſtit ī diſſenſu ad ea quæ ſunt fidei: peccatum vero blaſphemiæ cōſiſtit in actu dicendi ea, q̃ ſunt cōtraria fidei. Et qm̃ contingit dicere oppoſitū eius, cui aſſentimus: ideo non oportet blaſphemū eſſe infidelē, nec blaſphemiā eſſe ſpeciē infidelitatis. Propter qđ blaſphemia ponit̃ in litera oppoſita cōfeſſioni fidei, quæ conſiſtit in dicere: & non ipſi fidei, q̃ conſiſtit in aſſenſu.

*1.2.q.72 art.5.& q. 88.art.1.

Quod eſt peccatum mortale.

*Ar. prec. Conclu. in

*Ar. prec.

¶In reſpōſione ad ſecūdum, & ad tertiū, aduerte, ꝙ quia ſpecies blaſphemię non diuerſificātur p Deū & Sanctos, nec per illa tria in litera numerata, nec per enūciationē & deſiderium, nec per honorem, famam, & huiuſmodi, in una & eadē ſpecie eſt blaſphemia Dei, & Sanctorū, ſiue ſit per modū maledictionis, ſiue contumeliæ, ſiue irriſionis, ſiue detractionis. Cū.n. quoqli' et horū reſpectu Dei, uel Sanctorū ſit blaſphemia, & blaſphemia non hēat p uges ſpecies, proprie loquēdo, conſequens eſt, ꝙ omnia ſint eiuſdē ſpeciei. Vñ inferius in q. 76. ar. 2. dr̃, ꝙ maledicere irrationabilibus, inquantū ſunt creaturæ Dei, eſt peccatū blaſphemiæ. Et in art. 4. ad primū dr̃, ꝙ eadē eſt ro de detractione. Et Luc. 22. de illudentib. Dño Ieſu, & interrogantibus, Propheti za nobis &c. dr̃. Et alia multa blaſphemātes dicebant. Rō aūt, quare iniuria Sanctorū, & Dei eſt eiuſdē ſpeciei, eſt q̃a Sancti, ut ſic ad Deū referunt̃, nihilq; dānationis eſt his, q ſunt in Chro Ieſu. Et hinc habes Cōfeſſor, ꝙ uarietas blaſphemiarū p diuerſitate ſpecifica, non eſt ingrēda, ſed pro maiori grauitate iudicanda, ut in cæteris peccatorū ſpeciebus contingit.

Asſumitur conſequenter nomen Dei in uanū

SVPER QV. XIII. ART. III.

Ban. eodem art.

In art. 3. eiuſdē 13. q̃ſt. p̃termiſſo ſecūdo, dubiū occurrit: Quō blaſphemia habeat in ſe grauitatē infidelitatis aggrauātē ipſam, cū iā dictū ſit, ꝙ blaſphemia frequēter ſit ſalua fide, & q non eſt de rōne blaſphemiæ diſſenſus conſtituens infidelitatem. Quō ergo ſtant hæc ſimul.

¶Ad hoc di. ꝙ de ratione blaſphemiæ, licet nō ſit ſentire falſum de Deo, eſt tñ dicere falſum de Deo.

Porrectio per totum.

Ad infidelitatis autē genus ſpectat nō ſolū ſentire falſum de Deo, ſed ēt dicere falſa de eodē, non tāq̃ blaſphemia ſit ſpēs infidelitatis; ſed q̃a eſt ſpēs cognata illi, & naturali ordine ab illa emanans. Qui.n. blaſphemat, quāuis nō ſentiat uerū eſſe qđ dicit, dicēdo tñ induit pſonā ſentiētis ue eſſe, ut dicit. Dicit n. tanq̃ ſi crederet ſic eſſe, aut ſic eē poſſibile, put d. uerū modo dicit. Et tm̃ litera nō dicit, ꝙ blaſphemia hēt in ſe infidelitatē, ſed hēt in ſe grauitatē infidelitatis, ſcito ꝙ quēadmodū ſentire falſū de Deo, ut infidelis ſentit, eſt actus ſecūdū ſe mal⁹, q̃a cadit ſup materiā idebita, & cōſtituit infidelitatis pctm̃ i tali gradu: ita dicere falſum d Deo, vt blaſphem⁹ dicit, conſtituit blaſphemię pctm̃ in tali gradu, q̃a dicer̃ cadit ſup materia idebita. Et q̃a materia hæc, q̃ ē materia circa quā, q̃ obiectū ē eadē iſ ē, cōſequēs eſt ut grauitas una ſit. Et p̃pea in litera dr̃, ꝙ hēt grauitatem infidelitatis, & ꝙ peccatum maximum eſt ex genere ſuo, ſicut & infidelitas. Et conſequenter, ꝙ aggrauat grauitatē, ii qua communicat cum infidelitate, ſi ſuperuen at deteſtatio uoluntatis. Quamuis.n. ſemper in blaſphemia inueniatur uolūtas cōſentiēs in hoc, qđ eſt falſum dicere de Deo (aliter pctm̃ nō eſſet) ſicut ſp in infidelitate eſt uolūtas cōſentiēs in hoc, ꝙ eſt ſentire falſum de Deo, nō tñ ſp adeſt uolūtas affecta ad deteſtandū, quæ in litera dicitur aggrauare. Propter dictam autem differentiam

78 3. q. 80. artic. 3. cor. Et 4. di. 9. art. 3. q. 3. cor. Et male. q 2. ar. 10. cor.

*Ca. 12. to mo 3.

* In Pſ. 47 in gl. ordina. ex Caſſiodorus.

* Gl. ordi. ibid.

ſupra* dictũ eſt, blaſphemiã op-A ponit cõfeſſioni fidei. Et ideo hẽt in ſe grauitatẽ infidelitatis, & aggrauat pctm̃, ſi ſuperueniat deteſtatio uoluntatis: & adhuc magis, ſi ꝓrũpat in verba, ſicut & laus fidei augetur ꝑ dilectionẽ, & cõfeſſionẽ. Vñ cũ infidelitas ſit maximũ pctm̃ ſm ſuũ gen*, ſicut ſupra* dictũ ẽ,[m] cõſequẽs eſt, ꝙ etiam blaſphemia ſit peccatum maximum ad idẽ genus pertinens, & ipſum aggrauãs.* B

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ homicidiũ, & blaſphemia, ſi cõparent ſm obiecta, in quę peccat, manifeſtũ eſt, ꝙ blaſphemia, quę eſt directè pctm̃ in Deũ, ꝑponderat homicidio, qđ eſt pctm̃ in ꝓximũ. Si aũt cõparent ſm effectũ nocẽdi, ſic homicidiũ ꝑponderat. Plus. n. homicidiũ nocet ꝓximo, q̃ blaſphemia Deo. Sed qa in grauitate culpæ magis attẽdit intẽtio uolũtatis ꝑuerſæ, C q̃ effectus operis, ut ex ſupra* dictis patet: ideo cũ blaſphemus intẽdat nocumentũ inferre honori diuino, ſimplr loquendo, grauius peccat, quàm homicida. Homicidium tamẽ primum locum tenet in pœnis inter peccata in proximum commiſſa.

Ad ii dicendũ, ꝙ ſup illud ad Eph. 4. Blaſphemia tollat à vobis, dicit* glo. Peius eſt blaſphemare, q̃ periurare. Qui. n. D periurat nõ dicit, aut ſentit aliqd falſũ de Deo, ſicut blaſphemus: ſed Deũ adhibet teſtẽ falſitati, nõ tanq̃ æſtimãs Deũ eſſe falſum teſtẽ, ſed tamq̃ ſperans, ꝙ Deus ſuper hoc non teſtificetur per aliquod euidens ſignũ.

Ad iii dicendũ, ꝙ excuſatio peccati eſt quædam circunſtantia aggrauãs omne peccatũ, ẽt ipſam blaſphemiã: & ꝓ tanto dicitur eſſe maximũ peccatũ, E quia quodlibet facit maius.

Articvlvs iiii.

Vtrum damnati blaſphement.

AD qvartvm ſic ꝓcedit. Vr ꝙ dãnati nõ blaſphement. Deterrent. n. nũc aliqui mali à blaſphemãdo ꝑꝑ timorẽ futurarũ[h] pęnarũ: ſed dãnati has pęnas experiunt, vnde magis eas abhorrẽt. ergo multò magis à blaſphemando compeſcuntur. ¶ 2 Præt. Blaſphemia, cũ ſit grauiſſimũ pctm̃, eſt maximè[h] demeritoriũ: ſed in futura vita nõ ẽ ſtat* merẽdi neq; dmerẽdi. ergo null* erit loc* blaſphemiæ. ¶ 3 Præt. Eccl. 11. dr, ꝙ in quocũq; loco lignũ ceciderit, ibi erit. Ex quo patet, ꝙ poſt hanc vitã homini nõ accreſcit nec meritũ, nec peccatum, qđ nõ habuit in hac uita: ſed multi dãnabunt, qui in hac vita non fuerunt[h] blaſphemi. ergo nec in futura uita blaſphemabunt.

Sed contra eſt, qđ dr̃ Apo. 16. Aeſtuauerũt hoĩes æſtu magno, & blaſphemauerũt nomẽ Dñi habẽtis poteſtatẽ ſup has plagas. Vbi dicit gl. ꝙ in inferno poſiti, q̃uis ſciant ſe ꝓ meritis puniri, dolebũt tñ, ꝙ Deus tãtã potẽtiã habeat, ꝙ plagas eis inferat: hoc aũt eſſet blaſphemia in præſenti. ergo & in futuro.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſicut* dictũ eſt, ad rõnẽ blaſphemię ꝑtinet deteſtatio diuinę bonitatis. Illi aũt qui ſunt in inferno, retinebũt ꝑuerſam uolũtatẽ auerſam a Dei iuſtitia in hoc, ꝙ diligunt ea, ꝓ qb* puniunt, & vellẽt eis vti, ſi poſſent, & odiũt pęnas, q̃ ꝓ hmói peccatis infligunt. Dolẽt tñ ẽt de peccatis, q̃ cõmiſerũt, nõ qa ipſa odiãt, ſed qa ꝓ eis puniunt. Sic ergo[d] talis[m] deteſtatio diuinę iuſtitię ẽ in eis interior cordis blaſphemia. Et credibile eſt ꝙ poſt reſurrectionẽ erit in eis ẽt uocalis blaſphemia, *ſicut in ſanctis uocalis laus Dei.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ hoĩes deterrent in pſenti à blaſphemia ꝑꝑ timorem pęnarum quas ſe putãt euadere:[d] ſed dãnati in inferno non ſperant ſe poſſe euadere. Et ideo tãquam deſperati ferũtur ad oẽ ad qđ eis peruerſa uoluntas ſuggerit.

Ad ii dicẽdum, ꝙ[d] mereri, & demereri ꝑtinẽt ad ſtatum vię, vñ bona in uiatorib* ſũt meritoria, mala verò demeritoria. In beatis aũt bona nõ ſũt meritoria, ſed ꝑtinẽtia ad eorũ beatitudinis ꝑmiũ. Et ſimilr mala in damnatis non ſunt demeritoria, ſed ꝑtinẽt ad damnationis pœnã.

Ad iii dicẽdũ, ꝙ quilibet in pctõ mortali decedẽs, fert ſecũ volũtatẽ deteſtãdi diuinã iuſtitiam quãtum ad aliquid, & ſm

Nota excõmunicatio nõ de fides laude.
*Ar. 1. huius quęſt.

differentiã inter ſentire, & dicere falſum de Deo, in rñſione ad ſecundũ ſub diſiunctione dr, ꝙ qui periurat, nõ dicit, aut ſentit aliquid falſum de Deo, ſicut blaſphemus. Siquis aũt cõtẽdat perfectã blaſphemiã ꝑſupponere, & claudere infidelitatẽ, diſtinguendo de blaſpemia ſecundũ perfectã, uel imperfectã rõnẽ blaſphemiæ, ꝓ eo ꝙ confeſſio fidei pfecta fidem ꝑſupponit & claudit, aduertat primo ꝙ bonũ ex cã integra, malũ autẽ ex particulari cõſurgit defectu, ac ꝑ hoc quis ad pfectã fidei cõfeſſionẽ exigat fides, qa aliter virtuoſa nõ eſt, blaſphemia tñ eſt vitioſa abſque infidelitate. Aduertat ſecũdo, ꝙ blaſphemia pfectior eſt, cum ex intẽtione ꝓfertur in Deũ, q̃ cũ ex ignorãtia: qñ tũc eſt blaſphemia ex vtraque parte, ſcilicet ex parte Dei, & ex parte blaſphemi. Qñ autẽ non credit qs contra Deũ ſe dicere, blaſphemia eſt ſolũ ex parte Dei blaſpemati. Conſtat autẽ, ꝙ blaſphemia nõ credentis in Chriſtũ, eſt ſolũ blaſphemia ſecundũ ſe: blaſphemia aũt credentis in Chriſtum, eſt & ſecũdũ ſe, & ſecundum blaſphemãtem blaſphemia ac per hoc blaſphemia pfectior eſt ſine infidelitate, quam cum infidelitate.

*q. 10. artic 3.
Conclu. in
Grauitas pctĩ quomodo attẽdatur.
* 1. 2 q. 73 ar. 3. & 8.
Intẽtio blaſphemię peſſima.

¶ Et confirmatur authoritate ſecundæ. Pet. ſecundo. Melius erat eis veritatẽ non cognoſcere, q̃ poſt agnitã retroire, & multo magis iniuriari.

*Eſt Aug. in li. contra mẽdaciũ ca. 19. nõ procul a fi. to. 4.
blaſphem. aut dicit, aut ſentit aliquid falſum de Deo.*

SVPER QV. XIII. ART. IIII.

Rurſus eodem art.

IN art. 4 eiuſdem quæſt. dubium occurrit, qa ex omnibus quæ in litera numerar, non cõcludit in dãnatis actus blaſphemiæ, ut patet diſcurrendo ꝑ ſingula, & oĩa ſimul. Auerſio imprimis a iuſtitia Dei in hoc, ꝙ amãtur quæ ab illa odio habent, non conſtituit blaſphemiã: alioqn cõmittẽs fornicationem, & amãs illã, quam ſcit odio haberi a Deo, blaſphemaret. In hoc etiam, ꝙ odiunt pęnas, blaſphemia nõ eſt, vt patet: quia odiũ hoc a natura inditum eſt. In vtroq; aũt ſimul, qa ſcilicet amare peccata, pro quibus puniũtur, & dolere de pœnis nulla blaſphemia eſt, ſed obſtinatio. Nullo mõ ergo blaſphemia ex his concluditur.

Porrecta per totum.
72
3. q. 63. a. 2. Et Ioã. 8. lect. 6.

¶ Ad hoc dr, ꝙ amare malum culpę, & odio habere malum pęnæ, contingit dupliciter. Primo abſolute, & ſic nõ ſpectat ad blaſphemiam, ut obijciẽdo manifeſtatur. Secundo in ordine ad Deũ, ut prohibitorem mali culpæ, & inflictorẽ mali pœnæ. Et ſic eſt blaſphemia, cũ nihil aliud eſt amare mala culpę ꝓhibita a Deo, q̃ odio habere prohibitorem. Et ſimiliter odio habere malum pœnæ ut inflictum a Deo, q̃ odio habere punitorẽ. Et hoc mõ intendit litera in dãnatis eſſe odium diuinæ iuſtitiæ. Et ad hoc inſinuandũ non dicit abſolutæ, quòd amãt mala, aut odiũt pœnas: ſed dicit, amant ea, pro quibus puniuntur, & odiũt pœnas, quæ pro huiuſmodi peccatis infliguntur: quaſi diceret, Amant punita, ac per hoc deteſtantur punitorem, & ꝓhibitorem, & odiunt inflicta, ac ꝑ hoc inflictorem. Fundatur autẽ hoc ſuper conſummata damnatorum uolũtate in malo, ut ſcilicet amor culpæ cõſummatus, qui hic interpretatiue erat deteſtatio ꝓhibitoris, illic ſit in conſummatione deteſtatio eiuſdem. Et ſimiliter odium mali pœnæ, quod hic in impœnitente erat interpretatiue deteſtatio punitoris, ibi conſummatione ſit deteſtatio eiuſdem, iuxta inductam in litera authoritatem ex Apoc. & gloſ. Et hoc modo reſponſio ad tertium intelligenda uidetur, quę adiuta ex reſponſione ad primum, clariorem reddit expoſitum ſenſum.

Nota vt intelligas blaſphemiã eſſam cordis: eſt cauens. ſic latro ſiniſter in cruce blaſphemat ſe uidetur.
*Ar. prec. & ar. 1. huius quęſt.
Multi ſũt ergo blaſphemi qui non putãt in hac vita.
D. 421: *Conclu. in*
D. 420.
D. 889.
D. 425. & 477. & 1016.

peccare conſiſtit in velle bonitatem verã, uel apparentē, vt rõnem mali actu, quod ſolum conuenit voluntati auerſæ à Deo: iõ non ſequit q Deus poſſit velle ſub ea rõne: qua põt voluntas creata.

* 1. 2. qu. 71. ar. 1. & 3.

Peccare ex malitia cõtingit dupliciter.

¶Sc̃dm ãt argumentum deficit primo, quia ponit malum integrum quod implicat duo contradictoria. Deſtruit. n. ſeipſum apud philoſophiã. Ponit. n. odiũ Dei, vt eſt obiectum præueniens actũ volendi eſſe tm̃ malũ. Obiectum. n. poſitũ in ſolo intellectu, & in ſolo eſſe obiectiuo voluntatis, ipoſſibile eſt q ſit tm̃ malũ, qm̃ oportet icludere ſubſtratum actum. V. g. In ꝓpoſito, Odiũ Dei præſentatum voluntati includit in ſe actum voluntatis, q eſt odium: & de formitatem rõne indebitæ materiæ, ſ. Dei. Cum volũtas in hoc pc̃tm̃ fertur, actus ille conceptus, & eius deformitas exercet. Vñ hic argumentum fallit non diſtinguēdo inter odium Dei in actu concepto, ſeu ſignato, & i actu exercito. Verumq;. n. ſignificat malũ, quod ipoſſibile eſt eſſe integrum. Et ꝑꝑea prima ſequela eſt qm̃ abſq; errore odium Dei hēt rõnem alicuius boni. Nec hoc eſt in obiecto ex actu voluntatis in exercitio ſed ex ſe in ſeipſo ante oẽm actum exercitum. Sc̃do deficit, quia ponit intellectũ cæcum prius naturaliter, ſi uoluntas fert in obiectum ſc̃dm apparentem, & non exiſtentem bonitatem. In virtute ſiquidē huius ultima ſequela fundari vr̃. Iam ãt. n. 1 lib. cum de pc̃tõ angelorum tractaretur & in 2. li. in proprio loco oſtenſum eſt, q peccare non contingit niſi voluntas feratur in bonum, vel apparens bonum. Et cũ hoc ſtat, q intellectũ no oportet prius naturaliter errare. Sed ex ipſo defectus intellectus error eſt qñq;, q volens non vtitur intellectu ad regulãdum actum volendi

* Arti. ſequent. & qu. 20. & 21.

Conclu.

D 990.

Speciale, eſt non ſpeciale, genus peccati eſt peccatũ in Spũſ.

Porrecta per totum.

74

Inf. q. 36. ar. 4. ad 2. Et 2. d. 43. artic. 4. Et Rom. 8. lec. 1. fin.

* 2. ſen. d. 43.

ſapientia. Vñ pc̃tm̃ in Patrē dicunt eſſe, qñ peccat ex infirmitate: pc̃tm̃ ãt in Filium, qñ peccatur ex ignorãtia: pc̃tm̃ ãt Spm̃ ſc̃tm̃ qñ peccat ex certa malitia .i. ex ipſa electione mali, vt ſ.* expoſitum eſt. Quod qdē cõtingit dupliciter. Vno mõ ex inclinatione habitus vitioſi, qui malitia dr: & ſic nõ eſt idē peccare ex malitia, quod peccare i Spm̃ ſc̃tm̃. Alio mõ cõtigit ex eo, q ꝑ contẽptũ abijcit, & remouet id quod electione pc̃ti poterat impedire, ſicut ſpes ꝑ deſperationē, & timor ꝑ pſumptionē, & qdã alia hmõi, vt infra* dicet. Hæc ãt oĩa q pc̃ti electionē impediũt, ſunt effectus Spũſſc̃ti in nobis. Et iõ ſic ex malitia peccare, eſt peccare in Spm̃ſc̃tũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ſicut cõfeſſio fidei nõ ſolũ cõſiſtit in ꝓteſtatiõe oris, ſed ēt in ꝓteſtatione operis: ita ēt blaſphemia Spũſſc̃ti põt cõſiderari & in ore, & in corde & i opere.

AD II. dicendũ, q ſm tertiã acceptionē blaſphemia i Spm̃ ſc̃tm̃ diſtiguitur cõtra blaſphemiã in filium hoĩs, ſm q Filius hoĩs eſt ēt filius Dei. i. Dei virtus, & Dei ſapientia. Vñ ſm hoc pc̃tm̃ in filiũ hoĩs erit pc̃tm̃ ex ignorantia vel ex infirmitate.

AD III. dicendũ, q pc̃tm̃ ex *certa malitia ſm quod ꝓuenit ex inclinatione habitus, nõ eſt ſpeciale pc̃tm̃, ſed qdam gñalis cõditio pc̃ti. Prout vero eſt ex ſpeciali contẽptu effectus Spũſſc̃ti in nobis, hēt rõnem ſpalis pc̃ti. Et ſm hoc ēt pc̃tm̃ in ſpm̃ ſc̃tm̃ eſt ſpeciale genus pc̃ti, & ſilr ſm primam expoſitionem. Sc̃dm aũt ſc̃dam expoſitionem nõ eſt ſpeciale genus pc̃ti. Nam finalis impœnitētia põt eſſe circũſtãtia cuiuſlibet gñris pc̃ti.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter aſſignentur ſex ſpecies peccati in Spiritumſanctũ, ſcilicet diſperatio, præſumptio &c.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr q incõuenientes aſſignentur ſex ſpecies peccati in Spm̃ſc̃tm̃. ſ. diſperatio, præſumptio, impñia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ grẽ: quas ſpēs ponit.* Magiſter. 43. diſt. 2. lib. ſentẽtiarum.* Negari. n. diuinã iuſtitiam uel miſericordiam, ad infidelitatē ꝑtinet: ſed ꝑ deſperationem aliquid reijcit diuinã miſericordiã: per pſumptionē ãt diuinam iuſtitiã. ergo vnumquodque eorum potius eſt ſpēs infidelitatis, q pc̃ti in Spm̃ſc̃tm̃.

¶2 Præ. Impœnitẽtia vr̃ reſpicere pc̃tm̃ prēteritum, obſtinatio ãt pc̃tm̃ futurum: ſed præteritum, uel futurum non diuerſificãt ſpēm virtutis, vl̃ vitij. ſm. n. eãdem fidē qua credimus Chriſtum natũ, antiqui crediderunt eum naſciturum. ergo obſtinatio, & impñia nõ debent poni duæ ſpecies pc̃ti in Spm̃ſc̃tm̃.

¶3 Præ. Grã, & ueritas ꝑ Ieſum Criſtum facta eſt, vt hr̃ Ioan. 1. ergo vr̃ q impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ grẽ magis pertineãt ad blaſphemiam in Filium, quàm ad blaſphemiã in Spiritumſanctũ.

¶4 Præt. Bernardus dicit in lib. de* diſpenſat. & præce. q nolle obedire, eſt reſiſtere Spũiſc̃tõ. Glo. ēt dicit leuit. 7. q ſimulata pñia eſt blaſphemia Spiritusſancti. Schiſma ēt vr̃ directe opponi Spirituiſancto, per quem Eccleſia vnitur: & ita videtur, q *non ſufficienter tradantur ſpecies peccati in Spiritũſanctum.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit in lib. de* Fide ad Petrũ, q illi qui deſperant de indulgentia pc̃tõrum, uel qui ſine meritis de miſericordia Dei pſumũt peccant in Spm̃ſc̃m. Et in† Enchiridio dicit, q qui in obſtinatione mẽtis diem claudit extremũ, reus eſt pc̃ti in Spm̃ſc̃tm̃. Et in li. de† Verbis Dñi dicit q impñia eſt pc̃tm̃ in Spm̃ſc̃tm̃. Et in lib. de* ſermone Dñi in mõte dicit, q inuidiæ facibus fraternitatem impugnare, eſt pc̃tm̃ in Spiritumſanctum. Et in lib. de Vnico bap. dicit, quòd qui veritatem contemnit, aut circa fratres malignus eſt, quibus veritas reuelatur, aut circa Deũ ingratus, cuius inſpiratione Eccleſia inſtruitur: & ſic videtur quòd peccet in Spiritumſanctũ.

RESP. Dicēdũ, q* ſm quod pc̃tm̃ in Spm̃ſc̃tm̃ tertio modo accipit, conuenienter prædictę ſpēs ei aſſignantur,* q diſtinguunt, ſm remotionē, uel contemptum eorum, per quæ põt homo ab electiõne pc̃ti impediri: q quidem ſunt uel ex parte diuini iudicij, uel ex parte donorum ipſius, uel etiã ex parte ipſius pc̃ti. Aduertit. n. homo ab electiõe

quē exercet. Deficit tertio. quia articulũ Pariſieñ. ponit cõtra ueram doctrinã Philoſ. in 7. Ethi. ad quē tamen articulũ aliàs diximus ſcilicet in 2. lib. quæſt. 77. art. 2.

*In rñſiõe ad primũ eiuſdem articuli, perſpice, q rñſio conſiſtit in hoc, q ſicut oẽ fidelis opus piũ, põt dici confeſſio, ita oẽ pc̃tm̃ cordis oris, & operis põt dici blaſphemia: ac per hoc multitudo pc̃tõrum q certa malitia poſſunt committi, non obſtat quin peccare ex certa malitia ſit blaſphemia. qm̃ omnia illa blaſphemiæ ſaltem operis ſunt.

SVPER Q. XIIII. ART. II.

Arg. 2. ſ. d. 43. q. 1. a. 3. D. B. n. d. 43. a. 2. q. 1.

IN articul. 2. ſimul cum rñſione ad vltimum primi art. nota q cum dr̃, pc̃tm̃ in Spm̃ſc̃tm̃ eſſe ſpeciale genus pc̃ti, & continere ſub ſe ſex ſpēs, quæ in lr̃a declarantur non intelligo q ſit proprie genus vnum diuiſum in has ſpecies: qm̃ drĩæ conſtitutiuæ illarum ſpecierum nõ ſunt eiuſdem generis, vt patet diſcurrendo: ſed intelligo q ſit vnũ ſpeciale genus, hoc eſt, commune ad certas & non ad oẽs pc̃tõrũ ſpēs ſe extendens. Hoc. n. ſufficit literæ ponenti drĩam inter pc̃tm̃ in Spũſc̃tm̃, q eſt generalis conditio, aut circumſtantia cuiuſq; pc̃ti & q eſt ſpeciale pc̃tm̃ cõmune, vt genus ad multas ſpecies.

*In eodem 2. articu. in reſpõſione ad primum, aduertas deſperatione non cõſiſtere

* Parum ante medium lib.

*Cap. 3. ꝑ vnum folium ante finem tom. 3.

† Enchirid. c. 82. tom. 3.

† Lib. de Verbo domi. ſermo. 11. a medio tomo. 10.

*Li. 1. de ſermo domi. i mõte, ca. 44. paulo a princ. tomo. 4.

Conclu.

Poteſt autem quis ab electione peccati ex conſiderationeſ ex rerum: & conſequenter et induci ad bonum.

ſtere in non credere ſed in cōtemnere miſericordiā. Et ſimile eſt de pſumptiōe in reſpectu iuſtitiæ. Et i tractatu de ſpe inferius de hoc tractabit. ¶ In riſione ad ſcdm dubiū occurrit ex eo q, licet turpitudo actus & paruitas boni in actu: pc̄ti formaliter diſtinguat, non ſunt tn̄ obiecta pc̄torum, q penes ea diſtingui dicunt ſ. impęnitētiæ, & obſtinationis: qm̄ impęnitētiæ obiectū abiectio eſt penitētiæ. & obſtinationis obiectū eſt malum, in quo quis intendit perſiſtere.

¶ Ad hoc dr̄, q ſatis fuit authori ponere quaſdā diuerſas rōnes formales, quibus hæc diſtinguunt̄ peccata, nec oportuit ponere cuiuſq; pprıū obiectū formale. Et rō eſt, qa hic non tractat de iſtis pc̄tis abſolute, ſed ut ſunt pc̄tā in Spūmſcm̄: ut ſic ēt cōſtituunt̄ p contēptum retrahentiū à pc̄tō. Et ppea ſcd̄m diuerſitatē formalē retrahentiū a pc̄tō, aſſignata eſt dr̄ia horū. Nec tn̄ hmōi diſtinctiua longe ſunt ab obiectis qm̄ impęnitentiæ materia ſi eadē eſt cū materia pœnitentiæ, qa circa idē cōtraria ſunt turpitudo actus eſt. Pęnitens .n. turpitudinē deteſtat̄ actus pc̄ti. Obſtinatus quoq; intendēs pſiſtere in malo, intendit pculdubio in paruitate, & breuitate boni delectabilis in actu peccati perſiſtere.

Impœnitentia dupliciter ſumitur.

pc̄ti ex cōſideratione diuini iudicij, q hēt iuſtitiā cū mīa: & p ſpē, q̄ cōſurgit ex conſideratione miæ remittētis pc̄tā, & pmiā tis bona: & hæc tollit̄ p deſperationē. Et iterū p timorē, qui cōſurgit ex cōſideratione diuinæ iuſtitiæ puniētis pc̄tā: & hic tollit̄ p pſumptionē, dū. ſ. aliqs pſumit ſe gloriā poſſe adipiſci ſine meritis, vel ueniā ſine pnīa. Dona aūt Dei, qb. retrahimur à pc̄tō, ſunt duo, quorū unum eſt agnitio ueritatis, cōtra q ponitur impugnatio ueritatis agnitæ, dū. ſ. aliquis ueritatē fidei agnitā impugnat, ut licētius peccet. Aliud eſt auxiliū interioris gr̄æ, cōtra quod ponit̄ inuidentia fraternæ gr̄æ, dū. ſ. aliqs nō ſolū, inuidet pſonæ fratris. ſed ēt inuidet gr̄æ Dei creſcēti in mūdo. Ex parte uerò pc̄ti dūo ſunt, q̄ hoīem à pc̄tō retrahere pñt, quorū unū eſt inordinatio, & turpitudo act⁹, cui⁹ cōſideratio inducere ſolet ī hoīe pniam de pc̄tō cōmiſſo. Et contra hoc ponit̄ impnīa nō quidē eo mō, quo dicit pmanētiā in pc̄tō uſque ad mortē, ſicut ſ. impnīa accipiebat̄ (ſic.n. non eſſet ſpāle pc̄tm̄, ſed q̄dā pc̄ti circūſtātia) ſed accipiatur hic impnīa, ẽm quod importat propoſitū non pœnitendi. Aliud aūt eſt paruitas, & breuitas boni, quod quis ī pc̄tō q̄rit, ẽm illud Ro. 6. Quē ergo fructū habuiſtis tunc in illis, in qb. nūc erubeſcitis? Cui⁹ cōſideratio inducere ſolet hominē ad hoc, q ei⁹ uoluntas in pc̄tō nō firmet̄: & hoc tollit̄ p obſtinationem, qñ. ſ. hō firmat ſuum propoſitū in hoc, q pc̄tō inhæreat. Et de his duob. dr̄ Hiere. 8. Nullus eſt qui agat pniam ſuper pc̄tō ſuo, dicens: Quid feci? quantum ad primum. Omnes conuerſi ſunt ad curſum quaſi equus impetu uadens ad prælium: quantum ad ſecundum. K

F G H I

Ad primum ergo dicēdū, q pc̄tm̄ deſperatiōis, uel pſumptionis, nō cōſiſtit in hoc, q Dei iuſtitia, vel mīa non credatur, ſed in hoc, q contemnitur.

Ad secundum dicēdū, q obſtinatio, & impnīa nō ſolū differūt ẽm pteritū, & futurū, ſed ẽm quaſdā formales rōnes ex diuerſa cōſideratione eorū, quæ in pc̄tō conſiderari poſſunt, ut * dictum eſt.

*In corp. art.

Ad tertium dicēdū, q gr̄am, & ueritatē Chriſtus fecit p dona Spūſſc̄ti, quæ hominibus dedit.

Ad quartum dicēdū, q nolle obedire, ptinet ad obſtinationē, ſimulatio pnīæ ad impniam, ſchiſma ad inuidentiam gratiæ fraternæ, per quam mēbra Eccleſiæ uniuntur.

Articulus III.

Vtrum peccatum in Spiritum ſanctum ſit irremiſſibile.

Ad tertium ſic pcedit. Vr̄ q pc̄tm̄ in Spm̄ ſc̄tm̄ nō ſit irremiſſibile. Dicit. n. * Aug. in li. de verbis Dñi. De[h] nullo deſperādū eſt, q̄diu patiētia Dñi ad pniam adducit: ſed ſi aliqđ pc̄m̄ eſſet irremiſſibile, ēet de aliquo pc̄tōre deſperādū. ergo pc̄tm̄ i Spūmſc̄tm̄ non eſt irremiſſibile.

¶ 2 Præ. Nullū pc̄tm̄ remitit̄ niſi p hoc, q aīa ſanat̄ à Deo: ſed[h] oīpotēti medico nullus inſanabilis lāguor occurrit ſicut dicit †gl. ſup illud Pſalmi. Qui ſanat oēs infirmitates tuas ergo pc̄tm̄ ī Spūmſc̄tm̄ ñ eſt irremiſſibile.

¶ 3 Prę. Liberū arb. ſe hēt ad bonū & ad malū: ſed quādiu durat ſtatus viæ pōt aliqs a quacūq; virtute excidere, cū ēt angelus de cælo ceciderit. Vñ dr̄ Iob. 4. In angelis ſuis reperit prauitatem, quāto magis q habitāt domos luteas? ergo pari rōne pōt aliquis à quocumq; pc̄tō ad ſtatum iuſtitiæ redire. ergo pc̄tm̄ ī Spūmſc̄tm̄ nō eſt irremiſſibile.

Sed contra eſt qđ dr̄ Matt. 12. Qui dixerit verbū contra Spūmſc̄tū, nō remittet̄ ei neq; in hoc ſęculo, neq; in futuro. Et * Aug. dicit ī li. de ſermone Do. in monte, quòd tanta eſt labes huius peccati, quòd humilitatē deprecandi ſubire non poteſt.

Resp. Dicēdū, q ẽm diuerſas acceptiones pc̄ti, pc̄tm̄[d] in Spūmſc̄tm̄ diuerſimodè irremiſſibile dr̄.[m] Si. n. dicat̄ pc̄tm̄ in Spūmſc̄tm̄, finalis, impnīa, ſic dr̄ irremiſſibile, qa nullo mō remittit̄[n]. Pc̄tm̄. n. mortale, in quo hō pſeuerat vſq; ad mortē, qa ī hac vita ñ remittit̄ p pniam, nec ēt in futuro dimittet̄.[p] Scd̄m āt alias duas acceptiōes dr̄ irremiſſibile, ñ q nullo mō remittat̄, ſđ qa quātū ē de ſe, hēt meritū ut nō remittat̄. Et hoc dupr̄ uno mō q̄tū ad pęnā. Qui .n. ex ignorātia, uel ifirmitate peccat, minorē pęnā meret̄. Qui āt ex certa malitia peccat, nō hēt aliquā excuſationē, uñ pęna minuat̄. Siīr ēt, q blaſphemabat ī Filiū hois, ei⁹ diuinitate ñ dū reuelata poterat hēre aliquā excuſationē pp ifirmitatē carnis, quā ī eo aſpiciebat, & ſic minorē pęnā merebat̄: ıđ q ipsā diuinitatē blaſphemabat, opa Spūſ ſc̄ti diabolo attribuēs nulla excuſationē hēbat uñ ei⁹ pęna diminueret̄. Et iō dr̄ ẽm expōnē * Chry. Hoc pc̄tm̄ Iudęis ñ remitti neq; ī hoc ſęculo neq; ī futuro qa p eo paſſi ſūt pęnā & ī pñti uita p Romanos & ī futura uita ī pęna ifernı. Sicut ēt * Ath:

SVPER Q. XIIII. ART. III.

Arg. 2. ſ. d. 43. q. 2. a. 1.
D. Bon. d. 43. a. 2. q. 2.
Ric. d. 43. q. 4.
Dur. d. 43. q. 2.
Bannes eodem art.
Biel. d. 43. q. 1.
Thom. ab arg. diſ. 43. art. 2.

In ar. 3. eiuſdē qō. Nouitiori dubiū occurrit. Cum cōe ſit oī pc̄tō mortali excludere oīa p q̄ ſit remiſſio pc̄tōrum, qm̄ tollit gr̄am. q̄ eſt uita aīę & cōſtituit ipſam inſanabilem, immo mortuā, cur pc̄tā in Spūmſc̄tm̄ dicantur ſpecialiter irremiſſibilia ex parte pc̄tāntis, qa excludūt, ea, p q̄ ſit remiſſio pc̄tōrū .ſ. miſericordiā, iuſtitiam proſe grauam pœnitentiam, & pronitatem ad bonum.

¶ Ad hoc dr̄, q inter pc̄tā in Spūmſc̄tm̄, & alia mortalia hæc eſt dīa, q pc̄tm̄ ī Spūmſc̄tm̄ excludit directe retractiuū à pc̄tō: alia uero non excludūt hoc directe, ſed ex q̄dā ſequela. Non. n. oīs peccās mortaliter directe excludit miam ſicut deſperās aut gr̄am. ſicut dolēs de diffuſione gr̄ę diuinæ, & ſic de alijs. Et ppea hmōi pc̄tm̄ dicit irremiſſibile, & morbus incurabilis ex parte peccātis: qa directe tollit ea p q̄ ſit remiſſio & cura: ı alijs tollētibus principium curæ ex conſequenti.

Porrectæ per totum.

75.

3. q. 86. a. 3. ad 2. Et 3. & 3. d. 43. art. 4. Et ma. q. 3. art. 14. & 15. Et quol. 2. q. 8. ar. 1. Et Roma. 2.

* Serm. 11. a medio tom. 10.

† Eſt Au. in iſtud verb. Pſa. 102. to. 8.

* Lib. 1. c. 44. paulo a princi. tom. 4.

D. 1005. & 1019.

Conclu. m

Conclu.

iducit exẽplū đ eorū parētib. q primò qdẽ cōtra Moysẽ cōtēderūt ꝓp defectū aq & panis, & hoc Dñs ſuſtinuit patiēter: hēbat.n. excuſationē ex iſir mitate carnis. Sed poſtmodū grauiꝰ peccauerūt, quaſi blaſphemātes in Spm̃ ſctm̃ bñficia Dei, qui eos de Aegypto eduxerat, idolo attribuētes, cū di xerūt: Hi ſunt dij tui Iſrael, q te eduxerūt de terra Aegypti. Et iō Dñs & tpaliter fecit eos puniri, qa ecciderūt i die illa quaſi uiginti tria milia hoīum, & i futuro eis pęnā cōminat̃, dicēs. Ego āt i die vi *Exemplū pulcherrimum.* tionis uiſitabo hoc pc̃m̃ eorū. Alio mō p̃t itelligi quo ad culpā: ſicut aliqs dr̃ morbꝰ incurabilis, ſm nām morbi, ꝑ quē tollit̃ id, ꝑ quod morbꝰ pōt cu- B rari, puta, cū morbꝰ tollit uirtutē naturæ, uel īducit faſtidiū cibi, & medicinæ, licèt talē morbū Deꝰ poſſit curare: ita ēt pc̃m̃ in Spm̃ ſctm̃ dr̃ irremiſſibile ſm ſuā naturā, inq̃tū excludit ea, ꝑ q̃ fit remiſſio pc̃tōrū. Per hoc tñ nō p̃cludit̃ uia remittēdi, & ſanandi omnipotentiæ & miæ Dei, ꝑ quam aliqñ tales quaſi miraculoſè ſpiritualiter ſanantur.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ de nemine deſperandum eſt in hac uita, cōſiderata omnipotentia, & mia Dei: ſed conſiderata conditione peccati, dicuntur aliqui filij diffidētiæ, vt habet̃ ad Eph.2.

Ad secvndvm dicēdū, q̄ rō illa ꝓcedit ex par- C te oīpotētiæ Dei, non ſm conditionem peccati. *Timendū.*

Ad tertivm dicēdū, q̄ lib. arb remanet qdē ſp in hac uita uertibile, tñ qñq; ab. jcit à ſe id, per qđ uerti pōt ad bonum, q̃tū in ipſo eſt. Vnde ex parte ſua pc̃m̃ ē irremiſſibile, licèt Deꝰ remitter̃ poſſi

SVPER QV. XIIII.
ART. IIII.

Porrecta per totum. *Aeg. n. 2. ſ. d. 43. q. 2. artic. 2.*
D. Bon. d. 43. ar. 2. q. 2.
76
Ricc. d. 43. q. 2
2. d. 43. 2. c. Et uit. q. 2. ar. 13 ad 1.

IN art. 4. nota, q. ly primo, poſitum in tit. nō dicit ordinē ad ofmodā negationem pc̃tōrū in p̃terito, ſed ad negationē pc̃tō: d pſeuerātiū, ſeu pmanētiū: ita q̄ nō eſt qō, an hō poſſit peccare in Spm̃ ſctm̃ antequā peccet in alijs pc̃tis, ſed, an hō mundus à pc̃tō, ꝑ pniam, vel innocentiā baptiſmalē, vel ēt ꝑ hoc qđ nūq peccauit mortaliter, poſſit peccare in Spiritū ſctm̃ primo. Et hūc eſſe ſenſū itētū ab authore, lr̃a manifeſtat, tñ dens diuerſimodè de caſu pfectorū, & de caſu male diſpoſitorū. Horū.n. aliq. ſ. ante cōfeſſionē, & cōtritionē, aſſueti ſunt de ſperātionib. infidelitati. & luxurij: abſq; multa difficultate recidiuādo, ēt tñ nūt Spiritū ſctm̃ ꝓp reliqas p̃cedētū ſcelerū ad hoc diſponentium.

* Li. 5. Ethic. a medio, to. c. 6. in prin. & cap. 2. a medio to mo 5.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo poſſit primo peccare in Spiritum ſanctum.

AD qvartvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃, q̄ hō poſſit primo peccare in Spm̃ ſctm̃, ñ pſuppoſitis alijs pc̃tis. Naturalis.n. ordo eſt vt ab D h imꝑfecto ad ꝑfectū quis moueat̃, & hoc qdē in bonis apparet, ſm illud Prouē.4. Iuſtorū ſemita quaſi lux ſplēdēs creſcit, & ꝓficit uſq; ad ꝑfectū diē: ſed ꝑfectū dr̃ in malis, qđ eſt maximū malū, ut patet ꝑ * Philm̃ in 5. Metap. cū ergo pc̃m̃ in Spm̃ ſanctum ſit grauiſſimum, vr̃ q̄ homo ad hoc peccatum perueniat per alia peccata minora.

¶ 2 Prę. Peccare in Spm̃ ſctm̃ ē E pcāre ex certa h malitia ſiuè ex electione: ſed hoc ñ ſtati pōt hō anteq̃ multotiēs peccauerit. Dicit.n. Philo. in* 5. Ethi. q̄ etſi hō poſſit iniuſta facere, ñ tñ p̃t ſtatim pari ſicut iniuſtꝰ. ſ. ex electione. ergo vr̃ q̄ pcm̃ i Spm̃ ſctm̃ ñ poſſit cōmitti niſi poſt alia pcā

¶ 3 Prę. Pnia, & impnia ſunt circa idem: ſed pnia nō eſt niſi de pc̃tis præteritis. ergo ēt neq; impnia, q̃ eſt ſpecies pc̃ti in Spm̃ ſctm̃. Pc̃m̃ ergo in Spūm ſanctū. ſ. qđ A dictum eſt impnia, præſupponit alia peccata.

Sed contra eſt, q̄ facilè eſt in cōſpectu Dei ſubito honeſtare pauperem, ut dr̃ Eccleſ. 11. ergo ecōtrariò, poſſibile eſt ſm malitiam dæmonis ſuggerentis, ut ſtatim aliquis inducat̃ ad pc̃m̃ grauiſſimum, quod eſt peccatum in Spiritum ſanctum.

Respon. Dicendū, q̄ ſicut* dictū eſt, peccare in Spm̃ ſctm̃, uno mō eſt peccare ex certa malitia. *Ar. 1 huius queſt.* Ex certa aūt malitia dupl'r peccare cōtingit, ſicut * dictū eſt. Vno mō ex inclinatione habitus, quod *Ar. 2 huius queſt.* nō eſt ꝓpriè peccare in Spm̃ ſctm̃: & hoc m mō peccare ex certa malitia non contingit à principio. n *Conclu. m* Oportet.n. actus pc̃tōrū p̃cedere, ex qb. cauſet̃ habitꝰ ad peccādū inclinās. Alio mō pōt aliqs peccare ex certa malitia, abijciēdo ꝑ cōtēptū ea, ꝑ q̃ hō retrahit̃ à pc̃tō: quod ꝓpriè eſt peccare ī Spm̃ ſctm̃, ſicut * dictū eſt. Et p hoc ēt plerūq; pſuppo- *Conclu. n* nit alia pc̃tā, o qa ſicut dr̃ Prou. 18. Impiū cum in *Ar. 2. huius quæſt.* profundum pc̃tōrū uenerit, cōtēnit. Pōtꝰ tñ con *Conclu.* tingere, q̄ aliqs in primo actu pc̃ti in Spm̃ ſanctū peccet per cōtēptū, tū ꝓp libertatē arbitrij: tum ēt ꝓp multas diſpoſitiones p̃cedētes: uel ēt ꝓp aliquod uehemēs motiuū ad malū, & debilē affectū hoīs ad bonū. Et iō in x uiris pfectis hoc uix, aut *Conclu. x* nunq̃ accidere pōt, q̄ ſtatim à principio peccēt in *Li. 1. c. 3. circa finē, tom. 4.* Spm̃ ſctm̃. z Vñ dicit* Orige. in primo Periarchon. Nō arbitror, q̄ aliqs ex his, q in ſummo pfectionis gradu cōſtiterint, ad ſubitū euacuet̃, aut decidat, ſed paulatim ac ꝑ partes eū decidere neceſſe eſt. Et a eadē rō eſt, ſi pc̃m̃ in Spm̃ ſctm̃ accipiat̃ *Conclu. a* ad lr̃am ꝓ blaſphemia Spūſcti. r Talis.n. blaſphemia de qua Dñs loquit̃, ſp ex malitiæ cōtēptu procedit. t Si uerò ꝑ pc̃m̃ in Spm̃ ſctm̃ intelligat̃ fina *Concl. r* lis impnia ſm intellectum * Aug. qōnem non habet, t quia ad peccatum in ſpiritum ſanctū requiritur continuatio peccatorum uſq; in finem uitæ. *Ser. 11. de verb. Domini a medio, tomo 10.*

Ad primvm ergo dicēdū, q̄ tā in bono, q̃ in malo, ut in plurib. procedit̃ ab imperfecto ad ꝑfectū, ꝓut hō ꝓficit uel i bono, uel i malo: & tñ i vtroq; unū pōt icipere à maiori, q̃ aliꝰ. Et ita illud, à quo aliqd incipit, pōt eſſe ꝑfectū in bono, uel in malo ſm genꝰ ſuū: licèt ſit imperfectū ſm ſeriē proceſſus hominis in melius, uel in peius proficientis.

Ad secvndvm dicēdū, q̄ rō illa ꝓcedit de pc̃tō cōmiſſo ex malitia, qñ eſt ex inclinatione habitus.

Ad tertivm Dicendū, q̄ ſi accipiat̃ impnia ſm intētionē * Aug. ſm qđ importat ꝑmanētia in pc̃tō uſq; ad finē, ſic planū eſt, q̄ impnia præſupponit pc̃tā, ſicut & pnia: ſed ſi loquamur de impœnitentia habituali, ſm quod ponitur ſpecies peccati in Spm̃ ſctm̃, ſic manifeſtū eſt, q̄ impœnitentia pōt eſſe etiam antè peccata. Poteſt.n. ille, qui nunquām peccauit, habere propoſitum uel pœnitendi, uel non pœnitendi, ſi contingeret eū peccare. *Ser. 1 de verbo. Domini a medio, tomo 10.*

QVAESTIO XV.

De uitijs oppoſitis ſcientię, & intellectui in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderādū eſt de uitijs oppoſitis ſciæ, & intellectui. Et qa de ignorātia, quæ

SVPER QV. XV.
ART. I.

Bannes eodem art.

IN tota q. 15. dub. d unum tantum occurrit circa duos modos in litera primi articuli poſitos, quibus homo uoluntariam cæci-

opponitur ſciæ dictum eſt ſupra, cũ de cauſis pc̃torum ageret, quærendũ eſt nunc de cœcitate mentis, & hebetudine ſenſus, q̃ opponunt dono itellect⁹.

ET circa hoc quæruntur tria.

¶Primò, Vtrum cæcitas mentis ſit peccatum,

¶Secũdò, Vtrum hebetudo ſenſus ſit aliud peccatum à cæcitate mentis.

¶Tertiò, Vtrũ hæc uitia à peccatis carnalibus oriantur. G

ARTICVLVS I.

Vtrum cæcitas mentis ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃ q cęcitas mẽtis ñ ſit pc̃m. Illud.n. q excuſat à pc̃tõ, nõ vr̃ eſſe pc̃m: ſed cęcitas mẽtis excuſat à pc̃tõ. dr̃.n. Io. 9. Si cœci eſſetis, nõ hẽretis pc̃m. ergo cœcitas mẽtis non eſt peccatũ.

¶2 Prę. Pęna differt a culpa: ſed cœcitas mentis eſt q̃dã pęna, ut patet per illud, quod hr̃ Iſai. 6. Excęca cor populi huius nõ enim eſſet à Deo cum ſit malũ, niſi pœna eſſet. ergo cœcitas mentis non eſt peccatum. H

¶3 Prę. Oẽ pc̃m eſt uolũtariũ, vt * Aug. dicit: ſed cęcitas mẽtis nõ eſt uolũtaria, q̃a, ut Aug. dicit 10. Confeſ. Cognoſcere veritatẽ lucẽtẽ oẽs amant. & Ecc. 11. dr̃. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere Solem. ergo cœcitas mentis non eſt pc̃m. I

SED CONTRA eſt, q † Greg. 31. Moral. cœcitatẽ mẽtis ponit inter uitia, q̃ cãntur ex luxuria.

RESPON. Dicendũ, q ſicut cęcitas corporalis ẽ priuatio ei⁹, quod eſt principiũ corporalis viſionis: ita ẽt cęcitas mẽtis eſt priuatio eius, q̃d eſt principiũ mẽtalis, ſiue itellectualis viſionis. Cuius quidẽ principiũ ẽ triplex. Vnũ quidẽ eſt lumẽ naturalis rõnis, & hoc lumẽ cũ ptineat ad ſpẽm aiæ rõnalis, nunq̃ priuat̃ ab aĩa: impedit̃, tñ q̃nq; à ꝓprio actu ꝑ impedimenta uiriũ inferiorum, quib. indiget intellectus humanus ad intelligendũ, ſicut patet in amẽtibus, & furioſis, ut in primo * dictum eſt. Aliud ãt principiũ intellectualis uiſionis, eſt aliquod lumẽ habituale naturali lumini rõnis ſuperadditum. Et hoc q̃dẽ lumẽ interdũ priuat̃ ab aĩa: & talis priuatio eſt cœcitas, quæ eſt pęna ſ̃m quod priuatio luminis gr̃æ, q̃dã pęna ponit̃. Vñ dr̃ de q̃buſdã ſapi. 2. Excęcauit illos malitia eorũ. Tertiũ principium viſionis intellectualis, eſt aliq̃d intelligibile principiũ, p q̃d hõ intelligit alia, cui q̃dẽ pricipio intelligibili mẽs hoĩs põt intẽdere, uel nõ intẽdere. Et q ei nõ intẽdat, cõtingit dupl̃r: q̃nq; quidẽ ex hoc, q hẽt uoluntatẽ ſpontaneẽ ſe auertẽtẽ à cõſideratione talis principij, ſ̃m illud Pſal. 35. Noluit intelligere, ut bñ ageret. Alio mõ ꝑ occupationẽ mentis circa alia, q̃ magis diligit, quib. ab inſpectione huius principij mẽs auertit, ſ̃m illud Pſa. 57. Super cecidit ignis. ſ. cõcupiſcentiæ, & non uiderũt Solẽ. Et utroq; modo cęcitas mentis eſt peccatũ. *Conclu.*

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q cęcitas, q̃ excuſat à pc̃tõ, ẽ q̃ cõtigit ex nãli defectu nõ potẽtis uidere

AD SECVNDVM dicẽdũ, quòd ratio illa procedit de ſecunda cœcitate, quæ eſt pœna.

AD TERTIVM dicẽdũ, q intelligere ueritatem, cuilibet eſt ſecundum ſe amabile, poteſt tñ per accidens eſſe alicui odibile, inquantum. ſ. per hoc hõ impeditur ab alijs, quæ magis amat.

ARTICVLVS II.

Vtrum hebetudo ſenſus ſit aliud peccatum à cæcitate mentis.

Bannes eodem articulo.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃ q hebetudo ſenſus nõ ſit aliud à cæcitate mentis. Vnũ.n. vni eſt contrariũ: ſed dono intellectus opponit̃ hebetudo, ut patet ꝑ * Gre. in 2. Moral. cui ẽt opponit̃ cęcitas mẽtis, eo q itellect⁹, pricipiũ q̃dda viſiuũ deſignat. ergo hebetudo ſẽs⁹ ẽ idẽ q cęcitas mẽtis

¶2 Prę. * Gre. in 31. Moral. de hebetudine loquẽs, noiat eã hebetudinẽ ſenſus circa intelligẽtiã: ſed hebetari ſenſu circa intelligentiã, nihil aliud eſſe vr̃, q̃ itelligẽdo deficere, q̃d ptinet ad mẽtis cęcitatẽ. ergo hebetudo ſens⁹ idẽ ẽ q cęcitas mentis:

¶3 Prę. Si in aliquo differunt, maximẽ vr̃ in hoc differre, q cęcitas mẽtis eſt uolũtaria, ut ſ. * dictũ eſt, hebetudo aũt ſenſus eſt naturalis defectus: ſed defectus naturalis nõ eſt pc̃m. ergo ſ̃m hoc hebetudo ſenſus nõ eſſet pc̃m. quod eſt cõtra * Grego. qui cõnumerat eã inter uitia, quæ ex gula oriunt̃.

SED CONTRA eſt, q diuerſarũ cãrum ſunt diuerſi effectus, ſed * Greg. 31. Moral. dicit, q hebetudo mẽtis orit̃ ex gula, cęcitas ãt mẽtis ex luxuria: ſed hæc ſũt diuerſa uitia. ergo & ipſa ſũt diuerſa vitia

RESP. Dicẽdũ, q hebes acuto opponit̃. Acutum aũt dr̃ aliq̃d ex hoc, q eſt penetratiuũ: vnde & hebes dr̃ aliq̃d ex hoc, q eſt obtuſũ penetrare nõ ualẽs. Sẽſus ãt corporalis ꝑ q̃dã ſimilitudinẽ penetrare dr̃ mediũ, inquãtũ ex aliqua diſtãtia ſuũ obiectũ pcipit: uel inquãtũ põt quaſi penetrãdo minima, uel intima rei pcipere. Vñ in corporalib. dr̃ aliquis eſſe acuti ſenſus, q põt pcipere ſenſibile aliq̃d ex remotis uel uidẽdo, uel audiẽdo, uel olfaciẽdo. Et ecõtrariò dr̃ ſenſu hebetari, q nõ pcipit niſi ex ꝓpinquo, & magna ſenſibilia. Ad ſilitudinẽ aũt corporalis ſenſ⁹ dr̃ ẽt circa itelligẽtiã eẽ aliq̃s ſens⁹, q ẽ aliquorũ primorũ, & extremorũ, ut dr̃ in 6. * Eth. Sicut ẽt ſens⁹ ẽ cognoſcitiu⁹ ſenſibiliũ, quaſi quorũdã pricipiorũ cognitionis. Hic ãt ſens⁹, q eſt circa itelligẽtiã, nõ pcipit ſuũ obiectũ ꝑ medium diſtãtiæ corporalis, ſed ꝑ q̃dẽ alia media: ſicut cũ ꝑ proprietatẽ rei percipit eius eſſentiã, & ꝑ effectum

K

cęcitatẽ mentis incurret, nõ intendendo illi intelligibili primo, quo alia intelligit. ſ. q cõtingit hoc uel ſpontaneę, uel ꝑ occupationem mẽtis circa alia magis dilecta. Vñr.n. mẽbra diſtinctionis coincidere: q̃m voluntaria auerſio ab intẽtione boni debiti, nõ eſt niſi pp aliud magis amatum: & ſic primum membrum incidit in ſecundum.

¶Ad hoc dr̃, q diſtinctio mẽbrorũ horum nõ conſiſtit in hoc, q auerſio intẽtionis ab illo priore intelligibili uel principiũ hẽat à uoluntate, uel a paſſione, ita q utraque auerſio cõueniat in hoc, q eſt pp aliquid magis amatum, puta, exercitiũ artis, aut negotiationis, uel otiũ, vel delectationem, & hmõi: ſed dña eſt in hoc, q principiũ auerſionis q̃nq; eſt a uolũtate ſine paſſione, q̃d importat illud, Noluit intelligere, ut bñ ageret: & q̃nq; a volũtate deducta a paſſione, q̃d importat illud, Supercecidit ignis cõcupiſcẽtię, & nõ uiderũt Solem iuſtitiæ. Et ad utrumq; horũ ſignificandũ, primo diſtinxit author hęc mẽbra, ut diximus ſ. primo, utẽs noĩe, Spõtaneæ uoluntatis: in ſecundo utens noĩe, Occupatæ mẽtis. Et deinde in miſſione aduertẽdũ, q̃a cõueniũt in auertendo intentionẽ pp aliquod magis amatũ, reduxit in vnũ effectũ, & unã rõnem diſtinctiuam ex parte obiecti, dum uidet argumento, q per accidens põt alicui eſſe odibile intelligere veritatẽ, inquãtũ per hoc hõ impedit̃ ab alijs, quæ magis amat. Hoc n. commune eſt vtrique membro, vt dictum eſt.

Porrecta per totum. 77

Porrecta per totum. 78

* Libr. de ver. relig. ca. 4. princ. to. 1. † Libr. 10. Confeſ. c. 23. a medio, to. 1.

† Libro 31. Moral. ca. 31.

* 1. 2. q. 84. art. 7 & 8.

* Li. 2. Moral. c. 36.

* Lib. 31. Mora. ca. 31. a medio.

* Ar. praeceden.

* Libr. 31. Moral. c. 31.

* Libr. 31. Moral. ca. 31. a medio.

* Li. 6. c. 8. circa finẽ & c. 11.

ctũ percipit eã. Ille ergo dr̃ eſſe acuti ſenſus circa intelligẽtiã, qui ſtatim ad apprehẽſionẽ ꝓprietatis rei, vel ẽt effect⁹, naturã rei cõprehẽdit, & in q̃tũ uſq; ad minimas cõditiones rei cõſiderãdas, ꝑtingit. Ille aũt dr̃ hebes circa intelligẽtiã, q ad cognoſcẽdã ueritatẽ rei ꝑtingere nõ põt, niſi ꝑ multa ei expoſita, & tũc ẽt nõ põt ꝑtingere ad perfectè cõſiderãdũ oĩa, q̃ ꝑtinẽt ad rei rõnẽ. Sic ergo hebetudo ſens⁹ circa intelligẽtiã ĩportat q̃dã debilitatẽ mẽtis circa cõſiderationẽ ſpũaliũ bonorũ. Cœcitas aũt mẽtis ĩportat oĩmodã priuationẽ cognitionis ipſorũ. Et utrũq; opponiẽ dono itellect⁹, ꝑ quẽ hõ ſpũalia bona apprehẽdẽdo cognoſcit, & ad eorũ itima ſubtiliter penetrat. Hẽt.n. hebetudo rõnẽ pc̃t i, ſicut & cęcitas mẽtis, inq̃tũ, .ſ. eſt uoluntaria, ut patet in eo, qui affectus circa carnalia, de ſpũalibus ſubtiliter diſcutere faſtidit, vel negligit. Et per hoc patet reſpõſio ad obiecta.

Concl. m — *Conclu.* p

AATICVL. III.

Vtrum cæcitas mentis, & hebetudo ſenſus, oriantur ex peccatis carnalibus.

Bannes eodẽ articulo.

Porrecta per totum.

79 *Li. 1. Retracta. ca. 4 paulo a princi. Id dixerat li. 1. ſoliloq. ca. 1. tom. 1.*

AD TERTIVM ſic ꝓcedi͂t. Vr̃ ꝙ cæcitas mẽtis, & hebetudo ſenſus, nõ orianẽ ex uitijs carnalib. Aug.n. in li. Retractationũ, retractãs illud quod dixerat in Soliloquijs, Deus q nõ niſi mundos ſcire verũ uoluiſti, dicit, ꝙ r̃nderi põt, multos ẽt immundos multa uera ſcire: ſed hoies maximè efficiunẽ immũdi ꝑ uitia carnalia. ergo cęcitas mẽtis, & hebetudo ſenſus, nõ cãnẽ à vitijs carnalibus.

¶ 2 Prę. Cęcitas mẽtis, & hebetudo ſenſus ſunt defect⁹ q̃dã circa partẽ aĩæ intellectiuã. Vitia ãt carnalia ꝑtinẽt ad corruptionẽ carnis: ſed caro non agit in aĩam, ſed pot⁹ ecõtrariò. ergo uitia carnalia nõ cãnt cęcitatẽ mentis, & hebetudinẽ ſenſus.

¶ 3 Prę. Vnũquodq; magis patiẽ à ꝓpinquiori, q̃ à remotiori: ſed ꝓpinquiora sũt mẽti uitia ſpũalia q̃ carnalia. ergo cęcitas mẽtis, & hebetudo sẽſus, magis cãnẽ ex uitijs ſpũalib. q̃ ex uitijs carnalibus.

Lib. 31. Moral. ca. 31. a medio.

SED CONTRA eſt, quod Greg. 31. Moral. dicit, ꝙ hebetudo ſenſus circa intelligentiam oritur ex gula, cœcitas autem mentis ex luxuria.

Ad ii. dicendum, ꝗ ſicut Deus, ẽm ſe, eſt maxime cognoſcibilis, non tamen à nobis ꝑꝑ defectum noſtræ cognitionis q̃ dependet à rebus ſenſibilibus: ita ẽt Deus in ſe, eſt maxime diligibilis, in quantum eſt obiectum beatitudinis. Sed hoc mõ nõ eſt maxime diligibilis à nobis, ꝑꝑ inclinationem affectus nr̃i ad uiſibilia bona. Vñ patet, ꝗ ad Deum maxime diligendum hoc modo neceſſe eſt ꝗ noſtris cordibus etiam charitas infundatur.

Ad iii. dicendum, ꝗ cũ charitas dr̃ in nobis ꝓcedere ex corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta hoc referendum eſt ad actum charitatis * Tracta. 9. Canon. Ioã. ante mediũ to mo. 9. qui ex præmiſſis excitatur. Vel ẽt hoc dicitur, q̃a huiuſmodi actus diſponunt hominem ad recipiendum charitatis infuſionem. Et ſimiliter etiam dicẽdum eſt de eo, quod Aug.* dicit, ꝗ timor introducit charitatem & de hoc quod dicitur in glo.† Matth. 1. quòd fides generat ſpem, & charitatem. *Gloſa inter linearis, ibidẽ.

Articvlvs iii.

Vtrum charitas infundatur ſecundum capacitatem naturalium.

Ad tertivm ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝗ charitas infundatur ẽm capacitatem naturalium. Dr̃. n. Matth. 25. ꝗ dedit vnicuiq; ẽm propriam virtutem: ſed charitatem nulla uirtus præcedit in homine, niſi naturalis: quia ſine charitate nulla eſt uirtus, vt dictum* eſt. ergo ſecundum quan *q. præce. art. 7. titatem virtutis naturalis infunditur homini charitas a Deo:

¶2 Præt. Oĩum ordinatorum ad inuicem ſecundum proportionatur primo: ſicut videmus, ꝗ in rebus naturalibus forma proportionatur materiæ, & in donis gratuitis gloria ꝓportionat̃ gratiæ: ſed charitas, cum ſit perfectio naturæ, comparatur ad capacitatem naturalem, ſicut ſecundum ad primum. ergo ur̃ ꝗ charitas infundatur ẽm naturalium capacitatẽ.

SVPER Q. XXIIII. ART. III.

Bannes eodem articu. *Porrecta per totum.* 126 1. q. 62. ar. 6. Et 1. di. 17. q. 1. ar. 3. Et 3. di. 31. q. 1. ar. 4.

In art. 3 q. 2. omiſſis duobus primis dubiũ occurrit ſimpliciter & ad hoiem. Nam author in primo ſen. d. 17. q. 1. ar. 8 menſurat charitatem ſcdm conatũ recipientium. Et rõ dictat, ꝗ cũ charitas infundat̃a Deo in creatura rõnali, ex parte vtriuſq;. ſ. agentis, & recipientis menſuretur. Author ãt in corpore articuli ſolam Dei volũtatẽ menſurã charitatis ponit.

¶ Ad euidentiã huius ſcito, ꝗ dupliciter aſſignari põt cã quantitatis charitatis ſcili cet ſimpliciter, & ex ſuppoſitione, Si dr̃itur cã ſimpliciter, ſic eſt ſola voluntas Dei diuidẽs ſingulis ꝓut vult.

¶3 Prę. Hoīes, & angeli ſm eandem rōnem participant beatitudinē q̃a i vtriſq; eſt ſilis beatitudinis rō ut hr̄ Mat. 22. & Luc. 20. ſed in angelis charitas, & alia dona gratuita sūt data ſm capacitatē naturaliū, ut Magiſtei * dicit 3. diſt. 2. li. ſentent. ergo idem vr̄ eſſe in h hominibus

SED CONTRA eſt, quod dr̄ Ioā. 3. Spūs vbi vult ſpirat. & 1. ad Cor. 12. Hæc oīa operaī vn⁹ & idem Spūs, diuidens ſingulis prout vult, ergo charitas datur non ſm capacitatem naturaliū ſed ſecundum voluntatem ſpiritus ſua dona diſtribuentis.

RESPON. Dicendum, ꝙ vniuſcuiuſq; rei quantitas dependet à propria cā rei, quia vniuerſalior cā effectū maiorem producit. H Charitas āt cum ſuperexcedat proportionē naturæ humanæ, vt * dictū eſt, non dependet ex aliqua naturali uirtute, ſed ex ſola gr̄a Spūſſcti eā infundētis. Et iō quātitas charitatis nō depēdet ex cōditione naturæ, vel ex capacitate naturalis virtutis ſed ſolū ex uolūtate Spūſſcti diſtribuentis ſua dona, ꝓut vult. Vn̄ & Apoſ. dicit ad Ephe. 4. I Vnicuiq; noſtrū data eſt gr̄a ſm mēſurā donationis Chriſti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa virtus, ſm quā ſua dona De⁹ dat vnicuiq; eſt diſpoſitio uel ꝑparatio ꝓcedēs, ſiue conatus gr̄am accipiētis. Sed hāc ēt diſpoſitionem, vel conatū præuenit Spūſſctūs mouens mentem hominis uel plus uel minus ſm ſuam voluntatem. Vnde & Apoſt. dicit ad Coloſſ. 1. Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.

AD II. dicendum, ꝙ forma nō excedit materiæ proportionē ſed ſunt eiuſdem gn̄is. Silr̄. etiā gr̄a, & gl̄ia ad idem genus referuntur: quia gr̄a nihil eſt aliud, G q̃ quædam inchoatio gloriæ in nobis. ſed charitas, & natura non pertinent ad idem genus. & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD III. dicēdum, ꝙ angelus eſt intellectualis naturæ, & ſm ſuam conditionem competit ei, vt totaliter feratur in oē id in quod ferī, ut in primo habitū * eſt. Et ideo in ſuperioribus angelis fuit maior conatus, ad bonum in perſeuerantibus, & ad malum in cadentibus. Et iō ſuperiorum angelorum perſiſtētes facti ſunt meliores, & cadētes facti ſunt peiores alij: ſed hō eſt naturæ rōnalis, cui competit eſſe qn̄q; in potentia, & qn̄q; in actu, & ideo non oportet, ꝙ feratur totaliter in id, in quod fertur, ſed eius, qui habet meliora naturalia, poteſt eſſe minor conatus, & econuerſo. & ideo non eſt ſimile.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum charitas augeri poſſit.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ charitas augeri non poſſit. Nihil enim augetur niſi quantum. Duplex autē eſt quantitas, ſcilicet dimenſiua & uirtualis, quarum prima charitati non conuenit, cum ſit quædam ſpiritualis perfectio. Virtualis autem quantitas attendiī

---

vult. Si quæritur cā, ex ſuppoſitione uoluntatis diuinæ tanquā æqualiter ſe hn̄tis ad infuſionē gr̄æ, hic cauſa quantitatis eſt conatus. ſeu diſpoſitio proxima. Declaro ſingula. Quod. n. cā ſimpliciter quātitatis charitatis ſit ſola voluntas diuina, ut probaī in litera ex eo, ꝙ charitas excedit totā naturæ uirtutem, & conſequēter oēm ei⁹ conatum & diſpoſitionem. In cuius ſignū infimę naturæ. ſ. humanæ, & ēt in aīa ſecundū naturalē conditionem proportionata corpori imperfecto, quale eſt fęminei ſexus, dedit Deus maiorē charitatē. q̃ ſupremo angelo. Tā. n. aīa Chriſti, q̃ beatæ Virginis beatior eſt eſſentialiter oībus angelis. Amplius, Conatur ipſe, cui commenſurari ex parte recipientis dr̄ charitas, non eſt condiſtincta cā contra voluntatē Dei, ut eſt gr̄æ cā ſimpliciter ſed ex parte ipſi⁹ diuinę volūtatis ſe tenet, ut i rn̄ſione ad primū author dicit & probat: Quia Spūſctūs cauſans charitatē dignificat quoque receptiuum plus & minus, prout cāre intendit charitatem iuxta Apoſtoli doctrinam allatā in litera. Quòd aūt ſuppoſita diuina uoluntate tāquā æqualiter ſe hn̄te ad infuſionē charitatis, ex parte diſpoſitionis proximæ ſeu conatus attendatur quātitatis charitatis manifeſtū eſt. Et qa altius eſt iudiciū ſecūdū cām ſimpliciter q̃ ſcdm cām ex ſuppoſitione, iō author ſeipſo doctor. hoc in loco quātificauit charitatem, ex cā ſimpliciter, quia in primo ſententiarū quantificauerat eam ex cā ex ſuppoſitione. Nec eſt uerum, ꝙ rō dictet, in creatione noui ordinis rerū, quantitatem creaturam rerū mēſurari debere ſecūdū receptiua, q̄uis hoc habeat locū in actione depēdentiū a receptiuis, uel coaptatorum naturaliter eiſdem, ut eſt de aīa rōnali reſpectu materiæ, & aliorum naturaliū. Charitas ſiquidem ad nouę creaturę ordinem ſpectat. Et ideo ſimpliciter loquēdo, tā ipſius infuſio, q̃ diſpoſitio ad eam, inquantum eſt diſpoſitio ad eam, ad unā & eandem cauſam ſpectat, q̃ eſt cā charitatis ſimpliciter, q̃ eſt diuina uoluntas. Et hæc eſt uera & formalis deciſio. Cum āt audiueris, aut uideris diſtinguentes Deū ex una, & diſpoſitiones noſtras ex altera parte, cās, ut Deo attribuaſ id qd̄ ſolus facit, nobis āt id quod p nos facit, nō cōtendes: ſed memento apoſtolicæ ſententiæ. Nō alta ſapientis: ſed humilibus cōſentiētes.

¶ In rn̄ſione ad tertium in eodē ar. dubiū occurrit triplex ad hoſtem. Primo, q̄uo in angelis charitas fuit ſcdm conatū, cū apud authorem, angeli fuerint creati in gr̄a, & non fuerint conſecuti charitatē p aliquem conatū, ut in nobis adultis contingit. Secundo, q̄n conatus accipientis charitatem eſt à Spūſctō, ut in rn̄ſione ad primū dī: Et tn̄ in angelis quantitas conatus reſol- F uitur in in conditionem eorū naturalē hic in hac rn̄ſione. Tertio, q̄uo author hic docet, charitas ſcdm ſolā Dei uolūtatem quantificatur, et tn̄ in hac rn̄ſione cōcedit, ꝙ in angelis quantificata eſt ſecundum eorum naturalia.

¶ Ad primū horū dr̄ ꝙ queādmodū in nobis adultis, cū de nouo infundiī charitas ſimul tempore eſt conatus. i. actus uoluntatis uehemēs in Deū & charitas ipſa infundiī proportionata illi actui: ita in creatione angelorū ſimul tēpore fuit eorū conatus, & ipſius charitatis illi conatū informātis ifuſio. Et ꝓptea ſicut nobis adultis daī charitas ſcdm conatū ſimultaneū, ita & in angelis. Dīa āt eſt de conatu ſeu diſpoſitione ꝓcedente tempore in nobis & angelis: quia in eis non habet locum.

¶ Ad ſcdm āt dr̄, ꝙ conatus angelorum hēt i ſe duas cōditiones una eſt qd̄ ſit totalis altera eſt, ꝙ ſit in finē talem, puta charitatis. Primum cōe fuit oībus angelis, & reſoluitur in conditionē naturæ. Scdm ꝓpriū fuit quibuſdam, & per hoc ſecundum conatus ille erat diſpoſitio propria ad charitatem, & ut ſic reſoluitur in Spiritū ſanctum, in reſpōſione ad primum: unde nulla eſt cōtrarietas.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ etiam in angelis charitas eſt quantificata ſcdm ſolam Dei uoluntatem, per ſe loquendo. Per accidēs. n. eſt ꝙ connatus proportionales angelorū ꝓportionaliter dignificauit ſecundū diſpoſitiones charitatis à Spūſctō. Potuiſſet. n. ſi uoluiſſet Spūſctūs ꝓportionales conatus dignificare, ut eſſent diſpoſitiones ad charitatē non proportionales, ſed unū longe altius dignificare, q̃ pro- K portionalitas requirebat: ſed quia de facto ſic credimus, & rationabile eſt Spiritumſanctum feciſſe, diſtingui poteſt inter cauſam & occaſionem, ſeu cauſam remotam, & dici ꝙ author non recedit ab excellentia ſuæ doctrinę, ꝙ uere cauſa ꝑꝑ quāq̄tificatur charitas, eſt ſola uolūtas Dei, dignificans ēt illos conatus. Remota autem cauſa, ſeu occaſio quantitatis proportionalis ſecundum naturalia in angelis, eſt conditio naturalis. Ex hoc enim quòd actus angelorum ſecundum exceſſum naturalium nati ſunt obſequi Spirituiſancto, occaſionatur ut Spiritusſanctus dignificet eos proportionaliter. Et ſic oīa cōſonāt.

* Li. 2. Sē. d. 3. paragra. B.
* Ar. ꝓce.
Conclu.
D. 316.
* 1. p. q. 62. ar. 6.
Perfectio per tenſ.
127
1. 2. q. 52. ar. 1. & q. 66 ar. 1. & 1. d 17. q. 2. ar. 1. & 1. uir. q. 2. 11. Et quo lib. 9. ar. 13.

SVPER QVÆS. XXIIII. ART. IIII. ET. V.

Aegid. 1. d. 17. q. 1. 2. par. p. prin. *Cap. 1. d. 17. q. 2. con. 4.*
Alb. mag. 1. d. 17. art. 10. *D. Bon. 1. ſ. d. 17. q. 1. & 1.*
Scont. d. 17. q. 3. *Ric. d. 17. q. 1.* *Duran. d. 17. q. 5.*
Fran. de mag. d. 18. q. 2. *Bac. d. 15. q. 1.* *Scotell. d. 18. q. 1.*

IN art. 4. & 5. eiuſdem 24. q. in materia de intētione, & remiſſione formarum quia materia ualde ambigua inter tot opi

ſecundum obiecta, ſecundùm quæ charitas non creſcit: q̄a minima charitas diligit omnia, q̄ ſunt ex charitate diligenda. ergo charitas non augetur.

¶2 Pręt. Id quod eſt [h] in termino, non recipit augmentū: ſed charitas eſt in termino quaſi maxima uirtutum exiſtens, & B ſummus amor optimi boni. ergo charitas augeri non poteſt.

¶3 Pręt. Augmētū, quidam motus eſt. ergo qđ augetur, mouetur. Quod ergo augetur eſſentialiter, mouetur eſſentialr̄: ſed non mouet̄ [k] eſſentialr̄, niſi qđ corrūpit̄, uel gñat̄. ergo charitas nō p̄t augeri eſſentialr̄, niſi forte de nouo generet̄, vel corrūpat̄: quod eſt inconueniens.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit* ſuper Ioā. ꝙ charitas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici.

*Tract. 5. in Ioā. de clinando ad fin: tomo 9.

nionesht, & mens authoris diuerſæ interpretationi ſubeſſe vi- A deretur, abſque multo ſermone, ne moralis philoſophiæ, terminos totaliter exiſſe videar, modū quo fit intentio & remiſſio in formis, tāgemus. Dicimus igitur, ꝙ opiniones diuerſæ ſunt, ꝓpea ꝙ quidā putant formā habere latitudinē ꝑfectionis: qdā vero putāt formam non habere latitudinē ꝑfectionis. Et horū quidam dicūt formā in indiuiſibili cōſiſtere: ſed ineſſe ipſius, quo ſubiecto ineſt, latitudinē perfectionis habere, & ſecundū hoc attēdi intenſionē & remiſſionem formarū: itaꝙ albedo nunq̄ eſt intēſior, ſed albū eſt intēſius, proprie loquendo. Opinantiū autē formā habere perfectionis latitudinem, aliꝗ putant in illa latitudine dari partes ſucceſſiuas, ita ꝙ albedo, q̄ intēditur, diuiditur in partes ſucceſſiuas, ſicut motus intenſionis, & in termino manet albedo terminans partes ꝑcedentes. Aliꝗ aūt putant in illa latitudine dari partes ꝑmanentes, & diſtinctas inter ſe, ita ꝙ adueniente vna, non recedit alia. Aliꝗ aūt putant in illa latitudine dari quaſi partes, ſeu gradus permanentes, ſed nō in actu, ſed unum tm̄ in actu, reliquos in potētia. Et inter hos eſt differentia, q̄ uerbalis tm̄ uidetur, dum quidā putāt hoc cōuenire formæ ſecundū ſe, quidā putant hoc conuenire formę in ordine ad ſubiectū. Sed quia forma accidentalis, quæ ſola in- C tenditur, & remittitur, ſecundum ſe habet ordinē ad ſubiectū, ut in litera dicitur: ideo idem dr̄ in utraque opinione. Et qm̄ hæc ultima opinio eſt rōnabilior, & omnes difficultates accidentes in re, ſoluere facile vr̄, Peripateticiſq; cōſentanea vr̄: ideo eam declarare uolumus, quam indubie conſtat eſſe San. Thomæ, niſi fallor. Scito igitur in primis, ꝙ quia, ut in litera dicitur, forma ſecundum ſuam eſſentiam habet q̄ inſit, clare latitudo formæ ſecundum eſſe, aut ineſſe, & non ſecundum formæ eſſentiā, ignorantia propriæ vocis dicitur. Propter q̄ prima opinio excluditur. Iudiciū quoq; de forma ex natura motus, quo intenſio fit, fallax inuenitur: q̄a manifeſte patet lumē intēdi, & remitti abſque partibus ſucceſſiuis. Oportet autem uniuerſalē doctrinam facere de formis, quæ intēduntur, propter qđ ſecunda quoque opinio excluditur. Partes autem, aut gradus ſimul permanentes in actu, diſtinctos in una & eadem forma audire etiam erubeſcit ſchola peripatetica, quæ didicit a ſuo D præceptore, per actus & potentiæ naturam exiſtētia in aliquo diſtinguere. Et ex hoc tertia opinio refutatur. Conſonant aūt ſenſui & rationi, ut forma quæ intenditur, & remittitur, gradualē perfectionis latitudinem habeat, ita ꝙ & calor, & eſſe caloris, in eſſe eiuſdē latitudinē hmōi habet: & cum de minus calido, puta, ut duo, fit magis calidum, puta, ut quatuor, nō corrumpitur præcedens calor, ſed abiicitur ſolùm actualis terminatio caloris ad gradum ut duo, & peruenitur ad actualē terminationem caloris ad gradum ut quatuor. Sic.n. Saluat̄ motus de affirmato in affirmatum abſq; formæ corruptione: ſicut in uero motu augmenti cū Sortes de tripedali fit quadrupedalis, non abiicit̄ ꝑcedens quātitas, ſed ſolū actualis terminatio quātitatis ad tripedalē menſuram, & peruenitur ad actualē terminationem quadripedalis menſuræ eiuſdē quantitatis, & propterea non remanet tripedalis in actu, ſed in potētia. Et ſimiliter non remanent præcedentes gradus caloris in actu, E ſed in potentia; Vnde quemadmodū in motu diminutionis, cum Sortes de quadripedali fit tripedalis, fit quantitas in actu tripedalis: ita in motu remiſſionis cū de calido ut quatuor, fit calidum ut tria, fit calor in actu tertij gradus, nec refert utrum hoc fiat per motū, ut cum aliquid magis calefit, uel per mutationē, ut cū aliquid magis illuminatur. Vtrobique.n. eſt eadem rō intrinſeca. Ex hoc autem patet & ſolutio alterius difficultatis, An in hmōi intētione interueniat corruptio. Iā.n. patet, ꝙ ſola terminatio actualis ſecundum aliquē gradum corrūpitur, non gradus ipſe, ſicut in quātitate molis declaratum expliciter eſt. Ex hoc ēt patet, ꝙ non fit intenſio per additionē gradus ad gradū, proprie loquendo, ut diffuſius in cōmentariis ſuper ar. 2. q. 52. in præcedenti libro manifeſtauimus: ſed per eductionem maiorem formæ de potentia ſubiecti, vel aliquid proportionale in formis infuſis ab extra, ut charitas eſt. Et ꝓpterea in litera dr̄, ꝙ formā eſſe maiorem, eſt ipſam magis ineſſe ſuſceptibili. Non.n. negat author latitudinē in eſſentia formæ, ſed negat aliā eſſe latitudinē ineſſe ipſi⁹ formæ reſpū ſubiecti, & aliā latitudinē, aut indiuiſibilitatē eſſentiæ formæ ſecūdū ſe: q̄a vult eādē eē rōnē de eſſentia formæ, & de eſſe, & ineſſe, q̄a ipſa eſt eſſentialiter res, cui cōuenit eſſe ī ſubiecto. Et vult huiuſmodi latitudinē nō cōuenire formę ſecūdū ſe. i. vt diſtinguit̄ cōtra ſeipſam, ꝓ quanto reſpicit ſubiectū: ſicut cōuenit latitudo extenſiua quātitati molis, & latitudo obiectiua quātitati habitus ſcientifici, ſed conuenire formæ, ut eſſentialiter reſpicit ſubiectū. Ex hac nāq; pre cuilibet formæ vult author cōuenire maiorē ꝑfectionē intēſiue. Et ꝓpea ī calce corporis articuli dr̄, q. intenſio nō fit per aduētū nouæ formæ. Hoc.n. eſſet, ſi forma haberet aliquā quantitatē ex ſeipſā, nō ꝑ cōparationem ad ſubiectū. Quòd ſi adhuc de hac mēte authoris dubitas, lege inferius in tertia par. q. 7. art. 12. iuncto 9. & uidebis latitudinē intēſiuā gradualē in eſſentia formæ abſq; oī ſcrupulo. Ex hoc autem, ꝙ iuxta hanc viā nihil ſcrupuloſum occurrit, & oīa conſonāt, apparet ꝙ hæc ſola ſit uera, & ab authore intēta, nolente in hmōi motu nō eſſe oīno nouū terminū, ſed antiquū mō nouo ſe habentē ſecundū magis, & minus qđ ſignificat illas actuales terminationes formæ ſecundū hunc, uel illum gradum. Charitas quoq; eodem mō intenditur, a Deo tn̄ effectiue, ita ꝙ non corrumpitur præcedens charitas, nec noua aduenit, ſed q̄ erat terminata ad tertiū, terminatur ad quartum, uel ſextum gradum actualiter. Et ſi ab importunis, aut Nouitiis ingratur, quid eſt illa terminatio quæ abiicitur, quæ eſt terminus a quo, in intenſione, Dicito ꝙ nihil addit ſupra rem, puta, tantum calorē, niſi actualitatem tertij gradus. Actus.n. eſt terminare, diſtinguere, & ſeparare. Hæc.n. deperditur, dum terminatur idem calor ad quartum gradum, & non deperditur quātitas ipſa caloris. Natura ſiquidem actus, & potentiæ philoſophiam hanc aperit. In remiſſione quoque ſimiles ſunt termini, ſ. actualitates formæ ſecundum diuerſos gradus, ut ſi de calido, ut ſex, fiat calidum ut tria, terminus a quo, eſt actualitas ſexti gradus, & terminus ad quem, actualitas tertij, quæ prius erat in potentia: ſed non eſt ſimile quoad deperditionem, quia non ſolum actualitas ſexti gradus deperditur, ſed deperditur etiam quantitas a ſex vſque ad tria. Et hæc ſat ſint inter moralia.

¶ In eodem quinto articulo in reſponſione ad primum, aduerte diligenter, ꝙ non cadit author, quòd quantitas continua intendatur in his, quæ rareſiunt. Hoc enim eſſet falſum, quia aer rarior non eſt magis quantus, ſed maius quantum: ſed mens authoris eſt, quòd in rarefactione quantitas ſit maior extēſiue non per additionem quanti ad quantum, ut cōtingit in motu augmenti, ſed per maiorem extenſionem præcedentis quātitatis. Et hic modus augendi quantitatem eſt ſimilis proportionaliter modo, quo augetur quantitas uirtualis formarum. Intenduntur enim non per additionem aduenientis quantitatis virtualis, ſed per maiorem perfectionem præexiſtentis quantitatis: ita quòd ſicut in rarefactione eſt extenſio quātitatis dimēſiuæ præexiſtentis abſque nouæ quantitatis additione: ita in intenſione eſt quaſi extenſio quantitatis uirtualis præexiſtentis abſque additione. Et quia quantitas continua intra latitudinē continuā communicat in hoc cum formis ſuſcipientibus magis & minus (ex eadem namque radice, qua formæ intēdūtur, & remittuntur, quantitas hoc modo extendit̄, & contrahitur, ut in litera dicitur) ideo forte author in prima ſecundæ quæſt. 52. art. 1. quantitatis continuæ, ut ſic, ſpecies non excluſit a ſuſcipientibus magis & minus: in ueritate tamen extra illas ſunt. Vnde & in litera non dicitur, quòd quantitas in rarefactione intenditur, ſed ꝙ habet proprium augmentum, ſicut aliæ formæ accidētales, per modū intentionis eius in ſubiecto. In his ſiquidem uerbis modus augmenti, quo extenditur in rarefactione quantitas, declaratur, qđ eſt per modū quo forma intenditur in ſubiecto, quia. ſ. eſt per maiorē eductionē formæ de potentia ſubiecti, quod in quantitate dimēſiua facit maius extēſiue, & in quantitate uirtuali facit maius intenſiue. Et non ſignificatur per illa uerba, quòd quantitas dimēſiua intendit̄, & remittitur, niſi proportionaliter exponēdo, ut declaratū eſt

In eodē 5. art. p reſpōſione ad ſecūdū, & ... hac materia, vide ſcripta ſup q ſ2 primi ſecūdæ, ne cogaris repetam. Inde n. & corp. articuli &c. percipies facilius.

Resp. Dicēdū, φ charitas viæ pōt augeri. Ex hoc n. dicimur eſſe uiatores, φ in Deū tēdimus, q eſt ultimus finis nřæ beatitudinis. In hac ēt via tanto magis ꝓcedimus, quanto Deo magis ꝓpinquamus, cui nō appropinquat paſſibus corporis, ſed affectibus mentis. Hac aũt ꝓpinquitatē facit charitas, q̃a per ipſam mēs Deo unitur: & ideò[m] de ratione charitatis uiæ eſt, vt poſſit augeri.[n] Si enim non poſſet augeri, iam ceſſaret uiæ proceſſus. Et ideò Apoſt. charitatem, viam nominat dicens 1. ad Corinth. 12. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonſtro. F

'inclu. m

Ad primvm ergo dicēdū, φ charitati nō cōuenit quātitas dimēſiua, ſed ſolū quātitas uirtualis, q̃ nō ſolū attēdit̃ ſm numerū obiectorū, ut ſ. plura, uel pauciora diligantur, ſed ēt ſm intēſionem actus, ut magis, uel minus aliquid diligatur: & hoc modo virtualis quantitas charitatis augetur.

Ad II dicēdū, φ charitas eſt in ſummo ex parte obiecti, inquantum ſcilicet eius obiectum eſt ſummum bonum. Et ex hoc ſequitur, φ ipſa ſit excellentior aliis uirtutibus: non tamen eſt charitas in ſummo quantum ad intenſionem actus.

Ad III dicēdū, φ quidā dixerunt charitatē non augeri ſm ſuam eſſentiā, ſed ſolū ſm radicationē in ſubiecto, vel ſm feruorem: ſed hi propria vocē ignorauerunt. Cū n. accidens ſit, eius eſſe, eſt ineſſe. Vñ nihil eſt aliud ipſam ſm eſſentiam augeri, q̃ eam magis ineſſe ſubiecto, quod eſt magis eā radicari in ſubiecto. Siľr ēt ipſa eſſentialiter eſt uirtus ordinata ad actum: unde idem eſt ipſam augeri ſecundū eſſentiā, & ipſam habere efficacia ad ꝓducendū feruentioris dilectionis actū. Auget̃ ergo[d] eſſentialiter, non quidē ita φ eſſe incipiat, vel eſſe deſinat in ſubiecto, ſicut obiectio illa ꝓcedit: ſed ita quòd magis, ac magis in ſubiecto eſſe incipiat.

D. 315. & 1051.

Articvlvs V.

Vtrum charitas augeatur per additionem.

Aegi. 1. 5. d. 17. q. 2. a. 2. Capr. 1 d. 17. q. 2. con. 3. & 5. & 2. d. 18. q. 1. con. 4. Ban. eodem art.

Porrecta per totum. 128

*1. 2. qō. 5. ar. 2. Et 1. d. 17 q. 2. artic 2. Et vir. q. 1. articu. 11. corpo. & ad 10. & 11. * li. 1. tex. 31. to. 2.*

Ad qvintvm ſic proceditur. Vr̃ φ charitas augeatur p additionē. Sicut n. eſt augmentū ſm quantitatem corporalē,[h] ita ſm quantitatem virtualē: ſed augmentū quātitatis corporalis fit per additionē. dicit n. Philoſophus* 1. de gñatione φ augmentum eſt præexiſtenti magnitudini additamentum. ergo et augmentum charitatis, quod eſt ſm uirtualem quantitatem, erit per additionem.

¶2 Præt. Charitas in aīa eſt quoddā ſpūale[h] lumē, ſm illud 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrē ſuū, in lumine manet: ſed lumē creſcit in aere p additionē, ſicut in domo lumē creſcit alia candela ſuperaccenſa. ergo ēt charitas creſcit in anima per additionem.

¶3 Præt. Augere charitatē, ad Deū ptinet,[h] ſicut & ipſam creare, ſm illud 2. ad Corin. 9. Augebit icrementa frugū iuſtitiæ ueſtræ: ſed Deus primò infundendo charitatē, aliqd facit in aīa, qđ ibi prius nō erat. ergo ēt augēdo charitatē, aliqd ibi facit, qđ prius nō erat. ergo charitas augetur p additionē.

Sed contra eſt, φ charitas eſt forma ſimplex: ſimplex aũt additū ſimplici ñ facit aliqd maı', ut ꝓbat̃ 3.*Phy. ergo charitas ñ auget̃ p additionē. *Li. 3. tex. 59. to. 2.*

Respon. Dicēdū, φ oīs additio eſt alicui' ad aliquid. Vñ in oī additione oportet ſaltē ꝑintelligere diſtinctionē eorū, quorū unū addit̃ alteri añ ipſam additionē. Si ergo charitas addat̃ charitati, oportet ꝑſupponi charitatē additā ut diſtinctam à charitate, cui addit̃, nō q̃dē ex neceſſitate ſm eſſe ſed ſaltē ſm intelľm. Poſſet. n. Deus ēt quantitatē corporalē augere addendo aliquā magnitudinē nō prius exiſtentē, ſed tūc creatā: q̃ q̃uis prius nō fuerit in rerū natura, habet tñ in ſe, vñ eius diſtinctio intelligi poſſit a quātitate, cui addit̃. Si ergo charitas addat̃ charitati, oportet ꝑſupponere, ad minus ſm intelľm, diſtinctionē unius charitatis ab alia. Diſtinctio aũt in formis eſt duplex. Vna q̃dē ſm ſpeciem: alia aũt ſm numerum. Diſtinctio q̃dē ſm ſpeciem in habitibus, eſt ſm obiectorū diuerſitatem: diſtinctio verò ſm numerum, eſt ſm diuerſitatem ſubiecti. Pōt ergo contingere, φ aliq̃s habitus per additionem augeatur, dum extendit̃ ad q̃da obiecta, ad quæ priu ſe non extendebat. Et ſic augetur ſcientia Geometriæ, in eo qui de nouo incipit ſcire aliqua geometricalia, quæ prius neſciebat. Hoc aũt non pōt dici de charitate, q̃uia ēt minima charitas ſe extendit ad oīa illa, q̃ ſunt ex charitate diligēda. Nō ergo talis additio ī augmento charitatis pōt intelligi ꝑſuppoſita diſtinctione ſm ſpeciem charitatis additæ ad eā, cui additur. Relinquitur ergo, φ ſi fiat additio charitatis ad charitatem, φ hoc fiat ꝑſuppoſita diſtinctione ſm numerū, quæ eſt ſm diuerſitatē ſubiectorū: ſicut albedo auget̃ per hoc, φ albū additur albo, q̃uis hoc augmento non fiat aliqd magis albū. Sed hoc in ꝓpoſito dici non pōt, q̃a ſubiectū charitatis nō eſt niſi mens rōnalis. Vñ tale charitatis augmentum fieri non poſſet, niſi per hoc φ una mens rōnalis alteri adderet̃, qđ eſt impoſſibile: quamuis ēt ſi eſſet poſſibile tale augmētū, faceret maiorē diligētē, nō aũt magis diligētē. Relinq̃tur ergo, φ nullo mō charitas augeri pōt p additionē charitatis, ad charitatē, ſicut quidā ponũt. Sic ergo charitas auget̃ ſolū per hoc, φ ſubiectū magis, ac magis participat charitatem. i. ſm quod magis reducitur in actum illius, ac magis ſubdit̃ illi. Hic. n. eſt augmēti modus proprius cuiuſlibet formæ, q̃ intendit̃ eo φ eſſe huius formæ totaľr cōſiſtit in eo, φ inhæret ſuſceptibili. Et iō cū magnitudo rei cōſequit̃ eſſe ipſius formæ, formā eſſe maiorē, hoc eſt eā magis ineſſe ſuſceptibili, non aũt aliam formā aduenire. Hoc. n. eſſet ſi forma haberet aliquā quantitē ex ſeipſa, non p cōparationem ad ſubiectū. Sic ergo &[m] charitas augetur p hoc, φ intendit̃ in ſubiecto, & hoc eſt ipſam augeri ſm eſſentiā: non aũt per hoc, φ charitas addat̃ charitati.[n] *Concl. m*

G

H

I

K

Ad primvm ergo dicendū, φ quantitas corporalis habet aliqd, inquantū eſt quātitas, & aliquid inquantū eſt forma accidentalis. Inquātū eſt quātitas hēt, φ ſit diſtinguibilis ſm ſitum, & ſecūdum numerum: & ideo hoc modo conſideratur aug-

mētū magnitudinis ꝑ additionē, ut patet in aialibus. Inquantū uerò eſt forma accidētalis, ē diſtinguibilis ſolū ſm ſubiectū. Et ſm hoc hēt ꝓpriū augmentū, ſicut & aliæ formæ accidentales, ꝑ modū intēſionis eius in ſubiecto, ſicut patet in his, q̄ rarefiūt, ut ꝓbat in 4. Phy. Et ſimiliter ſciētia hēt quantitatē, inquātū eſt habitus ex parte obiectorū: & ſi augeť ꝑ additionē, inquātū aliqs plura cognoſcit. Hēt ēt quātitatē, iquātū eſt q̄dā forma accidentalis ex eo, ꝙ ineſt ſubiecto: & ſm hoc augeť in eo, q certius eadē ſcibilia cognoſcit nunc, q̄ prius. Simil'r ēt & charitas hēt duplicē quantitatem: ſed ſm eam, quæ eſt ex parte obiecti, nō augetur, ut dictum eſt*. Vnde relinquitur, ꝙ per ſolam intēſionē augeatur.

* In cor. Art.

Ad II dicēdū, ꝙ additio luminis ad lumē pōt intelligi ſic, ꝙ intēdiť in aere ꝑꝑ diuerſitatem luminariū cauſantiū lumē: ſed talis diſtinctio non hēt locū in ꝓpoſito, qa nō eſt niſi unū luminare influēs lumē charitatis.

Ad III dicendum, ꝙ infuſio charitatis importat quādā mutationē ſm habere charitatem, & non habere. Et iō oportet ꝙ aliqd adueniat, qđ prius nō infuit. Sed augmētatio charitatis importat mutationem ſm magis, & minus habere: & iō non oportet ꝙ aliqd inſit, qđ prius non infuerit, ſed ꝙ magis inſit, qđ prius minus inerat, & hoc ē quod facit Deus charitatem augendo. ſ. ꝙ magis inſit, & ꝙ ꝑfectius ſimilitudo Spiritusſancti participetur in anima.

Articvlvs VI.

Vtrum quolibet actu charitatis, charitas augeatur.

Ad sextvm ſic procediť. Vř ꝙ quolibet actu charitatis charitas augeať. Quod. n. pōt id qđ maius eſt, pōt[h] id qđ minus eſt: ſed qlibet actus charitatis pōt mereri uitā æternā, quæ maius eſt, q̄ ſimplex charitatis augmētū: qa uita æterna includit charitatis perfectionem. ergo multò magis quilibet actus charitatis charitatem auget.

¶2 Præt. Sicut habit⁹ uirtutū acquiſitarū generať ex actibus ita ēt augmētū charitatis cau-

SVPER QV. XXIIII. ART. VI.

Egi. 1. ſ. d. 17. q. 3. 2. prin. Ban. eodem art. D. Bon. d. 17. q. 2. a. 1.

In art. 6. nota in titulo Nouitie ꝙ charitatem augeri pactus, tripliciter intelligi pōt. Vno mō effectiue: & ſic nō eſt q̄ſtio, qa ſicut charitas nō fit p actus noſtros, ſed a Deo, ita nec augeť ꝑ eoſdem, ſed a Deo. Alio mō meritorie, & hoc tripliciter, vel meritorie ſolum, uel meritorie, & efficaciter, hoc eſt, cū effectu augmēti. Et hoc tertio mō directe intelligiť in q. 5. ꝙ charitas quolibet ſuo actu augeať. Secūdus tū ſenſus extra quæſtionē omnino nō eſt, ut in ſequentibus patebit.

¶ In eodē art. in rńſione ad primū, Durandus obuius occurrit in 1. ſen. d. 17. q. 8. negan, quolibet actu charitatis mereri aliquem, charitatis augmētū. Et rō ſua eſt: qa ille ſolus dignus ē accipiēdis, q bene utitur iam acceptis: ſed habens habitū, & remiſſe utens illo, non debito mō utiť ſuo habitu, qa nō ꝓportionatis actibus ipſi habitui. ergo ſi quolibet actu charitatis meremur augmentū charitatis, ſed ſolum per illos, qui excellunt, uel adæquant ipſum habitum.

¶ Ad hoc dř ꝙ cum in merito uitæ æternæ claudatur meritum augmēti, nō charitas uiatoris, dū ſit cōprehenſoris ad terminū augmenti puenit, mirū eſt, quomodo iſte concedať, ꝙ quolibet actu charitatis mereamur uitā æternā, & non augmentum charitatis. Nec valet rńſio ſua, ſ. ꝙ maius eſt mereri augmentum, & uitam æternam, q̄ uitam æternam: qm̄ augmentum uitæ ordinatur ad augmenti terminum, ac ꝑ hoc in merito augmenti in termino, clauditur meritum omnis augmenti, magis q̄ econtra: quia terminus augmenti neceſſario infert omnia p̄cedentia, & non econuerſo, ut patet in deficientibus a termino. Qui enim meretur epiſcopatum, meretur ſacerdotiū proximum. Vnde ad rationem in oppoſitum dř, q rō aut eſt ex quatuor terminis, aut habet falſam minorem: qm̄ conceſſa maiore, cum dicitur in minore, quòd remiſſe vtens habitu, non utitur eo debito modo, aut intendit per ly, debito modo, idē ꝙ bene: & ſic minor eſt falſa, quia utens habitu charitatis remiſſe, bene eo utitur: quod ex hoc patet, ꝙ ꝑ illū actū meretur uitam æternam. Iam enim etiam ipſe conceſſit, quòd quolibet actu charitatis meremur uitam æternam. Aut intendit per ly, debito modo, idem ꝙ adæquate & ſic argumentū eſt ex quatuor terminis, & nihil concludit, dum in maiori aſſumitur, quòd ſolus bene utēs acceptis, dignus eſt accipiendis: Et in minori non ſubſumitur, Sed remiſſe agens nō bene utitur acceptis: ſed ſubſumitur, Sed remiſſe agens, non adæquate utitur acceptis &c. Nihil ergo obſtant ſua obiecta.

¶ In rńſione ad ſecundum in eodem articulo Durādus occurrit ibidem, uolens ꝙ habitus acquiſitus per quemlibet actum ſequentem augeatur: quia par rō eſt de omnibus, & quia par rō eſt de intenſione formarū in naturalibus, & habituum in aīa: ita ꝙ ſicut unico actu generatur calor, & qualibet ſimili calefactione augetur, ita in anima unico actu generatur habitus, licet per modum diſpoſitionis, & quolibet ſimili actu augetur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ iſta quæſtio directe ſpectabat ad tertiū art. q. 52. in prima ſecundæ: ſed nō occurrit tunc Durandus. Vnde nunc breuiter dř, ꝙ lōge diſtat natura habitus in generatione & intēſione, a naturis qualitatū naturaliū, ut patet ex eo, ꝙ naturalia nō poſſunt aſſuefactione cāri, vt dř in ſecundo Eth. Si infinities namq; proijciatur lapis ſurſum, nō aſſueſiet aſcenſui, aut diſſueſcet deſcēdere. Cōſtat aūt aſſuetudinē & dſſuetudinē, multitudinē ſimiliū actuū importare. Et ꝑ hoc patet quā eſt differētia inter generationē naturaliū qualitatū, & habitualiū. & ſimile eſt de intētionibus earundē. Vt tū ex ſenſibilibus doctrina fiat, ſcito ꝙ qa unumquodq; cū patiť, diſſimile actiuo eſt, paſſum aūt ē ſimile, ut dř in 2. de aīa, & ꝑpea calidi exiſtentes nō ſentimus calidū extrinſecum, niſi excellat noſtrū eſſe calidum: ideo in aīa noſtra cū potētia ad eſſe manſuetum deducēda ē ad actū, oportet in principio diſſimile eſſe manſuetudinis rōni, ſeu actiuo. Cum aūt in aliquē manſuetudinis deducta eſt puta, in primū gradū, poſtea ꝑ actus ſimiles præcedētibus, ſic ꝙ non ꝑcedunt a maiori rōne, ſeu actiuo manſuetudinis, q̄ unius gradus, potētia animæ ad eſſe manſuetum non patitur ab eis, utpote a ſimilibus. Sed cum actus adueniūt a maiori ratione, ſeu actiuo manſuetudinis, tūc utpote diſſimilis, patiť, & paſſa fit ſimilis, dum fit in actu ſecundi gradus, & ſic deinceps. Et q̄ diximus de manſuetudinis habitu, ſimile eſt in alijs. Et ex hoc patet quanta ſit differentia inter actus alicuius habitus, puta, manſuetudinis quoad uim intenſiuam eiuſdem. Nam actus remiſſi quodammodo diſponunt ad augmentum, & quodammodo ad diminutionem. Inquātum. n. exercent habitum illum, utpote illi ſimiles, licet non perfecte, firmāt, aut firmū cōſeruāt habitum. Inquantū uero deficiunt a ſimilitudine pfectionis habitus inclināt ad imperfectiorē gradū habitus, qđ eſt diſponere ad diminutionē. Simile. n. ad ſimile inclinat. Actus aūt adæquati habitui, qui habeť, diſponunt ad augmentum habitus, dum & illum firmant, aut conſeruāt in ſuæ pfectionis gradu, utpote perfecte ſimiles perfectioni habitus, & aīæ potentia per hoc propinquior redditur ad ulterioris pfectionis gradum eiuſdem habitus. Actus uero excedentes pfectionem habitus uirtute actiui principij ipſius habitus exceſſum habētes, augent, ſeu intendunt ipſum habitum. Tūc enim potentia animæ, q̄ diſſimilis actiuo erat manſuetudinis in tali gradu, patitur ab illius actiuo per actus ab illo actiuo prouenientes, ſecundum quod excedit paſſiuū adhuc nō plene aſſimilatum ſibi, & fit ei ſimilior. Ex his autem habes, quomodo ſit, uel non ſit inter naturalium & habitualium intenſionē eadem rō, & ꝙ actus eliciti habitus ut ſic, non augent habitū, ſed aliqui diſponunt ad diminutionem, & aliqui ad augmentum & ꝙ non eſt eadem ratio de omnibus actibus ſimilibus, ex q. bus fieri dř habitus. Et ꝙ illi ſoli actus ſimiles augent qui ab actiuo ſecundum id, quo excellit ſimilitudinem paſſiui ad eum procedūt. Hi ſiquidem actus ut ſic, ſunt diſſimiles in principio augmenti, & ſimiles in fine eiuſdem ipſi paſſo, & illius habitui, & ſic ſimile ſimili intenditur, & augetur. Patet demum ex his ſenſus articuli illius in prima ſecundæ, & dictorū in eo. Ad hūc ſiquidē ſenſum oīa reducenda ſunt: qm̄ hic eſt quod quid erat rei huius, ut inductiue facile pōt manifeſtari. Vnde ex hoc patet, quare calidū ut quatuor, nō intēdiť, ſi apponatur ſibi calefactiuum

Porrect. per totum 129

ctiuum ut quatuor præciſe aut minus, quia ſcilicet nihil patitur niſi diſſimile: propter quod licet calefactiuum ut quatuor, ſit generatiuum calidi ut quatuor in ſubiecto diſſimili, non tamen eſt generatiuũ, nec augmẽtatiuum calidi in ſubiecto iam ſimili, ſcilicet calido vt quatuor. Cõuincitur autem hoc ex eo, ꝙ par 16 eſt de vno & eodem actiuo continuato tempore ꝓpinquo tali paſſo, & de alio eiuſdem rõnis, & uirtutis æqualis, appropinquato eidẽ paſſo, ut patet. Conſtat autem ꝙ A. calefactiuũ ut quatuor, poſtq̃ calefacit C. patiẽs ut quatuor, non amplius poteſt augere, ſed ſolũ conſeruare factũ. Si remoto igitur A. calefactiuo, appropinquet ipſi C. retinenti calorẽ ut quatuor, aliud calefactiuum, ut quatuor, puta B. non poterit intendere calorem inuẽtum in C. ſed conſeruare ũh. Et hinc patet ſolutio rationis Durandi, ſi cõtra hanc doctrinã afferatur. Patet. n. ꝙ non quodlibet agẽs, nec qlibet actus eiuſdem rõnis ſecũdum ſe potens habere effectum poſitiuum intendit, ſeu auget effectum inuentum, & rõ eſt ex defectu patientis. Deficit ſiquidẽ patiẽs proportionatum tali actiuo ad patiendũ ab eo, quia ſimilitudo iã poſita inter ſubiectũ & actiuum, eſt naturale impedimentum, ut hoc patiatur ab illo, niſi forte conſeruatiue.

* Ber. in Ser. 2. de purif. in fine illius id habet expreſſe. Hoc autẽ ĩnuit Grego. 3. homil. in Exe. a medio.

SVPER QV. XXII. ART. VII.

Concluſ. m

Eg. 1. ſ. diſt. 17. q. 4. 2. princi.
Capr. 1. di. 17. q. 2. art. 2. con. 1.
Ban. eodem art.
D Bon. d. 17. q. 4. ar. 1.

IN art. 7. eiuſdem quæſtionis occurrit primo dubium ex Scoto in 3. ſententiarũ d. 13. q. 1. formante ex tribus illis, ex quibus terminari augmentum formæ in litera dr̃, tres rõnes, vt ipſe dicit, ad oppoſitum. Prima ex parte formæ eſt. Charitas eſt quædam participatio Dei. ergo ſecundũ aliquem gradum determinatum, partem capit infinitæ charitatis Dei: alioquin poſſet concludi, ꝙ calor, & quæcũq; talis forma poſſet eſſe infinita, quia quælibet forma eſt participatio infiniti. Secunda eſt ex parte efficientis, quia efficit de nihilo naturam limitatam. Tertia eſt ex parte capacitatis, tum quia licet capacitas ſit reſpectu formæ ſecundum quemcumq; ſui gradum non tamen capacitas alicuius finiti eſt ad formam infinitam: tum quia falſum eſt capacitatem augeri per charitatem, quia forma non dat materiæ aliquid pertinens ad propriam cauſalitatem ipſius materiæ. ergo nõ auget capacitatem reſpectu ſui. Aſſumptum probatur, quia poſterior cauſa non dat priori aliquid pertinẽs ad propriã eius cauſalitatẽ. Quòd ſi dicatur, ꝙ charitas ſecundũ unum gradũ auget capacitatẽ nõ reſpectu ſui, ſed alterius gradus. Contra. Charitas in quocumq; gradu, eſt forma eiuſdem rationis. ergo capacitas eius in quocumq; eſt eiuſdem rationis. ergo non poteſt capacitas aliqua augeri per aliquam charitatem receptam, ſed tota præſupponitur naturaliter.

F ſat per actũ charitatis: ſed quilibet actus uirtuoſus[h] operat̃ ad virtutis gẽnerationem. ergo ẽt quilibet actus charitatis operatur ad charitatis augmentum.

¶ 2 Præt. Grego.* dicit, ꝙ in uia Dei[h] ſtare, retrocedere eſt: ſed nullus dũ mouet̃ actu charitatis, retrocedit. ergo q̃cũq; mouetur actu charitatis, procedit in via Dei. ergo quolibet actu charitatis charitas augetur.

SED CONTRA eſt, ꝙ effectus non excedit uirtutẽ cauſæ: ſed qñq; aliquis actus charitatis cũ aliquo tempore, uel remiſſione committitur. non ergo perducit ad excellentiorẽ charitatẽ, ſed magis diſponit ad minorẽ.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ augmentũ ſpũale charitatis quodãmodo ſimile eſt corporali augmento. Augmentum aũt corporale in aĩalibus, & plantis nõ eſt motus cõtinuus, ita. ſ. ꝙ ſi aliquid tm̃ augetur in tãto tẽpore, neceſſe ſit ꝙ proportionaliter in qualibet parte illius tẽporis aliquid augeat̃, ſicut contingit in motu locali: ſed ꝑ aliqd̃ tẽpus natura operat̃ diſponẽs ad augmẽtũ, & nihil augens actu, & poſtmodũ ꝑducit in effectũ id, ad qd̃ diſpoſuerat augẽdo ipſũ aĩal, vel plãtã ĩ actu: ita ẽt[m] nõ quolibet actũ charitatis charitas auget̃, ſed qlibet actus charitatis diſponit ad charitatis augmentũ[a], inquãtũ ex uno actu charitatis hõ reddit̃ prõptior iterũ ad agẽdũ ſm charitatẽ, & habilitate creſcẽte homo prorumpit in actum feruentiorem dilectionis, quouſq; conetur ad charitatis profectum, & tunc K charitas augetur in actu.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ qlibet act[9] charitatis meret̃ uitã æternã, nõ qdẽ ſtatim exhibẽdã, ſed ſuo tẽpore. Similr̃ ẽt quilibet actus charitatis meret̃ charitatis augmentũ, nõ tñ ſtatim augetur, ſed qñ aliquis conatur ad hmõi augmentum. G

AD II dicendũ, ꝙ in generatione uirtutis acquiſitæ nõ qlibet actus cõplet generationẽ uirtutis, ſed quilibet operatur ad eã ut diſponens, & ultimus, q̃ eſt ꝑfectior agens, in uirtute omniũ præcedentium, reducit eã in actum, ſicut ẽt eſt in multis guttis cauantibus lapidem.

AD III dicẽdũ, ꝙ in uijs Dei H ꝓcedit aliqs nõ ſolũ dũ in actu charitas eius auget̃, ſed etiã dũ diſponitur ad eius augmentũ.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Charitas augeatur in infinitũ.

AD SEPTIMVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ charitas non augeat̃ in infinitũ. Omnis enim motus eſt ad aliquem[h] finem & terminũ, vt dr̃ in 2. * Metaph. ſed augmentum charitatis eſt quidã motus: ergo tendit ad aliquem finem & terminum. ergo charitas I in infinitum non augetur.

¶ 2 Præt. Nulla forma excedit[h] capacitatem ſui ſubiecti: ſed capacitas creaturæ rationalis, q̃ eſt ſubiectũ charitatis, eſt finita. ergo charitas in infinitum augeri non poteſt.

¶ 3 Præt. Oẽ finitũ, ꝑ cõtinuum augmẽtũ põt ꝑtingere ad quãtitatẽ alterius finiti q̃tumcũq; maioris: niſi forte id qd̃ accreſcit per augmentum, ſp ſit minus, & minus, ſicut Philoſ. dicit

¶ Præt. Poſſe habere gratiam ſecundum augmẽtum, ineſt homini a natura aĩæ, ita ꝙ iſta potẽtia fundatur in natura animæ, ita ꝙ nihil eam mutat, nec auget, uel minuit, quamcumq; formã recipiat: ſed ſumma, uel minima eſt ante omnem formam receptam.

¶ Dubiũ alterũ occurrit ad hominẽ, authorẽ. ſ. An intẽdat hic, ꝙ charitatis augmentũ nõ ſolũ in uia, ſed ſimpliciter & abſolute põt eſſe in infinitũ, ſicut contingit in numeri augmento: An intendat ſolũ de charitate ĩ ſtatu uiæ. Eſt autẽ rõ dubij ex dictis hic, & alibi. Ex dictis quidẽ hic: quia titulus articuli eſt de augmento charitatis abſolute: cõcluſio uero reſponſiua eſt de augmento charitatis in uia. Ruſus ratio eſt de forma charitatis abſolute, ut oſtendunt illa verba. Ipſa enim charitas ſecundum rõnem propriæ ſpeciei, terminũ augmẽti nõ habet: eſt enim participatio quædã infinitæ charitatis, q̃ eſt Spiritusſanctus. Cum iſta ratio ſit de charitate abſolute, nõ magis concludit de charitate in ſtatu viæ, q̃ patriæ, quantũ eſt ex parte charitatis, ac ꝑ hoc aut concludit de ipſa abſolute, aut nihil ualet, ꝙ cõcluſio tamen eſt de charitate in hac uita.

Porrecta per titum.

130

3. d. 17. q. 2. ar. 4. Et vit. q. 1. a. 11. ad 17. & q. 2. ar. 1. ad 10.

* Libr. 2. text. 8. & 9. 10. 5.

¶ Ex dictis autẽ alibi, quoniam author expreſſe inferius in tertia parte quæſtio. 7. art. 9. & 10. & 12 tenet in anima Chriſti ſummum gradũ gratiæ ſecundum quantitatem intenſiuam. Conſtat enim idem eſſe iudicium de charitate & gratia, cum æqualiter augeri credantur. Hic autem oppoſitum litera ſonat. Nam ſi datur ſumma charitas, poſſibilis terminus charitatis augmento ex intrinſeco ponitur, cuius oppoſitum hic dicitur. ¶ Ad horum euidentiã ſcito, ꝙ litera aliud in ſuperficie præſefert, & aliud in ueritate ſignificat. Sumptũ namq; ex hac litera uidetur, quòd charitas ſecundum hanc doctoris ſententiã poteſt abſolute in infinitum augeri, ſicut numerus: ita ꝙ ſicut nõ eſt dabilis ſupremus numerus, ſed quocumq; dato poteſt dari maior, ita nõ ſit dare ſupremam charitatem, ſed quacumq; data poſſit dari maior. & iſte ſenſus maxime uidetur ſumptus ex prima ratione literæ. ſ. ex parte formæ. Iuxta hunc ſenſum accepit Scotus, acceperũt Thomiſtæ, inter quos forte ego aliqñ fui. Sed iſte ſenſus ſiue ſit verus, ſiue falſus quãtũ ad ſententiã cõ-

tentam

in 3. Phyſ. quod ſi uni lineæ addatur, quod ſubtrahitur ab alia linea, quæ in infinitum diuiditur, additione facta, nunquàm pertingeretur ad quandam determinatam quantitatem, quæ eſt compoſita ex duabus lineis diuerſis, ea ſcilicet ex qua additur, & ea cui additur, quod B ex alia ſubtrahitur: quod in propoſito non contingit. Non.n. neceſſe eſt, vt ſecundùm charitatis augmentum ſit minus, q̃ primum: ſed magis probabile eſt, ꝙ ſit æquale, aut maius. Cũ ergo charitas patriæ ſit quiddã finitum, ſi charitas viæ in infinitum augeri poteſt, ſequi-

ſententiam ſuam ex litera non hẽ. Et quidem ꝙ concluſio literæ A hoc non dicat patet, q͂a de charitate in ſtatu viæ manifeſte loquitur. Quòd aũt rõnes literę hoc non dicãt, diſcurrẽdo p ſingulas, patet. Prima quidẽ rõ ex parte formæ, q̃ maxime hoc vẽ dicere, non dicit. Nã in litera non dr̃, ꝙ charitas terminũ augmenti non hẽt. ſed interponit nota ſpecificatiua, ſignificãs ſecundum quam rationẽ terminus augmenti negatur a charitate, ita quòd propoſitio literæ non eſt affirmatiua latitudinis infinitæ in charitate, nec negatiua abſolute termini augmẽti i charitate, ſed eſt negatiua termini augmenti in charitate ſecundũ rõnẽ propriæ ſpeciei. Iacet.n. ſic. Ipſa.n. charitas ſecundũ rõnem propriæ ſpeciei, terminum augmenti non habet. Et eſt ſenſus, ꝙ charitas quãtum eſt ex ratione propriæ ſpeciei, non hẽt terminũ augmenti. Et fuit forte cã erroris non uti in propoſito diſtinctione illa de ly, ſecundũ, qñ tenetur ſpecificatiue, & qñ reduplicatiue. Creditum.n. eſt, ꝙ ly, ſecundum rationem propriæ ſpeciei, teneatur reduplicatiue, & reddat rationem repugnantiæ prædicati ad ſubiectum, ut ita ſit dictum. Charitas ſecundum rationem propriæ ſpeciei non habet terminum augmenti, ac ſi dictum fuiſſet. Charitas ſecundum rõnem propriæ ſpeciei non habet auerſionẽ ab incommutabili bono, quia charitati, inquãtum charitas eſt, repugnat huiuſmodi auerſio. Non ſic autem, ſed ſpecificatiue accipiendum eſt, quòd charitas ſecundum rationem propriæ ſpeciei non habet terminum augmenti, ſicut cum dicitur, Chari- C tas ſecundum rationem propriæ ſpeciei non habet cõnexionẽ cum fide. Significatur enim non quòd charitati, inquantum charitas, repugnet connexio cum fide, ſed quòd charitati, ut habet ſuam ſpecificam naturã, non cõuenit connexio cum fide, cum quo tamen ſtat, ꝙ aliunde ſibi competere poſſit talis connexio. Et ſimiliter in propoſito ſignificatur, quòd charitas ſecundum quod habet ſuam ſpecificam naturam, non hẽt terminum ſui augmenti, cum hoc tamen ſtat, quòd ſecundum aliam rationem habeat terminum ſui augmenti. Et ut clare pcipias literam, memento quòd in perfectionibus ſimpliciter, puta, ſapientia, ſcientia, & aliis huiuſmodi, de quarum numero conſtat eſſe charitatem, quæ in Deo inuenitur formaliter, D & in creaturis conſueuimus diſtinguere rationem genericam, ſeu communem, & rationem differentialem, ſeu propriam, & cum loquimur de ipſis ſecundum proprias naturas, intendimus de rationibus propriis, ſeu differentialibus, & tunc perſpicies, quòd charitas ſecundum rationem propriæ ſpeciei idem ſignificat, quòd charitas ſecundum propriam, & differentialẽ rationem, qua inter perfectiones ſimpliciter computatur. Et uidebis, quòd quia ſecundum hanc rationem participatio eſt infinitæ charitatis, ſicut noſtra ſapientia eſt participatio infinitæ ſapientię, & noſtra ſcientia participatio infinitæ ſcientię, non habet ex hac parte terminum augmenti, ſicut nec ſapientia, nec ſcientia. Et cum hoc perceperis, reſtat ut uideas hũc ſenſum eſſe intentum in litera. Videbis autem hoc, ſi ſuppoſueris doctrinam hanc eſſe ueram. Hoc enim ſuppoſito, ſcrutare rationem redditam in litera, quare non habet ſecundum rationem propriæ ſpeciei terminum augmenti, quia ſ. eſt participa- E tio infinitæ charitatis diuinæ. Ex hoc enim non cõcluditur, ꝙ repugnet ei terminus augmenti, ut patet de ſapientia, quæ ſecundum rationem propriæ ſpeciei eſt participatio infinitæ ſapientiæ. Et conuincitur ratione: quia ex eſſe participationẽ formaliter alicuius perfectionis infinitæ, non ſequitur neceſſario repugnantia ad habere terminum ſimpliciter perfectionis intenſiuæ: ſed ſequitur neceſſario, quòd inde non habet, ꝙ habeat terminum ſuæ perfectionis intenſiuæ. Et quia hoc eſt clarum & conſtans, ideo author pertranſiuit, non putans uerba ſua in alio accipienda ſenſu.

¶ Sed reſtat adhuc dubium ex duplici capite. Primo, quia iuxta hunc ſenſum author nõ concludit charitatem in ſtatu viæ poſſe augeri in infinitum. Nam ex hoc ſenſu non ſequitur charitatem uiæ non habere terminum, ſed nõ habere terminum ex ſua ratione ſpecifica. Et hoc etiã non magis eſt de charitate in uia, quàm in patria, verum. Secundo, quia author diminutus fuit in enumerando modos, quibus imponitur terminus augmento formæ, & ſic male intuliſſet: unde relinquitur, ꝙ charitatis augmẽto nullus terminus pfigatur in hac uita, aut male ſub primo ſubſumptum eſt. Nam cum in litera proponuntur tres modi, quibus terminus augmento formæ præfigi põt, & primus dr̃ ex parte formæ, q̃ habet terminatam mẽſurã &c. uel intendit per habere terminatam menſuram hoc, quod eſt formam eſſe finitæ latitudinis: uel hoc, quod eſt formã quantum eſt ex parte rõnis formalis ſpecificæ habere finitã latitudinẽ. Si primo mõ, ut ipſa uerba teſtantur, tunc male ſubſumitur de charitate cum illa ſpecificatione, ut expoſitũ eſt: q͂a ſub rõne ſimpliciter latitudinis finitę formę in cõi, ſubſumi dẽt rõ ſimpliciter latitudinis finitæ, uel non finitę talis formę, puta, charitatis, & non rõ cũ ſpecificatione reſpectu latitudinis talis formæ, ut tu expoſuiſti. S ſecũdo modo, tũc author diminutus inuenit: quia pter hos tres modos inuenitur quartus, ſ. ſi ex intrinſeco abſolute uendicat ſibi forma latitudinem finitam. Secundum hunc autem modum ponitur charitas latitudinis finitæ, & dat charitas in ſummo &c.

¶ Ad primũ horũ dr̃, ꝙ nulla illarũ triũ rõnũ eſt rõ totalis, ſed q̃libet partialis: ita ꝙ quęlibet concludit, ꝙ quantum eſt ex illa parte, charitas uiæ non habet terminum, ut patet de rõne ex parte agentis, & ultima ex parte ſubiecti: ſed oẽs inferũt, ꝙ charitas uiæ non habet terminum per locum a ſufficienter enumeratis modis, quibus poteſt augmentum formæ terminari.

¶ Ad ſecundum autem, quod difficilius eſt, dicitur, quòd author cum proponit modos terminandi augmẽtũ formæ in cõmuni, ſub primo mõ comprehendit oẽm modum, quo forma ex intrinſeco hẽt terminatã menſurã: & non limitat ſententiã ſuam ad ſpeciales modos, an ſ. ex intrinſeco communi, uel ſpecifico: an cum trãſitu ad aliam formã, ut in ſpeciebus mediis, ut patet in exẽplo de pallore: an ſine tranſitu ad aliã ſpeciẽ, ut in augmento ſpecierum extremarũ, poſt cuius fines non contingit amplius progredi, ut in augmento nigredinis nõ eſt vltra moueri poſt ſummam nigredinẽ. Et quia ſic communiter, & non limitate proponit primum modum terminandi augmentum formæ, patet ꝙ licuit ſub huiuſmodi cõi ſubſumere quodcunq; particulare contentum ſub illo communi. Et ſic nec diminutus fuit author in proponẽdo, nec diuertit in ſubſumendo: ſed ſicut ex agẽte proximo, & ſubiecto diſpoſito, ita D ex parte propriiſſimæ rõnis charitatis oſtẽdit charitati viæ nõ cõpetere terminum augmento. Nec oportuit authorem diſcutere, an charitas habeat terminũ augmenti abſolute, q͂a cõſtat ꝙ ad charitatẽ uiæ, de qua loquebatur, non ſpectat terminus charitatis abſolute. Nec hoc tacuit, quoniam in reſpõſione ad primum expreſſe dicit, ꝙ motus augmenti charitatis, licet non ſit ad terminum in uia, eſt tamen ad terminum in patria.

¶ Ex his autem ad principalia dubia reſpondendo ad primum ex Scoto dicitur, ꝙ licet concluſio, quam ex illis rationibus elicit, non ſit intenta ab authore, ac per hoc non oporteat ſolicitari de argumentis ſuis contra concluſionem: inquantum tamen contra intentum afferri poſſunt, ſoluenda ſunt. Vnde ad primam rõnem dr̃, ꝙ non eſt par rõ de calore, & ſimilibus, & de charitate: quia charitas eſt participatio infiniti cum conuenientia formali, calor autem non, ut patet. Non enim in Deo eſt calor formaliter, ſed bene Deus charitas eſt formaliter.

E ¶ Ad ſecundam uero ex parte agentis dicitur, ꝙ litera non infert ex infinitate agentis infinitatem formæ, quæ ſit, ut arguẽs aſſumit, obiiciens ex hoc, ꝙ Deus de nihilo creat potentia infinita, non tñ forma quælibet creata eſt infinita. Sed author ex infinitate agentis proximi charitatis infert, ꝙ quantum eſt ex parte agentis non habetur terminus augmenti: qd clarum eſt.

¶ Ad tertiam autem ex parte ſubiecti, quæ tam uehemẽter impugnatur, dicitur, ꝙ prima obiectio non eſt contra intentã cõcluſionem: quia non ponit author charitatem infinitam intẽſiue ex hac litera. Secunda autem falſe, aut æquiuoce de capacitate loqui uidetur. Eſt.n. in anima, ſicut & in materia, potentia remota, & proxima, hoc eſt, potentia ſubiecti nuda ſecũdũ ſeipſam, & eſt ipſamet diſpoſita per aliquam ſuperuenientem diſpoſitionem ad talem formam, ut patet in naturalibus. Et licet potentia ſubiecti ſecundũ ſeipſam non uariet, aut augeat, aut minuatur, niſi ſubiecti natura uarietur: potentia tñ eadem ſecundum diſpoſitionem uariatur, & fit, & corrumpitur, & augetur &c. Et hoc intendit litera dicendo, quòd charitas auget habilitatem ſubiecti ad ulterius augmentum. Reddit enim potentiam animæ magis diſpoſitam, ut propinquiorem vlteriori gradui, quam erat prius. Et hoc per ſe notum etiam

ad ſenſum. Res enim quanto calidior, tanto diſpoſitior eſt, & F propinquior ulteriori gradui caloris. Minus enim diſtat a decimo gradu caloris potentia reducta in actum ſeptimi, quàm reducta in actum quinti, & ſic de aliis. Cum igitur dicitur, quòd forma non dat materiæ aliquid pertinens ad propriã cauſalitatem materiæ, negatur ſimpliciter: quia forma diſponẽs dat materiæ eẽ ſubiectũ propinquius reſpectu eius, ad quod diſponitur ſubiectum. Et ad probationem, qua dicitur, quòd poſterior cauſa nõ dat priori, negatur uniuerſaliter: quia de cauſa diſponente priorem per ſui aduentum, falſa eſt euidenter.

¶ Ad primam autem obiectionem contra reſponſionem ibi datam, quæ eſt ex litera ſumpta quo ad hoc, quòd ſcilicet charitas auget habilitatem reſpectu ulterioris gradus, dicitur negan G do ſequelam de capacitate proxima: quia licet charitas ſit in quolibet gradu eiuſdem rationis ſecundum ſpeciem, non tamen eſt eiuſdem perfectionis infra latitudinem illius ſpeciei. Et propterea capacitas proxima eſt ẽt eiuſdem rationis ſecundum ſpeciem, & augetur infra latitudinem ſpeciei illius. Et ne fiat uis apparentiæ in uerbo augmenti, uel diſtinguito, ꝙ capacitas non eſt unica, ſed duplex, ſcilicet remota, & proxima, & quòd prima eſt eiuſdem rationis & non augetur: ſecunda eſt etiam vnius rationis, ſed non perfectionis, & augetur, & quòd prima & ſecunda inter ſe diſtinguuntur non ſolũ ratione ſpecifica, ſed generica: quia uoluntas eſt in ſecundo genere qualitatis, & charitas in primo, & ſic uide de qua capacitate loquitur &c. Vel, & doctius, concedito conſequentiam primã & negato conſequentiam ſecundã: quia nõ dicimus, propriè loquẽdo, quòd aliqua capacitas augetur, & aliqua non: ſed dicimus quòd capacitas animæ, quæ ineſt animæ ſecundum naturam H ſuam, licet ſecundum ſeipſam in ſe ſit immutabilis, eſt tamen ut ſuſceptiua ulterioris charitatis mutabilis per diſpoſitionẽ propinquam magis ipſam reddentem tali gradui. Et ſimiliter tota & ſumma præſupponitur ſecundum id, quod in ſe eſt ſecundum ſe, & non ut ſuſceptiua ulterioris gradus. Sic.n. nõ tota, nec ſumma, ſed ſolum fundamentum capacitatis præſupponitur: quoniam integratur & perficitur ex charitate minori, capacitas, ſeu habilitas ad maiorem. Et per hoc patet clare reſponſio ad ultimum ex authoritate Auguſtini.

¶ Ad ſecundum dubium principale dicitur, quòd author intẽdit de augmento charitatis ſecundum ſtatum uiæ tantum, & non de augmento charitatis abſolute. Et rõ eſt, quia de augmẽto charitatis abſolute loquendum erat in tractatu de gratia animæ Chriſti, qui fuit uerus comprehenſor ab initio, & non eſt ei data gratia ad menſuram. Et licet titulus articuli non arctetur ſecundum verborum ſonum ad charitatem uiæ, ordo I tamen tituli ad præcedentes & ſubſequentes aperit, quòd de charitate imperfecti ſtatus quærit. Poſtea enim quæritur de pfectione &c. Nec propterea uilis appareat tibi quæſtio etiam de charitate uiæ, quia hoc ſingulare declaratum eſt, quòd in infinitum eſt augmentabilis in uia. Nec obſtat, quòd prima ratio ſe teneat ex parte propriæ differentiæ charitatis, quæ conuenit ei abſolute, ſicut nec quòd ſecunda ſe teneat ex parte agentis proximi infiniti, qui etiam eſt eius author, nõ ſolũ in uia, ſed in patria. Non enim eſt ex extraneis, nec ex communibus procedere, a uirtute proximi agentis, differentiæ propriæ ratione procedere ad ipſam in aliquo ſui ſtatu. Et ſcito quòd proceſſus literæ eſt iſte. Præuidens author, quòd charitas in ſtatu viæ eſt ſicut forma, in qua non contingit ſiſtere motum, eo quòd non poſſit ultra progredi: intuitus modos, quibus formis pertrãſibilibus (ut ſic loqui liceat) imponitur terminus, oẽs excluſit, ut ſic charitas uiæ remaneret augmentabilis ſine termino. Intuitus fuit primo, quòd licet forma media, puta, pallor, ſit aug K mentabilis, & pertranſibilis, terminus augmento eius ponitur ex menſura intrinſeca propriæ rationis, qua motus ducit in aliam ſpeciem. Et deduxit hoc non habere locũ in charitate: quia ex propria ratione non uendicat ſibi terminum. Intuitus ſecundo, quòd licet forma, puta, calor alicuius ſit augmẽtabilis, propter defectum tamen agentis non augetur, ut patet iuxta paruum ignem, ſed terminus augmẽto ex quantitate actiui imponitur: ex infinitate uirtutis diuinæ, quæ eſt proximum agens charitatẽ, deduxit non imponi ſic terminum charitati uiæ. Intuitus demum, ꝙ licet forma, puta, calor ſit augmentabilis, & agens poſſit augere, ſubiecti tñ, puta, aeris incapacitas terminum ponit augmento, ita quòd ſi amplius ageret ad augendum, corrumperetur ſubiectum, puta, aer cum ſuo calore, vt patet. Ex concreſcente habilitate ſubiecti ad augmẽtũ charitatis in uia, deduxit charitatem uiæ nõ ſortiri hinc terminũ, & ſic nullo modo terminando concluditur in uia. Quot autẽ

tur, ꝙ charitas viæ poſſit ſibi adæquare charitatẽ patriæ, qđ eſt inconueniens. nõ ergo charitas viæ in infinitũ põt augeri.

SED CONTRA eſt, quod Apoſto. dicit ad Phil. 3. Nõ ꝙ iã acce

modis in patria terminetur, non eſt præſentis negotij.

¶ Ad obiecta demum ex aliis locis doctrinæ authoris dicitur, ꝙ charitati terminus imponi poteſt, & impoſitus eſt ex extrinſeco in charitate animæ Ieſu Chriſti. Nec huius oppoſitum hic dicitur, ſcilicet quòd charitas uiæ eſt augmẽtabilis in infinitũ. Quomodo autẽ hæc ſtent ſimul, in reſpõſione ad tertium literæ tractabitur.

¶ In eodem articulo in reſpõſione ad primum, dubium occurrit. Quo pacto charitatis augmentum in uia eſt in infinitum, & tamen eſt ad terminum in patria. Si.n. eſt ad terminum in patria, ſignetur ille gradus, & ſit A. cũ inter A, & datam charitatẽ in hoc uiatore ſit finita diſtantia, impoſſibile eſt, ꝙ augmentum medium ſit in infinitum. Nã augmentum in infinitum excedit omnem terminum datum. Ad hoc reſpondebitur poſt diſcuſſam reſponſionem ad tertium.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad tertium, dubium occurrit, de diuerſa ratione quantitatis in uia, & in patria. Videt.n. fictio, ꝙ forma qualis eſt charitas, quæ eſt qualitas ſpiritualis, ſit quanta quantitatibus duabus diuerſarum rationum: Vna ſiquidem quantitas eſt nota nobis, ſcilicet ſecundum latitudinem intenſiuam, ſicut in cæteris qualitatibus quæ intenduntur. Altera autem nõ apparet, nec aſſignatur. Et confirmatur, quia ex differentia aſſignata in litera inter charitatem uiæ & patriæ, penes cauſam, ſcilicet fidem, & viſionem, non ſequitur quantitas diuerſarum rationum in charitate, ſed quantitas imperfecta, vel perfecta, vt patet in aliis amicitiis. Ex imperfecta nãque, aut perfecta notitia amici non ſortitur amicitia quantitatem diuerſarum rationum, ſed diuerſæ perfectionis ſecundũ minus, & magis perfectum. Et confirmatur iterum, quia quãtitas charitatis in uia aut remanet cum quantitate illa, quæ aduenit in patria, aut non. Si remanet: igitur charitas remanet actu quanta ſecundum perfectionem intenſiuam duab. quantitatib. diuerſarum rationum, quod non eſt intelligibile. Si non remanet, quæratur quare corrũpitur, & a quo, & cui repugnat &c.

¶ Ad euidentiam huius conſiderandum eſt, quòd aliud eſt loqui de intẽſione formarum pure naturalium, ut calor, albedo, dulcedo, & huiuſmodi: & aliud de intenſione formarum animalium, ut uidere, audire, intelligere, uelle, & eorundẽ actuũ habitualium principiorum: augentur ſiquidem huiuſmodi habitus proportionaliter, ſicut actus. Formæ namque naturales unius tantum perfectionis intentiuæ latitudine cõtentę ſunt: formæ uero animales plures habent latitudines intenſiue ſuæ perfectionis, alteram ex parte ſubiecti, alteram ex parte obiecti, ut patet in ſenſu uiſus. Viſio enim perfectionis augmẽtum habet, ſecundum quod magis, ac minus ſubiectum approximatur, ſeruata proportione. Et ruſus perfectionis augmentũ habet, ſecundum quod magis, ac magis attentio uidentis eſt ad videndum illud. Et quod diuerſarum ſint rationum huiuſmodi perfectiones ex hoc patet, quòd quantumcũque creſcat uiſio ex maiori approximatione obiecti, non tamẽ oportet ꝙ creſcat ſecundum perfectionem attentionis, vt experiẽtia teſtatur. Ex his autem ad diuina aſcendendo dicimus, quòd charitas habet duplicem perfectionis latitudinem, alteram ex parte obiecti, ſcilicet ſecundum maiorem approximationẽ ad obiectum: alteram ex parte ſubiecti, ſecundum maiorem attentionem, ſeu expeditionem ſubiecti. Prima perfectionis latitudo conſiſtit in augmento charitatis ſupra expoſito. Secunda uero conſiſtit in augmento charitatis ex hoc, quòd anima expedita a uiſione ęnigmatica, & poſita in faciali uiſione Dei, in ipſum totaliter actualiter fertur, qđ impoſſibile eſt conuenire uiatori. Vnde quantũcumque aliquis proficiẽdo in hac uita, appropinquet ad Deum magis ac magis in charitate creſcendo, nunquã peruenire poteſt ad hoc, ut totaliter actualiter amet Deum, ſicut uidens illum facie ad faciem. Et propterea nunquã charitas uię poteſt adæquari charitati patriæ, quia alterius rõnis eſt pfectio illa: ſicut linea quãtũcunq; creſcat, nunquã ęquatur ſuperficiei.

¶ Sed tunc reſtat adhuc dubium, An charitas uiæ poſſit eſſe æqualis, uel maior ſecundum illam perfectionem ſe tenẽtem penes propinquitatem ad obiectum, charitate alicuius beati in patria. Verbi gratia, An charitas beatę Virginis in hac uita erat maior ſecundum illam quantitatem charitate angelorũ beatorum. Et eſt ratio dubij: quia ſicut quantitas lineæ unius poteſt eſſe multo maior ſecundum longitudinem, quàm ſit quantitas ſecundum longitudinem alicuius certæ ſuperficiei, licet nunquam poſſit æquari ſimpliciter quantitati ſuperficiei, ita forte poteſt eſſe in propoſito.

¶ Ad hoc autem dicitur, quòd cum charitas ſit eiuſdem rationis ſpecificæ in uia, & in patria, & charitas uiæ nõ ſe habeat ad charitatem patrię, vt nomen ad arborem, vel fructũ, quis ſic ſe

habeat

habeat quodammodo ad beatitudinẽ, ſed ſicut forma eiuſdẽ ſpeciei imperfecta ad ſeipſam perfectã. & quantitas perfectionis charitatis penes propinquitatem ad obiectũ, ſit eiuſdem rationis in uia, & in patria: & in quantitatibus eiuſdẽ rõnis, conſtat unam quantitatem infra latitudinẽ terminatam poſſe ab altera excedi, conſequens eſt, ut charitas uiæ in beata Virgine fuerit quãq; maior ſecundũ illam quantitatẽ, q̃ charitas angelorum, & quãq; q̃ charitas archangelorũ, & ſic deinceps: ſic tñ ut in ingreſſu patriæ intantum ẽt ſecundum hanc quantitatem ſeipſam in uia excreuerit, ut ad prædeſtinatam ſibi menſuram ſecundum donationem Ieſu Chriſti peruenerit. Numquàm tñ fuit in uia eius charitas æqualis ſimpliciter charitati minimi in patria, quia charitas patriæ eſt quanta duabus diuerſarum rationum quantitatibus, ad quarum alteram charitas uiæ non poteſt pertingere. Vnde ſimile eſt de augmento lineæ reſpectu ſuperficiei. Sicut enim linea nõ poteſt quantumcunq; creſcat, ad quantitatem ſuperficiei peruenire, poteſt tamen ſecundum unam dimenſionem excedere certam datam ſuperficiem: ita charitas uiæ numquàm põt adæquare charitatem patriæ, poteſt tamen ſecundum unam rationem excedere alicuius charitatem in patria exiſtentis.

* Sumiſ ex Augu. Pſa. 69. ſuper illud, Adiutor & protector es. 8.

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, quòd non eſt fictio, ſed ex naturis rerum notitia ſumpta, quòd forma animalis, ut actus & habitus habeant quantitates diuerſarum rationũ intẽſiuas. Quia enim ſecundum naturam ſuam dependet actus animalis huiuſmodi a duabus diuerſarum rationum, anima ſcilicet, & obiecto, non eſt mirum ſi habeat perfectiones diuerſarum rationum, & ambas intenſiuas.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd aliud eſt loqui de notitia amici imperfecta, uel perfecta eiuſdem rõnis, & de notitijs diuerſarum rõnum, puta uiſio facialis, & uiſio per ſpeculum, aut quodcumq; aliud repræſentatiuum. Sicut amicitia quãtumcũq; creſcat, nunquàm peruenit ad illam perfectionem, quam ex faciali conuerſatione nata eſt habere, ita eſt in propoſito.

¶ Ad tertiũm dicitur, ꝙ quantitas charitatis perſeuerat eadem numero in patria augumentata tunc uſq; ad terminum. Rationabile quippe eſt, ut uiſio Dei largiatur non ſolum alteram perfectionem totaliter, actualiter faciendo amare, ſed etiam ꝙ longe magis faciat amare, quàm prius ex parte obiecti, proportionaliter tamen ad præcedens meritũ in uia. Vnde adueniente ſecunda perfectione charitas prima etiam maxime augetur, proportionaliter tamen ad meritum, ita ꝙ tunc incipit maxime amare Deum & ex parte obiecti, & ſubiecti. Nec putes has perfectiones eſſe duas res ab inuicem realiter diſtinctas, ſed ſicut charitati idẽtificat realiter pfectio gradualis latitudinis ſecundũ acceſſum ad obiectũ: ita eidem charitati identificatur realiter pfectio gradualis latitudinis ſecũdũ attẽtionẽ, ſeu expeditionẽ ſubiecti, ſicut uiſioni corporali identificat realiter & pfectio, quã ex approximatione obiecti hẽt, & perfectio, quam ex attentione animæ ſortitur, & tñ eſt una ſimplex qualitas. Diuerſitas autem rationũ eſt, quæ facit diuerſas partiales rõnes unius totalis, ſimplicis tamen perfectionis, conſummatæ charitatis. Et quàmuis hæc uia pdictis ſatisfacere uideatur, ad dubium tamen motum in reſponſione ad primũ ſatisfacere non põt: quoniam ſi augmentum charitatis in uia fit per appropinquationem ad obiectum in infinitum, ſicut contingit ſecũdũ illã quantitatẽ in uia adæquare & excedere certum beatum, ita continget quantũ eſt ex natura augmenti, adæquare ſummam in Chriſto charitatem ſecundum hanc quantitatẽ: quod eſt impoſſibile. Vnde licet in commentarijs ſuper prima ſecundæ quæſt. 67. art. vltimo, hanc uiam inchoauerim, diligentius tamen meditatus, aliter dicendum puto.

¶ Ad cuius euidẽtiam ſcito primo, quòd charitas duplicem habet ſtatum, ſcilicet naturalẽ, & quaſi præter naturalem. Status naturalis charitatis eſt, eſſe illo modo, & ea perfectione, qua eſt in cœleſti patria. Status autem quodammodo præternaturalis eſt, eſſe ſicut eſt in uita hac. Probantur hæc. Et naturalitas quidem charitatis in patria patet ex ipſa natura charitatis, qua eſt amicitia inter hominẽ & Deum cõſequens communicationẽ deiformitatis. Conſtat enim, ꝙ amicorum eſt cõuiuere, & condelectari, quæ in ſola patria inter hominem, & Deum inueniũtur. Quòd uerò in hac uia præternaturaliter quodammodo ſit charitas, patet ex hoc, ꝙ charitas, uia nominatur ab Apoſtolo dicente. Adhuc excellentiorẽ uiã uobis demonſtro. & Quãdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino, quia per fidẽ ambulamus. Nec habemus manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Conſtat autem ꝙ non ſolum ciues in peregrinatione & uia, ſed etiam naturalia, cum mouentur ad ſua loca, aliquid habent præter naturalitatis adiũctum, ſ. eſſe extra locum ſuum. Exiſtente igitur duplici charitatis ſtatu, conſequẽs eſt, ut duplex quoq; ſit illius pfectio, quatenus unicuiq; ſtatui propria cõſonet perfectio. Et quoniã neutrius ſtatus perfectio conſiſtit in indiuiſibili, ſed latitudinem habet: nam charitas in uia augetur, & in paterna domo manſiones multas habet, oportet utrique perfectioni latitudinem conſonam, quantitatemque ſpiritualem conuenire. Et quoniam ſtatus uiæ, & patriæ non unius & eiuſdem, ſed diuerſarum rationum eſt, idcirco perfectiones conſequentes eos, ut diſtinguuntur ab inuicem, diuerſarum quoque rationum eſſe oportet. Sicut uniuerſaliter uidemus, quòd proprietates conſequentes res diuerſarum rationum, ut ſic, ſunt diuerſarum rationum. Scito ſecundò, quòd difficultas huius rei conſiſtit in aſſignando, quomodo ſunt diuerſarum rationum perfectio charitatis in uia, & perfectio charitatis in patria. Et quoniam de patria nihil ſcimus, niſi quãtum Dominus narrauit in ſcripturis populorum & principum, qui fuerunt in ea, ex his quæ audimus, nouimus quòd perfectio uiæ habet ſe ad perfectionem patriæ, ut perfectio puerilis ad uirilem, dicente Apoſtolo ad hoc propoſitum. Cum eſſem paruulus, loquebar ut paruulus &c. Et rurſum quòd ſe habet ut lux diei in ſtatu augmenti ad diurnam, dicente Salomone Prouerbio. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem. Habemus ſiquidem ex his quatuor, Primò diuerſam rationem perfectionis. Secundò, permanentiam utriuſque perfectionis ſimul. Tertiò, augmentum in infinitum ſecundum perfectionem uiæ. Quartò, quòd quantumcunque augeatur, ſemper eſt ſimpliciter minor charitate patriæ. Diuerſa imprimis perfectionis ratio patet ex hoc, quòd licet natura pueri & uiri, & ſimiliter lucis matutinæ, & perfecti diei, una & eadem ſit, perfectio tamen naturę in pueritia, & in uirilitate diuerſarũ eſt rationum, ut experientia teſte probat Apoſtolus. Et ſimile patet de lucis diuerſo ſtatu. Nam quòd perfectioni prioris ſtatus atteſtatur, imperfectionis eſſet in ſuccedente ſtatu, ut patet. Permanentia autẽ euacuatis his, quæ imperfectionis ſunt, clare liquet. Nam eadem natura cum eo perfectionis, quod in pueritia acquiſiuit, permanet in uiro: & eadem lux euacuata admiſta imperfectione in die perfecto inuenitur, ut iuxta Apoſtolum, charitas numquàm excidat: ſed cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte, id eſt, imperfectione eſt. Augmẽtum in infinitũ ſane intellectum, ut hic ſumitur, hoc eſt, ſemper habeat quo creſcat, non ſimpliciter, ſed durãte uia, Manifeſte quoque habetur, ſi aduertimus, quòd durante pueritia, ſemper habet homo quo creſcat: & ſimiliter durante ſtatu matutinali, ſemper habet lux quo creſcat. Hoc enim eſt hominem in pueritia, & lucẽ in mane, & charitatem in uia, poſſe creſcere in infinitum.

¶ Propter quod in litera eſt differentia inter charitatem, & formas medias, puta, pallorem, quarum augmentum non eſt coæuum motui ad terminum. Declaratum eſt augmentum charitatis in uia in infinitum, ac ſi diceret, quanto tẽpore durat uia ad patriam, durat & augmentum charitatis: ſicut quanto tempore durat pueritia, durat augmentum hominis: & quanto tẽpore durat mane, durat augmentum lucis. Non ſic enim eſt in formis medijs. Extenditur enim plus uia, quàm augmentum illius formæ, & quemadmodum implicat aliquem in uia non poſſe progredi (iam enim eſſet in termino, & ſimiliter hominem in pueritia non poſſe amplius creſcere, & lucẽ mane non poſſe creſcere) ita charitatem in ſtatu uiæ non poſſe augeri. Iã enim non eſſet in uia, ſed in termino, ſicut nec homo in pueritia, nec lux in mane. Et ex hoc patet quartum, ſcilicet, quòd quantumcumque charitas augeatur in uia, numquàm peruenit ad perfectionem patriæ, quia alterius ſunt rationis & iſtæ perfectiones. Sicut puer quantumcumque creſcat, numquàm ſtante pueritia peruenit ad perfectionem uiri: nec lux matutina ſtante mane ad perfectionem diei perfecti. Sunt enim, ut dictum eſt, perfectiones alterius rationis ... ad hoc quidem,

perim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem ſi quomodo comprehendam. vbi dicit * glo. Nemo fidelium & ſi multum profecerit, dicat ſufficit mihi. Qui enim hoc dicit, de uia exit ante finẽ. ergo ſemp charitas in uia poteſt magis, ac magis augeri.

RESP. Dicendũ, ꝙ terminus augmento alicuius formæ põt preſigi tripl'r. Vno mõ ex rõne ipſius formæ, q̃ hẽt terminatã menſurã, ad quam cum peruentũ fuerit, non põt ultra procedi in forma, ſed ſi vltra proceſſum fuerit, pueniet ad aliã formã. Sicut patet in pallore, cui' terminos p cõtinuã alteratio-

nē, aliqs trāſit, uel ad albedinē, vel ad nigredinem perueniens. Alio mō ex parte agētis, cuius virtus nō ſe extēdit ad ulterius augendū formam in ſubiecto. Tertio ex parte ſubiecti, qđ nō eſt capax ulterioris pfectionis. Nullo aūt iſtorū modorum imponit terminus augmēto charitatis in ſtatu uiæ. Ipſa.n. charitas ſēm rōnem propriæ ſpeciei terminum augmenti non habet. Eſt enim participatio quędam infinitę charitatis, quæ eſt

ſcilicet q; ſunt diuerſarum rōnum aſſimilitatæ in litera quantitati lineæ, & ſuperficiei, ſed nō eſt extēdenda ſimilitudo iſta. Non ſolum autem ex his habetur, q; charitas uiæ eſt ſimpliciter minor charitate patriæ, quod ēt ex lineæ, & ſuperficiei exēplo habeatur: ſed q; charitas uiæ ſecundum nullam quantitatē poteſt adæquare charitatē cuiuſcumque beati, ſicut nec lux matutina poteſt adæquare ſecūdum aliquam intenſiuam ſui perfectionem lucem pfecti diei, nec perfectio pueriłis pfectionē uirilem. Et rō eſt, qa perfectiones ſunt non ſolum hab.ntes ordinem originis, ſicut linea, & ſuperficies, ſed habētes ordinem viæ ad terminum, qui non eſt in linea, & ſuperficie. Non.n. protenſio lineæ terminabitur umquàm ad ſuperficiem: ſed ſicut pueritia ad uirilitatem, & lux mane ad perfectū diem, ita augmentum charitatis viæ ad perfectionem patriæ terminatur. Propter quod diuinus author in litera in reſponſione ad primum dicit, q; motus charitatis eſt ad terminū non hic, ſed in patria. Et quia non ſat eſt multis manifeſtaſſe, niſi radix, unde hæc conueniant de facto charitati, oſtendatur, dicendum eſt, q; in litera ponitur propria radix tam in Prima ſecundæ, q̄ hic. Et eſt differentia inter fidei lumen, & clarum diē cæleſtis patriæ, cum Deus amicus uidetur facie ad faciem. Ex hac enim eſſentualiter diuerſæ rationis cognitione hic, & in patria conſequitur charitas diuerſæ rationis accidentaliter, quæ conſtituit diuerſæ rationis ſtatum in charitate, & conſequenter perfectionem, & quantitatem, ut declaratum eſt.

G

¶His autem diſcuſſis, reſpondere argumentis non eſt difficile. Vnde ad primum dicitur, q; cum charitas ſit qualitas ſecundum naturam ſuam patriæ cæleſtis & ſecundum quādam inchoationem in uia conceſſa, ex hoc ipſo patet, quòd nō eſt fictio, ſed ex natura rei ſic communicatæ conſequens, q; habeat duas quantitates ſpirituales intenſiuas diuerſarū rōnum accidentaliter, ſicut homo habet pueritiam, & uirilitatem. Vtraq; enim habet ſuam propriam quantitatē perfectionis, & habitudinem, & ſtatū, & accidētaliter conueniunt homini abſolute. Et rurſus utraq; habet quantitatem molis diuerſarum rōnū accidentaliter, dum in puero ſemper eſt admiſta potentiæ: In viro autem pure in actu, conſiderando uirum ſecundum id quod perfectionis eſt, non prout ſeneſcere poteſt. Sic enim charitas habet ſtatus, latitudines, & quantitates diuerſarum rationum, vt patet ex dictis. H

¶Ad ſecundum dicitur ex eadem radice, q; quia charitas eſt amicitia connaturalis patriæ, non uiæ, niſi inchoatiue, ideo pfecta & imperfecta notitia amici diuerſarum rationum, uariat quantitatē ſecundum diuerſas rationes, non autem quæcumque differentia ſecundū perfectā, & minus perfectam notitiā. Sic autem eſſe in ppoſito patet: & ſimile uidetur in ſimilibus. I

¶Ad tertium iam dictum eſt, quòd remanet quātitas prior in ſuccedente, ſublato eo quod erat imperfectionis: ſicut in uiro remanet perfectio pueritiæ, iuxta doctrinā Apoſtoli, euacuatis his quæ erant paruuli. Sic autem remanere non eſt, proprie loquendo, duas quantitates, aut perfectiones diuerſarum rōnū remanere, ſed unam tantum ſimpliciter conſummate, retinētem alteram ſecundum id, quod perfectionis habebat. Et propterea non oportebat quærere cauſas, aut modum corruptionis primæ perfectionis & quantitatis, ſed imperfectionis admiſtæ, de qua non oportet ſollicitari: quia ſcriptum eſt, Cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

¶Ad dubium autem motū in reſponſione ad primum n.ō dicendum eſt, q; cū termino alterius rōnis ſtat infinitas motus augmenti non ſimpliciter, ſed ſecundum quantitatē uiæ. Verbi gratia, Cum hoc quòd augmentum pueritiæ terminatur ad virilitatem, quæ eſt alterius rōnis, ſtat quòd augmentum pueritiæ creſcat in infinitum ſimpliciter: quia ſic nunq̄ perueniretur ad uirilitatem, ſed infra latitudinem pueritiæ. Cōſtat.n. q; quamdiu quis eſt puer, ſemper habet quo creſcat, & quàmprimum creſcere non poteſt, puer amplius nō eſt. Et ſimiliter cum hoc, quòd lux matutina terminatur ad perfectum diem, ſtat q; augmentum lucis matutinæ ſit in infinitum, non quia in infinitum ſimpliciter creſcere poſſit, ſic enim nunquàm ad perfectum diem perueniret, ſed quia infra latitudinē lucis matutinæ ſemper habet quo creſcat. Si enim amplius creſcere non poſſet, matutina non eſſet. Hoc ergo modo accipiendum eſt, q; charitas in ſtatu uiæ poteſt augeri in infinitum. Ly enim, in ſtatu uiæ, eſt conditio determinans augmentum infra latitudi- K

F nem perfectionis propriæ ſtatui uiatoris. Et ppterea cum hoc, q; charitatis augmētum eſt ad certum terminum alterius rōnis, ſ. perfectionem patriæ, ſtat q; charitatis augmentum ſit in infinitum, non ſimpliciter, ſed in ſtatu uiæ, hoc eſt, infra latitudinem pfectionis uiæ. Sēper.n. habet quo creſcat charitas viæ. Et inter ſignatū terminū puta, pfectionē patriæ, & inchoatā charitatem uiæ in Paulo, ſicut non eſt motus augmenti in infinitū ſimpliciter, ita non eſt diſtantia infinita ſimpliciter. Sed ſicut eſt mot⁹ augmenti in infinitum infra latitudinem pfectionis viæ, ita eſt diſtantia in infinitum ſecundum latitudinem perfectionis uiæ. Et ſimiliter poteſt dici, q; inter inchoatā charitatem in hoc, & terminum in patria, eſt diſtantia finita ſimpliciter, propter quod per motum augmenti tandem peruenitur ad perfectum diem cæleſtis patriæ, ſed eſt infinita ſecundum latitudinem perfectionis uiæ, propter quod cōtingit motum in uia ſemper creſcere. Ex hoc igitur quòd eſt hic ſimpliciter finitas, & ſecūdum uiæ rationem infinitas, ideo & motus hic inchoatus ibi terminatur, & dum hic eſt motus, ſemp poteſt creſcere, quod ſignificatur per augmentum in infinitū in ſtatu uiæ. Nec fallaris demum Nouitie in declarationibus, & exemplis datis, quærens omnimodam ſimilitudinem: ſufficit enim proportionalis: Tota ſiquidem uia pręſentis uitę ſiue parua, ſiue magna ſit, proportionalis pueritiæ, & mane eſt. Quælibet quoque cæleſtis patrię manſio, ſiue excelſior: ſiue minus celſa ſit, proportionalis uirilitati & perfecto diei eſt.

¶Ex quibus omnibus collatis cum doctrina authoris tam hic, & in articulo ſequenti in reſponſione ad tertium ualde ad ppoſitum, quàm in quæſtione de uirtutibus, apparet q; multi in hac re diſputaſſe viri, non percipientes mentem authoris, ſed putantes apud eundē charitatē ſimpliciter augeri poſſe in infinitum, nec aduertiſſe, q; de charitatis perfectione non ſimpliciter, ſed in ſtatu uiæ author loquens, augmētum in infinitū, & ſemper creſcere poſuit. Vnde nihil mihi uidetur cum aduerſarijs tractandum, niſi unum, quō.ſ. cum augmento in infinitum charitatis in uia, ſaluetur proportionaliter augmentū in patria abſq; eo, quòd etiam in patria non poſſit charitas augeri in infinitum. Videntur.n. hæc ſibi inuicem aduerſari. Nam conſtat q; quanto maior eſt charitas in uia, tanto maior proportionaliter erit ēt in patria. Quantum.n. unus ſanctus excellit alterum ſecundum charitatem in uia, tanto proportionaliter excedit eundem in patria, etiam ſecundum charitatem. Et I propterea ſi in infinitum augetur charitas in uia, ita q; quocūque ſancto dato in uia, pōt in eadem dari ſanctior ipſe, uel alter in uia, alioquin non eſſet in uia, oportet cōſequēter dicere, q; etiā in patria charitas poteſt augeri in infinitum, ita q; quocumq; ſancto dato, poteſt dari ſanctior eſſentialiter. Et confirmatur hoc in angelis: quia ſupponendo, q; quocumq; angelo creato, Deus poſſit ſuperiorem creare, & q; charitas detur eis ſecundum capacitatem naturalium, ſequitur & q; charitas uię in eis ſit augmentabilis in infinitum iuxta augmentum naturalium, & quòd charitas patriæ in eiſdem ſit augmentabilis in infinitum proportionaliter ad augmentum charitatis uiæ in eiſdem. Quanto enim crearetur angelus ſuperior, tanto maiorem charitatem uiæ haberet. Et quanto maior eſſet charitas uiæ, tanto maior eſſet charitas patriæ.

¶Sed hoc dubium cū ſuis motiuis non aliunde ſoluendū eſt, ut etiā ex hoc oſtendatur ſoliditas doctrinæ, expoſito q; quid K eſt, reddentis rationem de omnibus. Scito igitur ex 3. Phyſicorum, quòd quia infiniti ratio non eſt ut ratio ſubſtantiæ, ſed accidētis, iō cōditiones infiniti infra ſubiectū latitudinem claudūtur. v. g. Ex hoc q; ponitur linea infinita, non ſequitur q; omnia occupet, aut q; nihil extra ipſam ſit: quoniam infinitas infra lineæ rationem clauditur, & ſimile eſt in alijs. Et hinc oritur differentia inter ea, quæ conſequuntur ad augmentum in infinitum alicuius abſolute, & ea quæ cōſequuntur ad augmētum in infinitum eiuſdem infra talem latitudinem. Nā ad alicuius, puta, lineæ abſolute augmentū in infinitum, ſequit' interminatio abſolute longitudinis, ſic q; non eſt dare lineam ita longā, quin poſſit dari longior. Ad Augmentum autem in infinitū lineæ infra latitudinem partium decidēdarum ab aliqua linea finita, non ſequitur longitudo interminabilis ſic, q; excedatur quæcumq; dabilis lōgitudo, ſed ſequitur longitudo interminabilis ſic, q; illa linea numq̄ erit ita longa, quin poſſit eſſe longior. Verbi gratia. Sint duæ lineæ tripedales, ſcilicet A.

& B.

Spirituſſanctus. Sľr ēt cā agens charitatem eſt infinitæ uirtuti, ſ. De⁹. Sľr ēt ᵈ ex parte ſubiecti terminus huic augmento pręfigi non pōt: quia ſemper charitate excreſcēte, ſup excreſcit habilitas ad ulterius augmentum.ᵈ Vnde relinquitur quod charitatis augmento nullus terminus præfigatur in hac uita.

Ad primum ergo dicēdum, quòd augmētum charitatis eſt ad aliquem finem, ſed ille finis non eſt in hac uita, ſed futura.

& B. dupliciter pōt. A. linea augeri in infinitum. Primo ſimpliciter, & ſic ſequitur, ꝙ excedit oēm finitam longitudinē vt patet. Scđo infra latitudinem infinitarum partiū, in quas pōt diuidi linea. B. eſt. n. diuiſibilis in infinitum, & ſic. A. linea ſic pōt augeri in infinitum, ꝙ nunquam erit ita longa, quin poſſit eſſe longior, eo ꝙ nūq̄ cōſummi pōt eius augmentū, ſicut nec diuiſio alterius. (D. 313.) Et quemadmodū hi duo modi augmēti tm̄ inter ſe diſtant, ut augmētum ſimpliciter ducat ad quantitatem infinitam, augmentum aūt ſcđm quid, non ducat ad quantitatem infinitam: ita ſi ponamus ſingulis partibus per ſingulas augmentationes acquiſitū reſpondere ſecundum aliquam proportionem puta, deculpam duabus alijs lineis, puta. G. quæ reſpondeat ipſi. A, ſecundum augmentum in infinitum ſimpliciter & F, quæ rēſpondet eidem. A. ſecundum augmentum infinitum ſecundum quid, uidebimus, ꝙ quantitas, G, eſt augmentabilis in infinitum ſimpliciter, & ducitur ad quantitatem infinitam. Quantitas autem. F, quàmuis ſemper in decuplo inueniretur maior quàm A, non eſſet tamen augmentabilis in infinitum, niſi ſecundum quid, nec duceretur ad quantitatem infinitam, ſed infra latitudinem quantitatis maioris in decuplo q̄ ſit B. linea, cuius ſingulæ partes in decuplo exceduntur a partibus ipſius. F. ex his quæ exempli cauſa, ut dicenda percipiant̃ attulimus dicendum eſt, ꝙ charitas, ut prædictum eſt, non ponit augmentalibus in infinitū ſimpliciter, ſed in uia, hoc eſt, infra latitudinem uiæ. Via enim inquantum uia, & terminatam quantitatem, & infinitum progreſſum in ea importat. Oportet **C** namque viam ad terminū ducere, niſi fruſtra ſit. & dū via durat ſemper protendi. Ac per hoc nec ſequitur, quòd ipſius quātitas ducatur ad infinitatem charitatis ſimpliciter, nec ſequitur, quòd quantitas charitatis reſpondentis ei in patria, ducatur ad infinitatem ſimpliciter, ſed quòd vel ducitur ad aliquā proportionalē perfectionem, rńdendo ſingulis gradibus augmēti in uia ſcđm aliq̄ proportionē, ut in augmento ſcđm quid lineæ declaratū eſt, qm̄ charitatis augmentū in uia nō eſt augmentum ſimpliciter, ſed ſcđm quid, quia extra ſtatum ſuum naturalem eſt ſub obſcura cognitione luminis fidei, uel reſpōdet ſic maior maiori, ut quantitas alterius rōnis, ita ut non ſit proportio ſecundum augmentum, ſed ſolum conſumatio ſecundum quantitatem inuentam. Declaro vtramq; reſpōſionē Prima rńſio concedit proportionalem exceſſum in patria iuxta exceſſum in uia, ſed negat in uia dari augmentum infinitū ſimpliciter, & propterea etiam negat illum in patria. Nec obſtat huic rńſioni, ꝙ ſimilitudo de augmēto lineæ ſcđm quid, reprobatur in propoſito, quia charitas non auget̃ ſemper ꝑ partes minores. Nō obſtat, inquam, quia ſimilitudo illa non affertur quo ad hoc, ꝙ eſt augeri per partem ſemper minorem, ſed quo ad hoc, ꝙ eſt ſemper augeri per aliquid quantum, non curando, an primo addito minus ſit ſecundum, & tertium minus ſcđo, ſed abſtrahendo ab hac comparatiua, ſucceſſiua additorum penes maius & minus. Linea enim eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia abſtrahēdo ab huiuſmodi comparatione, ut patet. Præter hoc autem exemplum mathematicum, eſt exemplū in naturalibus, habens augmentum infinitum, non tamen ſecundum quātitatem infinitam, ſed certam latitudinem, ut patet de augmento perfectionis humanæ in pueritia, etiam durāte pueritia in infinitum, & terminatur tamen ad uirilem perfectionem. Conſiſtit ergo hæc prima reſponſio in hoc, quod augmentum charitatis in uia, non eſt augmentum eius quantitatis ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſcilicet ſtatū peregrinationis fidei, pueritiæ, matutinæq; lucis. Et ꝓpea ſingulis partibus (vt ſic loqui liceat) charitatis in uia, aſſignando ſingulas in decupla proportione in patria, non ſequitur augmentū infinitū ſimpliciter, ſed ſecūdum quid. Iam enim manifeſtatum eſt, ꝙ ſtat ſemper aliquid alicui poſſe apponi, & nec in ſe, nec proportionabiliter ſibi reſpondente procedit ad quantitatem infinitam ſimpliciter. Secunda autem reſponſio forte magis propria eſt ꝙ. ſ. quemadmodum uirilitas hoīs eſt proportionalis pueritiæ quo ab hoc, ꝙ quanto puer perfectior, tanto uir perfectior proportionaliter, non tamen eſt ſic proportionalis, vt ſingulis augmētis pueritiæ ſint aſſignabilia ſingula augmenta virilitatis, ſic ſit in charitate patriæ, & uiæ, quæ ſe hn̄t apud Apoſtolū, ut uir & puer. Ita quod concedit̃ quòd quanto perfectior quis eſt in uia ſecundum charitatem, tanto proportionaliter erit perfectior in patria. Quia tamen diuerſarum rationum ſunt **A** perfectiones iſtæ charitatis in patria, & in uia, quia ſequuntur lumina diuerſarū rōnum: ideo non ſunt comparabiles ſcđm proportiones gradus ad gradum, ſeu partis ad partē. Et hæc rńſio amplectenda vř quia perfectio patriæ ſe hēt ad perfectionem viæ, ut terminus ad motū, vt patet ex inductis. (D. 202. Conclu.) Modo aūt quāto perfectior eſt motus, perfectior erit terminus: nō tn̄ ſunt comparabiles ſcđm proportionem graduū motus ad gradus in termino. Vnde ex vtraque reſpōſione ſumat̃, Primo quòd augmentum charitatis in uia, eſt augmentum eius ſecundum quid propter prædicta, & inde ꝙ non licet ex tali augmento in infinitum inferre infinitatem termini alterius rationis, ſed excellentiam reſpondentem cuicunq; augmento. Sicut augmentū hominis in pueritia eſt in infinitū infra latitudinem pueritiæ: ſemper enim habet quo creſcat in ſtatu pueritiæ, & quanto aliquis perfectior fuerit in pueritia, tanto erit perfectior uir: & quanto iſte perfectior puer illo, tanto perfectior uir illo erit. Non tamen infinito proceſſu infra latitudinem pueritię rńdet infinitus proceſſus ſimpliciter virilitatis, ſed aut incomparabilitas ſecundum proportionem iuxta ſecundo dicta, aut proceſſus in infinitum ſecundum quid iuxta primo dicta habebitur Ex his autem patet ſolutio obiectorum, cū eadem eſt ratio de angelorum & hominum, quo ad hoc charitate. Creato. n. quocunq; ſuperiore angelo, & data charitate ſcđm naturalia, non niſi charitatis viæ augmentum in infinitum concluditur quod author probauit. Ex augmento aūt charitatis in uia in infinitum, quomodo ſequatur vel infinitas ſecundum quid, uel incomparabilitas ſcđm ꝓportionem, dictum eſt. Et ſi formetur ratio de angelo creato beato, ꝙ quocunque dato, poteſt dari maior: ergo charitas patriæ in infinitum ſimpliciter augeri pōt, Rńdeatur, ꝙ non ſequitur niſi proceſſus in infinitum ſecundum quid in patria, ſicut ſi ex uiatoribus angelis fierent beati. Deus enim creando eos, ſemper beatus in eiuſdem rōnis gradibus locat, quales eſſent ſi media charitate uiæ ad eos peruenirent. Conſtat autem ex dictis, ꝙ quantitas charitatis patrię proportionaliter reſpondens augmento charitatis uiæ, nō eſt ad infinitum ſimpliciter, ſicut in numeris. Et forte perfectio charitatis in patria ita eſt alteri⁹ rōnis excellēter, ꝙ hēt utrunq; ſcilicet, & ꝙ eſt terminus conſummans quicquid perfectionis inuenit in charitate uiæ, conſumans, inquam, iuxta diſpoſitionem ꝑfectibilis quantitatis inuentæ: & ꝙ eſt ſecundum proportionem reſpondens augmento charitatis in uia. Et propterea **D** vtraq; reſponſione oportet uti, ut communiter credita a doctoribus ſaluemus, abſque infinitate ſimpliciter charitatis quam qui tenet, ſicut in numeris, non uideo quare erret, quāuis ab authore declinet, vt patet ex dictis. Quàmuis aūt huiuſmodi de charitate ſub metaphoris dicta, uera uideantur, ex ꝓprijs tn̄ oportet intellectum quieſcere, ne opponatur, ꝙ Theologia ſymbolica non eſt argumentatiua. Vn̄ tertius modus dicēdi cui multa in duabus prædictis uis tacta deſeruiunt, occurrit. ¶ Ad cuius euidentiam oportet primo euitare confuſionem quæſtionum. Sunt ſiquidē in hac re tres quæſtiones. Prima eſt, An charitas abſolute ſit augmentabilis intenſiue in infinitum. Secūda eſt, An charitas viæ ſit intēſiue augmentabilis in infinitum. Tertia eſt, An charitas patriæ ſit augmētabilis in infinitū. Inter quas quæſtiones ipſa adiunctio diuerſorum ſtatuū ſcilicet uiæ, & patriæ, & abſtractio ab utroq; ſtatu, oſtendit differentiam eſſe, Et prima quidem quæſtio in tertia parte, ubi de charitate animæ Chriſti, an ſit ſumma poſſibilis dari, dicetur, **E** tractabitur, de qua iam dictum eſt, quod ſecundum authorē pars negatiua eſt uera. Secunda autem quæſtio, quæ præ manibus hēt, habet partem affirmatiuā ueram, iam Eccleſiæ authoritate determinatam in concilio Viennen. a Clemente quinto, ut patet in Clement c. Ad noſtram, de hęreticis. Vbi de noua ſecta dētenēs. & aſſerens, doctrina ſua ſacrilega & ꝑuerſa, inferius deſignatos errores. Primo uidelicet, quòd homo in uita præſenti tantum, & talis perfectionis gradum poteſt acquirere, ꝙ reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam ut dicunt, ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri: hæc ibi. Et infra. Nos ſacro approbante Cōcilio ſectam ipſam cū ꝓmiſſis erroribus damnamus, & reprobamus. Suppoſita ergo cum Eccleſia ueritate hac quòd charitas uiæ eſt augmentabilis in infinitum, oſtendenda tria ſunt, Primo, quę eſt ꝑfectio charitatis uiæ, ō charitatis patriæ, Secundo, quot ſunt perfectiones diuerſarum rationū.

Tertio

Ad II. dicendum, q capacitas creaturæ rõnalis p charitatem augetur, quia p ipſam cor dilatatur, ſm illud 2. ad Cor. 6. Cor noſtrum dilatatum eſt. Et ideo adhuc vlterius manet habilitas ad maius augmentum.

Ad III. dicendum, q rõ illa procedit in his, q hñt quãtitatem eiuſdẽ rõnis, non aũt in his q hñt diuerſã rõnẽ quãtitatis: ſicut linea quãtũq; creſcat, nõ attingit quantitatẽ ſuperficiei. Non eſt aũt eadem rõ quantitatis charitatis viæ q ſequitur cognitionem fidei, & charitas patriæ, quæ ſequitur viſionem apertam. Vnde non ſequitur rõ.

Tertio qualis eſt hmõi diuerſa rõ. Perfectio charitatis viæ eſt duplex, altera ex parte ſubiecti: & altera ex parte obiecti. Nã charitas viæ augetur ex parte obiecti cum Deus mouet uoluntatem ut magis ac magis bonus, ut magis ac magis amicus ut magis ac magis munificus, huic beneficio ſuperaddendo illud, & illi alterũ & hmõi. Sic.n. accendit uolũtas ex parte obiecti ad magis amãdum ipſum Deum. Augetur quoq; ex parte ſubiecti, dũ ẽt ad æqualiter occurrẽs obiectum, magis iſte conatur, magis ſtudet, magis ſe colligit, & applicat. Hæ ſunt perfectiones charitatis in uia, quæ licet ſint diuerſarũ rationũ inter ſe, ut ſuperius monſtratum eſt, identificantur tamen ſecũdum rem ſimplici charitatis amori ut etiam ſuperius patet. In patria quoq; charitatis perfectio utrumq; eſt. Nam ex parte obiecti quantificẽtur ex ipſo Deo in ſeipſo uiſo iuxta menſuram non Dei abſolute, ſed Dei uiſi: quod eſt dictum iuxta menſura uiſionis. Ex parte uero ſubiecti quantificat ex hoc q totaliter actualiter fertur in amorem Dei, implendo totaliter illud præceptum. Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota &c. Diuerſarum autem rationum eſſe perfectionem charitatis uiæ, & perfectionem charitatis patriæ, ex ſigno & rõne monſtratur. Ex ſigno quidem, quantumcunq; creſcat charitas in uia ex parte ſubiecti, nunquam pertingere poteſt ad perfectionem charitatis in patria ex parte ſubiecti qm nunquam poteſt ad hoc peruenire ut diligat actualiter Deum totaliter, hoc eſt, ex toto corde, ex tota mente &c. vt patet ex infra dictis ab Aug. & authore in diſcuſſione huius præcepti. Et ſimiliter quantumcunque creſcat charitas uiæ ex parte obiecti, nũquàm pertinget ad perfectionem charitatis patriæ ex parte obiecti quoniam nunquam poteſt ad hoc peruenire, vt moueatur ad amandũ à Deo uiſo, ſed ſemper mouetur in hac uita a Deo in ſpeculo creaturæ. Hoc.n. quod eſt quantitatem perfectionalem charitatis in uia quantuncunq; creſcat, non poſſe pertingere ad minimum quid quantitatis perfectionalis propriæ charitati patriæ, oſtẽdit quantitates has eſſe diuerſarũ rationum. Rõne uero, quia ea quæ conſequuntur ad actus diuerſarum rõnum ut ſic, ſunt diuerſarum rõnum: ſed perfectio charitatis in uia, & perfectio charitatis in patria ſequuntur ad actus diuerſarum rõnum. ergo ſunt diuerſarum rõnum. Minor patet, quia ſubiectum in uia, & in patria diuerſarum eſt rõnum ſcdm actus uiſionis per fidem, & uiſionis facie ad faciem. Et ſimiliter obiectum in uia, & in patria, inquantũ eſt mouens diuerſarum eſt rationum ſecũdum actus uiſi in ſpeculo, & uiſi in ſeipſo, ut patet. Deus.n. uiſus in ſpeculo, nunc mouet ad amandum, tunc autem, Deus uiſus in ſeipſo. Et quoniam diuerſa ratio tam ſubiecti, quàm obiecti ex differentia inter cognitionẽ fidei, & uiſionẽ apertam oritur (nam differentia ex parte ſubiecti per fidem & uiſionem apertam, redundat in diuerſam rõnem obiecti, ut mouentis ad amandum, nam inde prouenit q Deus nunc mouet in ſpeculo, tunc in ſeipſo) ideo author p ſunde intuitus, diuerſæ rationis quantitatem in charitate uiæ, & patriæ aſſignauit in hac litera ex hoc, q alterius rationis eſt quantitas charitatis conſequentis cognitionem fidei, & conſequentis uiſionem operatam. Notanter aũt dixi, obiectũ ut mouens, eſſe alterius rõnis hic, in patria: quoniam obiectum charitatis poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet ut terminãs amorem, & ut mouens ad amorem. Et quàmuis ut terminans ſit unius rõnis hic, & in patria. ſ. Deus ipſe prout in ſe eſt, & propterea charitas nunquam excidit, ut mouens tñ eſt diuerſarum rationum: quoniam mouere uiſum in ſpeculo, & mouere ut in ſeipſo, conſtat diuerſarum eſſe rationum. Qualis autem eſt hæc diuerſitas rõnum, ex duabus conditionibus ſumi poteſt. Prima eſt, quòd quantitas perfectionis charitatis in uia, remanet cum quantitate perfectionis charitatis in patria: quoniam charitas nihil perfectionis perdit ex hoc, quòd permanet in patria. Secunda eſt, quòd ſemper eſt quædam illius inchoatio & per illam perficitur, ac conſumatur, ut patet.

¶ Ex his.n. apparet primo, q nõ ſunt diuerſarũ rõnum, ſicut cognitio fidei & uiſio aperta, ad quas cõſequunt: qm cognitiones illæ incõpoſſibiles ſunt, & eſſentialiter diuerſificant. Perfectiones aũt charitatis ſic ſunt diuerſarum rõnum, q & ſimul pmanent, & uni numero ſimplici charitati identificantur realiter.

¶ Apparet ſecundo, quòd ſunt diuerſarum rationum ſicut includens hoc & aliud, & contentũ uno tantum. Et ad hoc deſeruit exẽplũ literæ de ſup̃ficie, & linea. Sup̃ficies .n. includit lõgitudinẽ, & addit latitudinẽ. Linea uero ſola lõgitudine eſt cõtẽta. Et ſimiliter charitas patriæ claudit i ſe pfectionẽ viæ, & addit pfectionẽ patriæ: charitas uero viæ ſola pfectiõe viæ ẽ cõtẽta.

¶ Apparet tertio, q diuerſarũ ſunt rõnum, ſicut uia pternaturalitatis ſemp hñs alt. qd admiſtũ, & terminus in ſtatu naturaliſſimo. Charitas.n. q̃ eſt amicitia ad Deũ cõſequẽs cõſortiũ diuinæ naturę, eſt amicitia hñs ſuũ naturalẽ ſtatum ſolũmodo in patria, ubi ſimiles Deo erimus, & uidebimus ipſum ſicut ẽ. Nunc aũt in uia, apud Apoſt. ſemp aliquid præternaturalitatis habet admiſtum ex ui ipſius peregrinationis. Et quicquid imperfectionis in hoc preternaturali ſtatu habet deponetur, & ad naturalẽ, & perfectionis undiq; ſtatum p ducta erit in patria: ideo diuerſa rõ perfectionis charitatis in uia, & in patria, ab Apſtolo declaratur exemplo pfectionis puerilis, & factionis uirilis. Cum eſſem paruulus &c. ſicut.n. pueritia tendit ad uirilitatem, & perficitur in illa abiecta non perfectione acquiſita in pueritia, ſed imperfectione pertinẽte ad ſtatum pueritiæ: ſic charitas uiæ tendit ſemp ad charitatem patrię, & ea perficietur abiecta non perfectione quã hic habuit, ſed admiſſa imperfectione, pertinente ad uiæ ſtatum &c.

¶ His autem declaratis, ſupereſt reſpondere obiectis & quæſitis.

¶ Ad obiectiones ſiquidẽ allatas in principali dubio, ſcilicet moto in reſponſione ad tertium, de diuerſa ratione quantitatis charitatis in uia, & in patria, iam patet reſponſio.

¶ Ad primam quidem, quòd non eſt fictionis, ſed naturæ, huiuſmodi actum animalium habere perfectiones diuerſarum rationum, & præcipue actuum habentium diuerſos ſtatus.

¶ Ad cõfirmationem iam patet, quòd ex diuerſa ratione fidei & uiſionis, conſequitur diuerſæ rationis perfectio in charitate tam ex parte ſubiecti quàm obiecti.

¶ Ad alteram confirmationem poteſt dici dupliciter. Primo q non inconuenit remanere quantam, perfectionibus diuerſarum rationũ, ſicut etiam ſuperficies eſt quãta dimenſionibus diuerſarum rationum. Secundo & melius, q remanet quanta in actu, perfectione patriæ tantum. Perfectione uero uiæ remanet quanta in potentia ſicut trigonum dicitur eſſe potentia in tetragono, 2. de Anima: & ſicut in uirilitate remanet perfectio pueritiæ, non quòd ſint in uiro duæ perfectiones in actu ſcilicet acqſita in pueritia, & quæ aduenit in uirilitate: ſed una in actu, ſ. uirilitatis claudens in ſe illam pueritiæ, ut quam perficit. Sic namque putandum eſt in patria, quòd perfectio patriæ claudit in ſe perfectionem uiæ, ut perfectam ab ipſa perfectione patrię, & non ſeorſum diſtinctam in actu.

¶ Ad dubium uero motũ in reſpõſione ad primum, & illius rõnem, iam patet reſponſio, quia motus augmenti in uia eſt ad terminum alterius rationis in patria, & ideo diſtantia eſt finita, & motus eſt infinitus in potentia ſcdm alterius rationis diſtantiam: quoniam prima finitas attenditur ſecundum elõgationem ſtatus patriæ a ſtatu uiæ. Infinitas autem ſcdo dicta attenditur ſecundum progreſſum infra ſtatum uiæ. Ratio autẽ procedit, ſi eſſet ad terminum eiuſdem rationis &c.

¶ Ad aliud uero dubium, Quõ cũ augmento in infinitũ in uia ſtat, charitatẽ nõ poſſe augeri in infinitũ in patria, dr q hæc negatio. ſ. nõ eſt eiuſdẽ rõnis quantitas charitatis patriæ & uiæ, ſufficit ad hoc, q ſint incommenſurabiles hæ quantitates: ac p hoc charitas patriæ non rñdet ſecundum aliquam cõmenſurationẽ charitati uiæ; ſicut nec quantitas ſuperficiei eſt commenſurabilis quantitati lineæ. Et cũ hoc ſtat q rñdet charitas patriæ charitati uiæ: ut terminus, ut uirilitas pueritię. Cõſtat nãq; nõ eſſe commenſurabilem huiuſmodi terminum augmento pcedenti, quia ſunt diuerſarũ rõnum. Et rurſus ſtat, q augmẽtũ charitatis in uia, eſt augmẽtũ charitatis ſcdm quid, pro quãto eſt augmentũ charitatis in ſtatu pternaturali hñte ſemp aliquid imperfectionis admiſtũ. Nã hmõi augmentũ pro quãto eſt in infinitum, conuenit charitati ſecundum quod cõſequitur imperfectã, & preternaturalem ipſius cauſam quoad actum. ſ. cognitionẽ fidei. Et hoc iã habes ex ſequenti articulo in reſpõſione ad tertium, ubi dr quòd perfectio uiæ non eſt perfectio ſimpliciter, & ĩõ ſemp habet quo creſcat. Si.n. nõ eſt perfectio ſimpliciter, relinquitur, q ſit perfectio ſcdm quid, ex quo eſt perfectio. Et quia augmentũ eſt ad perfectionem, ſequitur q augmentũ uiæ, nõ niſi augmentũ ſcdm quid eſt: augmẽto autẽ

ſecun-

ſcd̃m quid, quãuis in infinitũ, nõ oportet tũdere augmentũ infinitũ ſimpliciter. Et hæc dicta ſunt ſequẽdo dictã viã, ſ. q̃ charitas nec abſolute, nec in patria eſt augmẽtabilis in infinitũ ſcd̃m ipſum charitatis habitum: qd ĩó appono, quia poſſet dici, quòd charitas patriæ, quãuis ſit finita, & in ſummo quoad habitum: quo ad actũ tñ põt augeri in infinitum ex parte ſubiecti, hoc ẽ, ex parte conatus maioris & ſcd̃m ſe, & ſecundũ dignificationẽ a Deo, quia p hoc ſubiectum magis diſpoſitũ melius utitur eodẽ habitu, q̃ ſubiectum minus diſpoſitum. & ſcd̃m hoc quocunque angelo creato beato, Deus non ſolum poteſt creare meliorem in eſſe naturę, ſed ẽt beatiorẽ, p quãto ſp factus in melioribus naturalibus, eſſet melius diſpoſitus ad utendũ ſummo charitatis habitu pp maiorem conatũ, & maiorẽ dignificationẽ illius conatus ab ipſo Deo ad charitatem.

Porrecta per totum.
131
ſeipſum, ſed aliqd maius amicitia: * quia amicitia vnioné quadã importat. Dicit.n.* Dion. ꝙ amor ẽ virtus unitiua. Vnicuiq; aũt ad ſeipſum eſt unitas, q̃ eſt potior unione ad aliũ. Vñ ſicut unitas ẽ principiũ unionis, ita amor, quo qs diligit ſeipſum, eſt forma, & radix amicitiæ. In hoc.n. amicitiã habemus ad alios, ꝙ ad eos nos hẽmus, ſicut ad noſipſos. Dr̃.n. in 9.† Eth. ꝙ amicabilia q̃ ſunt ad alterũ, ueniunt ex his q̃ ſunt ad ſeipſum. Sicut ẽt de principijs non hr̃ ſcientia, ſed aliqd maius, ſ. intellectus. Alio mõ poſſumus loq de charitate ſm propriam rõnem ipſius, prout.ſ. eſt amicitia hominis ad Deum principaľr, & ex conſequenti ad ea quæ ſunt Dei, inter quæ ẽt eſt ipſe homo, q charitatẽ hẽt. Et ſic ĩter cætera, q̃ ex charitate diligit quaſi ad Deũ ptinẽtia, ẽt ſeipſum ex charitate diligit.

* Ca. 4. de diui. no. i parte 2. & part. 1. nõ multũ remote a fine.

† Lib. 9. Ethi. c. 8. prin. to. 5.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Greg. loquitur de charitate ſecundùm communem amicitiæ rõnẽ. Et ſecundùm hoc etiam procedit ſecunda ratio.

Ad II dicendũ, ꝙ amãtes ſeipſos uituperanť, inquantum amant ſe ſm naturam ſenſibilem, cui obtẽperant: quod non eſt uerè amare ſeipſum ſecundũ naturã rõnalem, ut ſibi uelint ea bona, quę pertinent ad perfectionem rõnis. Et hoc mõ præcipuè ad charitatem pertinet diligere ſeipſum.

SVP. QV. XXV. ART. V.
D. Bon. 3. d. 28. q. 4. a. 1
Dur. d. 28. q. 1. Nic. de Nyſſa. trac. 5. p. 3. p. 3. de car. q. 2.
Ban. eodem art.

Porrecta per totum.
140
3. diſt. 28. artic. 7. Et virt. q6. 2. art. 7. cor. ad 14. & 15.

IN art. 5. in rñſione ad tertiũ, dubium adhuc poſt rñſioné reſtat de charitate, qua diligimus ẽt corpus pximi, qđ ñ põt nos redamare, quo ex charitate diligi. ¶ Ad hoc dĩ, ꝙ corpꝰ pximi diligi ex charitate, nõ ut amicꝰ diligiť, ppriè loquẽdo, ſed ut pars amici: & ppea ſufficit redamatio amici, cuiꝰ ẽ pars. reſpũ aũt pprij corporis, neutriꝰ redamatio requiritur. Et hoc ſingulare voluit author per illam reſponſionem docere.

Articvlvs V.

Vtrum homo debeat corpus ſuum ex charitate diligere.

AD QVINTVM ſic pcedit. Vr̃ ꝙ hõ nõ debeat corpꝰ ſuũ ex charitate diligere. Nõ.n. diligimꝰ illũ, cui cõuiuere nõ volumꝰ: ſed hoies charitatẽ habẽtes, refugiũt corporis cõuictũ, ſm illud Ro. 7. Quis me liberabit đ corpore mortis huius? & Phil. 1. Deſideriũ hñs diſſolui, & eſſe cũ Chro. ergo corpus nr̃m nõ eſt ex charitate diligendũ.

¶ 2 Præt. Amicitia charitatis fundatur ſup cõicatione diuinæ fruitionis: ſed hmõi fruitionis corpꝰ particeps eẽ nõ pt̃. ergo corpꝰ ñ ẽ ex charitate diligẽdũ.

¶ 3 Præt. Charitas, cũ ſit amicitia q̃dam, ad eos hr̃, qui reamare pñt: ſed corpꝰ nr̃m ñ pt̃ nos ex charitate diligeř. ergo ñ ẽ ex charitate diligẽdũ.

Sed contra eſt, * quòd Auguſt. in 1. de doct. Chriſtia. ponit quatuor ex charitate diligenda, inter quæ unum eſt corpus proprium.

* Li. 1. c. 25 & 26. t. 3.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ corpꝰ nr̃m ſm duo põt cõſiderari. Vno mõ, ſm eius naturã; alio mõ, ſm corruptionẽ culpæ, & pœnæ. Natura aũt corporis noſtri nõ eſt a malo principio creata, ut Manichæi fabulanť, ſed eſt a Deo. Vñ poſſumꝰ eo uti ad ſeruitiũ Dei, ſm illud Ro. 6. Exhibete mẽbra ueſtra arma iuſtitiæ Deo. Et iõ m ex dilectiõe charitatis, qua diligimꝰ Deũ, dẽmus ẽt corpus nr̃m diligere: ſed p infectionẽ culpæ, & corruptionẽ pœnæ i corpore noſtro diligere non debemus, ſed potius ad eius remotionem anhelare deſiderio charitatis.

Concl. m
Concla. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ Apl̃s ñ refugiebat corporis cõionẽ quãtũ ad corporis naturã, imo ſm hoc nolebat ab eo ſpoliari, ſm illud 2. ad Cor. 5. Nolumꝰ expoliari, ſed ſupueſtiri: ſed uolebat carere iſectiõe cõcupiſcẽtiæ, q̃ remanet i corpoř, & corruptiõe ipſiꝰ, q̃ aggrauat aĩam, ne poſſit Deũ videre. Vñ ſignãter dixit, De corpoř mortis huiꝰ.

Ad II dicẽdũ, ꝙ corpꝰ nr̃m q̃uis Deo frui ñ poſſit cognoſcẽdo, & amãdo ipſum, tñ p opera, q̃ p corpꝰ agimus, ad pfectã Dei fruitionẽ poſſumus venire. Vñ ex fruitione aĩæ redũdat q̃dã beatitudo ad corpꝰ. ſ. ſanitatis, & icorruptiõis vigor, ut * Aug đt i epl̃a ad Dioſ. Et iõ qa corpꝰ aliquo mõ ẽ pticeps beatitudinis pt̃ dilectiõe charitatis amari.

* Epi. 56. ante ſine to. 2.

Ad III dicendũ, ꝙ reamatio habet locũ in amicitia q̃ eſt ad alterũ, nõ aũt in amicitia, quæ eſt ad ſeipſum uel ſm animam, uel ſecundùm corpus.

Articvlvs VI.

Vtrum peccatores ſint ex charitate diligendi.

AD SEXTVM ſic proceditť. Vr̃ ꝙ peccatores non ſint ex charitate diligẽdi. Dr̃.n. ĩ pſ. 118 Iniquos odio habui: ſed Dauid charitatẽ perfecta habebat. ergo ex charitate magis ſũt odiẽdi peccatores, q̃ diligendi.

¶ 2 Prǣt. Probatio dilectiõis, exhibitio ẽ operis, ut * Greg. dicit i Hom. Pent. ſed peccatorib iuſti nõ exhibẽt opa dilectionis, ſed magis opera, q̃ vñr eẽ odij, ſecundùm illud Pſal. 100. In matutino interficiebã oẽs peccatores terræ. Et Dñs præcepit Exod. 22. Maleficos non patieris uiuere. ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

* Homil. 30. Euãg. non lõge a princip.

¶ 3 Præt. Ad amicitiã ptinet, ut amicis optemꝰ, & velimꝰ bona: ſed ſancti ex charitate optãt peccatorib. mala, ſm illud pſal. Conuertanť peccatores in iſernũ. ergo pctõres nõ ſunt ex charitate diligẽdi.

¶ 4 Præt. Propriũ eſt amicorũ de eiſdem gaudere, & idem uelle: ſed charitas nõ facit uelle, qđ peccatores uolunt, neque facit gaudere de hoc, de quo peccatores gaudent, ſed magis facit contrarium. ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

¶ 5 Præt. Proprium eſt amicorũ ſimul conuiuere, ut dr̃ in 8.* Eth. ſed cũ peccatorib. nõ eſt cõuiuendũ, ſm illud 2. ad Cor. 6. Exite de medio eorũ. ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

* Lib. 8. Ethi c. 5. aſi med. to. 5

Sed contra eſt, qđ * Aug. dicit in 1. de doct. Chriſt. ꝙ cum dicitur. Diliges proximum tuũ, manifeſtum eſt omnem hominem proximum eſſe deputandum: ſed peccatores non deſinunt eſſe homines, quia peccatum non tollit naturã. ergo peccatores ſunt ex charitate diligendi.

* Li. 1. c. 30 parũ ante med. to. 3.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ in peccatoribus duo poſſunt conſiderari. ſ. natura, & culpa. Secundũ naturam quidem, quã a Deo habẽt, capaces ſunt beatitudinis, ſuper cuius cõicatione charitas fundatur, ut ſupra * dictum eſt: & ideò ſm m naturam ſuam ſunt

* q. 23. ar. 1. & 5. Et I iſta q ar. 3
Concl. m

SVPER Q. XXV. ART. VI.
Palud. 3. d. 30. q. 3.
Ban. eodem a. 1.
D. Bo. 3. d. 28. q. 3. a. 1
Th. ab ar. d. 28. q. 1. a. 4

Porrecta per totum.
141
3. diſt. 28. artic. 4. Et vir. q6. 2. ar. 8. ad 8. & 9.

IN art. 6. in rñſione ad quãtũ, nota q̃ temerariè cũ peccatoribus habitas, aut cõuerſaris, p̃ umis te eſſe ſepfectũ: ꝙ ſi hoc nõ ſenus dicere pio, ſuce petẽrũ cõtortia i cõ cõuerſatione comedẽdo, colloquẽdo, & negotiãdo &c. ĩñ pfectorũ ẽ, aut pfecti pſonã inductis, tute conuerſari cum peccatoribus.

ex

ex charitate diligendi[a], ſed culpa eorũ Deo contrariatur, & eſt beatitudinis impedimentũ. Vnde ſm culpam, quæ Deo aduerſatur, ſunt odiendi quicumq; peccatores, ẽt pater, & mater, & propinqui[a], vt habetur Luc. 14. Debemus enim in peccatoribus odire, quod peccatores ſunt, & diligere, quòd homines ſunt beatitudinis capaces. Et hoc eſt eos verè ex charitate diligere propter Deum.

Conclu. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ iniquos propheta odio habuit, inquantum iniqui ſunt, habens odio iniquitatem ipſorum, quod eſt ipſorum malum: & hoc eſt ꝑfectũ odium, de quo ipſe dicit. Perfecto odio oderam illos. Eiuſdem autem rationis eſt odire malum alicuius, & diligere bonum eius. Vnde ẽt illud odium perfectum ad charitatem pertinet.

Ad II dicẽdũ, ꝙ amicis peccãtibus, ſicut Philo. dicit in 9.* Eth. non ſunt ſubtrahẽda amicitiæ beneficia, quouſq; habeat̃ ſpes ſanationis eorũ, ſed magis eſt eis auxiliũ dãdũ ad recuperationẽ virtutis, q̃ ad recuperationẽ pecuniæ, ſi eã amiſiſſent, quãto virtus eſt magis amicitiæ affinis, q̃ pecunia: ſed qñ in maximã malitiã incidunt, & inſanabiles fiũt, tũc nõ eſt eis amicitiæ familiaritas exhibẽda. Et iõ hmõi peccãtes, de qbus magis ꝑſumit̃ nocumẽtũ aliorũ, q̃ eorũ emendatio, ſm legem diuinã, & humanam præcipiuntur occidi. Et tñ hoc facit iudex nõ ex odio eorum, ſed ex amore charitatis, quo bonum publicum præfertur vitæ ſingularis perſonę. Et tñ mors per iudicem inflicta peccatori prodeſt ſiue conuertatur ad culpæ expiationẽ, ſiue etiam conuertatur ad culpæ terminationem: qa per hoc tollitur ei poteſtas amplius peccandi.

lib. 9. c. 3. circ. med. tom. 5.

Ad III dicendum, ꝙ hmõi increpationes, quæ in ſacra ſcriptura inueniuntur, tripliciter poſſunt intelligi. Vno mõ, ꝑ modũ pronũciationis, non ꝑ modũ optationis, vt ſit ſenſus Pſal. 9. Cõuertãtur peccatores in infernũ, ideſt, cõuertent̃. Alio mõ, ꝑ modũ optationis, vt tñ deſideriũ optãtis nõ referat̃ ad pęnam hominũ, ſed ad iuſtitiã punientis, ſm illud Pſal. 57. Lætabit̃ iuſtus, cum viderit vindictã: qa nec ipſe Deus puniẽs lætat̃ in ꝑditione impiorũ, vt dr̃ Sap. 1. ſed in ſua iuſtitia: qa iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit. Tertio, vt deſideriũ referatur ad remotionem culpæ, non ad ipſam pœnam, vt ſ. peccata deſtruantur, & homines remaneant.

Ad IIII dicendũ, ꝙ ex charitate diligimus peccatores, non quidem vt uelimus q̃ ipſi uolunt, uel gaudeamus de his, de qbus ipſi gaudent: ſed vt faciamus eos velle qđ volumus, & gaudere de his, de quibus gaudemus. Vnde dicitur Hiero. 15. Ipſi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

Ad v dicẽdũ, ꝙ cõuiuere peccatorib[9], infirmis qdẽ eſt vitãdũ ꝑꝑ periculũ, qđ eis imminet, ne ab eis ſubuertant̃. Perfectis aũt, de quorũ corruptione nõ timet̃, laudabile eſt, ꝙ cũ peccatoribus cõuerſent̃, ut eos cõuertãt. Sic.n. Dominus cũ peccatoribus manducabat, & bibebat, vt dr̃ Mat. 9. conuictus tñ peccatorum, quãtũ ad conſortium peccati, vitandus eſt omnibus. Et ſic dicitur 2. ad Corint. 6. Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis ſcilicet ſecundum peccati conſenſum.

Articvlvs VII.

Vtrum peccatores diligant ſeipſos.

Ad septimvm ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ peccatores ſeipſos diligant. Illud.n. qđ[b] eſt principiũ peccati, maximè in peccatorib[9] inuenit̃: ſed amor ſui eſt principium peccati. Dicit enim *Aug. 14. de ciuitat. Dei, ꝙ facit ciuitatẽ Babylonis. ergo peccatores maximè amant ſeipſos.

lib. 14. ca. vlt. in princ. tomo. 5.

¶ 2 Præt. Pc̃m nõ[b] tollit naturã: ſed hoc vnicuique conuenit ex ſua natura, ꝙ diligat ſeipſũ. vñ ẽt creaturæ irrõnales naturaliter appetũt ꝓpriũ bonum, puta, conſeruationem ſui eſſe, & alia huiuſmodi. ergo peccatores diligunt ſeipſos.

¶ 3 Præt. Omnibus eſt diligibile[b] bonum, vt* Dion. dicit in 4. c. de di. no. ſed multi peccatores reputãt ſe bonos. ergo multi peccatores ſeipſos diligunt.

C. 4. parte 1. ante mediũ.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ amare ſeipſum vno mõ commune eſt oibus: alio mõ propriũ eſt bonorũ: tertio mõ ꝓpriũ eſt malorũ. Quòd.n. aliquis amet id qđ ſeipſum eſſe æſtimat, hoc commune eſt oibus. Hõ aũt dr̃ eſſe aliqd dupr̃. Vno mõ, ſm ſuã ſubſtantiã & naturã: & ſm hoc oẽs æſtimãt bonũ commune ſe eſſe id, qđ ſunt, ſ. ex aĩa & corpore compoſitos, & ſic[m] ẽt oẽs homines boni & mali diligunt ſeipſos inquãtũ diligũt ſuiipſorũ cõſeruationẽ. Alio mõ, dr̃ hõ eſſe aliqd ſm principalitatẽ, ſicut princeps ciuitatis dr̃ eſſe ciuitas. Vñ qđ principes faciũt, dr̃ ciuitas facere. Sic aũt nõ oẽs æſtimant ſe eſſe id, qđ ſunt. Principale.n. in homine eſt mens rõnalis: ſecundariũ aũt eſt natura ſenſitiua, & corporalis, quorũ primũ Apoſtolus nominat interiorẽ hominẽ, ſm exteriorẽ, vt patet 2. ad Cor. 5. Boni aũt æſtimãt principale in ſeipſis rõnalem naturã, ſiue interiorẽ hominẽ: vñ ſm hoc æſtimant ſe eſſe qđ ſunt[p]. Mali aũt æſtimãt principale in ſeipſis naturã ſenſitiuã, & corporalẽ, ſ. exteriorẽ hominẽ: vñ nõ rectè cognoſcentes ſeipſos, nõ uerè diligũt ſeipſos, ſed diligũt id, qđ ſeipſos eſſe reputãt. Boni aũt verè cognoſcẽtes ſeipſos, uerè ſeipſos diligũt[q]. Et hoc ꝓbat Phil. in 9.* Eth. ꝑ quinq;, q̃ ſunt amicitiæ ꝓpria. Vnuſquiſq;.n. amicus primo qdẽ vult ſuũ amicũ eſſe, & viuere: ſecũdo vult ei bona: tertio operat̃ bona ad ipſum: quarto cõuiuit ei delectabiliter: quinto concordat cum ipſo, quaſi cũ eodẽ delectatus, & cõtriſtatus. Et ſm hoc boni diligũt ſeipſos, quãtũ ad interiorẽ hominẽ, qa ẽt uolũt ipſum ſeruari ĩ ſua integritate, & optãt ei bona eius, q̃ ſunt bona ſp̃ualia, & ẽt ad aſſequẽda opera intẽdũt, & delectabiliter ad cor ꝓprium redeũt: qa ibi inueniũt bonas cogitationes in ꝑſenti, & memoriã ꝑteritorum bonorũ, & ſpẽ futurorum bonorũ, ex qbus delectatio cauſatur. Siſr ẽt non patiuntur in ſeipſis uoluntatis diſſenſionem

Conclu. m

Conclu. n

li. 9. c. 4.

Svper Qv. XXV. Art. VII.

Bav. eodem art.

In No 7. fige in corde tuo concluſiones huius articuli, & qualiter mali, vt ſic, nõ amant ſeipſos, & quinq; ſigna veri amoris ꝓprij, q ſoli bonis conuenit, ſ. velle interiorẽ hominem, hoc eſt, partẽ rõnalẽ viuere: velle illi bona virtutum: operari ad hæc: conuerſari ſecũ intus delectabiliter, cõcordare cum illo, ſeu illa. Et per ſigna examina teipſũ, an uere ſis bon[9], an vere ames teipſum, an ſis tu tibi inimicus: & hęc frequẽter, immo quotidie meditare.

Porrecta per totum.

142

3. d. 29. a. 5. Et virt. q. 2. a. 12. ad 6. Et Pſal. 10.

ſionẽ, q̃a tota aĩa corũ tẽdit in vnũ. Ecõtrariò aũt mali nõ volunt cõſeruari in integritate interioris hoĩs, neq; appetũt eius ſpũalia bona, neq; ad hoc operanť, neq; delectabile eſt eis ſecũ cõuiuere redeũdo ad cor, q̃a iueniũt ibi mala, & p̃ſentia, & p̃terita, & futura, q̃ abhorrẽt, neq; ẽt ſibipſis cõcordãt p̃p cõſciẽtiã remordentẽ, ſm̃ illud Pſalmi. Arguã te, & ſtatuã cõtra faciẽ tua. Et p̃ eadẽ p̃bari põt, q̃ᵗ mali amant ſeipſos ſm̃ corruptionẽ exterioris hominis: ſic autem boni nõ amant ſeipſosˣ.

Conclu. ſ

Ad primvm ergo dicẽdũ, q̃ amor ſui, q̃ eſt principiũ peccati, eſt ille, q̃ eſt p̃priꝰ malorũ p̃ueniẽs vſq; ad cõtẽptũ Dei, vt ibidẽ dr̃. q̃a mali ẽt ſic cupiunt exteriora bona, q̃ ſpiritualia contemnunt.

G

Ad II dicẽdũ, q̃ naturalis amor etſi nõ totaliter tollať à malis, tñ in eis p̃uertiť p̃ modũ iã* dictum.

*In corp. art.

Ad III dicendum, q̃ mali inquantum æſtimant ſe bonos, ſic aliquid participãt de amore ſui. Nec tamen eſt iſta vera ſui dilectio, ſed apparens, quæ etiam non eſt poſſibilis in his, qui valdè ſunt mali.

Articvlvs VIII.

Vtrum ſit de neceſſitate Charitatis, vt inimici diligantur.

Porrecta per totum.
143
3. d. 30. a. 1. Et virt. q. 2. art. 8. Et opu. 4. c. 8. & op. 180. 15. Et Rom. 12. lect. 3.

Ad octavvm ſic p̃ceditur. Vr̃ q̃ nõ ſit de neceſſitate charitatis, ut inimici diligãtur. Dicit. n.* Aug. in Enchiridio, q̃ hoc tã magnũ bonũ, ſ. diligereᵇ inimicos, nõ eſt tãtæ multitudinis, quantũ credimus exaudiri, cũ in orõne dr̃. Dimitte nobis debita noſtra: ſed nulli dimittiť p̃ctm̃ ſine charitate, q̃a vt dr̃ Prou. 10. Vniuerſa delicta opit charitas. ergo ñ ẽ de neceſſitate charitatis diligere inimicos.

H

* Enchiridij ca. 73. tom. 3.

¶2 Præt. Charitas ñ tolliťᵇ naturã: ſed vnaquæq; res ẽt irrationalis naturaliter odit ſuũ contrarium, ſicut ouis lupum, & aqua ignem. ergo charitas nõ facit, quòd inimici diligantur.

I

¶3 Præt. Charitas nõ agit p̃peră: ſed hoc vr̃ eſſe p̃uerſum, q̃ aliq̃s diligat ʰ inimicos, ſicut & aliq̃s odio hẽat amicos. Vnde 2. Re. 19. exprobrãdo dicit Ioab ad Dauid. Diligis odiẽtes te, & odio hẽs diligẽtes te. ergo charitas ñ facit, vt ĩimici diliganť.

K

Sed contra ẽ, q̃d Dñs dicit Mat. 5. Diligite ĩimicos veſtros.

Resp. Dicẽdũ, q̃ dilectio inimicorũ tripľr põt conſiderari. Vno mõ, ut inimici diligantur, inquãtum ſunt inimici: &ᵐ hoc eſt* p̃uerſum, & charitati repugnãsⁿ, q̃a hoc eſt diligere malũ alterius. Alio mõ, põt accipi dilectio inimicorũ, quãtum ad naturã, ſ. in vniuerſali: & ſicᵖ dilectio inimicorum eſt de neceſſitate charitatis, ᑫ vt ſcilicet aliquis diligens Deũ, & proximũ, ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos ſuos non excludat. Tertio põt cõſiderari dilectio inimicorum in ſpeciali, vt ſcilicet aliq̃s in ſpeciali moueatur motu dilectionis ad inimicum. Et ʳ iſtud non eſt de neceſſitate charitatis abſolutè ˢ: quia nec ẽt moueri motu dilectionis in ſpeciali ad quoſlibet homines ſingulariter eſt de neceſſitate charitatis, q̃a hoc eſſet impoſſibileˣ. Eſt tamẽ de neceſſitate charitatis ſm̃ præparatiõnẽ animi, vt ſ. homo habeat animum paratum ad hoc, q̃ in ſingulari inimicum diligeret, ſi neceſſitas occurreret ᶻ: ſed q̃ abſque articulo neceſſitatis hõ etiam hoc actu impleat, ut diligat inimicum propter Deum, hoc p̃tinet ad perfectionẽ charitatis &. Cũ. n. ex charitate diligatur p̃ximus propter Deũ, quãto aliq̃s magis diligit Deũ, tanto etiam magis ad proximũ dilectionem oſtendit nulla inimicitia impediente. Sicut ſi aliquis multum diligeret aliquem hominẽ, amore ipſius filios eiꝰ amaret, etiam inimicos ſibi. Et ſecundum hunc modum loquitur * Auguſtinus. Vnde patet reſponſio ad Primum.

Conclu. m D. 99.

Conclu. p

Ad II dicendũ, q̃ vnaquæq; res naturaliter odio hẽt id, q̃d eſt ſibi contrariũ, inquantũ eſt ſibi contrarium: inimici autem ſunt nobis cõtrarij, inquantum ſunt inimici, vñ hoc debemus in eis odio hẽre. Debet. n. nobis diſplicere, quòd nobis inimici ſunt: non autẽ nobis ſunt contrarij, inquantũ homines ſunt, & beatitudinis capaces. & ſecũdũ hoc debemus eos diligere.

Ad III dicendum, quòd diligere inimicos, inquantum ſunt inimici, eſt vituperabile, & hoc non facit charitas, vt* dictum eſt.

* In corp. art.

Articvlvs IX.

Vtrum ſit de neceſſitate ſalutis, quòd aliquis ſigna, & effectus dilectionis inimico exhibeat.

D. Bon. 3. ſ. d. 3. q. 5. ar. 1. Ban. eodem art.

Porrecta per totum.
144
3. d. 31. ar. 2. ad 1. & art. c. 2. Et Rom. 12. lect. 2.

Ad nonvm ſic proceditur. Vr̃ quòd ex neceſſitate charitatis ſit, q̃ aliq̃s hõ ſigna, uel effectus dilectionis inimico exhibeat. Dicitur. n. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo, neq; lingua, ſedᵇ opere & ueritate: ſed opere diligit aliq̃s exhibẽdo ad

cum

SVPER QV. XXV. ART. VIII. ET IX.

D. Bon. 3. ſ d. 30. q. 4. art. 1.
Scot. A. 30. q. 1.
Thom. ab Arg. diſ. 30. q. 1. ar. 3.
Ant. And. d 30. q. 1.
Ric. d. 30. q. 1.
Ban. eodem art.

In Ar. 8. & 9 aduertetria. Primo, q̃ quia regula generalis eſt, q̃ p̃cepta affirmatiua, quãtũ eſt ex iure naturæ, nõ obligant, niſi in articulo neceſſitatis, vt author hic inſinuat, & in quarto ſentẽtiarũ expreſſe tenet: ideo nec interior dilectio inimicorũ in ſpeciali, nec exterior beneficentia eſt in p̃cepto, niſi ĩ articulo neceſſitatis. Sufficit. n. q̃ homo ſit paratus ad faciẽdum quod tenetur ſecũdum Deum, q̃ñ, vbi & q̃ tenebitur: q̃ p̃paratio animi eſt p̃cedẽdo in omni habẽte charitatẽ, nõ minus quàm præparatio aĩi ad martyrium in articulo neceſſitatis.

¶ Secũdo, q̃ quia loqui huic perſonæ, ſalutare illã, emere, vẽdere, conuiuari cum illo, & alia hm̃õi, nõ ſunt actus, qui fiunt ad cõitatem, ſed ad perſonas in ſpeciali: iõ nõ eſt neceſſitatis, ſed p̃fectionis, q̃ aliquis inimico ſuo loquatur, q̃ illum ſalutet, aut aliquid hm̃õi faciat. Et p̃pterea caue tu Cõfeſſor, ne neges abſolutionẽ nolẽti hæc ſigna dilectionis inimico exhibere. Habes. n. in litera regulã diſtinguẽtem inter beneficia, quæ exhibenť proximis ĩ cõi, & iſta ſunt, quæ oĩbus, aut cõitati exhibentur: Et beneficia, q̃ exhibentur particulariter aliquibus perſonis, & iſta ſunt quæ ad particulares, vt ſic, ſunt q̃ diximꝰ. Non. n. hõ tenet cuilibet homini loqui, nec quemlibet hominẽ ſalutare, nec cum quolibet negotiationis commerciũ habere, & alia hm̃õi. Habes & cauſam regulę exterioris, ſequinam interiorem, qua dr̃, q̃ ex præcepto charitas non tenetur deſcendere ad diligendum hunc: ſed ſufficit diligere ipſum ĩ cõi, uel in cõitate, ut in litera dr̃. Tertio, q̃ cum inter aliquos ex neutra parte in ueritate eſt inimicitia: ſed q̃a p̃ceſſit odiũ, uel offenſa, neuter uult ſe flectere, ut loquatur alteri, aut alter tñ recuſat loqui alteri, in neutro caſu hic cõtra charitatis præceptũ. Et rõ eſt: quia hõ non tenetur ad locutionem, & alia particularia beneuolentię ſigna reſpectu omnium hominũ, vt dictũ eſt, niſi in articulo neceſſitatis. Et p̃pterea nõ tenetur loqui, aut uidere iſtũ. Vñ Dauid, quãuis pepercisſet Abſalon filio ſuo, noluit etiã eũ videre: ſed dixit. Reuertatur in domũ ſuam, & faciem meã non uideat. 2. Reg. 14. Hæc autem, q̃uis vera ſint, per ſe loquendo, per accidẽs tamẽ rõne ſcandali, ſi quãdoq; oporteret hoc inimico, prudẽtis arbitrio, qui circa particularia verſatur, relinquetur.

Conclu. 1

Conclu. 2

Conclu. 3

* Loco citato i argu. 1.

eum, quem diligit, ſigna, & effectus dilectionis. ergo ne neceſſitate charitatis eſt, ut aliquis huiuſmodi ſigna, & effectus inimicis exhibeat. A

¶ 2 Præt. Matthe. 5. Dominus ſimul dicit.[h] Diligite inimicos ueſtros, & [h] benefacite his, qui oderunt vos: ſed diligere inimicos eſt de neceſſitate charitatis. ergo & benefacere inimicis.

¶ 3 Præt. Charitate amatũ nõ ſolũ Deus, ſed ẽt ꝓximus: ſed * Greg. dicit ĩ Hom. Pẽte. ꝙ amor Dei nõ põt eſſe otioſus. magna. n. operatũ, ſi eſt: ſi deſinit operari, nõ ẽ amor. ergo charitas, q̃ hẽ ad ꝓximũ, nõ põt eſſe ſine operationis effectu: ſed de neceſſitate charitatis eſt, ut oĩs ꝓximus [h] diligatur, ẽt inimicus. ergo de neceſſitate charitatis eſt, ut ẽt ad inimicos ſigna, & effectus dilectionis oſtẽdamus. B

*Hom. 30 in Euãge. nõ multũ procul a pricip.

Sed contra eſt, ꝙ Matth. 5. ſuper illud, Benefacite his, q̃ oderũt uos, dicit * gl. ꝙ benefacere inimicis, eſt cumulus ꝑfectionis: ſed id, qđ ꝑtinet ad ad perfectionem charitatis, non eſt de neceſſitate ipſius. ergo nõ eſt đ neceſſitate charitatis, ꝙ aliqs ſigna, & effectus dilectionis inimicis exhibeat.

* Aug. Enchirid. c. 74. id hẽt in cõt. t. 3.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ effectus, & ſigna charitatis ex ĩteriori dilectione ꝓcedũt, & ei ꝓportionanẽ. Dilectio aũt interior ad inimicũ ĩ cõi qdẽ ẽ đ neceſſitate ꝓcepti abſolutè: ĩ ſpãli aũt eſt nõ abſolutè, ſed ẽm ꝑparationẽ animi, ut ſupra * dictũ ẽ. Sic ergo dicẽdũ eſt de effectu, & ſigno dilectionis exteri⁹ exhibẽdo. Sunt. n. qđã ſigna, vel bñficia dilectionis, q̃ exhibenẽ ꝓximis in cõi, puta, cum aliqs orat ꝓ oib⁹ fidelibus, uel ꝓ toto populo: aut cum aliqđ bñficiũ ĩpẽdit aliqs toti cõitati. Et [m] talia beneficia, uel dilectionis ſigna, inimicis exhibere eſt de neceſſitate ꝓcepti, [n] Si. n. nõ exhiberenẽ inimicis hoc ꝑtineret ad liuorẽ vindictæ, contra id, qđ dr̃ Leuit. 19. Nõ q̃res ultionẽ. & nõ eris memor iniuriæ ciuiũ tuorũ. Alia verò sũt bñficia, uel dilectionis ſigna, q̃ qs exhibet particular̃ aliq̃bus ꝑſonis. Et [p] alia bñficia, uel dilectionis ſigna inimicis exhibere nõ eſt de neceſſitate ſalutis, niſi ẽm ꝑparationẽ animi, ut ſ. ſubueniaẽ eis ĩ articulo neceſſitatis, [q] ẽm illud Prou. 25. Si eſurierit inimicus tu⁹, ciba illũ: ſi ſitit, da illi potũ. Sed ꝙ [r] præter articulũ neceſſitatis hmõi bñficia aliqs inimicis exhibeat, ꝑtinet ad ꝑfectionẽ charitatis, [s] ꝑ quã aliqs ñ ſolũ cauet vici a malo, qđ neceſſitatis eſt, ſed ẽt vult ĩ bono vicere malũ, qđ ẽ ẽt ꝑfectionis: dũ. ſ. nõ ſolũ cauet ꝑp iniuriã ſibi illatã detrahi ad odiũ, ſed ẽt ꝑp ſua beneficia intẽdit inimicum pertrahere ad ſuum amorem. Et per hoc patet rñſio ad obiecta. C D E

* Ar. ꝑce.
Concl. m
Concl. p
Concl. s

Articvlvs x.

Vtrum debeamus angelos ex charitate diligere.

Aegi. 1. 5. d. 17. q. 1. 2. prin.

Porrecta per totum. 147

3. diſt. 28. artic. 3. Et vir. q. 1. art. 7. cor. & ad 7. & 8.

*Li. 1. c. 24 in princi. tom. 3.

Ad decimvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ angelos ex charitate non debeamus diligere, ut n. * Aug. dicit in lib. de doct. Chriſtia. Gemina eſt dilectio charitatis, ſ. Dei, & proximi: ſed dilectio angelorũ non continetur ſub dilectione Dei, cum ſint ſubſtantiæ creatæ: nec ẽt vr̃ contineri ſub dilectione proximi, cum non communicent nobiſcũ [h] in ſpecie. ergo angeli non ſunt ex charitate diligendi.

¶ 2 Præt. Magis [h] cõueniũt nobiſcũ bruta aĩalia, q̃ angeli. Nã nos, & bruta aĩalia ſumus in eodẽ gñe ꝓpinquo. Sed ad bruta aĩalia non habemus charitatẽ, ut ſupra * dictũ eſt. ergo ẽt neq; ad angelos.

*Ar. 5. huius quæſt.

¶ 3 Præt. Nihil eſt ita ꝓprium amicorum, ſicut [h] cõuiuere, ut dr̃ in 8. * Eth. ſed angeli non cõuiuunt nobiſcum, nec ẽt eos uidere poſſumus. ergo ad eos charitatis amicitiam habere non valemus.

*Li. 8. c. 5. ante medium to. 5.

Sed contra eſt, qđ † Aug. dicit ĩ 1. de doc. Chriſtia. Iam uerò ſi uel cui præbendũ à nobis eſt, uel a quo nobis ꝓbendũ eſt officiũ miſericordiæ, rectè proximus dr̃, manifeſtũ eſt præcepto, quo iubemur diligere ꝓximũ, ẽt ſanctos angelos cõtineri, a q̃b. multa nobis miſericordiæ ĩpẽduntur officia.

†Li. 1. c. 30 poſt medium to. 3.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ amicitia charitatis, ſicut ſ. * dictũ ẽ, fundaẽ ſuꝑ cõicatione beatitudinis æternæ, ĩ cuius participatione cõicãt cũ angelis hoĩes. Dr̃. n. Matthe. 22. ꝙ in reſurrectione erunt hoĩes, ſicut angeli in cœlo. Et ideo manifeſtũ eſt, quòd [m] amicitia charitatis etiã ad angelos ſe extẽdit.[n]

*q. 23. artic. 1.
Conclu. m

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ proximus non ſolum dr̃ cõicatione ſpeciei, ſed ẽt cõicatione bñficiorum pertinentium ad uitam æternam, ſuꝑ qua communicatione amicitia charitatis fundatur.

Ad ii dicẽdũ, ꝙ bruta aĩalia cõueniũt nobiſcũ ĩ gñe ꝓpinquo rõne naturæ ſenſitiuæ, ẽm quã nõ ſum⁹ participes æternæ beatitudinis, ſed ẽm mẽtẽ rõnalem, in qua communicamus cum angelis.

Ad iii dicẽdũ, ꝙ angeli non conuiuunt nobis exteriori conuerſatione, quæ nobis eſt ẽm ſenſitiuam naturam: conuiuimus tñ angelis ſecundũ mentem imperfectè quidem in hac uita, perfectè autem in patria, ſicut & ſupra * dictum eſt.

*q. 23. ar. 1. ad 1.

Articvlvs xi.

Vtrum debeamus Dæmones ex charitate diligere.

D. Bon 3. 5. d. 28. q. 2. ar. 1. Thom. ab Arg. d. 28. ar. 4. Ban. eodem artic.

Porrecta per totum. 124

3. diſt. 28. artic. 5. Et di. 31. q. 2 art. 3. q. 2. Et Ro. 14. lect. 2. fin.

Ad vndecimvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Dæmones ex charitate debeam⁹ diligere. Angeli. n. ſunt nobis ꝓximi, ĩquãtũ cõicamus cum eis in rationali mẽte: ſed ẽt Dæmones ſic nobiſcum cõicant, q̃ data naturalia ĩ eis manent integra, ſ. eſſe, viuere, & ĩtelligere, ut dicit * Dion. in 4. cap. de diui. no. ergo dẽm⁹ Dæmones ex charitate diligere.

* c. 4. par. 4. parum a medio.

¶ 2 Pręt. Dæmones differũt a beatis angelis differẽtia [h] peccati, ſicut & peccatores hoĩes à iuſtis: ſed iuſti homines ex charitate diligunt peccatores. ergo etiam ex charitate debent diligere Dæmones.

¶ 3 Præt. Illi, à [h] q̃bus bñficia nobis ipenduntẽ, debent a nobis ex charitate diligi, tanq̃ ꝓximi, ſicut patet ex authoritate * Aug. ſupra ĩducta. ſed Dæmones nobis ĩ multis ſunt utiles, dum nos tẽtãdo nobis coronas fabricãt, ſicut * Aug. dicit. 11. de ciui. Dei ergo Dęmones ſunt ex charitate diligẽdi.

*Ar. prec. arg. ſed cõtra. Aug. lib. 11. ca. 17. t. 5.

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ Iſ. 28. Delebiẽ fęd⁹ veſtrũ cũ morte, & pactũ ueſtrũ cũ inferno nõ ſtabit: ſed ꝑfectio pacis, & fœderis eſt per charitatem. ergo ad Dæmones, qui ſunt inferni incolæ, & mortis procuratores, charitatem habere non debemus.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, ĩ peccatoribus ex charitate debemus diligere naturã, peccatũ odire. In nomine aũt Dæmonis ſignificaẽ

*Ar. 6.

Concl. m — natura peccato dformata:& iō Dęmones ex charitate nō ſūt diligēdi. Et ſi nō fiat uis ī noīe,& qō referat ad illos ſpūs, q Dæmones dńr, utrū ſint ex charitate diligēdi: rńdēdū eſt* ſm pmiſſa, q aliqd ex charitate diligit dupłr. Vno mō ſicut ad quem amicitia hř, & ſic ad illos ſpūs charitatis amicitiā hře non poſſumus. Pertinet.n.ad rōnē amicitiæ, ut amicis noſtris bonū uelimus. Illud aūt bonū uitæ æternæ, qđ reſpicit charitas, ſpiritib. illis à Deo ęternałr dānatis, ex charitate uelle nō poſſumus. Hoc.n.repugnaret charitati Dei, p qua eius iuſtitiā approbamus. Alio mō diligit aliqd, ſicut qđ uolumus pmanere, vt bonū alterius, p quem modū ex charitate diligimus irrōnales creaturas, inquātū uolumus eas pmanere ad glīam Dei, & utilitatē hominū, ut ſupra * dictū eſt. Et per hūc modū & naturam Dæmonū et ex charitate diligere poſſumus: inquantum, ſ. volumus illos ſpiritus in ſuis naturalibus conſeruari ad gloriam Dei.

*arti. 2 & 3. huius quæſtio. Concl. p — *Ar. 3 huius quęſt. Concl. s

Ad primum ergo dicēdum, q mens angelorum non habet impoſſibilitatē ad æternā beatitudinē habendā, ſicut hēt mens Dæmonū: & iō amicitia charitatis, quæ fundatur ſuper communicatione uitæ æternæ magis, q̄ ſuper communicatione naturæ, hř ad angelos, non autem ad Dæmones.

Ad II dicēdum, q hoīes peccatores in hac vita hńt poſſibilitatē pueniēdi ad beatitudinē ęternā, qđ nō hńt illi, q ſunt in inferno dānati, de quibus quātū ad hoc, eſt eadē rō, ſicut & de Dæmonib⁹.

Ad III dicendū, q vtilitas, q̄ nobis ex Dæmonibus prouenit, nō eſt ex eorū intentione, ſed ex ordinatione diuinæ prouidentiæ. Et iō ex hoc nō inducimur ad habendum amicitiam eorum: ſed ad hoc q ſimus Deo amici, qui eorum peruerſam intentionem conuertit in noſtram utilitatem.

Articvlvs XII.

Vtrū conuenienter ennumerentur quatuor ex charitate diligenda, ſcilicet Deus, proximus, corpus noſtrum, & noſipſi.

Ad dvodecimvm ſic proceditur. Vr q incōueniēter enumerent quatuor ex charitate diligēda. ſ. Deus, pxim⁹, corp⁹ noſtrū, & noſipſi. Vt n. * Augu. dicit ſup Ioan. Qui non diligit Deū, nec ſeipsū diligit. In Dei ergo dilectione includit dilectio ſuiipſius. ń ergo ē alia dilectio ſuiipſi⁹, & alia dilectio Dei

*Trac. 87. nō remote a fine tom. 9.

¶ 2 Pręt. Pars nō dēt diuidi cōtra totū: ſed corpus noſtrū eſt qdā pars nři. non ergo dēt diuidi quaſi aliud diligibile corpus noſtrum à nobiſipſis.

¶ 3 Præt. Sicut nos hēm⁹ corp⁹, hēt ēt & pximus. Sicut ergo dilectio, qua qs diligit pximū, diſtinguit à dilectione, qua qs diligit ſeipſum: ita dilectio, qua qs diligit corp⁹ proximi, debet diſtingui à dilectione, qua quis diligit corpus ſuum. non ergo conuenienter diſtinguunt quatuor ex charitate diligenda.

Sed contra eſt, q * Augu. dicit ī 1. đ doc. Chriſtia. Quatuor diligēda, unū qđ ſupra nos ē, ſ. Deus: alterū, qđ nos ſumus: tertiū, quod iuxta nos eſt, ſ. proximus: quartum, quod infra nos eſt, ſ. proprium corpus.

*Li. 1 c. 23 in princi. & cap. 26. tom. 3.

Respon. Dicēdū, q ſicut* dictū eſt, amicitia charitatis ſup cōicatione beatitudinis fundatur, ī qua qdē cōicatione vnū qdē ē, qđ cōſiderat, ut principiū iflués beatitudinē, ſ. Deus. Aliud ē beatitudinēdū ectē participans, ſ. hō, & angel⁹. Tertiū aūt ē id, ad qđ p quādā redūdātia beatitudo driuat. ſ. corp⁹ humanū. Id qdē qđ ē beatitudinē iflués, ē ea rōne diligibilē, qa ē beatitudinis cā. Id aūt qđ ē beatitudinē participās, pt eē duplici rōne diligibile, vel qa ē unū nobiſcū, uel qa eſt nobis cōſociatū ī beatitudinis participatiōe: & ſm hoc ſumunt duo ex charitate diligibilia, put. ſ. hō diligit & ſeipſum & pximum.

q. 23. ar. 1. & 5. & q. hac art. 3. & 6. & .9.

Ad primvm ergo dicēdū, q diuerſa habitudo diligentis ad diuerſa diligibilia, facit diuerſam rationem diligibilitatis, & ſecundùm hoc, qa eſt alia habitudo hominis diligentis ad Deum, & ad ſeipſum: propter hoc ponūtur duo diligibilia, cum dilectio unius ſit cauſa dilectionis alterius. Vnde ea remota, alia remouetur.

Ad II dicēdū, q ſubiectum charitatis eſt mens rationalis, quæ poteſt eſſe beatitudinis capax, ad quam corpus directè non attingit, ſed ſolùm per quandam redundantiam. Et ideò homo ſecūdùm rationalem mentem, quæ eſt principalis in homine, alio modo ſe diligit ſecundùm charitatem, & alio modo corpus proprium.

Ad III dicēdū, q homo diligit proximum & ſecundum animam, & ſecundum corpus ratione cuiuſdam conſociationis in beatitudine. Et iō ex parte proximi eſt una tm̄ ratio dilectionis. Vnde corpus proximi non ponitur ſpeciale diligibile.

QVEASTIO XXVI.

De ordine charitatis, in tredecim articulos diuiſa.

Deinde conſiderādum eſt, de ordine charitatis.

Et circa hoc quæruntur tredecim.

¶ Primò, Vtrum ſit aliquis ordo in charitate.

SVPER Q. XXV. ART. XII.

D. Bon. 3. ſ. d. 28 q. 6. artic. 1.
Bar. eodem art.

Porrecta per totum. 147 — 3. diſt. 28: artic 7. Et virt. qō. 2. art 7.

In reliqs arti. eiuſdē 25 qſt. vſq; ad vltimū, nihil ſcr ben dū occurrit. in ultimo aūt i rńſione ad primū, dubiū occurrit: qm̄ [illegible] dictū eſt, q charitas ē una uirt⁹ ī ſpecie ſub una rōne formali, oia, ad quæ ſe extendit diligens. Nūc uero dr̄, q ē diuerſa rō diligibilitatis ī diuerſis diligibilib. s. Repugnāt igitur adinuicem hæc. ¶ Ad hoc dr̄ q nulla ē repugnātia inter dicta, ſed explanatio unitatis & diuerſitatis in obiecto charitatis. Eſt ſiqdē ī eo vnitas formalis rationis, uo ad rē, q̄ eſt obiectū formale charitatis. Eſt & in eo diuerſarū rōnū habitudo ad illud unū formale obiectum. Nec hoc eſt ſingulare in hac re. ſed cōiter ſue nit ī his, q̄ ſ. ita vnū uel ab uno. Ita q. ex ē pli gřa, quēadmodū ſanitas eſt obiectum formale medicinæ, & un ūs eſt ī ſe rōnis formalis ſanitas, diuerſa tn̄ eſt habitudo ſanorū ad ſanitatē: qa dicta ē cōſeruatiua, medicina eſt factiua, hoc eſt ſuſceptiuus &c. Ita in ppoſito obiectū formale charitatis ē ipſa deitas, ad q̄ aliter ſe hēt De⁹, aliter participās ī ſeipſo, ut ſic, & aliter diligēs participatione ī alio, & aliter diffuſio eius vſq; ad corp⁹. Et ſimile eſt đ cōicatione beatitudinis, q̄ ad deitatis cōicationē ſpectat ſemp a aliter ſe hēt De⁹ &c. Nec facias uim, q in litera dr, q De⁹ ſe hēt ut cā. Eſt.n.ut cā cōicationis eſſentialiter, eminentiſſimē pnaliter beatitudinē, quā cōicat. Eſt ergo i charitatis obiecto vnā ratio diligibilitatis ſecūdū formalē rōnē, qua ex charitate diligit, quicquid diligit. Eſt & diuerſa rō diligibilitatis, ſecūdum diuerſam habitudinē diligibilū ex charitate ad illā unam rationem formalē.

SVPER Q. XXVI. ART. I.

D. Bō. 3. ſ. d. 29. q. 1. a. 2
Scot. 3. ſ. d. 29. q. 1.
Ricar. 3. ſ. d. 29. q. 2.
Duran. 3. ſ. di. 29. q. 2.
Capr. 3 d 27 q. 1. ar. 2.
Palud. 3. d. 29 q p.
Tham. ab Arg. 3. ſ. d. 29 q. 1 ar. 1.
Nic. de Nyſſ. tra. ſ p 3 pe. 3. de cha. q. 4.

In

¶ Secũdò, Vtrũ hõ debeat Deũ diligere plus q̃ proximum.

¶ Tertiò, Vtrũ plus q̃ ſeipſum.

¶ Quartò, Vtrum ſe pluſquàm proximum.

¶ Quintò, Vtrum homo debeat plus diligere ꝓximũ, quàm corpus proprium.

¶ Sextò, Vtrũ vnum proximũ plus quàm alterum.

¶ Septimò, Vtrũ plꝰ ꝓximũ meliorẽ, vel ſibi magis cõiũctũ.

¶ Octauò, Vtrũ plus cõiũctum ſibi ſẽm carnis affinitatẽ, vel ſecundũ alias neceſſitudines.

¶ Nonò, Vtrũ ex charitate plus dẽat diligere filiũ, q̃ patrem.

¶ Decimò, Vtrũ plus debeat diligere matrẽ, quàm patrem.

¶ Vndecimò, Vtrũ plus uxorẽ, quàm patrem, vel matrem.

¶ Duodecimò, Vtrũ magis benefactorem, q̃ beneficiatũ.

¶ Decimotertiò, Vtrũ ordo charitatis maneat in patria.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in charitate ſit ordo.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in charitate nõ ſit aliquis ordo. Charitas enim eſt q̃dam [h] virtus: ſed in alijs virtutibus non aſſignatur aliquis ordo. ergo neq; in charitate aliquis ordo aſſignari debet. D

¶ Præt. Sicut fidei obiectũ ẽ prima veritas, ita [h] charitatis obiectũ eſt ſumma bonitas: ſed ĩ fide nõ ponĩ aliqs ordo, ſed oĩa æqualiter credunĩ. ergo nec in charitate dẽt poni aliqs ordo.

¶ 3 Præt. Charitas in voluntate eſt. ordinare [h] aũt non eſt uoluntatis, ſed rationis. ergo ordo nõ debet attribui charitati.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Cãt. 2. Introduxit me rex in cellã vinariã, ordinauit in me charitatẽ.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut* Philoſophus dicit in 5. Met. Prius, & poſterius dr̃ ſẽm relationem ad aliqđ principiũ. Ordo autẽ includit in ſe aliquem modum prioris, & poſterioris. Vñ oportet ꝙ vbicumq; eſt aliqđ principium, ſit ẽt aliquis ordo. *Dictũ aũt eſt ſupra, ꝙ dilectio charitatis tẽdit in Deũ, ſicut in principiũ beatitudinis, in cuius cõicatione amicitia charitatis fundatur: & ideò [m] oportet ꝙ in his, q̃ ex charitate diliguntur, attendatur aliquis ordo ſẽm relationem ad primum principiũ huius dilectionis, quod eſt Deus [n].

B AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ charitas tẽdit in vltimũ finem, ſub rõne finis vltimi, quod non cõuenit alicui alij virtuti, ut ſupra* dictum eſt. Finis aũt habet rõnem principij in appetibilibus, & ĩ agẽdis, ut ex ſupra* dictis patet. Et iõ charitas maximè importat cõparationem ad primũ principiũ: & iõ in ea maximè conſideratur ordo ſẽm relationẽ ad primum principiũ.

C AD II dicẽdũ, ꝙ fides pertinet ad uim cognoſcitiuã, cuius operatio [d] eſt ſẽm ꝙ res cognitæ ſunt in cognoſcente. Charitas aũt eſt in ui affectiua, cuius operatio conſiſtit in hoc, ꝙ aĩa tendit in ipſas res. Ordo aũt principalius inuenitur in ipſis rebꝰ, & ex eis deriuatur ad cognitionem noſtram: & iõ ordo magis appropriatur charitati, q̃ fidei, licèt ẽt in fide ſit aliquis ordo, ſẽm quod eſt principaliter de Deo, ſecũdario autem de alijs, quæ referuntur ad Deum.

AD III dicẽdũ, ꝙ ordo pertinet ad rationem, ſicut ad ordinãtem: ſed ad uim appetitiuam pertinet, ſicut ad ordinatã. Et hoc mõ ordo ĩ charitate ponĩt.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus ſit magis diligendus, quàm proximus.

E AD SECVNDVM ſic procedĩt. Vr̃ ꝙ Deus nõ ſit magis diligẽdus, q̃ ꝓximꝰ. Dr̃ n. 1. Io. 4. Qui nõ diligit fratrẽ ſuũ quem uidet, Deũ, quẽ nõ uidet, quomodo põt diligere? Ex quo vr̃ ꝙ illud ſit magis diligibile, qđ eſt magis uiſibile. Na & uiſio ẽ [h] principium amoris, ut dr̃ 9.* Eth. ſed Deus eſt minus uiſibilis, quàm proximus. ergo ẽt eſt minus ex charitate diligibilis.

¶ 2 Prę̃t. Similitudo eſt cauſa di-

IN articu. 1. q. 26. In princ. corporis articuli dubium primo occurrit circa proceſſum Authoris. Videtur enim nullo pacto probare illam propoſitionem, quam tamen concludit ſcilicet Vbicumq; eſt aliquod principium, ibi eſt aliquis ordo. Infert namq; eam ex duabus propoſitionibus. Prima eſt. Prius & poſterius dicũtur ſecundum relationem ad aliqđ principiũ. Secũda eſt. Ordo includit in ſe aliquem modũ prioris & poſterioris. Ex his enim propoſitionibus bene ſequitur, ꝙ ordo attendatur ſecundum aliquod principiũ. Nã ſi ordo includit prius & poſterius, & hæc referuntur ad principium, ſeqtur ꝙ ordo ad principiũ reducẽdus ſit, ac per hoc vbi eſt ordo, ibi eſt principium. Sed in litera concluditur non iſta, ſed eius conuerſa, ſcilicet quòd vbi eſt principium, ibi eſt ordo.

¶ Dubium ſecundò occurrit in eodẽ ꝓceſſu circa ueritatem ſecundæ propoſitionis, ſcilicet, Ordo includit in ſe aliquem modũ prioris & poſterioris. Contradicit enim doctrinę traditæ in tractatu de Trinitate. Nam dictum eſt, quòd in diuinis eſt ordo, non quo alter eſt prior altero, ſed quo alter ẽ ab altero. non ergo ordo uniuerſaliter includit aliquem modum prioris & poſterioris.

Porrecta per totum. 148 3. d. 29. a. 1. Et vir. q. 2. ar. 9.

¶ Ad primum dubiũ dicitur, quòd authoris intentio non eſt, ex illis propoſitionibus ſyllogizare concluſionẽ illam. Clare namque liquet, ꝙ ſua conuertens ſyllogizaretur potius ex illis: ſed intentio authoris eſt ex una cã deducere duos effectus adinuicem ſic ordinatos, quòd ſecũdus includit & aſſequitur primũ: ita ut etiam cauſa ipſa non poſſit eſſe in actu, ſine ſecundo effectu: quod eſt dicere. Vbicumque eſt illa cauſa, oportet adeſſe talem ſecũdum effectum. Et ut melius quod dicimus percipiatur, intentio authoris eſt, ꝙ ex hoc ipſo, quod aliqđ ponitur habere rationẽ principij in actu, ſeqtur ſtatim ratio prioris & poſterioris: quia prioritas ponitur in principio, & poſterioritas in principiato. Et rurſus ex hoc ipſo, ꝙ aliquid ponitur habere rõnem principij in actu, ponitur ordo inter ipſum principium prius, & principiatum poſterius. Ordo igitur licet includat prius & poſterius, eſt tñ effectus proprius principij in actu. Et ex hac radice optimè ſequitur, ꝙ vbicumq; eſt aliquod principium in actu, ibi eſt ordo. In litera ergo author ex notoribus doctrinam tradens, ex relatione prioris & poſterioris ad principiũ, & ex incluſione prioris & poſterioris in ordine, cauſam connexionis ordinis cũ principio ab effectu manifeſtatã intẽdebat. Hoc enim quod eſt principium principiare aliquid, eſt cã eius, quod eſt prꝰ & poſterius, & cauſa in ordine, dici per relationẽ ad principiũ. Et ex illa cauſa, ut monſtratum eſt, ſequitur mediatè, quòd ubi eſt principium, eſt ordo inter prius & poſterius.

li. 5. tex. 16. poſt medium, com. 3.

q. præc. art. 1 2 & q. 23. a. 1.

Conclu.

q. 23. artic. 7.

q. 23. ar 7. ad 2. & 1. 2. q. 1. art. 1.

¶ Ad ſecundum dicitur cum authore in primo ſentẽtiarum diſtinctione 20. quòd ſicut ſcientia includit aliquid ratione generis, puta, eſſe qualitatem, & aliquid rõne differentiæ, puta, eſſe, quo certè cognoſcitur: ita ordo rõne generis includit prꝰ & poſterius, & non ratione propria differentialis cõceptus. Et q[illegible] ad diuina omnia transferunĩ ſublatis imperfectionibus: ideo ordo in diuinis eſt ſine priori & poſteriori, ſicut ẽt eſt ibi principiũ abſque principiato. Loquimur enim modo utendo terminis, prout communiter in philoſophia utimur, & creaturis cõmunes ſunt. Superiꝰ autem cum de Deo erat ſermo, expoliauimꝰ eos ab his, quæ imperfectionis ſunt. Et hæc ſint ꝓ omniũ ſimilium ſolutione.

D. 2. 1. 1

Porrecta per totum. 149 3. d. 9. a. 3. cor. & ad 5. Et vir. q. 2. ar. 7. cor. & ad 7. & 8.

SVP. QV. XXVI. ARTIC. II.

D. Bon. 3. 5. di. 27 q. 4. art. 2.

Palud 3. d. 29. q. 2.

Bon. com. art.

IN articuli ſecũdi argumento ſecundo aduerte, ꝙ quia argumentum conſiſtebat in vi maioris ſimilitudinis hominis ad proximum, quam ad Deum, reſ[illegible]onſio non negan-

Labr. 9. Eth. ... tom. 5.

do hoc ex alia cã, auſert vim illatiuã cõcluſionis, ſ. ea prioritate, & cãlitate. Et intẽdit, q; maior ſimilitudo cæteris parib⁹, eſt iõ maioris amoris. Hic aũt cætera nõ ſunt paria: ſed ſimilitudo ad Deum eſt & prior, & cã ſimilitudinis ad ꝓximũ. Et hęc prioritas cãlis dat, q; ratione ſimilitudinis nõ maioris, ſed maiori ac priori vinculo inexiſtẽtis homo tenetur magis Deũ, q̃ proximum diligere.

* lib. 1. ex cap. 22. & 27. eliciti ue, to. 3.

lectionis, ſm illud Eccl. 13. Omne animal diligit ſimile ſibi: ſed [h] maior eſt ſimilitudo hoĩs ad proximũ ſuum, q̃ ad Deum. ergo homo ex charitate magis diligit proximum, quàm Deum. F

¶ 3 Præt. Illud quo in proximo charitas diligit, Deus eſt, vt patet p * Aug. in 1. de doct. Chriſt. ſed [h] De⁹ nõ eſt maior ĩ ſeipſo, q̃ in proximo. ergo nõ eſt magis diligendus in ſeipſo, q̃ ĩ ꝓximo. ergo non debet magis diligi Deus, quàm proximus. G

Sed contra. Illud magis ẽ diligendũ, pp qđ aliqua odio ſunt habẽda: ſed ꝓximi ſunt odio hñdi pp Deũ, ſi. ſ. à Deo abducũt, ſm illud Luc. 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. ergo Deus eſt magis ex charitate diligẽdus, quàm proximus.

Respon. Dicẽdũ, q; unaquæque amicitia reſpicit principalr id, ĩ quo principalr iuenit illud bonũ, ſup cui⁹ cõicatione fundat. Sicut amicitia politica pricipalis reſpicit principẽ ciuitatis, a quo totũ bonũ ciuitatis đpẽdet: vñ & ei maximè đbet fides, & obediẽtia a ciuib. Amicitia aũt charitatis fundat ſup cõicatione beatitudinis, q̃ cõſiſtit in Deo eſſentialr, ſicut ĩ primo pricipio, a quo deriuat ĩ oẽs, q ſunt beatitudinis capaces. Et iõ [m] principalr maximè De⁹ ẽ ex charitate diligẽd⁹. [n] Ipſe n. diligit ſicut beatitudinis cã: proximus aũt ſicut beatitudinem ab eo ſimul nobiſcum participans. H

Conclu. m

Ad primvm ergo dicẽdũ, q; dupl'r eſt aliqd cã dilectionis. Vno mõ ſicut id, qđ eſt rõ diligendi. Et hoc mõ bonũ eſt cã diligendi, qa unũquodq; diligit, inquãtũ hẽt rõnẽ boni. Alio [d] mõ, qa eſt via qdã ad acqrẽdũ dilectionẽ. Et hoc mõ uiſio eſt cã dilectionis, non qdem ita, q; ea rõne ſit aliqd diligibile, qa eſt uiſibile: ſed qa p uiſionẽ pducimur ad dilectionẽ. ergo non oportet, q; illud quod eſt magis uiſibile, ſit magis [d] diligibile, ſed q; pri⁹ occurrat nobis ad diligẽdũ. Et hoc mõ argumẽtatur Apoſtolus. Proxim⁹. n. qa ẽ nobis uiſibilis, primò occurrit nobis diligẽd⁹. Ex his. n. q̃ nouit anim⁹, diſcit ignota amar, vt * Greg. dicit ĩ quadã homi. Vñ ſi aliqs proximũ nõ diligit: argui põt, q; nec Deũ diligit, non pp hoc, q; proximus ſit magis diligendus, ſed qa prius diligendus occurrit: Deus aũt eſt magis diligibilis propter maiorem bonitatem. I K

D. 106.

D. 424.

* Homil. 11. Euangel. ĩ prĩcip.

Ad II dicẽdũ, q; ſiſitudo, quã hẽmus ad Deũ, ẽ prior, & cã ſiſitudinis, quã hẽmus ad ꝓximum. Ex hoc. n. q; participam⁹ à Deo id, qđ ab ipſo & ꝓximus hẽt, ſiſes ꝓximo eſficimur. Et iõ rõne ſiſitudinis magis debemus Deum, q̃ proximum diligere.

Ad III dicendũ, q; Deus ſecundùm ſubſtantiã ſuam conſideratus in quocunque ſit, æqualis eſt, quia nõ minuitur per hoc, quod eſt in aliquo: ſed tamen non æqualiter habet proximus bonitatem Dei, ſicut habet ipſam Deus. Nam Deus habet ipſam eſſentialiter, proximus autem participatiuè.

Articvlvs III.

Vtrum homo debeat ex charitate plus Deum diligere, quàm ſeipſum.

Ad tertivm ſic ꝓcedit. Vr q; hõ non debeat ex charitate pl⁹ Deũ diligere, q̃ ſeipſum. Dicit. n. * Philoſophus in 9. Eth. q; amicabilia, q̃ ſunt ad [h] alterũ, ueniũt ex amicabilib. q̃ ſunt ad ſeipſum: ſed cã eſt potior effectu. ergo maior eſt amicitia hoĩs ad ſeipſum, q̃ ad quemcũque alium. ergo magis ſe debet diligere, quam Deum.

¶ 2 Præt. Vnũquodq; diligit [h] inquantũ eſt propriũ bonũ: ſed id quod eſt rõ diligendi, magis diligit q̃ id, quod pp hanc rõnẽ diligit, ſicut principia q̃ ſunt ratio cognoſcendi, magis cognoſcunt. ergo hõ diligit magis ſeipſum, q̃ quodcunque aliud bonum dilectum. non ergo magis diligit Deum, quàm ſeipſum.

¶ 3 Præt. Quantum aliqs diligit Deum, [h] tantum diligit frui eo: ſed quantum aliqs diligit frui Deo, tm̃ diligit ſeipſum, quia hoc eſt ſummũ bonum, qđ aliquis ſibi uelle poteſt. ergo homo nõ plus debet ex charitate Deum diligere, quàm ſeipſum.

Sed contra eſt, quod * Aug. dicit in 1. de doct. Chriſtia. Si te ipſum non propter te debes diligere, ſed pp ipſum, ubi dilectionis tuæ rectiſſim⁹ finis eſt, nõ ſuccenſeat aliqs alius hõ, ſi & ipſum pp Deum diligas: ſed pp quod unumquodque, illud magis. ergo magis debet homo diligere Deum, quàm ſeipſum.

Respon. Dicẽdum, q; a Deo duplex bonum accipere poſſumus. ſ. bonũ naturæ, & bonum gratiæ. Super cõicatione autẽ bonorũ naturaliũ nobis à Deo facta fundat amor naturalis, [m] quo non ſolũ homo in ſuæ integritate naturæ ſuper oĩa diligit Deũ, & plus q̃ ſeipſum, ſed & quælibet creatura ſuo mõ. ſ. uel intellectuali, uel rõnali, vel animali, uel ſaltẽ naturali amore, [n] ſicut lapides, & alia quæ cognitione carent: qa unaquæque pars naturaliter plus amat cõe bonum totius, q̃ particulare bonũ proprium, qđ manifeſtat ex opere. Quælibet. n. pars hẽt inclinationẽ principalẽ ad actionẽ cõem utilitati totius. Apparet ẽt hoc in politi-

Svper Q. XXVI. Art. III.

Capr. 3. d. 18. q. 1. con. 3. & 4. diſt. 17 q. 1. con. 3. & 4. d. 27. q. 1. con 4. & 5.

Ban. eodem art.

Perrecta per totum.

150

Infra q. 44. art. 8. Et 3. d. 29 artic. 3. Et virt. q. 2. ar. 4. ad 2. & ar. 9. ad 7. Et quo. 1. a. 9. cor.

* li. 9. Eth. ca. 8 non multum a princi. tom. 5.

In art. 3. dubiũ occurrit circa rationẽ allatã in litera, qa vnaquæq; pars naturaliter plus amat bonũ cõmune totius, q̃ particulare bonũ ꝓprium, ex duplici capite. Primo, ex naturalibus, & cõmunibus. Sed qa hæc in cõment. prioribus diſcuſſa ſunt, nolo replicare. Secundo, ex partibus politicis. Dupliciter aũt confutat hæc rõ ex hoc capite a Durando in 3. Sentent. diſt. 29. queſt. 2. Primo, quia inſufficiens ſignum amoris maioris alicui⁹ aſſumit, exponere ſe hominẽ morti pro illo. Nã & pro amico laudabiliter quis morti exponit ſe, & tñ non propterea magis diligit amicũ, q̃ ſeipſum, vt cõſtat. Similiter p ſaluatione bonorum temporalium ſuorũ exponit quis ſe morti contra inuaſorem, & nõ magis diligit illa. Secundo, quia falſum eſt, q; ciuis diligat magis bonũ commune, q̃ ſeipſum. Nam aut fit cõparatio amoris ſecũdum bona eiuſdem rõnis, aut diuerſarũ. Si eiuſdem rõnis, ſ. bonum honeſtum, conſtat q; quilibet magis amat ſe, q̃ cõmune bonũ. Quòd patet ex contrario, qa magis debet odio habere malum culpæ in ſe, q̃ in cõmunitate totius abſq; ſe. Si diuerſarũ rõnum, ſ. honeſtũ in cõmunitate, & vtile, ſeu delectabile in ſe, tunc licet uerum ſit, q; ciuis magis diligat bonum commune, q̃ proprium in tali ſenſu, non tñ eſt uerum ſimpliciter: Quia, ut in 9. Eth. patet, & rõne conuincit, magis diligit ſe ſecundum bonum honeſtum, q̃ ſecũdum bona alia, ponẽdo uitã pro bono cõmuni, vel amico.

* li. 1. c. 22 in medi. tom. 3.

Conclu. m

co. Eligit enim ſibiipſi optimum ſecundum rationem.
¶ Ad euidentiam huius aduertẽdum eſt, quòd in litera author affert ſignum nouum pro illa concluſione. ſ. Pars amat magis bonum totius, quam proprium. Et eſt, ꝙ unaquæq; pars habet principalem inclinationem ad actionem communem utilitati totius. Experimur ſiquidẽ in partib. officialibus corporis, ꝙ præcipua cuiuſcunq; partis actio eſt ad cõe totius bonũ, ut patet de actione man⁹, pedis, oculi, cordis, hepatis, dentiũ, &c. Si ergo ita eſſe i partib. naturalib⁹ cõprobat̃, cũ partes politicæ ſint ſic diſpoſitæ, ſicut ſi eſſent a natura, eo ꝙ ars, q̃ rõnẽ pficit, imitatur naturã, conſequens eſt, vt uirtutes politicæ inclinent ciues principaliter ad actiones communes pro bono totius: ac ꝑ hoc comprobetur, ꝙ magis ſuapte natura inclinant̃ ciues ad amandũ cõe bonum, quàm proprium.

Conclu. p

¶ Ad obiectiones aũt primo loco allatas dr̃ ꝙ optime dr̃, ꝙ ex hoc, ꝙ aliquis exponit ſe morti pro aliquo, non ſequitur, ꝙ illum magis ſe amet: nec author hoc attulit ſignum, nec ſomniauit etiam. ſed ex hoc, ꝙ ciues ſecundũ politicas uirtutes, res. & corpora exponunt pro bono communi, ſignum habuit, quòd pars amat plus totũ, quàm ſe. Hæc autem duo diſtant, ſicut cęlum & terra. Quàmuis etiam inepte afferatur, quod quis exponit ſe morti pro ſalute rerum ſuarum: quoniam hoc fit non pro illis, ſed pro ſeipſo, ad cuius fęlicitatem illæ res ſunt opportunæ.

RESPON. Dicendũ, ꝙ m neceſſe ᵈ eſt ordinẽ dharitatis remanere ĩ patria quãtũ ad hoc, ꝙ De⁹ K eſt ſup oĩa diligendus. ⁿ Hoc.n. ſimpliciter erit tũc, qñ hõ perfectè eo fruet. Sed de ordine ſuiip ſius ad alios, diſtinguendũ vr̃, q̃a ſicut s. dictũ* eſt, dilectionis gradus diſtingui põt, uel ſm̃ dr̃iam boni, quod q̃s alij exoptat, uel ſm̃ intẽtionẽ dilectionis.ᵖ Primõ q̃dẽ modo, pl⁹ diliget meliores, q̃ ſeipſũ, minus uero minus bonos. Volet.n. q̃libet beatus unũquemq; habere, quod ſibi debetur ſm̃ diuinam iuſtitiam, propter perfectam cõformitatem uoluntatis humanæ ad diuinam. Nec tunc erit tp̃s proficiendi per meritũ ad maius p̃miũ, ſicut nunc accidit, qñ põt hõ meliorem, & uirtutẽ, & p̃miũ deſiderare: ſed tunc uoluntas uniuſcuiuſque infra hoc ſiſtet, quod eſt determinatũ diuinit⁹. ᵠ Scd̃o vero mõ aliquis plus ſeipſum diliget, q̃ ꝓximũ ẽt meliorẽ ʳ q̃a intẽtio actus dilectionis ꝓuenit ex parte ſubiecti diligẽtis, ut s* dictũ eſt. Et ad hoc ẽt donum charitatis vnicuiq; cõfert à Deo, ut primo q̃dẽ mẽtẽ ſuã in Deũ ordinet, quod ꝑtinet ad dilectionẽ ſuiipſius: ſcd̃ario vero ordinẽ aliorum in Deũ velit, uel ẽt operet ſm̃ ſuũ modũ: ſed ˢ quantũ ad ordinẽ ꝓximorum adinuicẽ, ſimpl̃r quis magis diliget meliorem ſm̃ charitatis amorẽ. ᵗ Tota .n. vita beata cõſiſtit in ordinatione mẽtis ad Deũ. Vñ totus ordo dilectionis ᵈ beatorũ obſeruabit ꝑ cõparationẽ ad Deũ, vt. ſ. ille magis diligat, & propinquior ſibi hẽat ab vnoquoq;, q̃ eſt Deo ꝓpinquior. Ceſſabit.n. tunc ꝓuiſio, q̃ eſt in p̃ſenti vita neceſſaria, qua neceſſe eſt, vt vnuſq̃ſq; magis ſibi cõiuncto, ſm̃ quãcũq; neceſſitudinẽ ꝓuideat magis, q̃ alieno. rõne cui⁹ ĩ hac uita ex ipſa inclinatione charitatis hõ plus magis ſibi cõiunctũ, cui magis dẽt impẽdere charitatis effectũ. ꝙ Cõtinget tñ in patria, ꝙ aliq̃s ſibi cõiunctũ pluribus modis diliget. ℞ Nõ.n. ceſſabũt ab aĩo beati honeſtæ dilectiõis cãꝗ: tñ oĩbus iſtis rõnib⁹ p̃fert ĩcõparabil̃r rõ dilectionis, q̃ ſumit ex ꝓpinquitate ad Deum.ᵇᵇ

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quantum ᵈ ad cõiunctos ſibi, rõ illa excedenda eſt: ſed quantũ ad ſeipſum, oportet ꝙ aliquis plus ſe, q̃ alios diligat, tãto magis, quãto ꝑfectior eſt charitas: quia ꝑfectio charitatis ordinat hoĩem ꝑfecte in Deũ, quod pertinet ad dilectionẽ ſuiipſius vt* dictũ eſt.

AD II. dicendũ, ꝙ rõ illa procedit de ordine dilectionis ſm̃ gradũ boni quod aliquis vult amato.

AD III. dicẽdũ, ꝙ vnicuiq; erit Deus tota rõ diligendi, eo ꝙ Deus eſt totũ hoĩs bonum. Dato.n. per impoſſibile, ꝙ Deus nõ eſſet hoĩs bonum, non eſſet ei rõ diligẽdi: etiã in ordine dilectionis oportet, ꝙ poſt Deum homo maxime diligat ſeipſum.

SVPER Q. XXVI. ART. XIII.

D. Bon. 3. ſ. diſ. 31. q. 3. art. 3.

Ba... eodem art.

IN art. 13. eiuſdem quæſt. aduerte, q. author probat beatũ in patria plus intenſiue diligere ſeipſum, q̃ beatiorem hoĩem uel angelum non ſolum ex parte ſubiecti (quia. ſ. intẽtio actus ſe tenet ex parte coniunctionis ad ſubiectum: nullus aũt eſt ſibi coniunctior q̃ ipſemet) ſed ẽt ipſius charitatis ordine in ſuis actib⁹, p hoc, ꝙ charitas vnicuiq; datur a Deo principaliter ad actum quo ipſe recipiẽs uñ ſe hẽat. Dat .n. Deus charitatem hoi, vt amico, pp bonũ. ſ. ipſius hoĩs, cui datur: & datur charitas ſcd̃ario ad actum erga ꝓximos. Ex hoc .n. manifeſto ordine cõſequens eſt, vt magis intendat hñs per ſcd̃ã charitatẽ principali actui, q̃ ſcd̃ario: & per hoc intenſius ſe diligat in Deo q̃ beatiorem. Nec obſtat ut in reſponſione ad vltimum dr̃, ꝙ Deus eſt in patria tota diligendi rõ, q̃a vnicuiq; beato Deus eſt tota diligendi ratio, ut eſt illius beati bonũ proprium. Diligere ergo Deum ut tota rõne diligendi, claudit in ſe prius diligere ſeipſum, q̃ proximum q̃a claudit in ſe Deũ eſſe & conſequenter diligi, ut propriũ bonũ diligentis, & claudit in ſe Deum diligi, vt bonum alterius: ſed illud infert, ſi Deus eſt alterius bonum.

Ferrell.: per totũ m.

160

3. d. 31. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et ver. q. 2. 2. 9. ad 12.

*Cap. 48. procul a princ. ro. 1.

*Art. 4. & 5. huius quæſt.

Concl. m D. 317.

*Ar. 7. & 9. hui⁹ q.

Concl. p

Concl. q

*Art. 7. & 9. hui⁹ q.

Concl. s

D. 100.

Concl. ꝙ

Concl. ℞

D. 101.

*In corp. art.

QVAESTIO XXVII.

De principali actu charitatis, qui eſt dilectio, in ſeptem articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de actu charitatis ¶Et primò, de principali actu charitatis, qui eſt dilectio.

¶Secundò, de alijs actibus, vel effectibus.

CIRCA primũ quærunt octo.

¶Primò, Quid ſit magis ꝓpriũ charitatis vtrum amare, uel amari.

¶Secundo, Vtrum amare, prout actus charitatis, ſit idem quod beneuolentia.

¶Tertiò, Vtrum Deus ſit propter ſeipſum amandus.

¶Quarto, Vtrum poſſit in hac vita immediate amari.

¶Quintò, Vtrum poſſit amari totaliter.

SVPER Q. XXVII. ART. I.

Banne. eodem art.

IN art. 1 q. 27. in rñſione ad primũ ꝑſpice primo ar... vel diſtinctione facta in corpore articuli: & ꝓpea diſtinguere hñtes maiorem charitatem in ſeipſos ut meliores, & ut perfectioris ſũt charitatis. Hoc .n. eſt diſtinguere hñtes charitatem ſcd̃m eãdem rõnẽ bonũ .Nã ſic maior charitas cõſtituit hoiem meliorem, & conſequenter magis amabilẽ, & ſcd̃m propriã rõnem charitatis nã ſic eſt uirtus ... ad actum amandi, & maior conſtituit hominẽ magis amãtem

¶Perſpice

¶Sextò, Vtrũ eius dilectio habeat modum.

A

¶Septimo, Quid ſit melius, vtrum diligere amicum, vel diligere inimicum.

¶Octauò, Quid ſit meli⁹, vtrũ diligere Deũ, vel proximũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitatis ſit magis proprium amari, quàm amare.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃, ꝙ charitati ſit magis ꝓpriũ amari, q̃ amare. Charitas.n. in melioribꝰ.melior iuenit:ſed[h] meliores debẽt magis amari. ergo charitatis magis ẽ ꝓpriũ amari.

B

¶2 Præt. Illud, qđ in pluribꝰ.iuenit, vr̃ eſſe magis[h] cõueniẽs naturæ, & per conſequẽs melius: ſed ſicut dicit Philo. in * 8. Ethi. Multi magis uolũt amari, q̃ amare, ſemperq; amatores adulationis ſũt multi. ergo meli⁹ ẽ amari, q̃ amare, & ꝑ cõſequens magis conueniens charitati.

C

¶3 Præt.[h] Propter qđ unũquodque, & illud magis:ſed hoĩes, ꝓpter hoc, ꝙ amant, amãt. Dicit n. Aug. in lib.* de Catechizãdis rudib⁹, ꝙ nulla ẽ maior ꝓuocatio ad amandum, q̃ præuenire amãdo. ergo charitas magis cõſiſtit in amari, quàm in amare.

SED CONTRA eſt, quod Philo. dicit * in 8. Ethi. ꝙ magis exiſtit amicitia in amare, q̃ in amari: ſed charitas eſt amicitia quædã. ergo charitas magis conſiſtit in amare, quàm in amari.

D

RESPON. Dicẽdum, ꝙ amare cõuenit charitati, iquãtũ ẽ charitas. Charitas.n. cũ ſit uirt⁹ q̃dã, ſm ſuã eſſentiã hẽt inclinationẽ ad ꝓpriũ actũ. Amari aũt nõ eſt act⁹ charitatis ipſius qui amat, ſed act⁹ charitatis eius eſt amare. Amari aũt cõpetit ei ſecundũ cõem rõnẽ boni, ꝓut.ſ. ad eius bonũ alius ad actũ charitatis mouet. Vñ manifeſtũ ẽ, ꝙ[m] charitati magis cõuenit amare, q̃ amari[n] Magis.n. cõuenit unicuiq;, qđ cõuenit ei per ſe, & ſubſtãtialr̃, q̃ qđ cõuenit ei ꝑ aliud. Et hui⁹ duplex eſt ſignũ. Primũ qdẽ, ꝙ amici magis laudant ex hoc, ꝙ amant, q̃ ex hoc, ꝙ amant: quimmo ſi non amãt, & ament, uituperant. Secũdo, q̃ mſ̃es, q̃ maximè amãt, plus quærunt amare, q̃ amari. Quædam.n. ut Philoſ. * dicit in eodẽ libro, filios ſuos dãt nutrici, & amãt quidẽ. Reamari autẽ non quærunt, ſi non contingat.

E

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ meliores, ex eo ꝙ meliores ſũt, ſunt magis amabiles: ſed ex eo, ꝙ in eis eſt ꝑfectior charitas, ſunt magis amantes, ſm tamen proportionem amati. Nõ.n. melior minus amat id, quod infra ipſum eſt, q̃ amabile ſit: ſicut ſi ille, qui eſt minus bonus, non attingit ad amandum meliorẽ quantum amabilis eſt.

AD II dicẽdũ, ꝙ ſicut Philoſo. * dicit ibidẽ, homines uolũt amari, inquantũ uolũt honorari. Sicut.n. honor exhibet alicui ut quoddã teſtimoniũ boni in ipſo qui honorat, ita ꝑ hoc, ꝙ aliqs amatur, oſtẽditur in ipſo eſſe aliqđ bonũ, quia ſolum bonũ amabile eſt. Sic ergo amari, & honorari quærunt hoĩes ꝑꝑ aliud, ſ. ad manifeſtationem boni in amato exiſtentis. Amare aũt q̃rũt charitatẽ habentes ſe cũdũ ſe, quaſi ipſum ſit bonum charitatis: ſicut & q̃libet actus uirtutis, eſt bonũ uirtutis illius. Vñ magis pertinet ad charitatẽ, velle amare, q̃ uelle amari.

AD III dicẽdũ, ꝙ ꝑꝑ amari aliq amant, non ita ꝙ amari ſit finis eius, qđ eſt amare: ſed eo, ꝙ eſt uia quædam ad hoc inducens, quòd homo amet.

ARTICVLVS II.

Vtrũ amare, ſecundum quod eſt actus charitatis, ſit idẽ quod beneuolẽtia.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ amare ſm qđ eſt act⁹ charitatis nihil ſit aliud, q̃ beneuolentia. Dicit.n. Philoſ. * in 2. Rhetoricæ, ꝙ h amare eſt velle alicui bonũ: ſed hoc eſt beneuolentia. ergo nihil aliud eſt actus charitatis, quàm beneuolentia.

¶2 Præt. Cuius eſt habitus, ei⁹ ẽ actus: ſed habit⁹ charitatis eſt i potẽtia uolũtatis, ut ſup.* dictũ eſt. ergo ẽt actus charitatis eſt actus uolũtatis: ſed nõ eſt niſi i h bonũ tendẽs, qđ eſt bñuolẽtia. ergo actus charitatis nihil aliud eſt, quàm beneuolẽtia.

¶3 Præt. Philoſ. in * 9. Ethi. ponit quinq; ad amicitiam[g] pertinentia, quorum primum eſt, quòd homo uelit amico bonũ: ſecundũ eſt, ꝙ uelit ei eſſe, & uiuere: tertium eſt, ꝙ ei delectabiliter cõuiuat: quartum eſt, ꝙ eadem eligat: quintum eſt, ꝙ ei cõdoleat, & congaudeat: ſed prima duo ad bene-

¶Perſpice ſecũdo, ꝙ quia in hac rñſione nõ ſolũ charitati tribuit magis amare, q̃ amari, uidẽdo doctrina corporis articuli: ſed alia ſit cõparatio ſ. maioris ad minorẽ charitatẽ ſecundũ magis, & min⁹ amare, dicẽdo, ꝙ maior charitas facit magis amãtes. Et merito adiunctũ eſt hoc: q̃a ſi proprium eſt charitati amare, cõſequens eſt, ut maior charitas faciat magis amare, & maxima maxime amare faciat, iuxta regulã, Sicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis &c. Et hoc, q̃ ẽ abſolute uerſiſſimũ eſt reſpectu formalis obiecti charitatis, qđ eſt Deus, ut patet: ſed reſpũ ſecũdarij obiecti, hoc eſt, proximi limitatur in lr̃a hac adiectione, ſ. ſecũdũ, proportionẽ amati: & intẽdit, ꝙ ꝑfectior charitas magis diligit proximũ ſecũdũ ꝓportionẽ, qua ꝓximus ille eſt diligibilis, q̃ ꝑfectior charitas diligat ꝓximum ſecundũ ipſi⁹ ꝓximi ꝓportionẽ: & hoc eſt dicere, ꝙ perfectior magis, q̃ imꝑfectior diligit proximũ attẽta amabilitate proximi, qđ declarat in litera poſitis duob. altero ꝑfectioris, altero imꝑfectioris charitatis. Cõſtat.n. ꝙ ꝑfectior eſt melior, & magis amabilis: & iꝑfectior minus bonus, ac minus amabilis. In amore aũt mutuo illorũ hæc eſt differẽtia, ꝙ minus bonus amatur a perfectiori, quantũ amabilis eſt, quia charitas perfectior nõ ſolum adæquat, ſed excedit bonitatẽ min⁹ boni. Melior aũt non amatur ab imperfectiore, quãtũ amabilis eſt, q: charitas imperfectior non adæquat bonitatẽ meliore. Ex hoc ergo, ꝙ ꝑfectior amat minus bonũ, quantũ amabile eſt, & imꝑfectior ſi redamat meliorem, quantũ amabilis eſt, manifeſtũ eſt, ꝙ ꝑfectior magis amat, ſecundũ ꝓportionem amati, hoc eſt, magis q̃ imꝑfectior, attẽta amabilitate obiecti.

¶In eodẽ art. 1. in reſponſione ad primũ aduerte, ꝙ cum in litera dr̃, ꝙ amari quæritur eadẽ rõne, qua q̃ritur honorari, ſ. ut manifeſtatiuũ boni proprij, nõ eſt intelligendum, ꝙ hæc ſit ꝑ ſe rõ appetitus eius, quod eſt amari: q̃m hoc falſum eſt. Amari. n. per ſe ordinat̃ ad habendũ id, quod bono proprio intus debetur ab alio: amatũ.n. ad intima penetratur: ſed intelligendum eſt, ꝙ hęc eſt rõ quare cõiter ab hominib. homines appetunt amari. Sic.n. dr̃ recte rñdet argumento de accidente ut in pluribus.

SVPER Q. XXVII. ARTIC. II.

Ba. ad. mart.

IN art. duo notãda occurrunt. Primo, diuerſa dña beneuolẽtiæ ab amore actuali in parte ſenſitiua, & in parte intellectiua. Nã ab illo ex cõtibus omni paſſioni actuali. ſ. eſſe cũ impetu, & ex proprijs paſſionis amoris actualis, ſ. nõ ſubito ex ortu, totaliter diſtinguitur. Ab iſto autẽ ex una tm̃ conditione ſecernitur, ſcilicet ex hoc, ꝙ amor exigit unionẽ, quã non exigit beneuolentia, ſed includit illa: n. Et iõ actus dilectionis charitatis claudit in ſe beneuolẽtiã. Eſt.n. amor amicitiæ: & addit, ut in litera dr̃. Ex his aũt non accipias, ꝙ beneuolẽtia eſt ꝓpria uolũtati: ſed ꝙ ſicut in parte ſenſitiua inuenit participatio amoris amicitiæ, a fortiori inueniri ꝑõt beneuolẽtia q̃ minus importat, q̃ amor amicitiæ. Nec cõtra hoc militãt rõnes in lr̃a ex Ariſt. allatæ: quæ afferuntur ad cõcludendã ſeparationem beneuolẽtiæ.

Porrecta per totum. 161

* Lib. 8. Ethi. c. 8. in prin. to. 5.

* Ca. 4. in prin. to. 4.

* Li. 8. c. 8. parum a prin. to. 5

Conclu. m

* Li. 8. c. 8. aliquãtulũ a princip. to. 5.

* Li. 8. c. 8. tom. 5.

Porrecta per totum. 162

3 d. 27. q. 1. ar. 1. cor. & ad 2.

* Li. 2. c. in princi. tom. 6.

* q. 24. artic. 1.

* Li. 9. c. 4. tom. 5.

ſiæ ab amore ſenſitiuo, & non ad inſeiĕda ... ō; oſſibilitaté coincidétię. Sat. n. eſt rōnib & Ariſt & literæ, q̃ bñuolétia non exigat cōdōnes, quas exigit paſſiōis amor: ac p hoc illa pōt eē ſi ne iſto, cū quo ſtat, q̃ pōt coincidere. Cō patiēdo ēt ſecū cōditiones amoris, quas nō exigit ſecundū ſe bñuolétia, ſicut in litera dr̃, q̃ coincidit cū dilectione charitatis, cōpatiēdo ſecū cōditionē amoris, ſ. unionem, quā ſecundum ſe non exigit.

¶ Secūdo in rñſione ad primū, q̃ illa diffinitio, Amare eſt velle bonum alicui nō continet totum, ſed principale pertinens ad amorem.

*Lib. 9. Ethic. c. 5. t. 5

* q. 23. artic. 2.

uolentiā pertinēt. ergo primus actus charitatis eſt bñuolētia.

Sed contra eſt, qđ Philoſo. dicit in* eodem libro, q̃ bñuolentia neq; eſt amicitia, neque eſt amatio, ſed ē amicitiæ principiū: ſed charitas eſt amicitia, ut ſupra dictū* eſt ergo beneuolentia non eſt idē quod dilectio, quæ eſt charitatis actus.

Respon. Dicēdum, q̃ bñuolentia ꝓpriē dr̃ actus uolūtatis, quo alteri bonū uolumus. Hic G aūt uoluntatis actus differt ab actuali amore tā ſm q̃ eſt in appetitu ſenſitiuo, q̃ ēt ſm q̃ eſt in appetitu intellectiuo, qui eſt uolūtas. Amor. n. q eſt in appetitu ſenſitiuo, quædā paſſio eſt. Oīs aūt paſſio cū quodā impetu inclinat in ſuū obiectū. Paſſio aūt amoris hoc hēt, q̃ nō ſubito exoritur, ſed p aliquā aſſiduā inſpectionē rei amatæ. Et iō Philoſ. in 9.* Eth. oſtendens differentiam inter bñuolentiā, & amorē, qui eſt paſſio, dicit q̃ bñuolētia H non hēt diſtenſionē, & appetitum. i. aliquē impetū inclinationis, ſed ex ſolo iudicio rōnis hō vult bonum alicui. Silr ēt talis amor eſt ex quadā conſuetudine. Bñuolentia aūt interdum orit̃ ex repētino, ſicut accidit nobis de pugilibus, qui pugnat, quorū alterum uellemus uincere: ſed amor, q eſt in appetitu intellectiuo, ēt differt a beneuolētia: importat. n. quandā unionē ſm affectū amantis ad amatum, inquantū. ſ. amans æſtimat amatum quodammō ut unū ſibi, uel ad ſe pertinens, & ſic mouet̃ in ipſum: ſed bñuolentia eſt ſimplex actus uoluntatis, quo uolumus alicui bonū, ēt nō præſuppoſita ꝓdicta unione affectus ad ipſum. Sic[m] ergo in dilectione, ſm q̃ eſt actus charitatis, includitur quidem beneuolentia: ſed dilectio, ſiue amor addit unionē affectus.[n] Et propter hoc Philo. dicit* ibid. quòd beneuolentia eſt principium amicitiæ.

*Lib. 9. Eth. c. 5. t. 5

Concl. m

*Lib. 9. Eth. c. 5. parum ante med. t. 5.

Ad primum ergo dicendū, q̃ Philoſ. ibi diffinit amare, non ponens totam rationem ipſius, ſed aliquid ad rationem eius pertinens, in quo maximè manifeſtatur dilectionis actus.

Ad II dicēdū, q̃ dilectio eſt actus uoluntatis in bonum tendens, ſed cum quadam vnione ad amatum, quæ quidem in beneuolentia non importat̃. K

Ad III dicēdū, q̃ intantum illa, quæ Philoſophus ibi ponit, ad amicitiam pertinent, inquantū proueniunt ex amore, quē quis habet ad ſeipſum, ut ibidem dicitur, ut ſcilicet hæc omnia aliquis erga amicum agat ſicut ad ſeipſum, quod pertinet ad prædictam unionem affectus.

Perrecta per totum.

163

4. di. 2. q. 2. ar. 1. q. 1 ad 2. Et opuſc. 61. c. 7. 8. 9. & 14.

*Hom. 11 in Euãg. 1 prin.

Articvlvs III.

Vtrum Deus ſit propter ſeipſum ex charitate diligendus.

Ad tertium ſic proceditur. Vr̃ q̃ Deus nō pp ſeipſum, ſed pp aliud diligatur ex charitate. Dicit. n.* Greg. in quadam homil. Ex[h] his, quę nouit animus, diſcit incognita amare. Vocat autem F incognita, intelligibilia, & diuina: cognita autem ſenſibilia. ergo Deus eſt propter aliud diligēdus.

¶ 2 Præt. Amor ſequitur[h] cognitionē: ſed Deus per aliud cognoſcitur, ſm illud Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, q̄ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. ergo etiam propter aliud amatur, & non propter ſe.

¶ 3 Spes[h] gñat charitatē, ut dr̃* in glo. Matth. 1. Timor ēt charitatem[h] introducit, ut Aug.† dicit ſup primam Cano. Ioan. ſed ſpes expectat aliqd adipiſci à Deo, timor aūt refugit aliqd, quod a Deo infligi pōt. ergo vr̃ q̃ Deus propter aliquod bonum ſperatum, uel propter aliquod malum timendum G ſit amandus. non ergo eſt amandus pp ſeipſum.

* Gl. interlinearis, ſup illud Abrahā genuit Iſaac.

* Tract. 9. iter princip. & medium, t. 9

Sed contra eſt, q̃ ſicut Aug.* dicit in 1. de doctri. Chri. Frui eſt amore inhærere alicui pp ſeipſum: ſed Deo fruendum eſt, ut* in eodem libro dicitur. ergo Deus diligendus eſt propter ſeipſum.

*Li. 1. c. 4. in princi. tom. 3.

*Li. 1. c. 4. & 5. to. 3.

Respon. Dicendum, q̃ ly pp, importat habitudinē alicuius cauſę. Eſt aūt quadruplex genus cauſæ, ſ. finalis, formalis, efficiens,[d] & materialis, ad quā reducitur ēt materialis diſpoſitio,[d] quæ non eſt cā ſimplr, ſed ſm quid. Et ſm hæc quatuor genera cauſarum dr̃ aliquid pp alterum diligendū. Secundum quidem genus cauſæ finalis, ſicut dili- H gimus medicinam pp ſanitatem. Secundū aūt genus cauſæ formalis, ſicut diligimus hominem pp uirtutem, quia ſ. virtute formaliter eſt bonus, & per conſequens diligibilis. Secundum aūt cām efficientem, ſicut diligimus aliquos, inquantū ſunt filij talis patris. Secundum aūt[d] diſpoſitionē, quæ reducitur ad genus cauſæ materialis, dicimur aliquid diligere pp id, quod nos diſponit ad eius dilectionem, puta, pp aliqua beneficia ſuſcepta: q̄uis poſtq̄ iam amare incępimus, non propter illa beneficia amemus amicum, ſed pp eius uirtutē.[m] Primis ergo tribus modis Deum nō diligimus pp I aliud, ſed pp ſeipſum.[n] Non. n. ordinatur ad aliud ſicut ad finem, ſed ipſe eſt finis ultimus omnium. Neq; ēt informatur aliquo alio ad hoc, q̃ ſit bonus, ſed eius ſubſtantia eſt eius bonitas, ſecundùm quā[d] exemplariter oīa bona ſunt. Neq; iterum ei ab altero bonitas ineſt, ſed ab ipſo omnib. alijs:[p] quarto mō poteſt diligi pp aliud,[q d] quia. ſ. ex aliquibus alijs diſponimur ad hoc, quòd in Dei dilectione proficiamus, puta, per beneficia ab eo ſuſcepta, uel per præmia ſperata, uel per pœnas, quas per ipſum uitare intendimus.

D. 312.
D. 314.

D. 1057.

Conclu. m

D. 284.
Conclu. p

D. 98.

Ad primum ergo dicēdū, q̃ ex his, quæ animus K nouit, diſcit incognita amare: non q̃ cognita ſint ratio diligendi ipſa incognita per modum cauſæ formalis, uel finalis, uel efficientis, ſed quia p hoc homo diſponitur ad amandum incognita.

Ad II dicendum, q̃ cognitio Dei acquiritur qdem per alia: ſed poſtquàm iam cognoſcitur, non per alia cognoſcitur, ſed per ſeipſum, ſecundùm illud Ioan 4. Iam non propter tuam loquelā credimus. Ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt verē ſaluator mundi.

Ad III dicendum, quòd ſpes, & timor ducunt ad charitatem per modum diſpoſitionis cuiuſdā, ut ex ſupra* dictis patet.

*q. 17. artic. 8.

SVPER

SVP. QV. XXVII.
ART. IIII.
Capr. 1. d. 2. q. 1. con. 7.
Ban. eodem art.

Porrecta per totum. 164
3. d. 27. q. 3. ar. 1. Et d. 34. q. 1. ar. 1. ad 5. Et verit. q. 10. ar. 11. ad 6. Et verit. q. 2. a. 2. ad 11.
* Li. 10. c. 1. & 2. c. 3.

IN ar. 4. omiſſo tertio aduertendum eſt, quòd amari immediatè ſignificat eſſe immediatū terminum, non immediatū mouens ad amandū. Et quia Deus ſecūdū ſeipſum eſt immediatus, & primus terminus amoris charitatis etiam in via, quoniam eſt obiectū formale eius: ideo in via etiam Deus immediatè amatur, cum quo ſtat, quòd moueat ad actum amādi in ſpeculo creaturæ, ut ſuperius dictum eſt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus in hac vita poſſit immediatè amari.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr ꝙ Deus in hac vita nō poſſit immediatè amari. Incognita henim amari ñ poſſūt, vt Aug. dicit 10.* de Tri. ſed Deū nō cognoſcim⁹ immediatè in hac vita, quia videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, vt dicitur 1. ad Corinth. 13. ergo neque etiam eū immediatè amamus.

¶ 2 Præt. Qui nō pōt^h qđ minus eſt, nō pōt qđ maius eſt: ſed maius eſt amare Deū, ꝗ cognoſcere ipſum. Qui. n. adhęret Deo p amorem, vnus ſpiritus cum illo eſt, vt dicitur 1. ad Cor. 6. ſed homo non pōt Deū cognoſcere immediatè. ergo multò min⁹ amare.

¶ 3 Præt. Hō à Deo diſiungitur p peccatum, ſm illud Iſa. 59. Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deū veſtrū: ſed peccatū magis eſt in voluntate, ꝗ in intellectu. ergo minus pōt homo Deū^h diligere immediatè quàm Deum immediatè^h cognoſcere. C

SED CONTRA eſt, ꝙ cognitio Dei, q̄a eſt mediata, dr̄ ænigmatica, & euacuat in patria, vt patet 1. ad Cor. 13. ſed charitas viæ nō euacuatur, vt ibidē dicit. ergo charitas viæ immediatè Deo adhæret.

* 1. p. q. 82. ar. 2. D. 222.

RESP. Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra* dictū eſt, actus cognitiuæ^d virtutis pficit p hoc, ꝙ cognitū eſt in cognoſcēte: actus aūt appetitiuæ virtutis pficit per hoc, ꝙ appetitus inclinat ad rē ipſam. Et iō oportet, ꝙ motus appetitiuę virtutis ſit in re ſm cognitionē ipſarū rerū: act⁹ aūt cognitæ virtutis eſt ſm modū cognoſcētis. Eſt aūt ipſe ordo rerū talis ſm ſe, ꝙ Deus eſt pp ſeipſum cognoſcibilis, & diligi- D bilis, vtpote eſſentialiter exiſtens ipſa veritas, & bonitas, p quā alia & cognoſcunt, & amant. Sed quo ad nos, q̄a noſtra cognitio à ſenſu ortū hēt, prius ſunt cognoſcibilia, ꝗ ſunt ſenſui ppinquiora: & vlterius, terminus cognitionis eſt in eo, qđ eſt maximè à ſenſu remotū. Secūdū hoc ergo dicēdū eſt, ꝙ^m dilectio, ꝗ eſt appetitiuæ virtutis actus, ēt in ſtatu vię, tēdit in Deū primò, & ex ipſo deriuat ad alia: & ſm hoc charitas Deū immediatè diligit, alia verò, Deo mediante. In cognitione verò eſt ecōuerſo, q̄a. ſ. per alia Deū cognoſcimus*, ſicut cauſam p effectus, vel p modū eminentiæ, aut ne E gationis, vt patet per Dion. in lib. de * diuin. nom.

Conclu. m

*Capit. 4. par. 1. circa med. illius.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ꝗuis incognita nō poſſint amari, tñ nō oportet, ꝙ ſit idē ordo cognitionis, & dilectionis: nā dilectio ē cognitionis terminus. Et iō vbi deſinit cognitio, ſ. in ipſa re, ꝗ per aliā cognoſcit, ibi ſtatim dilectio incipere poteſt.

AD II dicēdū, ꝙ q̄a dilectio Dei eſt mai⁹ aliqd, ꝗ eius cognitio, maximè ſm ſtatū viæ, iō pſupponit ipſam. Et q̄a cognitio nō q̄eſcit ī reb⁹ creatis, ſed p eas in aliud tēdit, in illo dilectio incipit, & p hoc ad alia deriuatur per modum cuiuſdam circulationis, dum cognitio à creaturis incipiens, tendit in Deum, & dilectio à Deo incipiens ſicut ab vltimo fine, ad creaturas deriuatur.

AD III dicendū, ꝙ p charitatē tollit auerſio à Deo, ꝗ eſt p peccatum, non aūt per ſolā cognitionē: & iō charitas eſt, ꝗ diligendo animā immediatè Deo coniungit ſpiritualis vinculo vnionis.

SVP. QV. XXVII.
ARTIC. V.
Ban. eodem art.

Porrecta per totum. 165
3. d. 27. q. 3. ar. 2. Et vit. q. 2. a. 10. ad 5.

IN artic. 5 aduerte, quod quæſtio hæc cōmunis eſt charitatis viæ, & charitati patriæ: quia eſt de amari ex charitate abſolute. Et ppterea nō oportet diſcutere, quomodo ex parte diligentis Deus totaliter diligatur: quia etſi hic non fit, ſufficit quòd fiat in patria.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus poſſit totaliter amari.

AD QVINTVM ſic pcedit. Vr ꝙ Deus nō poſſit totaliter amari. Amor. n. ſequit cognitionē: ſed Deus nō pōt totaliter à B nobis cognoſci, quia hoc eſſet eum comprehendere. ergo nō poteſt à nobis^h totaliter amari.

¶ 2 Præt. Amor eſt vnio q̄dā, vt patet p Dio. 4. c.* de diu. nomin. ſed cor hominis nō poteſt totaliter^h Deo vniri: q̄a Deus eſt maior corde noſtro, vt dr̄ 1. Ioan. 3. ergo Deus nō pōt totaliter amari.

* Ca. 2. in parte 2. illius.

¶ 3 Præt. De⁹ ſeipſū^h totaliter amat. ſi ergo ab aliquo alio totaliter amat, aliq̄s ali⁹ diligit Deū tm̄, quātū ipſe ſe diligit: hoc aūt eſt incō ueniēs. ergo Deus non pōt totaliter diligi ab aliqua creatura.

C SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto^h corde tuo.

RESP. Dicēdū, ꝙ cū dilectio intelligat quaſi mediū inter amātē, & amatū, cū q̄rit, an Deus poſſit totaliter diligi tripl̄r pōt intelligi. Vno mō, ut modus totalitatis referat ad rē dilectā: &^m ſic De⁹ eſt totaliter diligēdus^n, q̄a totū qđ ad Deum ptinet, hō diligere dēt. Alio mō, pōt intelligi ita, ꝙ totalitas referat ad diligētē: &^p ſic ēt Deus totaliter diligi debet^q, q̄a ex toto poſſe ſuo hō debet diligere Deū, & q̄cq̄d hēt, ad Dei amorē ordinare, ſm illud Deut. 6. Diliges dominū Deū tuū ex toto cor D de tuo. Tertio mō, pōt intelligi ſm cōparationem diligētis ad rē dilectā, vt ſ. mod⁹ diligētis adęquet modū rei dilectæ: &^r hoc nō pōt eſſe^t. Cū. n. vnūquodq; intātū diligibile ſit, inquātū ē bonū, De⁹, cuius bonitas eſt infinita, eſt infinitè diligibilis. Nulla aūt creatura pōt Deū infinitè diligere, quia oīs virt⁹ creaturæ ſiue naturalis, ſiue infuſa, eſt finita: & p hoc patet rñſio ad obiecta. Nam primæ tres obiectiones procedunt ſm hunc tertium ſenſum: vltima autem ratio procedit in ſenſu ſecundo.

Conclu. m

Conclu. p

Conclu. s

SVP. QV. XXVII.
ART. VI.
D. Bon. 3. 5. di. 27. q. 6. art. 2.
Thom. ab Arg. diſ. 27. q. 1. ar. 2.
Capr. 3 d. 27. q. 1. cō. 6.
Ban. eadem art.

Porrecta per totum. 166
3. d. 27. q. 3. ar. 3. Et vir. q. 2. 2. 2. ad 13.

* Ca. 3. & 4. habet, tom. 6.

IN ar. 6. in corpore nota rōnē, quare appetit⁹ finis eſt infinitus, q̄a. ſ. finis non hēt rōnem menſurati, ſed mēſurę. In mēſura autem non poteſt eſſe exceſſus, aut defectus, alioquin menſuræ eſſet alia mēſura, & ſic procederetur

ARTICVLVS VI.

Vtrum diuinæ dilectionis ſit aliquis modus habendus.

E AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ diuinæ dilectionis ſit aliquis modus habēdus. Ratio enim boni conſiſtit in^h modo, ſpecie, & ordine, ut patet per Aug. in lib.* de nat. boni. Sed dilectio Dei eſt optimū in homine, ſecundum illud ad Coloſ. 3. Super omnia charitatem habete. ergo dilectio Dei debet modum habere.

*Ca.8 parū a principio, tomo 1.

dereť in infinitū. Et patet ſequela, quia exceſſus, vel defectus attēditur penes aliquam menſuram, ſupra quam excedit, vel a qua aliqd deficit. Et hoc fundamētū bene notato in appetibilibus, & agibilibus: quōt omnium menſura eſt finis, quia penes finē ſumitur omnium horum ratio, & pluries oportet hac propoſitione vti.

*li.4.c.3. circ. med. tom.3.

¶ In eodem 6. art. in reſponſione ad tertiū circa illa verba, Actus interior charitatis hēt rōnē finis, quia vltimū bonū hominis conſiſtit in hoc, q̄ aīa Deo inhæreat: aduerte, q̄ author cōparat hic actū interiorē charitatis ad actus exteriores imperatos, q̄ ſunt ad finem, & reſpectu eorum dicit, q̄ actus interior eſt finis, & nō cōparat actū interiorē charitatis ad actū nō imperatū: ſed naturalem in intellectu beati cāto a Deo præſente ſub claro lumine gloriæ, tū quia talis actus cum ſit obiectū amoris, hēt magis rōnē finis, q̄ ipſe actus amandi, cui ex hoc ipſo q̄ eſt actus volūtatis, minus conuenit rō finis: quia rō finis eſt rō obiecti voluntatis: tū quia author loquitur de actu, quo aīa inhæret vltimo fini, ſ. Deo, ut patet in litera, vt diſtinguitur ab actibus, quibus non inhæremus, ſed accedim⁹ ad Deum. Viſio autē Dei in patria nō excluditur ab actu uoluntatis, quo aīa inhæret Deo ſed includit ipſum, vt ꝓpriā ipſius cauſam. Et ꝓpterea attribuitur hic eſſe vltimū, actui voluntatis: & ꝓpterea eſſe menſurā aliorū non vt excludit uiſionem in patria, ſed vt claudens illam in ſe: ita vt totalis adhæſio ad Deū, cuius una pars act⁹ uolūtatis ex una ſumatur parte, ſ. ex parte finis, reliqua ex parte eius, qđ eſt ad finē. Totū. n. illud, & ſingulas eius partes, quia ſunt conſecutio ultimi finis, ſine menſura, & mō appetendū eſt: ita q̄ quāto plus, tanto melius reliqua mēſurata oportet eſſe. Et hæc dicta ſint, ne putes verba autho-

*In prin. libri.

*In Arg. 3. huius art.

*Li.2.ca. 82.to.2.

*Li. 1.Poli.cap.6.a medio, tom.5.

¶2 Præt. Aug. dicit in li.* de mo F ribus eccl. Dic mihi, q̄ſo te, q̄s ſit diligendi ʰ modus. Vereor. n. ne plus, minuſve q̄ oportet, inflāmer deſiderio, & amore domini mei. Fruſtra autem quæreret modū, niſi eſſet aliquis diuinæ dilectionis modus. ergo eſt aliqđ modus diuinæ dilectionis.

¶3 Præt. Sicut Aug.* dicit 4. ſup Gen. ad literā. Modus eſt, quem vnicuiq; ꝓpria menſura ꝑfigit: ſed mēſura uolūtatis humanæ, G ſicut & actionis exterioris, eſt rō. ergo ſicut i exteriori effectu charitatis oportet hēre modū à ratione præſtitum, ſm illud Roma. 12. Rōnabile obſequiū veſtrū: ita ēt interior Dilectio Dei debet modum habere.

Sed contra eſt, q̄ Bern. dicit in lib.* de diligendo Deum, q̄ cauſa diligendi Deum, Deus eſt. modus, ſine modo diligere.

Resp. Dicēdū, q̄ ſicut patet H ex ducta authoritate* Aug. modus importat quandā menſuræ determinationē. Hæc aūt determinatio inuenit̄ & in menſura, & in mēſurato, aliter tñ & aliter. In mēſura. n. iuenit̄ eſſentialiter, quia mēſura ſm ſeipſam eſt determinatiua, & modificatiua aliorū: in mēſuratis aūt inuenitur mēſura ſm aliqđ. i. inquantū attingūt mēſurā. Et ideo in mēſura nihil pōt accipi immo- I dificatū: ſed res mēſurata eſt immodificata, niſi mēſurā attigat ſiue deficiat, ſiue excedat. In oībus aūt appetibilib⁹, & agibilibus mēſura eſt finis: quia eorū q̄ appetimus, & agimus, oportet ꝓpriā rōnē ex fine accipere, vt patet ꝑ Phil.* in 2. Phy. Et iō finis ſm ſeipſū, hēt modū: ea verò q̄ ſunt ad finē hēnt modū ex eo, q̄ ſunt fini ꝓportionata. Et iō ſicut Philo. dicit i* 1. Politic. Appetit⁹ finis i oībus artibus ē abſq; fine & termino: eorū aūt q̄ ſunt ad finē, ē aliq̄s termin⁹. Nō. n. medicus imponit aliquē terminū ſanitati, ſed facit eam ꝑfectā quātūcūq; pōt, ſed medicinæ imponit terminū. Nō. n. dat tm̄ de medicina, quatū pt, ſed ſm ꝓportionē ad ſanitatē: quā qdē ꝓportionē ſi medicina excederet, uel ab ea deficeret, eſſet inmoderata. Finis aūt

omniū actionum humanarū, & affectionū, eſt dilectio Dei, per quā maximè attingim⁹ vltimū finē, vt ſupra dictū* eſt. Et iō in ᵐ dilectione Dei nō pōt accipi modus, ſicut in re mēſurata, ut ſit in ea accipere plus, & min⁹: ſed ſicut inuenit̄ modus in menſura, in qua non poteſt eſſe exceſſus, ſed quanto plus attingitur regula, tātò melius eſt: & ita quanto Deus plus diligitur, tantò eſt dilectio melior ⁿ.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ illud, qđ eſt ꝑ ſe, potius eſt eo, quod eſt per aliud. Et ideò bonitas menſuræ, quę per ſe habet modū, potior eſt, q̄ bonitas menſurati, quæ habet modum ꝑ aliud. Et ſic ēt charitās, q̄ habet modū ſicut mēſura, præminet alijs virtutibus, q̄ hēnt modū ſicut mēſuratæ.

Ad II dicēdū, q̄ ſicut* Aug. ibidem ſubiungit, modus diligēdi Deū eſt, vt ex toto corde diligat̄, ideſt, ut diligatur quantumcumq; poteſt diligi. Et hoc pertinet ad modum, qui conuenit menſuræ.

Ad III dicēdū, q̄ affectio illa, cuius obiectū ſubiacet iudicio rōnis, eſt rōne mēſurāda: ſed obiectū diuinæ dilectionis, qđ eſt Deus, excedit iudiciū rōnis, & iō non mēſurat̄ rōne, ſed rōnē excedit. Nec eſt ſimile de interiori actu charitatis, & exterioribus actibus. Nā interior actus charitatis hēt rōnē finis, quia ultimū bonum hominis cōſiſtit in hoc, q̄ aīa Deo inhæreat, ſm illud Pſal. Mihi adhærere Deo bonum eſt. Exteriores autem actus ſunt ſicut ad finem: & ideò ſunt commenſurandi & ſecundum charitatem, & ſecundum rationem.

*Ca. 8. & 11. to. 1.

Articvlvs VII.

Vtrum ſit magis meritorium diligere inimicum, quàm amicum.

Ad septimvm ſic proceditur. Vr̄ q̄ magis meritoriū ſit diligere inimicū, q̄ amicū. Dr̄. n. Mat. 5. Si ʰ diligitis eos q̄ uos diligūt, quā mercedē hēbitis? Diligere ergo amicū nō meretur mercedē, ſed diligere inimicū meret̄ mercedē, ut ibidē oſtenditur. ergo magis eſt meritoriū diligere inimicos, q̄ amicos.

¶ 2 Præt. Tāto aliqđ eſt magis ʰ meritoriū, quāto ex maiori charitate ꝓcedit: ſed diligere inimicū eſt ꝑfectorū filiorū Dei, ut Aug. dicit* in Ench. diligere aūt amicū eſt ēt charitatis imperfectæ. ergo maioris meriti eſt diligere inimicum, quam amicum.

¶ 3 Præt. Vbi ē maior conat⁹ ad bonū, ibi vr̄ eē mai⁹ ᵏ meritū: quia vnuſq̄ſq; ꝓpriā mercedē accipiet ſm ſuū laborē, ut dr̄ 1. Cor. 3. ſed maiori conatu īdiget hō ad hoc, q̄ diligat inimicū, q̄ ad hoc, q̄ diligat amicū, quia difficilius eſt. ergo vr̄ q̄ diligere ini-

ris ſibijpſi contrariari: ſed cogitoſcas, q̄ cum ex pluribus integretur conſecutio vltimi finis, q. Deū eſt ſ. act⁹ intellectus, & volūtatis, illius tñ partis author meminit explicite, quæ pſenti ſeruit propoſito

*q. 13. artic. 6. Conclu. m

SVPER Q. XXVII. ART. VII.

D. Bon. 3. ſ. di. 31. q. 6. art. 1. Nic. de Nyſe Tra. 5. p. 3. pa. 3. dicit q. 3. Cap. 3. d. 27. q. 1. a. 8. Ban. eodem art.

Porrecta per totum.

167

In ar. 7. dubium ex Durādo in 3 ſent. d. 30. q. vlt. occurrit, an diligere cęteris paribus amicū, ſit magis meritoriū, q̄ diligere inimicū. Ipſe ſiquidē tripliciter ꝓbare nititur, q̄ dilectio amici eſt magis meritoria. Primo, quia dilectio inimici ex natura operis exigit maiorē conatū, quia eſt difficilior ſcdm ſe. Secūdo, quia tota rō dilectiōis inimici eſt charitas, non aūt tota rō dilectionis amici. Tertio, quia dilectio inimici includit dilectionem amici, ut patet. ergo melior.

Infra art. 8. ad 2. Et 3. d. 30 art. 3. & a. 4 ad 3 Et vir. q. 2. artic. 8. & ad 17.

*Ench. c. 73. to. 3.

¶ Ad hoc dicēdū ē ſecūdum authoris doctrinā, q̄ cęteris paribus, dilectio amici ē melior, & magis meritoria. Et pſe, ac ſō eſſentialis eſt, quia obiectum ſ tali dilectione

micum ſit magis meritorium, quàm diligere amicum. A

SED CONTRA eſt, qa illud, qđ eſt meli⁹, eſt magis [h] meritoriū: ſed melius eſt diligere amicum, qa melius eſt diligere meliorē. amicus autem qui amat, eſt melior, q̃ inimicus qui odit. ergo diligere amicū eſt magis meritorium, q̃ diligere inimicum.

RESPON. Dicēdum, ꝙ rō diligēdi ꝓximū ex charitate, Deus eſt, ſicut ſupra dictū* eſt. (*q.25.artic.1.) Cū ergo q̄rit̄, qd ſit melius, uel magis meritoriū, utrū diliger̄ amicū, uel inimicū, dupl̄r iſtæ dilectiones cōparari pñt. B Vno mō ex parte ꝓximi, q̄ diligit̄: alio mō ex parte rōnis, ꝓp quā diligit̄.[m] (Conclu. m) Primo q̄dē mō, dilectio amici p̄eminet dilectioni inimici:[n] qa amicus & melior eſt, & magis cōiūctus, vñ eſt materia magis conueniēs dilectioni. Et ꝓpter hoc actus dilectionis ſuꝑ hanc materiā trāſiens, melior eſt, vñ & eius oppoſitū eſt deteri⁹: peius.n.eſt odire amicū, q̃ inimicū.[p] C (Conclu. p) Secundo aūt mō, dilectio inimici p̄eminet [q] ꝓp duo. Primo q̄dem, qa dilectionis amici pōt eſſe alia rō q̃ Deus, ſed dilectionis inimici ſolus Deus ē rō. Secūdo, qa p̄ſuppoſito ꝙ uterque ꝓp Deum diligat̄, fortior oſtendit̄ eſſe Dei dilectio, q̃ animum hoīs ad remotiora extendit. i.vſq; ad dilectionē inimicorū: D ſicut uirtus ignis tāto oñdit̄ eſſe fortior, quāto ad remotiora diffundit ſuū calorē. Tātò ergo oſtēdit̄ diuina dilectio eſſe fortior, quanto ꝓp ipſam difficiliora implemus: ſicut & uirt⁹ ignis tātò eſt fortior, quātò cōburere pōt materiā minus cōbuſtibilē. Sed ſicut idē ignis in ꝓpinquiora fortius agit, q̃ in remotiora: ita ēt charitas feruentius diligit coniunctos, q̃ remotos. E (Conclu. s) Et[s] quantū ad hoc dilectio amicorum ſecundùm ſe conſiderata, eſt feruētior & melior, quàm dilectio inimicorum.[t]

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ uerbū Dñi eſt ꝑ ſe intelligēdū. Tunc.n. dilectio amicorū apud Deū mercedē nō habet, qñ ꝓp hoc ſolū amantur, qa amici. Et hoc vr̄ accidere, qñ ſic amātur amici, ꝙ inimici non diligūtur. Eſt tñ meritoria amicorū dilectio, ſi propter Deum diligant̄, & non ſolùm quia amici ſunt.

AD ALIA patet reſponſio ꝑ ea, q̄ dicta ſunt. Nā duæ rōnes ſequentes procedunt ex parte rōnis diligendi: ultima uero ex parte eorum, quæ diliguntur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ſit magis meritorium diligere proximum, quàm diligere Deum.

Porrecta per totum.
168
Inf.q.182. art.2.cor. Et 3. diſt. 30.arti.4. Et quoli. 6.arti.11. cor.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ magis ſit meritoriū diligere proximum, q̃ diligere Deum. Illud.n. vr̄ eſſe magis meritorium, quod Apoſtolus magis elegit: [h] ſed Apoſtolus prælegit dilectionē proximi dilectioni Dei, ſecundùm illud ad Rom.9. Optabā anathema eſſe à Chriſto ꝓ fratrib. meis. ergo magis eſt meritoriū diligere ꝓximum, quàm diligere Deum.

¶2 Præt. Minus vr̄ eſſe meritoriū aliquo mō diligere[h] amicū, ut dictū * eſt: (*Ar. præc.) ſed Deus maximè eſt amicus, qui prior dilexit nos, ut dr̄ 1.Io.4. ergo diligere Deum uidetur eſſe minus meritorium.

¶3 Præt. Illud, quod eſt [h] difficilius, vr̄ eſſe uirtuoſius, & magis meritorium: qa uirtus eſt circa difficile, & bonū, ut dicitur in * 2.Ethi. (*Lib.2.Ethic.ca.3. circa fin. tom.5.) ſed facilius eſt diligere Deum, quam proximum, tùm quia naturaliter omnia Deum diligunt: tum quia in Deo nihil occurrit, quod non ſit diligendum, quod circa proximum non contingit. ergo magis eſt meritorium diligere proximum, quam diligere Deum.

SED CONTRA eſt, quia propter quod unūquodque, illud magis: ſed dilectio proximi non eſt meritoria, niſi propter hoc, quòd proximus diligit̄ propter Deum. ergo dilectio Dei eſt magis meritoria, quàm dilectio proximi.

RESPON. Dicendum, ꝙ comparatio iſta pōt intelligi dupliciter uno mō, ut ſeorſum conſideret̄ utraque dilectio: & [m] tunc non eſt dubium, ꝙ dilectio Dei eſt magis meritoria.[n] (Conclu. m) Debetur.n. ei merces ꝓp ſeipſam, quia ultima merces eſt frui Deo, in quem tendit diuinæ dilectionis motus. Vñ & diligenti Deū merces ꝓmittitur. Io.14. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & manifeſtabo ei meipſum. Alio mō, pōt attendi ipſa cōparatio, ut dilectio Dei accipiatur, ſm quod ſolus diligitur: dilectio aūt proximi accipiatur, ſm quod proximus diligitur propter Deum. Et ſic dilectio proximi includit dilectionē Dei, ſed dilectio Dei nō includit dilectionē proximi. Vñ erit cōparatio dilectionis Dei perfectæ, q̄ extendit ſe ēt ad proximū, ad dilectionē Dei inſufficientem & imꝑfectā: (Conclu. p) qa hoc mādatū habemus a Deo, ut qui diligit Deū, diligat & fratrē ſuū: & [p] i hoc ſēſu dilectio ꝓximi p̄eminet.[q]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſecundùm vnā * gloſſæ expoſitionē, (*Gl. ordinaria in principio commentarij ad cap.9.) hoc Apoſ. tūc nō opta-

* * *

[r] eſt & Deo propinquius, qa melius: & diligēti ꝓpinquius. qa magis cōiunctū, ac ꝑ hoc vtriq; dilectionis charitatiuæ meturæ cōformius. Cōſtat aūt ꝙ act⁹ hūs materiā per ſe magis cōſonā, cæteris paribus eſt melior. Et q̄n eē meritoriū ſimpliciter apud Deū, cōſequitur maiorē bonitatē ſimpliciter, ꝗcq̄d ſit de merito reſpectu huius, ideo optimè ualet ſequela, Actus charitatis ē ſimpliciter melior. ergo magis meritori⁹ ſimpliciter: & nihil officit ſiue ſit magis debitus ſiue nō, ut Durādus fingit. Dilectio ſiquidē nr̄a erga Deū ē maximè debita, & nō ꝓpterea perdit rōnē meritorij, & magis meritorij: ſed ille decept⁹ eſt declinās à merito ad meritū ab hoc. Et rurſus debuit cōſiderare, ꝙ nō eſt ſermo de bono & meliori in cōi, ſed de bono & meliori ſecūdum charitatem.

(Conclu. p) ¶ Ad primā ergo obiectionē in oppoſitū dr̄ cū authore in reſponſione ad ultimum huius q̄ſt. ꝙ cū duo concurrāt ad uirtutē, bonū, & difficile, pl⁹ facit ad rōnē uirtuoſi act⁹ bonū, q̃ difficile. Et ꝓpterea nō quāto difficilior ex natura operis, niſi ēt ſit melior, actus iudicatur ſimpliciter magis meritori⁹. Et ꝓpterea licèt dilectio inimici ſit difficilior, non tñ eſt magis meritoria: ſicut ēt dilectio ꝓximi eſt magis difficilis, q̃ dilectio Dei, cum ſit naturaliſſima, nō tñ eſt magis meritoria.

¶ Ad ſecūdū dr̄, ꝙ recedit̄ ad hypotheſi. Nā q̄ó eſt cæteris paribus mō cætera nō ſunt paria, niſi ponatur ex charitate pariter amicū, & inimicū diligi, ſic ꝙ quæcunque alia ratio diligēdi non conſideretur. (Conclu. s)

¶ Ad tertiū dr̄, ꝙ rō illa īfert oppoſitū intētū: qñ dilectio inimici ut quatuor, ſupponit eādē charitatem diligere amicū plus q̃ ut quatuor: qm̄ eadē charitas magis tēdit in obiectū ꝓpinquius, q̃ remotū. Cū ergo dr̄, Dilectio ꝓximi includit dilectionē amici, diſtinguendū ē đ dilectione habituali, uel actuali amici. Nā ſi đ habituali eſt ſermo, uerū aſſumit̄, ſed oppoſitū cōcludit̄, ut deductū eſt: quia eadē charitas magis tēdit in ꝓpinquū, q̃ remotū. Et ꝓpterea negāda eſt ſequela: qm̄ nō includit illā gradualiter, & aliqd addit, ſed includit illam ut cōem cāu ſui, & dilectionis amici. Si uerò de dilectione actuali amici eſt ſermo, falſū manifeſte aſſumit̄. Non.n. actu, quo diligo Ioānē inimicū, clauditur actus, quo diligo Petrū amicū.

SVP. Q. XXVII. ART. VIII.

Ban. eodem art.

IN artic. 8. Rñſio ad tertiū cōmēdāda ē memoriæ: qa pluries oportet ea uti, nihilque aliud ſcribendum occurrit.

bat, quando erat in ſtatu gratiæ, ut ſ. ſepararetur à Chriſto pro fratrib. ſuis, ſed hoc optauerat, qñ erat in ſtatu infidelitatis: unde in hoc nõ eſt imitãdus. Vel poteſt dici, ſicut dicit Chryſ. in lib. * de cõpunctione, ꝙ per hoc non oſtenditur, ꝙ Apoſto. plus diligeret proximum, q̃ Deum: ſed ꝙ plus diligeret Deum, q̃ ſeipſum. Volebat. n. ad tempus priuari fruitione diuina, ꝙ pertinet ad dilectionem ſui, ad hoc ꝙ honor Dei procuraretur in proximis, quod pertinet ad dilectionem Dei.

*Chryſo. li. 1. de cõpunct.

Ad II dicẽdum, ꝙ dilectio amici pro tantò eſt quandoque minus meritoria, quia amicus diligitur propter ſeipſum, & ita deficit a uera ratione amicitiæ charitatis, quæ eſt Deus. Et ideo quòd Deus diligatur propter ſeipſum, nõ diminuit meritum, ſed hoc conſtituit totam meriti rationem.

Ad III dicẽdũ, ꝙ plus facit ad rationem meriti, & uirtutis, bonum, quàm difficile. Vñ nõ oportet, quòd omne difficilius ſit magis meritoriũ, ſed quòd ſic eſt difficilius, ut etiam ſit melius.

QVAESTIO XXVIII.

De Gaudio, ĩ quatuor articulos diuiſa.

Deinde cõſiderãdũ eſt de effectib. cõſequẽtibus charitatis actũ principalẽ, q eſt dilectio.

¶Et primò, De effectibus interioribus.

¶Secundò, De exterioribus.

Circa primum tria conſideranda ſunt.

¶Primò, de gaudio.

¶Secundò, De pace.

¶Tertiò, De miſericordia.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum gaudium ſit effectus charitatis.

¶Secundò, Vtrum huiuſmodi gaudium compatiatur.

¶Tertiò, Vtrum illud gaudium poſſit eſſe plenum.

¶Quartò, Vtrum ſit virtus.

Articvlvs I.

Vtrum gaudium in nobis ſit effectus charitatis.

Ad primvm ſic procedit. Vr ꝙ gaudium nõ ſit effectus charitatis ĩ nobis. Ex abſẽtia. n. rei amatæ magis ſeqt triſtitia, q̃ gaudiũ: ſed Deus, quẽ p charitatẽ diligim⁹, eſt nobis abſẽs, quadiu i hac uita uiuim⁹. Quãdiu. n. ſumus i corpore, peregrinamur a Dño, ut dr 2. ad Cor. 5 ergo charitas in nobis magis cauſat triſtitiam, q̃ gaudium.

¶2 Præt. Per charitatẽ maximè meremur beatitudinẽ: ſed inter ea, p q̃ beatitudinẽ meremur, ponit luct⁹, q ad triſtitiã pertinet, ſm illud Matt. Beati qui lugent, quoniam conſolabũtur. ergo magis eſt effectus charitatis triſtitia, quàm gaudium.

¶3 Præt. Charitas ẽ uirt⁹ diſtincta à ſpe, ut ex ſupradictis * patet: ſed gaudium cãtur ex ſpe, ſm illud Ro. 12. Spe gaudentes. nõ ergo cauſatur ex charitate.

* q. 17. artic. 6.

Sed contra eſt, quia ſicut dr Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordib. nrĩs p Spiritũſanctũ, q datus eſt nobis: ſed gaudiũ in nobis cãtur ex ſpiritu ſancto, ſecundum illud Roma. 14. Non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spirituſancto. ergo charitas eſt cauſa gaudij.

Respon. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupra * dictum eſt, cũ de paſſionibus ageretur, ex amore procedit & gaudiũ, & triſtitia, ſed cõtrario mõ. Gaudiũ. n. ex amore cauſat uel pp pñtiam boni amati, uel ẽt pp hoc, ꝙ ipſi bono amato ꝓpriũ bonũ ineſt, & conſeruatur. Et ſm hoc maximè pertinet ad amorem beneuolentiæ, per quem aliquis gaudet de amico proſperè ſe habente, ẽt ſi ſit abſens. E contrario aũt ex amore ſeqtur triſtitia uel pp abſentiam amati, uel pp hoc, ꝙ amatum, cui uolumus bonum, ſuo bono priuat, aut aliquo malo deprimitur. Charitas aũt eſt amor Dei, cuius bonũ immutabile eſt, qa ipſe eſt ſua bonitas. Et ex hoc ipſo, ꝙ amat, eſt in amante p nobiliſſimũ ſuum effectũ, ſm illud 1. Io. 4. Qui manet in charitate, i Deo manet, & Deus in eo. Et ideo ᵐ ſpirituale gaudiũ, quod de Deo habetur, ex charitate cauſatur.ⁿ

* 1. 2. q. 25. art. 1. & 2. & 3.

Contin. m

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ quandiu ſumus in corpore, dicimur peregrinari a Domino, in comparatione ad illam præſentiam, qua quibuſdã eſt præſens per ſpei viſionem. Vnde & Apoſto. ſubdit ibidem. Per fidem enim ambulamus, & non p ſpeciem. Eſt autem & præſens ſe amantibus etiam in hac uita per gratiæ inhabitationem.

Ad II dicẽdũ, ꝙ luctus, q beatitudinẽ meret, ẽ de his q̃ ſunt beatitudini cõtraria. Vñ eiuſdẽ rõnis eſt, ꝙ talis luctus ex charitate cauſet, & tale gaudiũ ſpirituale de Deo: qa eiuſdẽ rõnis eſt gaudere de aliquo bono, & triſtari de his, q̃ ei repugnant.

Ad III dicẽdum, ꝙ de Deo põt eſſe ſpũale gaudium dupr. Vno mõ, ſm ꝙ gaudemus de bono diuino in ſe conſiderato. Alio mõ, ſm ꝙ gaudemus de bono diuino, prout a nobis participat. Primũ aũt gaudium melius eſt, & hoc procedit principaliter ex charitate: ſed ſecundum gaudium ꝓcedit ẽt ex ſpe, per quã expectamus diuini boni fruitionem. Quàmuis ẽt ipſa fruitio uel perfecta, vel imperfecta ſm menſuram charitatis obtineatur.

Articvlvs II.

Vtrum gaudium ſpirituale, quod ex charitate cauſatur, recipiat admiſſionem triſtitiæ.

Ban. eodem art.

Porrecta per totum. 170

Ad secvndvm ſic ꝓcedit. Vr ꝙ gaudiũ ſpũale, qđ ex charitate cãtur recipiat admiſſionẽ triſtitiæ. Cõgaudere. n. bonis ꝓximi ad charitatẽ pti-

SVP. Q. XXVIII.

Ban. eod. in art.

In articulis hoc ſo ũ ſcribẽdũ occurrat iuxta primũ arti. ꝙ charitas ex hoc, ꝙ ẽ amor Dei parit gaudiũ ſcdm utrãq; rõnẽ, ſ. amicitiæ, & concupiſcẽtiæ, ſeu d ipſo Deo in ſe, & de pñtia ei⁹. Nã ex natura rei amatæ. ſ. Dei hẽt, ꝙ ñ niſi gaudere poſſit d bono diuino: qa bono diuino nihil dãni accidere põt, ſed ſp optimũ, & immutabile, ac p hoc ſp materia gaudij eſt apud amantẽ. Et ex natura talis amoris Dei, qualẽ ſignat charitas, habet ꝙ Deũ pñtem faciat amãti ſcdm nobiliſſimũ effectũ, ipſam. ſ. gratiam, & charitatẽ eleuãtẽ creaturã in deitatis cõſortiũ. Et pp huiuſmodi pñtiã amati parit ẽt gaudiũ magnũ. Sed primũ eſt maius, & eſſentialius charitati, qa eſt de Deo in ſe directè. Augeẽ quoq; primũ gaudiũ ex materia ſecũdi, ſ. tali pñtia Dei in anima, dũ i ſanctificationẽ diuini nois, ĩ regnũ Dei, in uolũtatis diuinæ expletionẽ retorquetur. Hæc. n. ita in ſe, q̃ in proximo, maximè materij gaudij explẽtia deſiderium amãtis Deũ ſunt: ſicut bonũ diuinũ in ſeipſo ẽ materia gaudij cõplentis amorẽ cõplacẽtiæ Dei. Hoc enim non deſiderat charitas, ſed amat, & cõplacet ei. Illa vero deſiderat, gaudet, & nõ eẽ pñt. Charitas ergo vt ſic, facit gaudium his modis. Quo aũt faciat ẽt gaudiũ ex cõitione, qua ẽ amor faciẽs amatũ i amãte, & econuerſo, ex cõmunib⁹ dictis in præcedẽti libro ſumere potes, & applicare.

Porrecta per totum. 169

Inf. q. 35. ar. 2. & 3. cor. Et 3. q. 89. art. 6. cor. Et ma. q. 10. art. 2. cor. Et opuſ. 4. ca. 2.

net, ſm illud, 1. ad Cor. 13. Charitas nõ gaudet ſup iniq̃tate, cõgaudet aũt veritati: ſed hoc gaudiũ[h] recipit pmiſtionẽ triſtitiæ, ſm illud, Rom. 12. Gaudere cũ gaudentibus, flere cũ flentibus. ergo gaudiũ ſpirituale charitatis admiſtionem triſtitię patitur.

* Homil. 34. Euãg. a medio illius.

¶ 2 Præt. Pœnitentia, ſicut dicit* Greg. eſt ante acta mala[b] flere, & flenda iterum non committere: ſed vera pœnitentia non eſt ſine charitate. ergo gaudium charitatis habet triſtitiæ admiſtionem.

¶ 3 Præt. Ex charitate[b] contingit, q̃ aliq̃s deſiderat eſſe cũ Chriſto, ſm illud Philip. 1. Deſideriũ habens diſſolui, & eſſe cũ Chriſto: ſed ex iſto deſiderio ſequit̃ in homine quædã triſtitia, ſm illud Pſal. 119. B Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. ergo gaudiũ charitatis recipit admiſtionẽ triſtitiæ.

Sed contra eſt, q̃ gaudiũ charitatis eſt gaudiũ de diuina ſapientia: ſed hmõi gaudium non habet permiſtionem triſtitiæ, ſm illud Sap. 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius. ergo gaudium charitatis non patitur permiſtionem triſtitiæ.

*ar. præc. ad 3. arg.

Conclu. m

Respon. Dicẽdũ, q̃ ex charitate cãtur duplex gaudiũ de Deo, ſicut ſupra* dictũ eſt. Vnũ quidem principale, qđ eſt ꝓpriũ charitatis, quo ſ. gaudemus de bono diuino ſm ſe conſiderato. Et[m] tale gaudiũ charitatis pmiſtionẽ triſtitiæ nõ patitur[n], C ſicut nec illud bonũ, de quo gaudet̃, põt aliquam mali admiſtionem habere. Et iõ Apo. dicit ad Philip. 4. Gaudete in domino ſemp. Aliud aũt eſt gaudiũ charitatis, quo gaudet aliq̃s de bono diuino, ſm q̃ participat̃ a nobis. Hęc aũt participatio põt impediri p aliud contrarium. Et ideo[p] ex hac parte gaudiũ charitatis põt habere pmiſtionem triſtitiæ, prout ſcilicet aliquis triſtatur de eo, quod repugnat participationi diuini boni vel in nobis, vel in proximis, quos tamq̃ noſipſos diligimus[q].

Conclu. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, q̃ fletus proximi nõ eſt, niſi de aliquo malo. Omne autem malum importat defectũ participationis ſummi boni. Et iõ intantum facit charitas condolere proximo, inquãtum participatio diuini boni in eo impeditur.

Ad II dicẽdũ, q̃ peccata diuidunt inter nos, & Deum, vt dr̃ Iſa. 59. Et ideò hæc eſt rõ dolendi de peccatis præteritis noſtris, uel ẽt aliorum, inquantũ p ea impedimur à participatione diuini boni.

Ad III dicendũ, q̃ q̃uis in incolatu huius miſeriæ aliquo mõ participemus diuinũ bonũ p cognitionẽ, & amorẽ: tñ huius vitę miſeria impedit a pfecta pticipatiõe diuini boni, qualis erit ĩ patria. Et iõ hæc triſtitia, qua q̃s luget de dilatione gloriç, ptinet ad ĩpedimẽtũ pticipatiõis diuini boni.

Articvlvs III.

Vtrum ſpirituale gaudium, quod ex charitate cauſatur, poſſit in nobis impleri.

Porrecta per totum. 171

Nic. de Nyſſa Tra. 5. p. 3. por. 3. q. 7. *Ban. eodem art.*

Ad tertivm ſic pcedit. Vr̃, q̃ ſpũale gaudiũ, qđ ex charitate cãtur, nõ poſſit in nobis impleri. Quãtò n. maius gaudiũ de Deo habemus, tãto gaudiũ eius in nobis magis implet: ſed nũquam poſſumus tm̃ de Deo[h] gaudere, quãtum dignũ eſt vt de Deo gaudeat̃: q̃a ſp bonitas eius, q̃ eſt infinita, excedit gaudium creaturæ, quod eſt finitum. A ergo gaudium de Deo numquàm poteſt impleri.

¶ 2 Præt. Illud, quod eſt impletum, nõ põt eſſe[h] maius: ſed gaudium ẽt beatorum poteſt eſſe maius, quia gaudium vnius eſt maius, quàm alterius. ergo gaudium de Deo non põt in creatura impleri.

¶ 3 Præt. Nihil aliud vr̃ eſſe comprehẽſio, q̃ cognitionis plenitudo: ſed ſicut vis cognoſcitiua creaturę eſt finita, ita vis appetitiua eiuſdẽ. Cũ ergo Deus nõ poſſit ab aliqua creatura[h] cõprehendi, vr̃ q̃ nõ poſſit alicuius creaturæ gaudium de Deo impleri.

Sed contra eſt, quod Dominus diſcipulis dicit Ioan. 15. Vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudiũ veſtrum impleatur.

Respon. Dicẽdũ, q̃ plenitudo gaudij põt intelligi dupl'r. Vno mõ ex parte rei, de qua gaudetur, vt ſ. tm̃ gaudeat̃ de ea, quãtũ eſt dignũ de ea gauderi. Et[m] hc ſolũ Dei gaudiũ eſt plenũ de ſeipſo*, q̃a gaudiũ Dei eſt infinitũ, & hoc eſt cõdignũ infinitæ bonitati Dei: cuiuſlibet aũt creaturæ gaudiũ oportet eſſe finitũ. Alio mõ põt intelligi plenitudo gaudij ex parte gaudẽtis. Gaudiũ aũt cõparat̃ ad deſideriũ, ſicut q̃es ad motũ, vt ſupra* dictum ẽ cũ de paſſionibus ageret̃. Eſt aũt q̃es plena, cũ nihil reſtat de motu: vñ tunc gaudiũ eſt plenũ, qñ iã nihil deſiderãdũ reſtat. Quãdiu aũt in hoc mundo ſumus, nõ ceſſat in nobis deſiderij motus: q̃a adhuc reſtat, q̃ Deo magis appropinquemus p gratiã, vt ex ſupradictis* patet: ſed qñ iã ad beatitudinẽ pfectã puẽtũ fuerit, nihil deſiderãdũ reſtabit, q̃a ibi erit plena Dei fruitio, in qua hõ obtinebit quicquid ẽt circa alia bona deſiderauerit, ſm illud Pſal. 102. Qui replet in bonis deſideriũ tuum. Et iõ q̃eſcet deſideriũ nõ ſolũ quo deſideramus Deum, ſed ẽt erit omniũ deſideriorũ quies: vñ[r] gaudium beatorũ eſt perfectè plenum. Et ẽt ſuperplenum[q]: q̃a plus obtinebũt, q̃ deſiderare ſuffecerint. Nõ. n. D in cor hominis aſcẽdit, q̃ pparauit Deus diligentibus ſe, vt dr̃ 1. ad Cor. 2. Et hoc eſt, q̃ dr̃ Luc. 6. Mẽſurã bonã, & ſupereffluentẽ dabũt in ſinũ veſtrũ: quia cũ nulla creatura ſit capax gaudij de Deo ei cõdigni, inde eſt, q̃[s] illud gaudiũ oĩno plenũ non capit̃ in homine, ſed potius hõ intrat in ipſum[t], ſm illud Matth. 25. Intra in gaudium domini tui.

Conclu. m

*1. 2. q. 25. ar. 1. & 2. & 4.

*q. 24. ar. 4. & 7.

Conclu. p

Conclu. s

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ ratio illa procedit de plenitudine gaudij ex parte rei, de qua gaudet̃.

Ad II dicendũ, q̃ cũ puentũ fuerit ad beatitudinẽ, vnuſquiſq; attinget terminũ ſibi p̃fixum ex p̃deſtinatione diuina, nec reſtabit vlterius aliquid E quo tẽdat: q̃uis in illa terminatione vnus pueniat ad maiorẽ propinquitatẽ Dei, alius ad minorẽ. Et iõ vniuſcuiuſq; gaudiũ erit plenũ ex parte gaudẽtis, quia vniuſcuiuſq; deſiderium plene quietabit̃: erit tamen gaudiũ vnius maius, quàm alterius, p pleniorem participationem diuinæ beatitudinis.

Ad III dicẽdũ, q̃ cõprehẽſio importat plenitudinem cognitionis ex parte rei cognitæ, vt ſ. tãtũ cognoſcatur res, quantũ cognoſci poteſt. Habet tñ ẽt cognitio aliquam plenitudinem ex parte cognoſcẽtis, ſicut & de gaudio dictum* eſt. Vnde & Apoſt. dicit ad Coloſſ. 1. Impleamini agnitione voluntatis eius in oĩ ſapientia, & intellectu ſpirituali.

*In corp. art.

Porrecta per totum.
172

SVPER Q. XXVIII. ART. IIII.

IN art. 4. e iuſdē q. 28. in rñſione ad primū aduerte, q̄ dupliciter poſſet impediri, q̄ triſtitia non eſſet ſpeciale aliquā vitiū. Primo, ſi daretur aliqđ ſpeciale uitiū circa amorē, ad quē ſequitᷣ illa triſtitia: & hoc impedimentum i litera tollitᷣ ex hoc, q̄ amor ſui, ex quo ſequunᷣ q̄dā ſpecialia vitia triſtitiæ, nō eſt ſpeciale, ſed gñale vitiū, & radix vitiorū. Alio mō, ſi dareᷣ aliquod ſpeciale vitiū circa odium boni eiuſdē rōnis cum delectabili, cui opponiᷣ triſtitia illa, q̄ eſt ſpeciale vitiū. Tunc.n. illud uitiū circa odiū haberet ſe ad triſtitiam, ſicut charitatis uirtus ad gaudiū. Sequitur.n. triſtitiā ad odiū, ſicut gaudium ad charitatē. Et licèt in litera hoc impedimētū nō explicetur, implicitè tñ in proximo impedimēto dictū eſt: q̄a ſunt impedimēta eiuſdē rationis. ſi haberetᷣ uitiū ſpeciale circa priorē actum eiuſdē rationis, tunc triſtitia nō poneretᷣ ſpāle uitiū.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gaudium ſit virtus.

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Vr̄ q̄ gaudiū ſit virtus. Vitium.n. contrariatur virtuti: ſed triſtitia ponitur vitium, vt patet de accidia, & de inuidia. ergo ēt[h] gaudium debet poni virtus.

¶2 Præt. Sicut amor, & ſpes ſūt paſſiones q̄dā, quarū obiectum eſt bonum, ita[b] & gaudium: ſed amor, & ſpes ponunᷣ virtutes. ergo & gaudiū dēt poni virt⁹. G

¶3 Præt. Pręcepta legis danᷣ de actibus[h] virtutū: ſed p̄cipiᷣ nobis, q̄ de Deo gaudeam⁹, ſm̄ illud ad Phil. 4. Gaudete in domino ſp. ergo gaudium eſt virtus.

SED CONTRA eſt, q̄ neq; cōnumeraᷣ inter virtutes theologicas, neq; īter virtutes morales, neq; inter virtutes intellectuales, vt ex ſupradictis * patet.

RESP. Dicēdū, q̄ virtus, ſicut ſupra habitū * eſt, eſt habit⁹ q̄dā operatiuus: & iō ſm̄ ꝓpriā rōnē hēt iclinationē ad aliquē actū. Eſt aūt contingēs ex vno habitu plures act⁹ eiuſdē rōnis ordinatos ꝓuenire, quorū vn⁹ ſequaᷣ ex altero. Et quia poſteriores actus nō ꝓcedūt ex habitu virtutis, niſi p̄ actū priorem: H

* 1. 2. q. 57. & 60. & 62. ſimul.
* 1. 2. q. 55 ar. 1. & 4. D. 57.

inde eſt q̄ virt⁹ nō diffiniᷣ, nec denominaᷣ, niſi ab actu priori, q̄uis ēt alij actus ab ea cōſequanᷣ. Manifeſtū eſt aūt ex his, q̄ ſ. de paſſionib⁹ * dicta ſunt, q̄ amor eſt prima affectio appetitiuæ potētiæ, ex qua ſequiᷣ & deſideriū, & gaudiū. Et iō habit⁹ uirtutis idē eſt, q̄ inclinat ad diligēdū, & ad deſiderādū bonū dilectū, & ad gaudēdū de Deo: ſed q̄a dilectio īter hos act⁹ ē prior, ide ē, q̄ virt⁹ nō denominaᷣ a gaudio, nec à deſiderio, ſed à dilectiōe, & dr̄ charitas. Sic ergo[m] gaudiū n̄ ē aliqua virt⁹ a charitate diſtincta, ſed ē q̄dā charitatis act⁹, ſiue effect⁹, & p̄p hoc cōnumeraᷣ īter fruct⁹, vt̄ p3 Gal. 5.

* 1. 2. q. 25 ar. 2. & 4.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ triſtitia, q̄ eſt vitiū, cātur ex inordinato amore ſui, q̄đ nō ē aliqđ ſpeciale vitium, ſed quæda generalis radix vitiorum, vt ſupra dictū * eſt. Et iō oportuit triſtitias quaſda particulares ponere ſpecialia vitia, quia non deriuanᷣ ab aliquo ſpeciali vitio, ſed a gñali: ſed amor Dei poniᷣ ſpecialis virtus, q̄ eſt charitas, ad quā reducitᷣ gaudiū, ut dictū * ē, ſicut ꝓprius actus eius.

* q. 77. ar. 4.

* ar. 2. huius q. & i corp. huius art.

AD II dicēdū, q̄ ſpes cōſequiᷣ ex amore, ſicut & gaudiū: ſed ſpes addit ex parte obiecti quandā ſpecialem rationem, ſ. arduum, & poſſibile adipiſci, & ideo poniᷣ ſpecialis virtus: ſed gaudium ex parte obiecti nullam ſpecialem ratiōnē addit ſupra amorem, q̄ poſſit cauſare ſpecialem uirtutem.

AD III dicēdū, q̄ itatū dat p̄ceptū legis d̄ gaudio, ī q̄uātū ē act⁹ charitatis, licet nō ſit prim⁹ act⁹ ei⁹.

QVAESTIO XXIX.

De pace, in quatuor articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de pace.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum pax ſit idem, quod concordia.

¶ Secundò, Vtrum omnia appetant pacem.

¶ Tertiò, Vtrū pax ſit effectus charitatis.

¶ Quartò, Vtrū pax ſit uirtus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pax ſit idem quod concordia.

AD PRIMVM ſic procediᷣ. Vr̄ q̄ pax ſit idē quod concordia. Dicit.n. Aug. 19. de * Ciuita. Dei.[h] Pax hominū eſt ordinata concordia: ſed non loquimur nūc niſi de pace hominū. ergo pax eſt idem quod concordia.

¶2 Præt. Concordia eſt quædā unio uoluntatum: ſed ratio pacis in[h] tali unione conſiſtit. H dicit enim Dion. 11. cap. † de diuin. nomin. quòd pax eſt omnium unitiua, & conſenſus operatiua. ergo pax eſt idem quod cōcordia.

¶3 Præt. Quorum eſt[h] idem oppoſitum, & ipſa ſunt idem: ſed idem opponitur concordiæ, & paci. ſ. diſſenſio. unde dicitur 1. ad Cor. 14. Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. ergo pax eſt idem quod concordia. I

SED CONTRA eſt, quòd concordia poteſt eſſe aliquorum impiorum in malo: ſed non eſt pax impijs, ut dicitur Iſai. 48. ergo pax non eſt idem quod concordia.

RESPON. Dicēdum, q̄ pax includit concordiā, & aliquid addit. Vnde ubicumque eſt pax, ibi eſt concordia: non tamen ubicumque eſt concordia, ibi eſt pax, ſi nomen pacis propriè ſumatur. Concordia enim propriè ſumpta, eſt ad alterum, inquantum ſcilicet diuerſorum cordium uoluntates ſimul in unum conſenſum conueniunt. Con- K tingit etiam unius hominis cor tendere in diuerſa, & hoc dupliciter. Vno quidem modo ſecundùm diuerſas potentias appetitiuas, ſicut appetitus ſenſitiuus plerumque tendit in contrarium rationalis appetitus, ſecundùm illud ad Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Alio modo inquantum una, & eadem uis appetitiua in diuerſa appetibilia tendit, quæ ſimul aſſequi non poteſt, unde neceſſe eſt eſſe repugnantiam motuum appetitus: unio autem horum motuum eſt quidem de ratione pacis. Non enim homo habet pacatum

SVPER QV. XXIX. ART. I.

Ban eadem art.

IN art. 1. q. 29. aduerte, q̄ impotentia cōſequendi diuerſa appetibilia ſimul, p̄ōt intelligi dupliciter. Primo ex parte appetibiliū, quia ſcilicet implicat cōtradictionē ea ſimul haberi, ut q̄ ſit hodie, & cras ſimul. Alio mō ex parte alicuius impedimēti, uel defectus: q̄a licèt nō repugnet illa ſimul haberi, ego tamē nō poſſum illa ſimul habere, ut ſi deſiderem ſanitatē, pulchritudinē, diuitias, & alia huiuſmodi, & deficiant mihi &c. Litera non primo, ſed ſecundo mō intelligenda eſt. Cōſiſtit.n. pax i unione appetibiliū poſſibilium ſimpliciter, à quorum conſecutione appetitus deficit. In eodem primo articulo in rñſione ad primum, uide, quōd ad pacem unius cum altero requirūtur ex Auguſtino duo, ſcilicet cōcordia, & ordo utriuſq; concordantis, quo uterq; ſ. ſuis imperturbatus maneat: & propterea ſi ui, aut metu fiat concordia, non eſt pax. Et ideo vulgo dicitᷣ, Et pax, ſed mala uoluntas: quoniam eſt tunc concordia contra id, quod homo magis uellet, ac per hoc reſtat uoluntas ad frangendam pacem, cui conſentit, ut perueniat ad id, quod magis uellet.

Porrecta per totum.
173

3. d. 27. q. 2. ar. 1. ad 6. Et 2. ad Theſſa. 3. lectio. 2. i princip.
* Lib. 19. c. 13. paulo a princip. to. 5
† C. 11. in principalius.

cor, q̄diu nō hēt, id quod uult. Etſi hēat aliqd qđ A vult, tñ adhuc reſtat ei aliqd uolēdū, quod ſiƀ hře non pōt: hæc aūt unio non eſt de rōne concordię. Concl. m Vñ [m] cōcordia importat unionē appetituū diuerſorū appetētiū: pax aūt ſupra hāc unionem, importat etiam appetituum unius appetentis unionē.[n]

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Aug. loquit ibi de pace, q̄ eſt unius hois ad aliū, & hāc pacē dicit eſſe cōcordiā, nō quālibet, ſed ordinata, ex eo, ſ. ꝙ vnꝰ hō concordat cum alio, ſm illud quod utriſq; conuenit. Si. n. hō concordat cū alio nō ſpōtanea volūtate, ſed quaſi coactus timore alicuius mali ſibi imminentis, talis concordia nō eſt uera pax: quia nō B conſeruaē ordo utriuſq; concordantis, ſed perturbatur ab aliquo timorē inferente. Et ꝑꝑ hoc præmittit, ꝙ pax eſt tranquillitas ordinis, quæ quidem tranquillitas conſiſtit in hoc, quòd omnes motus appetitiui in uno homine conquieſcunt.

AD SECVNDVM Dicendū, ꝙ ſi homo ſimul cum alio hoie in idem conſentiat, non tamen conſenſꝰ eius eſt omnino ſibi unitus, niſi etiam ſibiinuicem omnes motus appetitiui eius ſint conſentientes.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ paci opponit duplex diſſenſio, ſ. diſſenſio hominis ad ſeipſum, & diſſenſio hominis ad alterum: concordiæ autē op- C ponitur hæc ſola ſecunda diſſenſio.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnia appetant pacem.

Porrecta per totum. *Bannes eodem articu.*

174 — 3. d. 27. q. 1. ar. 3. ad 5. Et 4. d. 49. q. 1. a. 1. q. 4. Et verit. quæ. 22. artic. 1. ad 1. Et Dion. 1. lec. 1. fi. & cap. 11. de diuin. nomi. in princip.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr̃, ꝙ nō oia appetāt pacē. Pax. n. ſm Dion. eſt[h] unitiua conſenſus: ſed in his, q̄ cognitione carēt, nō pōt uniri cōſenſus. ergo hmōi pacem appetere non poſſunt.

¶2 Præt. Appetitus non fertur ſimul ad cōtraria: ſed multi ſunt appetentes bella, & diſſenſiones: ergo non omnes appetunt pacem.

¶3 Pręt. Solū[h] bonū eſt appetibile: ſed q̄dā pax vr̃ D eſſe mala, alioquin Dñs nō diceret Matt. 10. Nō ueni mittere pacem. ergo non oia pacem appetunt.

¶4 Præt. Illud quod oia appetunt, vr̃ eſſe ſummū bonum, quod eſt ultimus finis: ſed pax [h]non eſt huiuſmodi, quia etiam in ſtatu viæ habetur, alioquin fruſtra Dominus mandaret Mar. 9. Pacem habete inter uos. ergo non omnia pacem appetunt.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit 19.* de ciuit. Dei, quòd omnia pacem appetunt. & idem etiam dicit Dionyſ. 9. cap. de diui. nomi. (*Li. 19. c. 13. to. 5.)

RESPON. Dicendum, ꝙ ex hoc ipſo, ꝙ hō aliqd appetit, cōñs eſt ipſum appetere eius, qđ appetit, E aſſecutionē, & per cōñs remotionē eorū, q̄ aſſecutionē impedire pñt. Pōt aūt impediri aſſecutio boni deſiderati ꝑ cōtrariū appetitū uel ſuiipſius, vel alterius: & utrumque tollitur per pacem, ſicut ſupra dictum* eſt. Et ideò[m] neceſſe eſt, ꝙ omne appetens appetat pacem, inquantum, ſ. omne appetēs appetit tranquillē, & ſine impedimento peruenire ad id, quod appetit, * in quo conſiſtit ratio pacis, quam* Aug. diffinit tranquillitatem ordinis. (*Ar. pce. Concl. m) (*Li. 19. de ciui. Dei c. 13. parū a principio. to. 5.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pax importat vnionem non ſolū appetitꝰ intellectualis, ſeu rōnalis, aut aīalis, ad quos pōt ꝑtinere cōſenſus, ſed ēt appetitus naturalis. Et iō Dion.† dicit, ꝙ pax eſt operatiua & conſenſus, & connaturalitatis, vt in conſenſu importetur unio appetituum ex cognitione procedentium: per connaturalitatem autē importetur unio appetituum naturalium. (†ca. 11. de diui. nomi.)

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ illi ēt, q bella q̄rūt & diſſenſiones, nō deſiderāt, niſi pacē, q̄ ſe hře nō æſtimāt. Vt. n. dictū* eſt, nō eſt pax ſi qs cū alio cōcordet cōtra id, quod ipſe magis uellet: iō hoies q̄rūt hāc cōcordiā rūpere bellando, tanquām defectum pacis hñtē, ut ad pacē perueniant, in qua nihil corū uoluntati repugnet. Et propter hoc oēs bellantes quærunt per bella ad pacem aliquā peruenire perfectiorem, quam prius haberent. (*In corp. art.)

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ pax conſiſtit in quietatione, & unione appetitus. Sicut aūt appetitꝰ pōt eſſe ſimpliciter boni, uel boni apparentis: ita ēt & pax pōt eſſe & uera, & apparēs. Vera qdē pax nō pōt eſſe, niſi circa appetitū ueri boni: qa oē malū, etſi ſm aliquid appareat bonū, vnde ex aliqua parte appetitū quietet, hēt tñ multos defectus, ex quibus appetitꝰ remanet inquietꝰ, & perturbatus. Vñ pax vera nō pōt eſſe niſi in bonis, & bonorū. Pax aūt, q̄ malorū eſt, eſt pax apparens, & nō vera. Vñ dicitur Sap. 14. In magno uiuentes inſcientiæ bello, tot, & tam magna mala pacem appellant.

AD QVARTVM dicēdū, ꝙ cū uera pax non ſit niſi de bono, ſicut dupliciter habeē uerū bonū, ſ. perfectē & imperfectē: ita eſt duplex pax uera, q̄dā ꝑfecta, q̄ cōſiſtit in ꝑfecta fruitione ſummi boni, per q̄ oēs appetitꝰ vniunē quietati in uno: & hic eſt vltimus finis creaturæ rōnalis, ſm illud Pſal. 147. Qui poſuit fines tuos pacē. Alia eſt pax imperfecta, q̄ habeē in hoc mundo: quia etſi principalis aīę motus quieſcat in Deo, ſunt tñ aliqua repugnantia & intus, & extra, quæ perturbant hanc pacem.

ARTICVLVS III.

Vtrum pax ſit proprius effectus charitatis.

Bannes eodem art. Nic. de Nyſ. Tract. ſ. p. 3. pe. 3. q. 8. Porrecta per totum.

175 — 3. q. 89. a. 6. cor. Et mal. q. 10. ar. 2. cor. Et vir q. 2. ar. 2. ad 15. Et opu. 4. c. 2.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit. Vr̃, ꝙ pax nō ſit ꝓpriꝰ effectꝰ charitatis. Charitas. n. nō habetur ſine gr̃a gratū faciēte: ſed[h] pax à q̄buſdā habeē, q non hñt gr̃am gratū faciētē, ſicut & Gētiles aliqñ hñt pacem. ergo pax non eſt effectus charitatis.

¶2 Pręt. Illud nō eſt effectꝰ charitatis, cuiꝰ cōtrariū cū charitate eſſe pōt: ſed diſſenſio,[h] q̄ cōtraria ē paci, pōt eſſe cū charitate. Videmꝰ. n. ꝙ ēt ſacri doctores, vt Hier.* & Aug. in aliquib. opinionib. diſſenſerūt. Paulus ēt & Barnabas diſſenſiſſe legunē Actu. 15. ergo vr̃, quòd pax non ſit effectus charitatis. (*Epiſt. 8. & 9. & 11. inter opa Aug. to. 2.)

¶3 Præt. Idē [h]nō eſt proprius effectus diuerſorum: ſed pax eſt effectus iuſtitiæ, ſm illud Iſa. 32. Opus iuſtitiæ eſt pax. ergo non eſt effectus charitatis.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam.

RESPON. Dicendum, ꝙ duplex unio eſt de rōne pacis, ſicut dictum* eſt, quarum una eſt ſm ordinationem propriorum appetituum in unum: alia verò eſt ſm unionem appetitus proprij cum appetitu alterius: & [m] utramq; unionē efficit charitas.[n] Primam quidem unionem, ſm quod Deus diligi- (*Ar. 1. huius queſt.) Concl. m

tur

tur ex toto corde, vt ſcilicet oĩa referamus in ipſum, & ſic oẽs appetitus noſtri referuntur in vnũ. F
Aliã vero prout diligimus proximum, ſicut noſipſos, ex quo contingit, ꝙ homo vult implere volũtatem proximi, ſicut & ſuiipſius. Et ꝑp hoc inter amicabilia vnum ponitur identitas electionis vt patet in *9. Ethic. & Tullius dicit in in lib. †de Amicitia, quòd amicorum eſt idem uelle, & nolle.

* Li. b. 9. Ethic. c. 4. to mo 5.
† Tullius in 3. fol. ante mediũ libri.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ à gratia gratum faciente nullus deficit, niſi propter pctm̃, ex quo contingit, ꝙ homo ſit auerſus à fine debito, in aliquo indebito finem conſtituẽs. Et ſm hoc appetitus eius nõ inhęret principaliter uero finali bono G ſed apparenti. Et propter hoc ſine gratia gratũ faciente non poteſt eſſe uera pax, ſed ſolũ apparẽs.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ ſicut Phil. dicit in* 9. Ethic. Ad amicitiam non pertinet concordia in opinionibus, ſed cõcordia in bonis cõferentibus ad vitã ꝑcipue in magnis, quia diſſentire in aliquibus paruis, quaſi non vr̃ eſſe diſſenſus. Et ꝑp hoc nihil prohibet aliquos charitatẽ hñtes, in opinionib⁹ diſſentire. Nec hoc repugnat paci qa opiniões ꝑtinẽt ad intellectũ, qui ꝑcedit appetitũ, qui ꝑ pacem vnit̃. Sir̃ ẽt exiſtente concordia in principalibus bonis, diſſenſio in aliqb. paruis nõ eſt cõtra H charitatẽ. Procedit. n. talis diſſenſio ex diuerſitate opinionũ dũ vn⁹ æſtimat hoc, de quo eſt diſſenſio ꝑtinere ad illud bonũ, ĩ quo cõueniũt: & alius æſtimat nõ ꝑtinere. Et ſm hoc talis diſſenſio de minimis, & de opinionibus repugnat qdẽ paci ꝑfectę, ĩ qua plane ueritas cognoſcet̃, & oĩs appetitus cõplebit̃: ñ tñ repugnat paci iꝑfectæ, qualis hr̃ ĩ via.

* Lib. 9. c. & cuã. c. 1. & 3. to. 5.

Ad tertivm dicendum, ꝙ pax eſt opus iuſtitiæ indirectè, inquãtum. ſ. remouet prohibens: ſed eſt opus charitatis directe, quia ſm propriam rationem charitas pacem cauſat. Eſt. n. amor uis vnitiua, vt Dionyſ. dicit 4. cap.* de diui. nomi. Pax autem eſt vnio appetitiuarum inclinationum. I

* Ca. 4. in parte 2. & parte 1. in medio.

Articvlvs IIII.

Vtrum pax ſit virtus.

Ad qvartvm ſic procedit. Vr̃ ꝙ pax ſit virtus. Præcepta enim nõ dantur niſi de actibus virtutum: ſed dantur præcepta de habẽda pace vt patet Marci 9. Pacem habete inter vos. ergo pax eſt virtus.

¶2 Præt. Non meremur, niſi in actibus virtutũ: ſed facere pacem eſt meritorium, ſm illud Matt. 5. Beati pacifici, qm̃ filij Dei vocabunt̃. ergo pax ẽ virt⁹.

¶3 Pr.ꝫ. Vitia virtutib⁹ opponũtur: ſed diſſenſiões q̃ opponunt̃ paci, numerant̃ iter vitia, vt patet ad Gal. 5. ergo pax eſt virt⁹.

Sed contra eſt, Virtus nõ eſt finis vltimus ſed uia in ipſũ: ſed pax eſt quodãmodo finis vltimus, vt Augu. dicit 19. de* ciuit Dei. ergo pax nõ eſt virtus

* Li. 19. c. 11 to 5. & q. ꝑced. ar. 4.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum * eſt; cũ oẽs actus ſeinuicem conſequantur, ſm eandem rõnem ab agente procedentes, oẽs hmõi actus ab vna uirtute procedunt, nec hñt ſinguli ſingulas virtutes, à quibus ꝑcedant, ut patet in rebus corporalibus. Quia enim ignis caleſaciendo liquefacit, & rarefacit, nõ eſt in igne alia uirtus liquefactiua, & alia rarefactiua: ſed omnes actus hos operat̃ ignis ꝑ vnam ſuam virtutem calefactiuã. Cum ergo pax cauſetur ex charitate ſecundum ipſam rationem dilectionis Dei & proximi, vt * oſtenſum eſt, nõ eſt alia virtus, cuius pax ſit actus ꝓprius, niſi charitatis ſicut & de gaudio dictum* eſt.

* Ar. ꝑce. * q. ꝑced. ar. 4. Conclu. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ideo præceptũ datur de pace habenda, quia eſt actus charitatis: & ꝑp hoc etiam eſt actus meritorius: Et ideo ponitur inter beatitudines, quæ ſunt actus uirtutis perfecte, vt ſupra dictum* eſt. Ponitur etiam inter fructus, inquantum eſt quoddam finale bonum, ſpũalẽ dulcedinẽ hñs. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad II.

* 1. 2. qu. 66 ar. 1. & q. 70. ar. 3

Ad III. dicendum, quòd vni virtuti multa vitia opponunt̃ ſecundum diuerſos actus eius. Et ſecundum hoc charitati non ſolum opponitur odiũ ratione actus dilectionis, ſed etiam accidia vel inuidia ratione gaudij, & diſſenſio ratione pacis.

Qvaestio XXX.

De Miſericordia, in quatuor articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de miſericordia.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum malum ſit cauſa miſericordiæ ex parte eius, cuius miſeretur.
¶Secundò, Quorum ſit miſereri.
¶Tertio, Vtrum miſericordia ſit virtus.
¶Quartò, Vtrum ſit maxima virtutum.

Articvlvs primvs.

Vtrum malum ſit proprie motiuum ad miſericordiam.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum. 177

Ad primvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ malum non proprie ſit motiuum ad miſericordiam. Vt. n. ſupra oſtẽſum* eſt, culpa eſt magis malum, quàm pœna: ſed culpa non eſt prouocatiuum ad miſericordiam, ſed magis ad indignationem. ergo malum non eſt miſericordiæ prouocatiuum.

* q. 19. ar. 1. & 1. 2. q. 79 ar. 1. ad 3. & 1. p. q. 48. ar. 6.

¶2 Præt. Ea, quæ ſunt crudelia, ſeu dura, videntur quendam exceſſum mali habere: ſed Philoſoph. dicit in* 2. Rethor. quòd durum eſt aliud à miſerabili, & expulſiuum miſerationis. ergo malum, inq̃tũ huiuſmodi, non eſt motiuum ad miſericordiam. K

* Libr. 2. Rh. tot. c. 8. tom. 6.

¶3 Præt. Signa malorum nõ uerè ſunt mala: ſed ſigna malorum magis prouocãt ad miſericordiã, vt patet per Philoſoph. in *2. Rhetori. ergo malũ non eſt proprie prouocatiuum miſericordiæ:

* Lib. 2. c. 8. tom 6.

Sed contra eſt, quod Damaſc. dicit in †2. libro quòd miſericordia eſt ſpecies triſtitiæ: ſed motiuũ ad triſtitiam, eſt malum. ergo motiuum ad miſericordiam eſt malum.

† li. 2. Orthod. fidei c. 14.

Respon. Dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit 9. * de ciuit. Dei, miſericordia eſt alienæ miſeriæ in nrõ corde cõpaſſio, qua utiq; ſi poſſumus, ſubue-

* Lib. 9. c. 5. in medium to. 5.

SVPER Q XXIX. ART. IIII.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum. 176

In Ar. 4. eiuſdem q. ſecundo & tertio, nota q. cũ di., ꝙ pax eſt actus charitatis, potius cauſalis q̃ formalis propoſido eſt, Pax nãq; ſignificare formaliter vt perfectionem conſequentem actũ charitatis, quo Deus proximuſq; amatur, Et quia perfectio illa nõ eſt res abſoluta diſtincta ab actu charitatis, ſed eſt vel ipſe actus ut uniens appetitiones in vnũ, uel ꝓprietas relatiua conſequens ipſum (& hoc magis vr̃ uerum, & conſonat fundamento. ſ. vnioni appetituũ & authoritati Aug. 19. de ciuitate Dei. ſ. ꝙ ẽ t[illegible] vnitas ordinata[illegible] indũ hoc pax eſt actus charitatis cauſaliter, quia ab ipſa vt ꝓpria cãtur [illegible].

nire, compellimur. Dr̄.n.mia ex eo, ꝙ aliqs habet A miſerum cor ſuper miſeria alterius: miſeria aūt fę licitati opponitur. Eſt autem de ratione beatitudinis, ſiuè felicitatis, ut aliquis potiať eo quod uult, & quod pertinet ad iuſtitiam. Namſicut Aug. dicit 13.* de Trin. Beatus eſt, q̄ hēt oia quę uult, & nihil male uult. Et iō econtrariò ad miſeriam pertinet, ut homo patiatur, quæ non uult. Tripliciter autem aliquis uult aliquid. Vno quidē modo appetitu naturali, ſicut omnes hoies uolūt eſſe, & uiuere. Alio mō, hō uult aliquid per electionem ex aliqua præmeditatione. Tertio modo, homo uult aliquid nō ſm ſe, ſed in cauſa ſua, puta, qui uult comedere no B ciua, quodammodo dicimus eum velle infirmari: Sic ergo[m] motiuum miæ eſt tanq̄ ad miſeriam pertinens, primo quidem illud, quod contrariať appetitui naturali uoluntatis, ſ. mala corruptiua, & cōtriſtātia, quorū contraria hoies naturaliter appetunt.[n] Vñ Philoſ. dicit in* 2. Rheto. ꝙ mia eſt triſtitia quædam ſuper apparenti malo corruptiuo, vel contriſtatiuo. Secūdò,[p] hmōi magis efficiunť ad miſericordiam prouocantia, ſi ſint contra uoluntatem electionis.[q] Vnde & Philoſ. ibidem* dicit, ꝙ illa mala ſunt miſerabilia, quorum fortuna eſt ca, vt puta, cum aliquod malū eueniat, unde ſperabať C bonum. Tertio aūt[s] ſunt adhuc magis miſerabilia ſi ſint contra totam uoluntatem, puta, ſi aliqs ſp ſectatus eſt bona, & eueniūt ei mala.[t] Et iō Philoſ. dicit* in eodem libro, quòd miſericordia eſt maxime ſuper malis eius, qui indignus patitur.

Li. 13. c. 5. & c. 4. in fine, to. 3.
Conclu. m
Li. 2. Rhetor. c. 8. in prin. to. 6
Conclu. p
Li. 2. c. 8. circa medium to. 6
Concl. s
Li. 2. ca. 8. in fine to. 6.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ de rōne culpę eſt, ꝙ ſit uoluntaria: & quantum ad hoc non hēt rōnē miſerabilis, ſed magis rōnē puniendi. Sed quia culpa poteſt eſſe aliquo modo pœna, inquantum. ſ. habet aliquid annexum, quod eſt contra voluntatem peccantis, ſm hoc poteſt habere rationem miſerabilis. Et ſm hoc miſeremur, cōpatimur pec D cantibus, ſicut Greg. dicit* in quadam homil. quòd vera iuſtitia non habet dedignationem, ſcilicet ad peccatores, ſed compaſſiones. & Matth. 9. dicitur. Videns Ieſus turbas, miſertus eſt eis, quia erāt vexati & iacentes, ſicut oues nō habētes paſtorē.

Ho. 34. in Euan. non procul a prin cipio.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quia mia eſt compaſſio miſeriæ alterius propriè mia eſt ad alterum non autem ad ſeipſum, niſi ſm quandam ſimilitudinem: ſicut & iuſtitia, ſm quod in homine conſiderantur diuerſæ partes, vt dicitur in 5.* Ethic. Et ſm hoc dicitur. Eccleſia. 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. Sicut ergo miſericordia nō proprie E ad ſeipſum, ſed dolor, puta, cum patimur aliquid crudele in nobis: ita ēt ſi ſint aliquæ pſonæ ita nobis coniunctæ, vt ſint quaſi aliquid noſtri, puta filij, aut parentes, in eorū malis non miſeremur, ſed dolemus ſicut in vulneribus proprijs. Et ſm hoc* Phil. dicit, ꝙ durū eſt expulſiuum miſerationis.

Lib. 5. Ethi. vlt. to mo 5.
loco citato in argum.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſicut ex ſpe, & memoria bonorum ſequitur dilectio: ita ex ſpe, & memoria malorum ſequitur triſtitia, non tñ ita vehemens, ſicut ex ſenſu præſentium. Et iō ſigna malorum, inquantum repræſentant nobis mala miſerabilia, ſicut præſentia, commouent ad miſerandū.

Articvlvs II.

Vtrum defectus ſit ratio miſerendi ex parte miſerentis.

Bannes eodem arti.

Per. 178. 3. d. 27. q. 1. ar. 3. co.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̄ ꝙ defectus nō ſit ratio miſerendi ex parte miſerentis. Proprium. n. Dei eſt miſereri. unde dr̄ in Pſ. 144. Miſerationes eius ſup oia opera eius: ſed in[h] Deo nullus eſt defectus. ergo defectus nō pōt eſſe rō miſerēdi.

¶ 2 Præt. Si defectus eſt ratio miſerēdi, oportet ꝙ illi, qui ſunt maximè cū defectu, maximè miſereantur: ſed hoc eſt falſum, dicit. n. Phil. in* 2. Rhet. ꝙ q ex toto perierunt, nō miſerenť. ergo vr̄ ꝙ defectus non ſit ratio miſerendi ex parte miſerentis.

Li. 2. c. 8. circa principiu, to. 6.

¶ 3 Præt. Suſtinere aliquam cōtumeliā, ad defectū pertinet: ſed Philoſ. dicit* ibidem, ꝙ illi qui ſunt in contumeliatiua diſpoſitione, non miſerētur. ergo defectus ex parte miſerētis non eſt rō miſerendi.

Li. 2. c. 8. ante mediū. to. 6.

Sed contra eſt, quòd miſericordia eſt triſtitia quædam: ſed defectus eſt rō triſtitiæ, vnde infirmi facilius contriſtantur, ut ſupra dictum* eſt. ergo ratio miſerendi eſt defectus miſerentis.

Solut. in uenio infra q. 47. ar. 1. ad 2.

Respon. Dicendum, ꝙ cùm miſericordia ſit cōpaſſio ſuper miſeria aliena, ut dictū* eſt, ex hoc cōtingit ꝙ aliqs miſereať, ex quo cōtingit, ꝙ de miſeria aliena doleat. Quia aūt triſtitia, ſeu dolor, ē de proprio malo, intm̄ aliquis de miſeria aliena triſtatur, aut dolet, inquantū miſeriam alienā apprehēdit ut ſuam. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, ſm unionē affectus, quod fit p amorē. Quia .n. amans reputat amicum tanq̄ ſeipſum malū ipſius reputat tanq̄ ſuum malū: & ideò dolet de malo amici ſicut de ſuo. Et inde eſt ꝙ Philoſ. in* 9. Ethica inter alia amicabilia ponit hoc, quod eſt cōdolere amico. Et Apoſt. dicit ad Ro. 12. Gaudere cū gaudentibus, flere, cum flentibus. Alio mō, contingit ſm unionē realē, ut pote, cū malū aliquorū ꝓpinquum eſt, ut ab eis ad nos trāſeat. Et iō Philoſ. dicit in* 2. Rhet. ꝙ hoies miſerenť ſuper illos, qui ſunt eis cōiuncti, & ſimiles: qa per hoc fit eis æſtimatio, ꝙ ipſi ēt poſſint ſimilia pati. Et inde eſt ēt, q ſenes, & ſapiētes, q conſiderāt ſe poſſe in mala incidere, & debiles, & formidoloſi ſunt magis miſericordes. Ecōtrario aūt illi, qui reputāt ſe eſſe fęlices, & intm̄ potentes, ꝙ nihil mali putant ſe poſſe pati, non ita cōmiſerentur. Sic ergo[m] ſemp defectus eſt rō miſerendi uel inquantum aliquis defectū alicuius reputat ſuū propter unionem amoris vel propter poſſibilitatem ſimilia patiendi.[n]

Art. 1. co.
Lib. 9. Ethi. c. 4. to mo 5.
Li. 2. Rhe. c. 8. to. 6.
Conclu. m

Ad primvm ergo dicendum, quòd Deus nō miſeretur niſi propter amorem, inquantum amat nos tanquam aliquid ſui.

Ad secvndvm Dicendū, ꝙ illi, qui iam ſunt in infimis malis, non timent ſe ulterius pati aliquid, & ideò non miſerentur. Similiter etiam nec illi, q valdè timent: quia tantū intendunt propriæ paſſioni, quòd non intendunt miſeriæ alienæ.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ illi qui ſunt in cōtumeliatiua diſpoſitione, ſiue qa ſint cōtumeliā paſſi, ſiuè quia velint cōtumeliā inferre, prouocātur ad irā, & ad audaciā, quæ ſunt quędā paſſiones uirilitatis, extollentes aium hois ad arduum. vnde in-

ſerunť

ferunt homini æſtimationem, ꝙ ſit aliquid in futurũ paſſurus. Vnde tales dum ſunt in hac diſpoſitione, non miſerent, ſm illud Prou. 27. Ira nõ hẽt ſniam, neq; erũpẽs furor. Et ex ſiſi rõne ſupbi non miſerent, q cõtẽnunt alios, & reputãt eos malos. Vñ reputãt, ꝙ dignè patiant, quicqd patiunt. Vñ & Gre.*dicit, ꝙ falſa iuſtitia, ſ. ſuperborum, non habet compaſſionem, ſed dedignationem.

* Ho. 34. in Euãge. non longe a principio.

Porrecta per totum.

179

SVPER Q. XXX. ART. III.

Bannes eodem art.

IN q. 30. ar. 3. nota, q ſi non penetras ſpecialem & cõem rõnem boni, ſcdm quã diſtinguuntur charitas & mia, vide articulum primũ ſequẽtis qõnis in corpore, & ad vltimũ quia ſic clara erunt tibi oĩa. ¶ Scdo nota, ꝙ in riſione ad ſcdm ly, vt ibidẽ dr̃, refertur nõ ſolum ad vltimã ſententiam. ſ. & ab eodẽ more deſcẽdens, ſed ad penultimamẽt. ſ. & utrumq; eſt laudabile: ita q author nõ aſſerit ſed recitat vtrumq; eſſe laudabile ſcdm ſententiam. Ariſtotelis. Inferius ãt ipſe reprehendit hoc dictum Ariſtotelis. authoritate ſcripturæ in loco proprio, ſcilicet in tractatu de inuidia.

1.2.q.59. & 1.ca.1. ad 3. Et 3. d.23.q.3. art.3.q.2. ad 2. Et mal.q.10. at.2 ad 8

* li.2.c.5. a me. to. 5

† ca 3. circa finem.

† In coniuratione Catilinæ, in c. cuius titulus eſt Cæſaris oratio, in prin. illi⁹.

* li.2. Rh. c.9. in principio.

† ca. 9. in princ. to. 6.

ARTICVLVS III.

Vtrum miſericordia ſit virtus.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit. Vr̃, ꝙ mia nõ ſit uirtus. Principale.n. in uirtute eſt electio, vt patet ꝑ Philoſ.* in 2. Ethic. Electio aũt eſt appetit⁹ ꝓcõſiliati, vt † in eodẽ li. dr̃. Id ergo qđ impedit cõſiliũ, nõ põt dici uirt⁹: ſed mia impedit conſilium, ſm illud † Saluſtij. Oẽs hoĩes, q de reb. dubijs cõſultant, ab ira & mia uacuos eſſe decet. nõ.n. aĩus facilè uerũ ꝓuidet, ubi iſta officiũt. ergo mia non eſt virtus. G

¶ 2 Præt. Nihil qđ eſt cõtrariũ uirtuti, eſt laudabile: ſed nemeſis cõtrariat miæ, vt Philo. dicit in* 2. Rhet. nemeſis aũt ẽ paſſio laudabilis, ut dr̃ in † 3. Ethi. ergo miſericordia non eſt uirtus. H

¶ 3 Præt. Gaudium, & pax non ſunt ſpãles uirtutes, qa conſequunt ex charitate, ut ſ. dictum † eſt: ſed ẽt mia cõſequit ex charitate. ſic.n. ex charitate flemus cum flentibus, ſicut gaudemus cum gaudentibus. ergo miſericordia non eſt ſpecialis virtus.

† q. præce. ar. 4.

¶ 4 Præt. Cum mia ad uim appetitiuam ptineat, non eſt virtus intellectualis, nec eſt virtus theologica, cum non habeat Deum pro obiecto. Similiter etiam non eſt virtus moralis quia nec eſt circa operationes: hoc enim pertinet ad iuſtitiam. Nec eſt circa paſſiones: non enim reducitur ad aliquã duodecim medietatum, quas Philoſoph. ponit in* 2. Ethicor. ergo miſericordia non eſt virtus.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit † in 9. de ciu. Dei. Lõge melius, & humanius, & priorũ ſẽſibus accomodatius Cicero Cæſaris laude locutus † eſt, vbi ait Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt. ergo mĩa eſt uirtus. E

* Lib. 2. Ethi. ca. 7. tom. 5.

† Li. 9. c. 5. ante medium to. 5.

† In fine orationis ꝓ q. Ligario quæ incipit Nouum crimen.

RESPON. Dicendum, ꝙ mia importat dolorem de miſeria aliena. Iſte autẽ dolor põt noiare uno quidẽ mõ motũ appetitus ſenſitiui, & ſm hoc mia paſſio eſt, & nõ uirt⁹. Alio uero modo, põt noiare motum appetitus intellectiui, ſm ꝙ alicui diſplicet malum alterius. Hic aũt motus põt eſſe ſm rõnem regulatus, & põt ſm hunc motum ratione regulatum regulari motus, inferioris appetitus. Vnde Aug. dicit in *9. de ciuit. Dei, ꝙ iſte mot⁹ animi ſ. mia, ſeruit rõni, qñ ita pbet mia, ut cõſeruet iuſtitia ſiue cũ indigenti tribuitur, ſiue cum ignoſcitur pœnitẽti. Et quia rõ uirtutis humanæ cõſiſtit in hoc, ꝙ mot⁹ animi rõne reguleť, ut ex ſuperiorib. *patet, cõſequens eſt miſericordiã eſſe uirtutẽ.

* Li 9. c. 5. circa medium to. 5.

Conclu * 1.2. q. 59 ar. 4. q. & 5. ꝑcipue & q. 65. a. 2.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ authoritas illa Saluſtij intelligitur de miſericordia ſecundum quòd eſt paſſio ratione non regulata: ſic enim impedit conſilium rationis, dum facit à iuſtitia diſcedere.

AD SECVNDVM dicendum. ꝙ Philoſ. loquitur de miſericordia, & nemeſi, ſm ꝙ vtrũq; eſt paſſio, & habent quidem cõtrarietatem ex parte æſtimationis, quam habẽt de malis alienis, de quibus miſericors dolet, inquantum æſtimat aliquẽ indigna pati. Nemeſicus autem gaudet, inquantum æſtimat aliquos digne pati: & triſtatur, ſi indignis bene accidat. Et vtrumq; eſt laudabile, & ab eodem more deſcendens, vt ibidem * dicitur: ſed propriè miſericordiæ opponitur inuidia, vt infra * dicetur.

* libr. 2. Rhet. ca. 9. in principio, to. 6.

† q. 36. ar. 3.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ gaudium & pax nihil adijciunt ſuper rõnem boni, quod eſt obiectũ charitatis: et ideo non requirunt alias virtutes, q̃ charitatem. ſed mia reſpicit quandam ſpecialẽ rationem. ſ. miſeriam eius, cuius miſeretur.

AD QVARTVM dicẽdũ, ꝙ mia ſm ꝙ eſt uirtus, eſt uirt⁹ moralis circa paſſiones exiſtens, & reducit ad illam medietatem, quæ dicitur nemeſis: quia ab eodem more proceduntur ut in 2. Rhetor. * dicitur. Has autem medietates Philoſophus non ponit virtutes, ſed paſſiones: quia etiam ſecundùm ꝙ ſunt paſſiones, laudabiles ſunt. Nihil tamen prohibet, quin ab aliquo habitu electiuo proueniant, & ſecundùm hoc aſſumunt rationem uirtutis.

* Libr. 2. Rhet. ca. 9. in prin. tom. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum miſericordia ſit maxima virtutum.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ mia ſit maxima uirtutum. Maximè enim ad uirtutem pertinere uidetur cultus diuinus: ſed miſericordia cultui diuino præfertur ſm illud Oſee 6. & Matth. 12. Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. ergo miſericordia eſt maxima uirtus. I

¶ 2 Præ. Super illud 1. ad Tim. 4. Pietas ad omnia utilis eſt. *dicit gl. Ambroſij. Omnis ſumma diſciplinæ chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt. ſed diſciplina chriſtiana continet oẽm uirtutem. ergo ſumma totius uirtutis in miſericordia conſiſtit.

¶ 3 Præt. Virtus eſt, quæ bonum facit habentem. ergo tantò aliqua uirtus eſt melior, quanto facit hoiem Deo ſimiliorẽ: quia ꝑ hoc melior eſt hõ, ꝙ Deo eſt ſimilior. Et hoc maximè facit mia, quia de Deo dicitur in pſa. 144. Quòd miſerationes eius ſunt ſuper omnia opera eius. Vnde & Lucæ 6. Dominus dicit. Eſtote

SVPER Q. XXX. ART. IIII.

Nic. de Nyſe Trac. ſ. p. 3. p° 3. q. 9.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum.

180

IN art. 4. vnum magnum dubium occurrit. An mia ſcdm ſe ſit maxima virtutũ. Et eſt rõ dubij, qa nõ apparet penes qd attenditur magnitudo virtutis ſcdm ſe. Dicemus nãq; hactenus virtutes ſcdm ſe ſortiri ſua loca iuxta nobilitatem obiectorum formalium, pp quod theologicæ ſunt nobiliſſimæ, & inter eas charitas. Vnde charitas ſecundum ſe eſt longe maior mia, cuius oppoſitum in litera dr̃. *Amplius motiuum lr̃æ ad hoc, quia. ſ. influere, & ſubleuare defectum alterius vt ſic, eſt ſuperioris & melioris, hĩc concludit, ꝙ mia ſcdm ſe eſt ſupior & melior miſeris, ſeu miſeratiuis, reſpectu q̃ orũ ponitur

* In illũ locũ Pauli, tom. 5.

miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. miſericordia igitur eſt maxima virtutum.

SED CONTRA eſt, quod dicit Apoſtolus ad Coloſſ. 3. cum dixiſſet, Induite vos ſicut dilecti Dei viſcera miſericordiæ &c. poſtea ſubdit, Super omnia charitatem habete. ergo miſericordia nõ eſt maxima virtutũ. B

RESPON. Dicẽdum, quod aliqua virtus põt eſſe maxima dupliciter. Vno modo, ſm ſe alio modo per comparationem ad hñtem.[m] Scdm ſe quidem mia[d] maxima eſt.[n] Pertinet.n. ad miſericordiam, quòd alijs effundat: &, quod plus eſt, quod defectus aliorum ſubleuet, & hoc maxime ſuperioris eſt. Vnde & miſereri ponit proprium Deo: & in hoc C maxime dr̃ eius omnipotentia manifeſtari.[p] quo ad hñtem miſericordia non eſt maxima, niſi ille qui hẽt, ſit maximus, q nullũ ſ. ſe hẽat, ſed oẽs ſub ſe.[q] Etenim qui ſ. ſe aliquem hẽt maius eſt & melius coniungi ſuperiori, q̃ ſupplere defectum inferioris. Et iõ quantum ad hoiem qui hẽt Deum ſuperiorem, charitas, per quam Deo vnitur, eſt potior q̃ mia, per quam defectus proximorum ſupplet: ſed[s] inter oẽs uirtutes, quæ ad pximum pertinent, potiſſima eſt miſericordia,[t] ſicut etiam eſt potioris actus. Nã ſupplere defectũ alterius, inquantũ huiuſmodi, ẽ ſuperioris, & melioris.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deum non colimus per exteriora ſacrificia, aut munera pp ipſum, ſed propter nos, & propter proximos. Non enim indiget ſacrificijs nr̃is, ſed uult ſibi

ponitur ſuperior & melior, ſed non cæteris virtutibus, ad quas in litera comparatur. Et confirmatur. Quia licet indiuere, & ſubleuare ſit ſuperioris in tali gñe, non tñ ſimpliciter. nam ut gñare ſibi ſimile eſt perfecti, non tñ perfecti ſimpliciter. ſed in tali gñe. Stat enim quod aliquid ut potens gñare, ut angelus, ſit perfectior quàm generatiuo inferioris ordinis. Itaque licet miſericordia ſit ſuperior inter virtutes ad proximũ, uirtus tñ alterius ordinis, ut fides ſpes charitas, eſt perfectior ſcdm ſe. Et confirmatur iterũ: quia præcipere ut ſic, ſuperioris eſt, & cõſequenter ſcdm hanc rõnẽ prudentia eſſet et ſecundum ſe maxima virtutũ. Deficit ergo ratio literæ undiq;.

¶ Nõnullũ quoq; dubiũ occurrit de mĩa p cõparationẽ ad hñtem, cũ dr̃, quod mĩa nõ eſt maxima, niſi ille

D 89q. qui hẽt, ſit maximus. Ex hoc. n. vr̃, quod

Conclu. m in Deo miſericordia ſit maxima utroque modo & ſecundum ſe, & quo ad habẽtẽ. Vtrunque tamen oppoſitum videtur verum: quia charitas Dei qua ſeipſum diligit, & ſecundum ſe

Conclu. p melior eſt, vt patet ex dictis: & quo ad habentem, quia melior eſt Deus, formaliter loquendo, ſua charitate, quàm miſericordia.

¶ Ad euidentiam huius prænotandus eſt ſenſus diſtinctionis literæ, cum dr̃, quod aliqua uirtus poteſt eſſe maxima dupliciter. Vno modo ſecundum ſe alio modo per comparationem ad habentem. Intendit ſiquidem, quod virtus duplici rõne põt dici maior, vel melior. Aut quia eſt melior habẽti illam, quia ſ. facit illum meliorem, q̃ faceret eũdem alia virtus. Aut quia ſecundum ſeipſam, ſecluſa habitudine ad habentem, ponit maiorem bonitatem. hic eſt ſenſus terminorum, & diſtinctionis. Attendit autem magnitudo uirtutis ſecundum ſe penes perfectionem quam, ipſa ſimpliciter ſumpta exigit in ſeipſam, & non penes D obiectum, aut modum: quia ſi virtus aliqua ſcdm ſeipſam, ſecluſa habitudine ad habentem, exigit ſimpliciter & abſolute ſumpta maiorem in ſeipſa perfectionem q̃ alia virtus, conſtat quod eſt ſcdm ſe maior alia. Dico autem ſimpliciter & abſolute, ad differentiam virtutum, quæ ex modo operandi exigunt modo exigunt perfectionem in ſe. Verbi gratia. Diligere Deum infinite, exigit in charitate perfectionem infinitã, quam tamen nõ exigit diligere Deum ſimpliciter & abſolutẽ. & ſimile eſt in alijs. Oportet ergo ut uirtus ſecundum ſe maxima non ex modo, ſed ex ratione ſuæ ſpeciei exigat in ſeipſa perfectionem maximam. Intuendum eſt ergo an hoc conueniat miſericordiæ. Ex actu autem eius apparet, quod miſericordia in ſeipſa exigit immunitatẽ à miſeria. Nam ſi diſtinguamus miſericordiam in miſericordiã ſimpliciter, & miſericordiam reſpectu talis, vel talis miſeriæ, inueniemus, quod ſua ratione miſericordia reſpectu talis miſeriæ, puta paupertatis, immunis eſt ut ſic à paupertate, qa ad ipſam ſpectat dando ſubleuare paupertatẽ: eadem rõne mĩa ſimpliciter & abſolute libera eſt à miſeria, quia eius eſt ſubleuare à miſeria non hac, uel illa. Et quũ oĩs potentialitas miſeria quædam eſt, propter quod omnem creaturam miſeriæ alicui ſubiectam eſſe aliquo modo oportet, conſequens eſt, ut miſericordia cõm ſe exigat in ſeipſa ſuperioritatem talem, ac tantam, vt actus purus ſit, ut ſumma natura ſit, ut Deus ſit. Et propterea Deo proprium ponitur miſereri, & eius oĩpotentiam, quæ ſuper actualitate eius pura fundatur, manifeſtare. Et hæc vĩ intentio lr̃æ, in qua aduertendum eſt, quod quia conſideratio miſericordiæ ſcdm ſe eleuat eam ſuper virtutum ordinem, quæ ſunt diſpoſitiones perfecti ad optimum extrinſecum, aut quę bonum reddunt hñtem, & hmõi: ideo ſingularis eſt doctrina hic tradita. Et ut in ſequentibus in tractatu de iuſtitia, & humilitate patebit, talis res alterius ordinis, quã ſit uirtus, remota eſt.

¶ Ad primam ergo obiectionem dr̃, quod iam oſtenſum eſt penes A quid attenditur quantitas virtutis ſecundũ ſe, ſcilicet ſecundũ perfectionem, quam in ſeipſa exigit ſecluſo reſpectu ad habẽtẽ. Perfectio autem uirtutis ex obiecto, per ſe & eſſentiale eſt uirtuti, ad eam rationem perfectionis in uirtute ſpectat, qua bonum reddit hñtem. Habentũ ſiquidem uirtutem melius eſt circa nobiliorẽ materiam verſari. Scdm ſe autẽ virtus non eſt aliunde excellentiam maiorem exigere, ut patet ex dictis, propter quod charitas in ordine ad habentem, eſt maxima uirtutum: miſericordia autem ſecundum ſe.

¶ Ad obiectionem uero primam contra motiuum literæ, dr̃, quod quia ad miſericordiam ſpectat ſubleuare miſeriam Conclu. s & miſeria opponitur maxime uirtutibus, utpote in earum oppoſitis quaſi cõſiſtẽs ideo oẽs uirtutes, ut à miſeria reducibiles ad bonitatẽ, ſubſunt miſericordiæ. Et propterea ſi miſericordia præſtat omnibus præſtat quoq; omnibus uirtutibus. quas miſerendo nata eſt largiri.

¶ Ad ſecundam autẽ dicitur, quòd miſericordia talis, eſt perfectionis in genere, ſed miſericordia ſimpliciter, eſt pfectionis ſimpliciter ſummæ: unde non põt alterioris ordinis uirtus dari.

¶ Ad tertiam demum dr̃, quod licet præcipere ſit etiam ſuperioris longe altius tamẽ miſereri eſt ſuperioris: qa præcipere eſt ſuperioris in motione inclinatiua, miſereri uero eſt ſuperioris in ſubleuatione à miſeria. & ſic miſereri comparatur ad præcipere, ut uniuerſale ad particulare: quia & præcipere quoddam miſereri eſt, & ut actus efficax ad actũ abſtrahẽtẽ ab efficacia. Contingit. n. præcipienti non obediri. Miſereri autẽ nõ in ppara tione ſolũ, ſed pfectũ, efficax eſt, alioqui à miſeria nõ ſubleuaret.

¶ Ad alterũ dubiũ de miſericordia in Deo, dicitur, quod mĩa ſecundum ſe, eſt maior charitate ſecundum ſe, ut in litera dicitur, ppter rationem dictam. In tali autẽ habente utramq; ſ. in Deo. uidetur mihi dicend, formaliter loquendo, præſcindẽdo utrimque miſericordiam & charitatem, charitas ſit melior quia melius eſt Deo diligere ſe q̃ ſubleuare cætera a miſeria: ſicut melius eſt lucido habere in ſe lumen, q̃ illuminare alia. Sed quia miſericordia Dei ſupponit & includit charitatem: quia, ut in reſponſione ad 1. art. ſecundũ huius quæſtionis dicitur, Deus non miſeretur, niſi propter amorem, inquantum amat nos tã q̃ aliquid ſui, & addit ſuper illam, ſicut lucens addit ſupra lucidum in ſe. Et abſolute loquendo, melius eſt lucere, q̃ lucidum in ſe eſſe tantum. Et ut dicitur in 1. Rethor. Virtus eſt potentia beneficatiua. ideo ſimpliciter loquendo miſericordia Dei, etiã in ipſo Deo, melior eſt q̃ charitas, utpote extendẽs ſuppoſitã charitatem ſuam ad beneficiendum omnibus: ſubleuãdo omnium miſerias. Et propterea in litera dicitur, quòd miſericordia non eſt maxima habenti, niſi habens ſit maximus. Et ſic patet, quòd miſericordia & ſecundum ſe, & in Deo eſt maxima virtutum, quia melius eſt eis coniũgi ſuperiori, quod ſit per uirtutes theologicas, quàm habere miſericordiam, quæ non eleuat in ſublimitatẽ ſimpliciter: quia in nulla creatura poteſt haberi miſericordia ſimpliciter & abſolute, ſed talis tantũ. Repugnat ſiquidem hoc creaturæ non ſolum puræ, ſed etiam animæ Chriſti, non minus quàm virtus creatiua ſimpliciter. Propter quod miſerationes Dei ſunt ſuper omnia opera eius.

¶ In eodem quarto articulo duo dubia reſtant. Primum de comparatione miſericordiæ ad reliquas uirtutes, quæ ſunt ad proximum: quod tractatus omnibus uirtutibus uidendum eſt. Secundum in reſponſione ad primum, Quomodo ſacrificio exteriori non colimus Deum propter ſeipſum ſed propter nos & proximos, quod in tractatu de religione uidendum eſt.

SVPER

ſia offerri propter noſtram deuotionem,& proximorum utilitatem.Et ideò miſericordia, qua ſubuenitur defectibus aliorum,eſt ſacrificium ei magis acceptum,vtpote propinquius vtilitatem proximorum inducens,ſecundùm illud Hebr. vlt.Beneficentiæ,& communionis nolite obliuiſci:talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

Ad secvndvm dicẽdum, quòd ſumma religionis chriſtianæ in miſericordia conſiſtit, quantum ad exteriora opera:interior tamen affectio charitatis,qua coniungimur Deo,præponderat & dilectioni,& miſericordiæ in proximos.

Ad tertivm dicendum,ꝙ per charitatem aſſimilamur Deo,tanquàm ei per affectum vniti : & ideò potior eſt quam miſericordia,per quam aſſimilamur Deo per ſimilitudinem operationis.

SVPER Q. XXXI. ART. I.

Bannes eodem artic.

IN q6.31.ar.1.in rñſione ad primum collige,ꝙ licet benefacere ſit actus charitatis in quolibet,non tamẽ in quolibet eſt actus reſpectu cuiuſlibet. Poteſt namque charitas Dei benefacere poteſt etiam charitas hominis angeli benefacere:ſed charitas creaturæ non poteſt benefacere Deo, ſicut nec etiam Deus poteſt benefacere ſibi ipſi, quia nihil poteſt Deo boni accreſcere.

QVAESTIO XXXI.

De Beneficentia, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdũ eſt de exteriorib.actibus,uel effectibus charitatis.Et primò de beneficentia.Secundò, de eleemoſyna,quæ eſt quædam pars beneficentiæ.Tertiò,de correctione fraterna, quæ eſt quædam eleemoſyna.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primò,Vtrum beneficentia ſit actus charitatis.

¶Secundò, Vtrum ſit omnibus benefaciendum.

¶Tertiò,Vtrum magis coniunctis ſit magis benefaciendum.

¶Quarto,Vtrum beneficentia ſit uirtus ſpecialis.

ARTICVLVS I.

Porrecta per totum.

Vtrum beneficentia ſit actus charitatis.

181 AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃,ꝙ bñficẽtia nõ ſit act⁹ charitatis.Charitas.n.maximè hr̃ ad deũ: ſed ad Deum non poſſumus eſſe benefici,ſm̃ illud Iob 35.Quid dabis ei? aut quid de manu tua accipiet?ergo beneficentia non eſt actus charitatis.

¶2 Præt.Bñficentia maximè cõſiſtit in collatione donorum:ſed hoc pertinet ad liberalitatem . ergo bñficẽtia nõ eſt actus charitatis, ſed liberalitatis.

¶3 Præt.Quod quis dat,vel dat ſicut debitum, uel dat ſicut nõ debitũ:ſed beneficium quod impenditur tanquàm debitum,pertinet ad iuſtitiam, quod aũt impenditur tanquã non debitum, gratis dat̃, & ſm̃ hoc pertinet ad miſericordiam.ergo omnis beneficentia vel eſt actus iuſtitiæ, uel eſt actus miſericordiæ.non eſt ergo actus charitatis.

Sed contra. Charitas eſt amicitia quædam,ut dictum* eſt:ſed Philoſ.in †.9.Ethi.inter alios amicitiæ actus ponit hoc unum, quod eſt operari bonũ ad amicos,quod eſt amicis benefacere. ergo beneficentia eſt actus charitatis.

*q.23.ar.1. †lib.9.Ethi.ca.4.tom.5.

Respon.Dicẽdũ,ꝙ beneficentia nihil aliud importat,ꝙ facere bonum alicui . Poteſt autem hoc bonum conſiderari dupliciter.Vno mõ, ſm̃ cõem rõnẽ boni,& hoc pertinet ad cõem rõnẽ beneficentiæ:& hoc eſt act⁹ amicitiæ,& ꝑ cõns charitatis.Nã i actu dilectionis includit̃ beneuolẽtia,per q̃ vult aliqs bonũ amico,vt ſ.habitũ* eſt.Volũtas aũt eſt effectiua eorũ,quæ uult,ſi facultas adſit: & iõ ex cõñti bñfacere amico ex actu dilectionis cõſequit̃. Et ꝑꝑ hoc bñficentia,ſm̃ cõem rõnẽ eſt amicitiæ,uel charitatis actus. Si aũt bonũ, qđ qs facit alteri , accipiatur ſub aliqua ſpeciali ratione boni, ſic beneficentia accipiet ſpecialem rationẽ,& pertinebit ad aliquam ſpecialem uirtutem.

*q.23.ar.1.& q.27.ar.2. *Concluſ.* *Concluſ.*

Ad primvm ergo dicendũ,ꝙ ſicut Dion.*dicit.4.c.de diui.no. Amor mouet ordinata ad mutuam beatitudinem,& inferiora cõuertit in ſuperiora, vt ab eis perficiantur,& ſuperiora mouet ad inferiorum prouiſionem : & quantum ad hoc beneficentia eſt effectus dilectionis.Et ideo noſtrũ non eſt Deo bñfacere,ſed eũ honorare,nos ei ſubijciẽdo:eius àt eſt ex ſua dilectione nobis benefacere.

*Cap.4.par.1.inter medũ & finem.

Ad secvndvm dicendũ,ꝙ in collatione donorum duo ſunt attendenda, quorũ vnũ eſt exterius datũ:aliud àt eſt interior paſſio,quam hẽt quis ad diuitias,in eis delectatus:ad liberalitatem àt pertinet moderari interiorẽ paſſionem, vt.ſ.aliquis nõ ſuperexcedat concupiſcendo,& amando diuitias ex hoc.n.efficitur homo facile emiſſiuus diuitiarum.Vnde ſi homo det aliquod donum magnum, & tñ cum quadam concupiſcentia retinẽdi,datio nõ eſt liberalis:ſed ex parte exterioris dati,collatio beneficij pertinet in generali ad amicitiã, vel charitatem.Vnde hoc nõ derogat amicitiæ,ſi aliquis,rẽ,quã cõcupiſcit retineri,dat alteri ꝑꝑ amorẽ,ſed magis ex hoc oſtenditur amicitiæ pfectio.

Ad III.dicendũ,ꝙ ſicut amicitia,ſeu charitas reſpicit in beneficio collato cõem rõnem boni ita iuſtitia reſpicit ibi rõnem debiti . Mia vero reſpicit ibi rõnem releuantis miſeriã,uel defectum.

ARTICVLVS II.

Porrecta per totum.

Vtrum ſit omnibus benefaciendum.

182 AD SECVNDVM ſic proceditur . Videtur quòd non ſit oĩbus benefaciendum.Dicit.n. Auguſt.in * 1.de doctrina chriſtia.quòd oĩbus prodeſſe non poſſumus: ſed virtus non inclinat ad impoſſibile.ergo non oportet omnibus benefacere.

*Li. 1.ca.28.in princip.to.3.

¶2 Præt.Eccleſ.12.dicitur, Da bono,& nõ recipias pctõrẽ:ſed multi hoĩes ſunt pctõres . non ergo oĩbus eſt benefaciendum.

*Li. 10. c. 28 circa mediũ. tom. 1.

*Li. 25. c. 16 ãn medium.

Porrecta per totum. 205

Sup. q. 25 artic. 6. Et Pſal. 24.

SVP. QV. XXXIIII. ARTIC. III.

Ban. eodem art.

IN ar. 3. eiuſdem q. 34. ĩ riſione ad 3. Martinus occurrit, Hæc (dicẽs.) ſolutio nõ mihi vř ſufficere. Nõ ſolũ naturale eſt odire eos, q iniuſtè, ſed ẽt eos, q iuſtè inimicantur nobis: qm̃ vniuerſaliter inimicos naturaliter odio habemus.

¶ Ad hoc dř, ꝙ iſte abutitur uocabulis, & propterea errat. Qui enim iuſte nobis aduerſantur, non ſunt inimici noſtr., ut patet ex hoc, ꝙ nolunt nobis malũ: ſed odiẽ ter culpam uolũt bonum iuſtitiæ in punitione noſtra. Inimicus aũt uult abſolutè mihi malũ, ſicut amicus vult abſolutè mihi bonũ, cuius etiam ſignũ eſt, ꝙ Deus nulli ẽt damnato eſt inimicus, q̃uis multos puniat, volens eis nõ malum abſolutè, ſed bonũ iuſtitiæ in eis, quod malum pœnæ eorũ habet annexũ. Vnde ſolutio eſt ſolida: q̃m falſiſſimũ eſt, ꝙ naturaliter odio habeamus punitores noſtros, vt inimicos: licet uerũ ſit, ꝙ naturaliter odio habemus pœnas.

*Li. 2. c. 4. & 20. & li. 4. c. 21. a medio.

* 1. 2. q. 29. art. 2.

Conclu. 10

SVP. QV. XXXIIII. ART. IIII.

Ban. eodem art.

conclu. p

IN art. 4. dubiũ occurrit circa rõnẽ redditã, Quare odiũ ꝓximi, ut deordinat peccãtẽ, eſt grauius, q̃ exterioris act⁹ peccatum contra proximũ, quia. ſ. per odiũ deordinatur uoluntas, q̃ eſt potiſſimũ in hoĩe, & ex qua eſt radix peccati. Oportet ſiquidẽ ad hoc, ꝙ rõ ualeat, ex alia parte ſubintelligere, ꝙ per peccata exteriora in proximũ nõ deordinať voluntas: qđ conſtat eſſe falſum. Præterea peccatum deordinans hominis voluntatẽ, & aliam eius partem, magis deordinat eum, q̃ deordinans uoluntatem ſolã: ſed peccatũ actus exterioris in proximum ita ſe habet ad odiũ proximi, ut patet. ergo. Et cõfirmatur, quia maior defectus eſt in ramo & radice, q̃ in radice tm̃. Sic aũt eſt iuxta ſimilitudinem literæ, de uolũtate, & alijs potentijs, ſeu actibus.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſanè intelligendo poteſt ex alia pte oppoſitum

Porrecta per totum. 206

Infr. q. 158. ar. 4. & 6. Et 1. 2. q. 46. a. 6. Et ma. q. 12. a. 4. & 5.

* Enchiridij. c. 12. tom. 3.

¶3 Præt. Chryſ. exponens illud Mat. 4. Qui ſoluerit vnũ de mãdatis iſtis minimis, dicit. Mãdata Moyſi, Nõ occides, Nõ adulterabis, ĩ remuneratione modica ſunt ĩ pctõ aũt magna. Mãdata aũt Chri.i. Nõ iraſcaris, Non cõcupiſcas, in remuneratione magna ſunt, ĩ pctõ aũt minima: odiũ aũt ꝑtinet ad ĩteriorẽ motũ, ſicut & ira, & cõcupiſcẽtia. ergo odiũ ꝓximi eſt[h] min⁹ peccatum, quàm homicidium.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ peccatũ qđ cõmittĩ in ꝓximum, habet rõnẽ mali ex duobus. Vno qdẽ mõ, ex deordinatione eius, qui peccat. Alio mõ, ex nocumẽto quod infertur ei contra quem* peccatur[m]. Primo ergo modo, odiũ eſt maius peccatũ, q̃ exteriores actus, qui ſunt in proximi nocumentum[n], quia ſcilicet per odiũ deordinatur voluntas

* Homil. 10. i opere imperfecto nõ remote a fine illi⁹, tom. 2.

Concilu. m

ſtrum dici. Eſt autẽ ſanus intellectus, ꝙ odium deordinat formaliter voluntatem: peccatum autem exterioris actus in proximum non deordinat formaliter volũtatem, ſed actum iſtum exteriorẽ, quem conſtat eſſe alterius potentiæ. Peccatum enim nõ deordinat formaliter, niſi id, in quo eſt ſubiectiuè. Licet aũt oẽ peccatum ſit radicaliter in voluntate vt in ſubiecto: tamen in potentia alia libera, & rationali ꝑ participationem multa peccata ſunt.

¶ Ad ſecũdũ verò dr̃, ꝙ cum cõparatio ſit inter diſtincta, quando cõparantur duo, quorum primũ clauditur in ſecundo, nõ intelligitur comparatio ſecundi ad primum, vt includit primum, & aliquid vltra: ſed quantũ ad illud, in quo diſtinguitur à primo. Vnde non cõparatur deordinatio voluntatis deordinationi voluntatis, & alterius potẽtiæ: ſed ex vna parte ſumitur deordinatio voluntatis, & ex altera deordinatio actus exterioris liberi, ſeu humani: & tũc dicitur, quòd quia uoluntas eſt potiſſima in homine, & ex qua eſt radix peccati, aliæ autem potentiæ ſunt inferiores, & vt rami: iõ deordinatio voluntatis eſt maior, quàm deordinatio aliarum virium. Conſtat namq;, quòd potioris deordinatio, potior eſt: & malum radice, peius eſt quàm in ramo vt ſic. Cum autem audis voluntatem eſſe potiſſimum in homine, non putes authorem ſui oblitum, ſed in ſubiecta loqui materia ſcilicet morali. In homine namque in ordine ad moralia potiſſimum eſt voluntas, ut patet, quàmuis ſimpliciter potior ſit intellectus, vt in primo libro habitum eſt.

¶ In eodem artic. dubium occurrit, Quo pacto poteſt eſſe actus exterior inordinatus ex zelo iuſtitiæ abſque peccato. Quòd. n. poſſit propter ignorantiam aliquam, puta, facti, omni cautela adhibita, actus exterior inordinatus accidere ſine peccato, clarum eſt. Poteſt. n. aliquis ex huiuſmodi ignorãtia occidere patrẽ propriũ: & tunc actus exterior erit inordinatus, cadens ſuper materiam repugnãtem. ſ. patris vitam, & tamen ſine peccato. Sed ꝙ hoc poſſit etiam ex zelo iuſtitiæ accidere, ut litera dicit, nõ apparet: qa ſi ex zelo iuſtitiæ ſecũdũ ſciẽtiã occidit, iam actus exterior nõ erit inordinatus: & ſi exterior eſt inordinat⁹, iam non ex zelo iuſtitiæ ſecundũ ſcientiam prouenit, ſed ex zelo iuſtitiæ, non ſecundũ ſcientiã: & tunc conſtat eſſe peccatũ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd author profert ſermonem conditionalem, ad cuius ueritatẽ neutrius partis veritas exigitur. Et propterea nõ oportet ſolicitari, quomodo poſſent actus eſſe inordinati abſque peccato. Exemplorum quoque, quãmuis nõ requiratur veritas, attamen quia etiam exempla ſub diſiunctione allata ſunt, ſufficit pro altera parte uerificari.

¶ In eodem ar. 4. dubium eſt circa illam propoſitionẽ. Si quid culpæ eſt in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum eſt ex interiori odio, tum quia non omne ꝙ exterius committitur contra proximũ, ex odio fit, ſed aliquando ex ira, aliquando ex inuidia, aliquando ex luxuria, vt patet de adulterio, detractione, & vindicta: tum quia in præcedentibus determinatum fuit, quòd actus exterior habet malitiam ſecundum ſe, quam magis dat voluntati, quàm ab ea accipiat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd iuxta Apoſtoli ſententiam, omnia prohibita contra proximum: ut, Non occides, Nõn adulterabis &c. in hoc vno comprehenduntur, Diliges proximũ tuum. Ac per hoc in quocumq; commiſſo contra proximum, contrariũ dilectionis eiuſdem incurritur, quod conſtat eſſe odium proximi: ideò omne exterius peccatum commiſſum in proximũ, odiũ in ſe proximi claudit, & ex illo procedit participatio in omnibus, etiam in ipſa ira, & inuidia, ut inferius claſſificabitur.

¶ Ad ſecũdum dicitur, ꝙ impertinens eſt obiectio. Nam alia eſt quæſtio de bonitate, & malitia actus ſecundum ſe, & à voluntate finis &c. & alia eſt quæſtio de culpa actus exterioris in proximum ſecundum ſe, & ex odio. Et de illa quæſtione ſatis dictum eſt: de hac verò dicitur, quòd quicquid culpę eſt, ex odio eſt: quia quicquid habet mali ex genere ſuo, habet ex odio participato in ratione ſui generis. Niſi. n. homicidiũ ex genere ſuo clauderet in ſe odium uitæ humanæ, non eſſet malum moraliter. Vnde ſi occidatur homo à iudice, à quo fit ſine odio vitæ humanæ, non eſt homicidium.

¶ In eodem 4 artic. dubium adhuc eſt, quia author videtur diminutus. Quærit namq; vniuerſaliter, An odium proximi ſit grauiſſimum peccatorũ, quæ in proximũ cõmittuntur. Et ſoluit particulariter, ꝙ odium eſt grauiſſimum reſpectu peccatorum exteriorum, quæ in proximum committuntur. Cõſtat. n. ꝙ præter odium proximi, & peccata exteriorum actuũ in proximũ, ſunt alia peccata in proximum, ſ. cõcupiſcere uxorem proximi, concupiſcere res illius, inuidere proximo, deſpicere proximum &c.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quia rõ difficultatis exigẽtis ſpecialem articulum de cõparatione odij ad alia peccata in ꝓximũ, fuit actus exterior nocens proximo: ideò author ad id, in quo difficultas erat aſpiciẽs, determinauit, relinquẽs pro manifeſto, quòd odium ꝓximi eſſet peius cæteris interioribus peccatis in proximũ. ex vniuerſalitate obiecti, & immenſitate rationis illius. Extendit ſiquidem ſe odium contra omne bonum proximi, & abſque menſura in quodlibet fertur. Cætera autem aut ſecundum quoddam genus boni, aut ſub quadã modificatione in proximũ inſurgunt, ut patet de inuidia, & alijs allatis, excepta ſuperbia, quæ non cõputatur inter peccata in proximum, quia Deo ſe opponit: unde non eſt diminutio in authore. Et ſcito, quòd comparatio odij ad alia peccata eſt accipienda proportionaliter, ut ſcilicet odium uitæ proximi ſit peius, quàm inuidia eiuſdem uitæ. Et ſimiliter odium fraternæ gratiæ ſit peius, quàm inuidia eiuſdem, & ſic de alijs. Secus autem eſt reſpectu diuerſorum: nam inuidia fraternæ gratiæ longè maius peccatum eſt, quàm odium proximi ſecundum bona exteriora.

¶ In eodem. 4. art. Martinus occurrit, arguens contra ſecũdam concluſionem, ſcilicet, quòd peccata exteriora quãtum ad nocumentum, quod proximo infertur, peiora ſunt, quàm interius odium, ſupponendo, quòd actus exterior malus non addit malitiam aliquam ſuper malitia actus interioris, quod pro nunc probat ex litera hac dicente, Si quid culpæ eſt in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum eſt ex interiori odio.

¶ Arguit ergo primo. Nullus actus exterior proximo nociuus, eſt odio proximi culpabilior. ergo non eſt grauius peccatum quantum ad nocumentum. Antecedens probatur, quia actus exterior aut habet aliquid culpæ, quod non habet interior, aut nihil. Si nihil, habetur intentum: ſi aliquid, aut ſecundum illud ſubordinatur actui interiori malo, uel non. ſi non, ergo ſecundum illud non eſt culpabilis. ſi ſic, ergo in actu interiori eſt aliquid grauitatis correſpondens illi parti, quæ dicebatur non haberi ab actu interiori.

¶ Præterea. Ex nullo communi actibus bonis, & malis attenditur grauitas peccati: ſed nocere proximo eſt commune actibus bonis & malis. ergo ex nocumento proximi non aggrauat peccatum. Patet minor, quia etiam iuſta occiſio nocet proximo.

¶ Tertio, quia huiuſmodi grauitas aut penſatur ex nocumẽto, quod infertur proximo tantum. & hoc non, quia tunc occiſio iuſta non eſſet hac grauitate grauior. Aut ex nocumento, quod infertur ſiue proximo, ſiuè ſibijpſi: & tũc uel in hac cõparatione comparas actum exteriorem & interiorem ſimul ad interiorem tantum, & ſic nihil ad propoſitum: aut comparas actũ exteriorem ad interiorem, cui ſubordinatur, & tunc ſic actus interior uolendi occidere proximũ ex odio magis nocet odiẽti, quàm homicidium proximo noceat. ergo quantum eſt ex parte nocumẽti, actus interior grauior eſt, quàm exterior. Antecedens patet, quia mors ſpiritualis peior eſt corporali.

¶ Deinde arguit tractando authoritates Auguſtini, & Chryſoſtomi allatas in litera pro dicta ſecunda concluſione.

¶ Et primo contra diſtinctionẽ literæ ex authoritate Chryſoſtomi. Quanto aliqua ſunt maiora in peccato, tãtò ſunt magis deordinata, & grauioris culpæ: ſed ſecundum authoritatem Chryſoſtomi allatam, adulteriũ, & homicidiũ ſunt maiora in peccato, q̃ ira & odium. ergo ſunt maiora in deordinatione, & culpa, ac ꝑ hoc diſtinctio literæ nõ ualet ad authoritatẽ hanc.

¶ Secũdo ex authoritate Aug. Malum dicitur, quia nocet: quia licet homicidiũ plus noceat proximo, odium tamen plus nocet ſimpliciter: quia nocumentum illatum ſibijpſi per odium, eſt maius, q̃ nocumẽtum illatum proximo per homicidium.

¶ Ad

¶Ad hæc dicitur, ſuppoſitis his quæ in præcedenti lib. dicta ſunt, quod ſuppoſitum eſt falſum: quoniam actus exterior addit bonitatem, vel malitiã actui interiori, vt & Aug. dicit. Actus.n. exterior auget bonitatem, vel malitiam actus interioris: ita quod velle homicidiũ committere, minus malũ eſt, quàm uolendo cõmittere homicidiũ. Ipſa.n. executio addit grauitatẽ, & quantũ ad propoſitũ ſpectat, rõne nocumẽti illati proximo ex ipſa executione, quam non infert actus interior.

¶Ad probationẽ autẽ ex hac litera, cõceditur litera hæc: ſed negatur ſequela illius ſuppoſiti ex hac litera. Nam ex hoc, quod quicquid uitæ eſt in arbore, eſt in radice, nõ ſequitur, quod arbor nihil vitæ, aut vitalis perfectionis addat ſupra radicem. Multas.n. perfectiones uitales addit arbor ſupra radicem, ut patet: & ſimile eſt in propoſito, cum author expreſſè in litera aſſimilet radici uoluntatẽ interius. Vnde cũ hoc, quod quicquid culpæ eſt in actu exteriori, eſt ex interiori odio participato, & incluſo in actu exteriori, ſtat quod actus exterior addat culpabilẽ grauitatẽ, immò ex hoc ipſo, quod actus interior progreditur in exteriorem, creſcit malitia: ſicut ex hoc, quod radix profert plantam, creſcit vita. Ad primum autẽ argumentum negatur maior. Ad probationem dicitur, quod actus exterior habet aliquid grauitatis culpabilis, quod non habet actus interior ſolus: ſic.n. ad ipſum fit cõparatio. Nã ſi ad actũ interiorẽ coniunctũ exteriori fieret comparatio, diceretur, quod una & æqua eſt utriuſque malitia per viam redundantiæ hinc, & inde, ut in præcedenti lib. patet.

Conclu. p.

Porrecta per totum.

207

Infra q. 158. ar. 6. & mal. q. 12. art. 5.

¶Et cum arguitur. Aut illud grauitatis, quod addit exterior actus, ſubordinatur interiori, aut nõ: rñdetur, quod iam digreſſio fit ab actu interiori ſolo, ſeu ſecundùm ſe, ad ipſummet coniunctum, ſeu ut rõ eſt exterioris actus, & propterea egredimur extra propoſitam comparationẽ. Veruntamẽ ſequendo diuerſionẽ argumẽti, rñdetur, quod ſubordinatur ut executio appetitui. Et cum ex hoc infertur, Ergo in actu interiori eſt aliquid grauitatis correſpondens illi parti, quam addere dicitur actus exterior: conceditur, quia, ut dictum eſt, ex actu exteriori deterior fit actus interior coniunctus: ſed cum dr. ergo hæc grauitas præerat in actu interiori, negatur. Aliud eſt.n. grauitatem hãc inueniri in actu interiori coniuncto exteriori, & aliud eſt inueniri in actu interiori ſecundum ſe. Primum eſt uerum: ſecundum falſum. Et rurſus, Aliud eſt huiuſmodi grauitatem in actu interiori coniuncto exteriori inueniri: & aliud eſt in eodẽ præinueniri. Primũ eſt verũ: ſecundũ falſum. Et rurſus. Aliud eſt huiuſmodi grauitatẽ oriri radicaliter ex actu interiori: & aliud eſt perfectionẽ, & cõſummationẽ hãc ex illo. Nã primũ eſt verũ: ſecundum falſum. Hæc ergo diſtinctè conſidera, & ſolues obiecta.

¶Ad ſecundũ dicitur, quod Maior modificatione eget. Nam aliud eſt loqui de communi bonis & malis actibus in ſua abſtractione ſumpto: & aliud de eodem contracto ad conſonantiam, vel diſſonantiam rationi rectæ. Nam licèt primo modo nõ aggrauet, ſecundo tamen modo aggrauat: & ſic eſt in propoſito. Nocere proximo contra rectè rationis iudicium, eſt non commune bonis & malis actibus, ſed contractum ad malum morale, & ex hoc oportet peccatum grauari.

¶Ad tertiũ dr., quod in litera explicatur, quod neutro mõ eſt ſermo, ſed tertio mõ. ſ. ex nocumẽto quod infertur ei, cõtra quẽ peccatur. Sub hoc.n. cõprehenditur, ſiue ipſe, ſiue alius, non ut ipſe, vel alius, ſed ut eſt is, contra quem directè, ſeu per ſe peccatur. Et ex hoc excluditur obiectio appoſita de nocumẽto propriæ mortis ſpiritualis. Nam huiuſmodi nocumentum non per ſe intenditur per odientem, aut occidentem: ſed malum illius, qui odio habetur, aut occiditur ſiue ipſe, ſiue alius ſit, per ſe & directè intẽditur per odiũ, & homicidiũ. Contra illũ.n. peccatur homicidio, vel odio per ſe directè. Mors autem ſpiritualis propria præter intentionem incurritur. Mallet.n. nõ incurrere illã odiẽs, aut occidens, qui tamen directè vult ſe, uel illum occidere.

¶Ad obiecta deinde ex authoritatibus rñdetur. Et quãtũ ad illud Chryſoſtomi, negatur Maior, quo ad deordinationẽ peccatis. Quod.n. maius eſt in peccato, nõ oportet quod ſit maius ex parte deordinationis peccatis. Põt.n. maius eſſe in pctõ aliũde. ſ. ex nocumẽto, ut in litera dicitur & ſic intellexit Chryſoſtomus.

¶Ad illud ex Aug. iã rñſum eſt. ſ. quod grauitas peccatorum quo ad nocumentũ, attẽditur penès nocumẽtũ per ſe intẽtũ, & nõ penes id, quod præter intentionẽ peccãtis interuenit. Arguens autem, de tali per accidens nocumento loquitur, quod eſt commune omni peccato mortali.

hominis, quæ eſt potiſſimum in homine, & ex qua eſt radix peccati. Vnde & ſi exteriores actus inordinati eſſent abſque inordinatione voluntatis, non eſſent peccata, puta, cum aliquis ignoranter, uel zelo iuſtitiæ hominem occidit. Et ſi quid culpæ eſt in exterioribus peccatis, quæ contra proximũ cõmittuntur, totũ eſt ex interiori odio: ſed [p] quãtum ad nocumẽtum quod proximo infertur, peiora, ſunt exteriora peccata, quàm interius odium. [q] Et per hoc patet reſpõſio ad obiecta.

B

ARTICVLVS V.

Vtrum odium ſit uitium capitale.

AD QVINTVM ſic procedit. Videtur quod odium ſit uitium capitale. Odium.n. directè [h] opponitur charitati: ſed charitas eſt principaliſſima virtutum, & mater aliarum. ergo odium eſt maximum uitium capitale, & principium omnium aliorum.

¶2 Præt. Peccata oriuntur in nobis ſecundum inclinationẽ paſſionum, ſecundũ illud ad Ro. 7. Paſſiones peccatorũ operabantur in membris noſtris, ut fructificarẽt morti: ſed in paſſionibus animæ ex amore, & [h] odio uidentur oẽs aliæ ſequi, ut ex ſupra* dictis patet. ergo odium dẽt poni inter uitia capitalia.

* 1. 2. q. 25 ar. 1. & 2.

¶3 Præt. Vitium eſt malum morale: ſed odium principalius reſpicit [h] malum, quàm alia paſſio. ergo uidetur, quod odium debet poni uitium capitale.

C

SED CONTRA eſt, quod * Greg. 31. Moral. nõ enumerat odium inter ſeptem uitia capitalia.

* Li. 31. c. 31.

SVP. Q. XXXIIII. ART. V.

B in eodem art.

IN art. 5. eiuſdẽ qõ. Martin' occurrit, primo arguẽs cõtra rõnẽ cõcluſionis: deinde ſoluẽs eã. Rõ, inquit, multipliciter deficit. Primo, quia nõ cõſonat aliis S. Th. opinionib. quoniam cũ hoc, quod aliquod uitiũ eſt maximũ in grauitate ſtat, quod ſit uitiũ capitale ergo ex grauitate odij nõ põt cõcludi, quod odiũ nõ eſt uitiũ capitale. Sedo, quia uitiũ minus graue aut poteſt oriri ex grauiori, aut nõ. Si ſic ergo nulla ratio cogit, quin ſimul ſtet odium eſſe grauiſſimum & capitale. Si non, ergo tot, & tanta.

¶Deinde ſoluendo rõnem dicit. Concedo quod regulariter ita eſt, quod ab aliquo, quod eſt minus ſecundum naturam, primo receditur: ſed non oportet, quod a quolibet, quod eſt minus ſecundũ naturam, primo recedatur, quàm perueniatur ad ultimum. Nõ.n. oportet adulterum prius fuiſſe fornicarium.

D

¶Ad horũ primũ dr., quod argumẽta illa nõ ſunt cõtra hãc literã, ut arguẽs ſomniauit: quoniam author nõ ex excellẽtia grauitatis, ſed ex ordine defectionis naturaliũ perfectionũ, ordinatè ſe habẽtiũ procedit, & cõcludit odiũ nõ eſſe uitiũ capitale, ut clarè patet in litera. Ex hoc namq; quod magis ſecundũ naturã eſt perfectio dilectionis Dei & proximi, quàm aliæ perfectiones aliarum uirtutũ, & primũ in cõpoſitione eſt ultimũ in deſtructione, procedit & infert. quod prior eſt defectio aliarum uirtutum per alia uitia, quàm defectio dilectionis per uitium odij. Vbi patet, quod ſiue ſit grauius, ſiuè non, nihil refert quo ad rõnem iſtã. Et propterea nõ ſunt recitata oia, quæ ille ſomniauit eſſe contra hanc rõnem.

¶Ad ſolutionẽ rõnis dr., quod ipſa rñſio iſtius eſt cõfirmatio rõnis: quoniam rõ nõ affertur ad oſtendendum, quod quicumq; odit, oportet quod habuerit oẽ minus uitium: ſed ad oſtendendũ naturalẽ ordinem vitij, quod eſt odium ad alia uitia. Naturalis autẽ ordo optimè oſtẽditur per id, quod regulariter inuenitur. Et iõ ex illa conceſſione, quod hoc eſt uerum regulariter, non ſoluitur, ſed confirmatur rõ, quæ loquitur de neceſſitate naturalis proceſſus vitiorũ ſecundũ ſe, & non de neceſſitate logica, aut cõtra libertatẽ huius peccãtis, qui prius eligere põt poſterius, quàm prius.

E

¶In eodem 5. ar. in reſponſione ad primũ, Martinus occurrit contra authorem hic, dicens. Iſta ſolutio non placet mihi, nõ primo, quia ſecundùm Ariſtotelem in prædicamentis, qui vult redire à uitiis ad uirtutes, paulatim recedere debet, & ſecundũ gradus uirtutũ aſcendere: tum ſecundo, quia ſecundũ doctrinam omnium ſanctorum, in uirtutibus primo gradum incipientium, deinde proficientium, & tertio perfectorum attingimus: tum tertio, quia uel loquitur hic Tho. de charitate infuſa, uel acquiſita. Si de acquiſita, illa nõ eſt perfectiſſima uirtus. Si de infuſa, tũc cõſtat, quod multæ uirtutes ſine ea frequẽter acquiruntur.

¶Ad primum horum dicitur, quòd primum documentum, ſcilicet de receſſu à uitio, nõn eſt Ariſto. ſed oppoſitum potius ab ipſo docemur in 2. Ethic. vbi non exemplariter, ſed ex propoſito docet detentum aliquo uitio, ualde elongare ſe ab illo

debere, ita ut i aliud extremũ vitiũ uideatur declinare, qm̃ ſic F veniet ad mediũ virtutis: quẽadmodũ faciũt volẽtes curuas virgas dirigere, retorquẽdo prius eas in alterã partẽ. Veruntamen hoc nõ eſt ad ꝓpoſitũ, qm̃ ordo uirtutũ nõ attẽdit̃ ꝓ ſe loquẽdo, ſecundũ receſſum a uitio. Nõ oportet. n. uirtuoſum uitioſũ fuiſſe. Et ꝓpterea prima obiectio nihil dicit cõtra primitatẽ virtutum charitatis.

ſequitur, quòd odio appetatur uerum bonum, ut patet.

¶ In ar. 5. & 6. eiuſdem q. 34. dubium occurrit, quia doctrina authoris vr̃ contraria dictis. Iã. n. dictũ eſt & q odiũ Dei participatur in oĩ peccato mortali, & q odiũ proximi participat̃ in peccato in proximũ: immo ipſe author dixit in ꝑcedẽti articu. q quicquid culpæ eſt i exteriorib. peccatis i proximũ, totũ eſt ex interiori odio. Mõ vero dr̃, q nec odiũ proximi, nec Dei eſt primũ, ſed ultimum potius peccatũ. Quõ ſtant hæc ſimul? Cõſtat. n. q participatũ, aliquid poſterius eſt ſeipſo, ſecundum ſe. Ignis. n. prius eſt ignitus, & aqua madefactis, & ſic de aliis.

* 1. 2. q. 84 art. 3. & 4.

D. 102.

RESPON. Dicendũ, q ſicut ſupra * dictũ eſt, uitiũ capitale eſt ex quo ut frequentius alia vitia oriunt̃: uitiũ[d] aũt eſt cõtra naturã hoĩs, iquãtũ eſt aĩal rõnale. In his aũt, q̃ cõtra naturã fiũt, paulatim id quod eſt naturæ, corrũpit̃. Vnde oportet, q primo recedat̃ ab eo qđ eſt minus ſm naturã, & vltimo ab eo qđ eſt maximè ſm naturã: quia id qđ eſt primũ in conſtructione, eſt ultimũ in reſolutione. Id ãt quod eſt maximè, & primo naturale homini, ẽ qđ diligat bonũ, & ꝑcipuè bonũ diuinum, & bonũ proximi. Et iõ odium, qđ dilectioni huic opponit̃, nõ eſt primũ in dilectione uirtutis, q̃ fit per uitia, ſed ultimum. Et iõ odium non eſt uitium capitale.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ſicut dr̃ i 7. Phyſi. Virtus uniuſcuiuſq; rei cõſiſtit in hoc, q ſit bñ diſpoſita ſm ſuam naturã. Et iõ in uirtutibus oportet eſſe primũ, & principale, quod eſt primũ, & principale in ordine naturali. Et propter hoc charitas ponitur principaliſſima virtutum: & eadem ratione odiũ non poteſt eſſe primum in vitiis, ut * dictum eſt.

* In corp. ar.

AD II dicẽdũ, q odiũ mali, quod contrariatur naturali bono, eſt primum inter paſſiones animæ, ſicut & amor naturalis boni: ſed odium boni connaturalis non poteſt eſſe primũ, ſed habet rationem ultimi: quia tale odium atteſtatur corruptioni naturæ iam factæ, ſicut & amor extranei boni. G

AD III dicẽdũ, q duplex eſt malum, quoddam uerum, quod ſcilicet repugnat naturali bono: & huiuſmodi mali odiũ poteſt habere rationem prioritatis inter paſſiones. Eſt aũt aliud malũ non uerum, ſed apparẽs, quod ſcilicet eſt uerum bonum & connaturale, ſed æſtimat̃ ut malum propter corruptionem naturę: & huiuſmodi mali odiũ H oportet, q ſit in ultimo. Hoc autem odium eſt uitioſum, non autem primum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum odium oriatur ex inuidia.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd odium non oriatur ex inuidia. Inuidia. n. eſt triſtitia quædam de alienis bonis. Odium autem [h] non oritur ex triſtitia, ſed potius econuerſo: triſtamur enim de ꝑſentia malorum, quę odimus. ergo I odium non oritur ex inuidia.

¶ Ad ſecũdũ quoque conceditur totũ, ſed nihil cõtra ꝓpoſitũ: qm̃ cũ hoc q charitas eſt prima uirtutũ, ſtat q primo eſt charitas incipiẽs, deinde proficiens, & tertio perfecta.

¶ Ad tertiũ aũt dr̃, q ſermo eſt de charitate infuſa: nã acqſita nõ eſt ſpãlis uirt⁹. Et falſum eſt aliquã virtutẽ ſimpliciter habere ſine charitate infuſa, ut patet ex Aug. & authore &c.

¶ In eodẽ 5. ar. i ſolutione ſecũda, Martinus occurrit dicens, Hæc ſolutio Thomæ iudicio meo nõ ſufficit: quia, ut patet ex maiore, argm̃ ꝓcedit de paſſionib. malã inclinationẽ habentibus: odiũ aũt mali oppoſiti bono nõ naturali, nõ hẽt inclinationem malã. ergo &c.

¶ Ad hoc dr̃, q falſũ aſſumit̃, q argm̃ ꝓcedat de paſſionib. malã inclinationẽ habẽtibus. Et ex ipſo argumento patet oppoſitũ: qa ꝓcedit ex eo, q amor, & odiũ ſũt primæ paſſiones. Cõſtat aũt q primitas nõ attribuitur eis, ut hẽt malã iclinationẽ, ſed abſolute, ut eſt paſſio amoris. Vñ optime author diſtinguendo odiũ penẽs diuerſa obiecta, ſoluit oñdẽdo quali odio cõuenit primitas, & quali nõ.

¶ In eodẽ ar. 5. in ſolutione ad tertiũ, Martinus occurrit, dicẽs q hæc ſolutio nõ ſufficit. quia odiũ uel eſt reſpectu mali veri, vel reſpectu mali apparentis tm̃. Si reſpectu mali ueri, ergo cum vitiũ mortale de quo maior argumẽti aſſumit̃ ſit malũ verũ ſeqt̃ q argm̃ concludit. Si reſpectu mali apparentis, tunc ſequitur, q per odium appetitur odio id, quod eſt ſecundum ueritatem bonum, licet ab odiente æſtimetur malum, quod eſt falſum.

¶ Ad hoc dicitur, q odij [illegible] num proculdubio eſt uerum malũ moraliter, & eſt rẽſpectu mali apparentis quidẽ ut pſonæ odio habitæ: veri aũt ut concupiti perſonæ odio habitæ. Ita q ſicut amor eſt reſpectu boni ut perſonæ amatæ (Amatur. n. perſona K vt bona, & eſt ẽt reſpectu boni ut concupiti pſonæ amatæ: concupiſcit. n. amans aliquẽ bonũ illi) ita uitium, quod eſt odiũ terminatur ad perſonam ſub ratione mali, quæ tamen in veritate eſt bona. Et propterea reſpectu pſonæ odio habitæ, odium eſt reſpectu boni ſecũdũ rẽ mali aũt ſecundũ apparentiam, & terminatur ad malũ concupitũ illi ſub rõne mali. Et iõ reſpectu concupiti odium eſt mali ẽt ſecundum ueritatẽ, ut patet cũ quis proximũ odio hẽt, uolens illi malum mortis. Cõſtat enim q odiũ, ut terminat ad proximũ, eſt reſpectu boni ſecundũ rem mali, aut ſecũdũ æſtimationẽ tm̃: ut uerò terminat ad mortẽ uolitam illi, terminatur ad malũ ſecũdũ ueritatẽ, & ſecũdũ æſtimationẽ. Vñ patet ſolutio ad argm̃. quia cum quærit̃, vel eſt reſpectu mali, Rñdetur q diuerſimode unũ & idẽ odiũ eſt reſpectu utriuſq; eſt. n. reſpectu ueri mali ut cõcupiti. Et ꝓpterea non ſequitur q argm̃ concludit: & eſt reſpectu boni, eſti patu tamen mali ut perſonæ odio habitæ. Et propterea non

D. 117.

¶ Ad hoc dr̃. q odiũ Dei, uel ꝓximi ſumi põt dupliciter. Vno mõ ꝓprie, ut eſt ſpeciale peccatum, & ſic non clauditur in cæteris peccatis odium Dei, nec in omnibus peccatis contra ꝓximũ odium proximi: & ſic ẽ ſermo authoris de odio Dei, & ꝓximi, cũ negat habere rõnẽ prioris peccati. alio mõ cõmuniter pro odioſa uoluntate, prout, ſ. omnis refutatio boni quõlibet fiat, odij rõnem vr̃ habere. Occidens nãq; hoĩem ex ira, pro quãto in ira illa clauditur nolle uitam illius, odium illius dici põt. Propriè tamen odiũ nõ eſt, quia non eſt ibi nolle uitã illius abſolute, ſed ſpecificatũ ſ ueile uindictam. Et hoc mõ odiũ Dei in quolibet mortali, & odiũ ꝓximi in quolibet cõtra proximũ clauditur: & cõicatio uocabulorũ ſimul cũ penuria propriorum facere vr̃ in hac re obſcuritatẽ. Et ſcias q proportio odioſę uoluntatis ad odiũ propriè uidetur eſſe, ſicut proportio febrilis ægritudinis ad mortẽ, vt ſicut nõnulla mors eſt, & mortis participatio, ægritudo quęlibet febrilis: Ita quodlibet in proximum, nonnihil odiũ proximi, & quodlibet mortale, nõnulla refutatio diuini boni eſt. Et ſicut mors maius malum eſt, q̃ quæcunque febris: ita odium Dei ſimpliciter, & proximi in ſuo ordine, ut dictum eſt, peſſimum eſt. Et ſecundum hoc cũ dixit author in præcedenti arti. q ex odio procedit interiori &c. odij nomen cõiter accepit pro odioſa uoluntate. Nec obſtat, q de odio, ut ſpeciale uitium eſt, tractabit, quia ex illa ratione habet intentum: quoniã ſi o ẽ peccatũ exterius in proximum totam culpam habet ex odioſa uoluntate, quæ odium interpretatiuè eſt, conſequens manifeſtẽ eſt, q odium propriè maximæ culpæ rationẽ habet. Potes autem aliter eandem ſententiam dicere, q odium, ſicut & ſuperbia, contemptus Dei, & huiuſmodi, poteſt dupliciter ſumi. Primo ſecũdũ ſr affectũ, & ſic eſt ſpeciale uitium, & habet rationem ultimi. Alio mõ ſecũdum effectum. & ſic clauditur, ut dictũ eſt, in oĩ peccato, & eſt cã peccati. Et ſi Noutij non intelligunt differentiam hãc, aduertant, q cum affectus odij ſit uelle malum, effectus eiuſdem eſt quomodocunque actum malum appetere, cogitare, facere. Sicut affectus inobedientiæ eſt contemnere præceptum: effectus autem eſt quomodolibet non ſeruare præceptũ, & ſic de aliis.

Perfecta per totum.

208

Inf. q. 36. articul. 4. Et ma. q. 10. art. 3.

SVPER QV. XXXIIII. ARTIC. VI.

Ban. eodem art.

IN artic. 6. dubium occurrit, quoniã cõtextus literæ diſſonus videtur. Fundatur ſiquidẽ primo ortus odij ſuper fuga triſtitiæ

¶2 Præt. Odiũ dilectioni opponit: ſed dilectio ꝓximi refert ad dilectionẽ Dei, vt ſupra* habitũ eſt. ergo & odiũ ꝓximi refertur ad odium Dei: ſed odiũ Dei nõ cãtur ex inuidia. nõ.n. inuidem⁹ his, q maximè à nobis diſtãt, ſed his, q ꝓpinqui nr̃i, vt patet* p Philoſophũ in 2. Rhet. ergo odiũ nõ cãtur ex inuidia.

* q. 25. ar. 1. & q. 26. art. 2.
* Lib. 2. c. 10. to. 5.

¶3 Pręt. Vni⁹ effect⁹ vna eſt cã: ſed odiũ cãtur ex ira. dicit.n.* Aug. i regula, q ira creſcit in odiũ. nõ ergo cãtur odiũ ex inuidia.

* In 3. regu. quæ. incipit. Ante omnia fratres, tomo 1.

Sed contra eſt, quod Greg.† dicit 31. Moral. quòd de inuidia oritur odium.

† Libr. 31. Moral. ca. 31.

Resp. Dicẽdũ, q. ſicut* dictũ eſt, odium proximi eſt vltimũ in progreſſu peccati, eo q oppoñitur dilectioni, qua naturaliter ꝓximus diligit. Quòd aũt aliquis recedat ab eo quod eſt naturale, cõtingit ex hoc, q intẽdit vitare aliqđ, qđ eſt naturaliter fugiẽdũ. Naturaliter aũt omne animal fugit triſtitiã, ſicut & appetit delectationẽ, ſicut patet per* Philoſ. in 7. & 10. Eth. Et iõ ſicut ex delectatione cãtur amor, ita ex triſtitia cauſatur odium. Sicut ergo mouemur ad diligendũ ea, q̃ nos delectant, inquãtum ex hoc ipſo accipiuntur ſub rõne boni: ita mouemur ad odiendum ea, q̃ nos cõtriſtant, inquãtũ ex hoc ipſo accipiũtur ſub rõne mali. Vñ cũ inuidia ſit triſtitia de bono ꝓximi, ſequit q bonũ ꝓximi reddat nobis odioſum: & inde eſt q ex inuidia orit odiũ.

* ar. prec.
* li. 7. c. 13. 13. & 14. & Li. 10. art 2. tom. 5.

Ad primum ergo dicendũ, q qa vis appetitiua, ſicut & appꝓhẽſiua, reflectit ſup ſuos act⁹, ſequit q ĩ motib⁹ appetiuæ virtutis ſit q̃dã circulatio. Scd̃m ergo primũ ꝓceſſum appetitiui mot⁹ ex amorẽ cõſeqt̃ d̃ſideriũ, ex quo cõſeqtur delectatio, cũ

ſtitiæ: deinde infert, q. odiũ oritur ex pſentia triſtitiæ, q̃ eſt inuidia, cũ debuiſſet cõſequẽter inferri, q. ex fuga triſtitiæ naſceret. ¶Ad hoc dr̃, q. cõtextus literæ formalis, ſubtilis, ac optime conſonus eſt. Cũ.n. peccatũ odij, de quo eſt ſermo, ſit eſſentialiter actus refutans bonum, quod vere eſt bonũ, & bonũ ut ſic, non ſit refutabile, oportet ad hoc, vt actus refutationis reſpectu boni inueniatur, q. bonũ induat rõnem alicuius refutabilis, ut ſic actus odij tẽdẽs in illam rõnem penetret ad bonum veſtitũ illa ratione. Et quia odiũ tale, ſ. vere boni ẽ valde alienum à naturali, cõſequens eſt, vt id quo ſit refutabile, ſit de ordine eorum, quæ valde refutãtur à natura, vt ſic valde exoſa veſtis reddat exoſum veſtitum, quod nudum eſſet multũ amabile. Talis autem ratio eſt ratio peior ratione contriſtãtis, quam cõſtat eſſe malum: quia contriſtãs triſtitiã ingerit, quã naturaliter multum fugimus. Obiectum igitur odij. ſ. verè bonum, ad hoc vt odij obiectum ſit, rationẽ triſtis induit pri⁹, vt ſic deteriorando induat rationem mali abſolutè: & ſic magis refutabilis rationem habet. Quòd autem bonum alterius induat rationem contriſtantis me, non habet inquantum eſt bonum, ſed habet inquantum eſt obiectum triſtitiæ meæ, quę eſt inuidia: & ſic odium ex parte obiecti directè oritur ex inuidia. Ambiguitas autem contextus ex mala applicatione literæ oritur. Nam odium poteſt cõſiderari dupliciter. Primò diſtinguendo ea, quæ in odio inueniuntur, & comparando ea adinuicem. Inueniuntur.n. in peccato odij duo. Primo terminatio ad bonum, quod verè eſt bonum: & ex hoc habet rationẽ peccati, & alieni à natura. Secundo terminatio ad rõnem, qua illud bonum offertur vt malũ: qm̃ actus odij refutatio eſt, quæ reſpectu mali vt ſic eſt, & ex hoc habet rationem quaſi excuſabilis, & eligibilis, ut potè, refutatio mali naturaliter fugibilis. Et cõparando hæc duo inter ſe, quia, ut dictum eſt, ratio triſtis eſt cauſaliter illa ratio mali inducens odij obiectum, optimè dicitur, quòd primum oritur ex ſecũdo, quòd refutatio boni oritur ex refutatione triſtis, q. odium boni oritur ex fuga triſtitiæ. Si autem conſideretur totum ipſum odij vitium, ſic dicimus, q. cauſatur ex electa triſtitia præcedente, quæ eſt inuidia generans ipſi odio proprium obiectum. Inuidẽdo enim ſic bonum alterius contriſtans nos, & ex hoc creſcit in odioſum nobis. Vnde contextus literæ conſonus eſt, primo diſtinguens intrinſeca odij, & comparans inter ſe: ſecundo reddens radicem vnde illa proueniunt, ſcilicet electam triſtitiam boni.

¶Poteſt & breuius, & ſubtilius dici, quod fuga triſtitiæ in litera propoſita, non importat actũ appetitus rationalis, ſed naturalem abominationem appetitus naturalis reſpectu triſtitiæ, ſecundum quam etiam electa, & pręſens triſtitia fugitur, ut pote naturali appetitui cõtraria. Et quia naturalis huiuſmodi fuga eſt cauſa dicti augmenti. ſ. q. triſte creſcat in malum abſolute, quod ſignificat odibile, & tanto citius & vehementius, quãto ſæpius & intenſius actualis triſtitia reperitur: ideò author primo fugam naturalẽ triſtitiæ ut cauſam poſuit, & inde ad effectũ proceſſit, quem ex illa cauſa præſens triſtitia producit. Non ergo fugam triſtitiæ contra illius præſentiã diſtinxit, ſed naturalem fugam ſimul ſtantẽ cum actuali præſentia triſtitiæ pro cauſa aſſignauit, quare inuidia ex parte obiecti parit odium, & in litera declaratur: Quia ſicut delectãs parit ſeipſum amabile ex naturali appetitu ad delectionẽ: ita contriſtans parit ſeipſum odibile ex naturali fuga triſtitiæ. Delectabile enim parit rationem boni abſolute: & triſte parit rationem mali abſolutè, ac per hoc illud amabile, hoc odibile generat.

¶In eodem ar. aduerte ex 2. Phyſic. quòd naturale non dicitur vno modo. Et propterea cum audis dilectionẽ boni alterius eſſe naturalem, intellige ſanè, hoc eſt, ſecundum naturam. Sic.n. omnes virtutes ſunt naturales, & omnia uitia cõtra naturã: eſt tamẽ in his latitudo magna. Et propterea aliquid magis, & aliquid maximè dicitur ſecũdum naturam, & contra naturam.

¶In eodem art. 6 in reſponſione ad ultimũ, dubium occurrit, An peccatũ odij ſit vnius ſpeciei, aut plurium ſpecierum. Et eſt ratio dubij, tũ quia dilectio charitatis, cui directè contrariatur odiũ, eſt unius tantũ ſpeciei: vni autem unum tantum eſt cõtrarium, ut patet 10. Metaphy. tum quia peccata non diſtinguuntur ſpecie penes materialẽ, ſed penes formalẽ diuerſitatem obiecti. Conſtat autem q. ſicut omnia mala ut conueniunt in ratione uindictæ, ſpectãt ad unũ iræ uitiũ: ita omnia mala, ut conueniunt in ratione mali abſolutè, ſpectant ad unum odij. Et ſic licet mala materialiter diuerſificẽtur, ratio tamen formalis indiuiſa manet, ac p hoc Peccatum eiuſdem eſt ſpeciei. Et confirmatur, quia ſi peccatum odij & ſic diuerſificatur ſecũdum ſpeciem ex diuerſitate malorum, ſequitur quòd eædem erunt differentiæ diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, contra doctrinam Philoſophi in anteprędicamentis.

¶Ex altera autem parte eſt, quia appetens ex ira occidere hominem, differt ſpecie ab appetente ex ira rapere tantũ bona, ſicut homicida à raptore. Et eadem ratione, uolens ex odio occiſionem alicuius, & volens ex odio uiolenter auferri alicui bona differt ſicut homicidium à rapina. Et cõfirmatur, quia niſi ſic eſſet, odium Dei, & odium proximi eſſent eiuſdem ſpeciei, qđ nefas eſt dicere.

¶Ad hoc dicitur, quòd odium cum dupliciter ſumatur, p paſſione concupiſcibilis, & pro vitio, & præſens dubiũ ſit de uitio odij ſecundum morales ſpecies, manifeſtè patet, q. odiũ Dei, & proximi differunt ſpecie ſecundum genericam diſtinctionem peccati in Deum, & in proximũ: ſed de odio proximi, quo ſ. proximo malum uolumus, difficultatem facit diuerſitas formalis malorũ, q̃ proximo ab odiente deſiderantur, puta, mors, paupertas, infamia &c. Oportet namq; trium horum unũ fateri, ſ. vel q. odiens deſiderans tot diuerſa mala unius tantum ſpeciei, peccatum committat, aut quòd odiũ diſtinguatur ſpecie ſecundum formalem diuerſitatem huiuſmodi malorum, aut quòd hæc deſideria ſint quidem diuerſarum ſpecierum, ſed non odij, ſed imperatarum ab odio, & tunc oportet illis aſſignare ſpecies ſuas. Primum horũ non poteſt ſuſtineri: quia enim uelle, & facere aliquid ſint eiuſdem ſpeciei, ſicut ex odio faciẽs rapinam, uel homicidium peccat diuerſis ſpeciebus: ita ex odio deſiderans, ſeu uolens iſta, peccat ſecũdũ diuerſas ſpecies. Et confirmatur hoc per ſimile eadẽ rõne in iræ uitio. Conſtat.n. ex ira vindictam homicidij, vel rapinæ tam uelle, quàm facere in diſtincta ſpecie mala incidere, & ſimiliter in uitio maledictionis. Vnde inferius in q. 76. art. 4. ad ſecũdum, author dicit, Si ille qui maledicit, uelit malũ occiſionis alterius, deſiderio non differt ab homicida, differt tñ, inquantum actus exterior aliquid adiicit voluntati. Secundum autem repugnat doctrinæ authoris ſuperius in quæſtio. 31. artic. 4. ad ſecundum, dum dicit, quòd omnia nocumenta, inquantum conſiderantur ſecundum communem rationem mali, reducuntur ad odiũ: prout autẽ conſiderantur ſecundum aliquas ſpeciales ra-

quis conſecutus fuerit, qđ deſiderabat. Et quia hoc ipſum, ꝙ eſt delectari in bono amato, habet quandã rõnem boni, ſequitur ꝙ delectatio cauſet amorẽ. Et ſm eandem rationem ſequitur, quòd triſtitia cauſet odiũ.

G Ad II dicendũ, ꝙ alia rõ eſt de dilectione, & odio. Nã dilectionis obiectũ eſt bonũ, quod à Deo ĩ creaturas deriuat: & iõ dilectio ꝑ prius eſt Dei, & ꝑ poſterius eſt ꝓximi: ſed odium eſt mali, qđ nõ hẽt locum in ipſo Deo: ſed in eius effectib⁹. Vnde ẽt ſupra * dictũ eſt, ꝙ Deus non habet odio, niſi inquantum apprehendit ſm ſuos effectus. Et iõ per prius eſt odium ꝓximi, q̄ odium Dei. Vnde cum inuidia ad proximũ ſit cauſa odij, qđ eſt ad proximum, fit per cõſequẽs cã odij, quod eſt in Deũ.

H Ad III dicẽdũ, ꝙ nihil prohibet ſm diuerſas rationes aliquid oriri ex diuerſis cauſis. Et ſm hoc odiũ poteſt oriri & ex ira, & ex inuidia. Directius tñ oritur ex inuidia, per quam ipſum bonum proximi redditur contriſtabile, & per conſequẽs odibile, ſed ex ira oritur odium ſm quoddam augmentũ. Nam primo per iram appetimus malum proximi, ſm quandã menſuram, prout ſ. habet rõnẽ uindictæ. Poſtea aũt ꝑ cõtinuitatẽ iræ ꝑuenitur ad hoc, ꝙ hõ malũ proximi abſolutè deſideret, qđ pertinet ad rõnem odij. Vnde patet, ꝙ odiũ ex inuidia cauſatur formaliter ſm rationem obiecti, ex ira autẽ diſpoſitiuè.

QVAESTIO XXXV.

De accidia, in qua tuor articulos diuiſa.

Deinde cõſiderandum eſt de uitijs oppoſitis gaudio charitatis, qđ quidẽ eſt & de bono diuino, cui gaudio opponitur accidia, & de bono ꝓximi, cui gaudio opponitur inuidia. Vnde primò conſiderãdum eſt de accidia, ſecundò de inuidia.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum accidia ſit peccatum.
¶ Secũdò, Vtrũ ſit ſpãle uitium.
¶ Tertiò, Vtrum ſit mortale peccatum.
¶ Quartò, Vtrum ſit uitium capitale.

Articvlvs primvs.

Vtrum accidia ſit peccatum.

I Ad primvm ſic proceditur. Vĩ ꝙ accidia nõ ſit peccatum[h]. Paſſionibus. n. non laudamur, neque uituperamur, ſm * Philoſ. in 2. Ethico. ſed accidia eſt quædã paſſio. eſt enim ſpe-

Mal. q. 11. ar. 1. corp. & ar. 3.
* Lib. 2. c. 5. 10. 5.

Porrecta per totum.

209

tione mali, ad aliqua ſpecialia vitia. Ex hoc enim patet, ꝙ odij in proximum ſpecies vnitatem habet ex ipſa ratione mali, quia ſcilicet vult malum proximo. Alia autem uitia ſpecialia ſunt, quæ volunt proximo malum tale vt ſit, puta, mortis, infamiæ, rapinæ, & ſimilium.

¶ Tertiũ autem rõni cõſentaneũ eſt, ut ſuuitium odij imperet actib⁹ interioris deſiderij reſpectu taliũ malorũ, ſicut imperat quoq; actus exterioris reſpectu eorũdẽ malorũ. Ita ꝙ ſicut aliqs ex odio detrahit, uel cõtumeliatur, uel occidit, uel rapit, uel aliquid hmõi facit: ita aliquis ex odio deſiderat ꝓximi infamiã, uel de bono rationẽ, uel mortem, vel ꝑditionẽ bonorũ &c. Et ſicut odiũ cũ opere unũ conſtituit peccatũ multarum deformitatũ: ita & odiũ cũ deſiderio talis mali, unũ cõſtituit plurium deformitatũ peccatum. Vt ſcias autẽ aſſignare vnicuique deſiderio ſuã ſpeciẽ, non uageris per nouas ſpecies vitiorum, ſed memẽto illius regulę, Eiuſdem uirtutis, uel uitij eſt, uelle aliquid, & facere illud. Et rõ eſt, quia actus exterior, & interior reſpectu eiuſdẽ obiecti nõ requirũt diuerſas uirtutes, aut uitia. Et ꝓpea ad illud uitiũ ſpectat velle mortẽ, ad qđ ſpectat facere mortẽ, qđ conſtat eſſe homicidiũ. Et ſimiliter ad illud velle infamiã, ad qđ ſpectat facere eandem, quod cõſtat eſſe detractionẽ, & ſic de alijs. Et idem eſt iudiciũ de deſiderijs iratorum, & maledicorũ. Et ex his patet reſponſio ad obiecta.

* ar. 1. huius queſt.

¶ Sed reſtat unum Nouiſſimorum dubium, quo pacto odium ꝓximi eſt ſpeciale vitium, ſi eius obiectum eſt ratio mali proximi, & nullum malum ſpeciale, cum genus non ſit ꝓter ſuas ſpecies, nec poſſit inueniri odiũ ꝓximi ſeparatũ ab alijs uitijs: quia quicũq; deſiderat malum alicui, deſiderat ei aliquod malum.

¶ Sed hoc facile ſoluitur, diſcernendo inter actũ aĩæ, & rõnem obiectiuã in cõmuni. Quãmuis nãq; reperiri nõ poſſit in rerũ natura ratio generis præter ſuas ſpecies, poteſt tamen inueniri in rerum natura actus aĩæ terminatus ad rationem generis, & non terminatus ad aliquam ſpeciem, ut patet in intellectu, cũ intelligitur aĩal in communi. Et ſimiliter eſt in uoluntate, q̃ tendit in bonum, uel malum intellectum. Poteſt ſiquidem terminare actum ſuum ad rationem communem, non terminãdo eundem ad ſpeciales. Et hoc modo uoluntas vult malũ alicui: nec eſt uerum, ꝙ non poſſit ſeparatum hoc uitium ab alijs inueniri. Cum. n. quis proximo ſuo deſiderat ut habeat malũ, uel cum deſiderat ut habeat omne malum, non deſcendendo ad tale, uel tale, ſolo odij peccato inquinatur, ut patet ex ſupra allegatis. Conſtat autem hæc poſſe accidere.

¶ In eodem art. 6. in reſponſione ad vltimum Martinus occurrit contra illud, Ex inuidia generatur odium formaliter ſecũdum rationem obiecti: ex ira autem diſpoſitiuè tantum: Non placet, inquit, mihi: quia ſecundũ ipſum, malum alterius abſolutè eſt obiectum odij: ſed inuidus & iratus conueniunt in hoc, quòd uterque appetit malum alterius in ordine ad aliud, F inuidus quidem in ordine ad ſuam gloriam, uel excellentiam: iratus autem in ordine ad uindictam. Nõ ergo inde oritur formaliter ex parte obiecti, & hic non, ſed par eſt de utroq; ratio.

¶ Ad hoc dicitur, quòd inter iram, & inuidiã eſt maxima differentia quo ad duo in propoſito. Primo, quòd ira reſpicit malum non ut malum, ſed ut iuſtum, Inuidia autem reſpicit bonum ut malum: & hinc fit, quòd ex obiecto formali affinis ſit odio, quod eſt de bono ut malo. Vnde eſt eadem ratio, ut patet. Secundo, quòd obiectum inuidiæ eſt contriſtans, eo quòd ipſa eſt eſſentialiter triſtitia. Obiectum autem iræ, quãmuis ſupponat contriſtans, non tamen eſt contriſtãs vt ſic, cum ira non ſit triſtitia formaliter: & hinc in litera ponitur odium oriri ex inuidia, quia contriſtans ut ſic, parit odibile: ſicut delectans vt ſic, parit amabile. Ex ira igitur & inuidia pro quanto ſunt mali contracti, naſcitur diſpoſitiuẽ odiũ ex parte ſubiecti, q̄uis magis ex inuidia propter propinquitatem rationum formalium obiecti: quia tam inuidia, q̃ odiũ eſt reſpectu mali formaliter. Sed ex inuidia ꝓ quanto eſt formaliter reſpectu contriſtãtis naſcit ex pte obiecti formaliter odium, quia contriſtans vt ſic, parit odibile.

SVP. QV. XXXV. ARTIC. I.

Nic. de Nyſa Tra. 3. p. 9. pe. 2. q. 4.
Ban. eodem art.

In tota queſtio. 35. unum dubium occurrit, ſpectans ſpecialiter ad articu. 2. ſimpliciter, & ad hominem. An accidia ſit triſtitia de bono diuino in ipſo Deo, uel in me, uel in utroque. Et ſimpliciter quidem dubij ratio eſt: quia de bono diuino in ipſo Deo triſtitia pertinet ad odium Dei, eadem ratione qua deſiderium mali in ipſo Deo ad odium ſpectat, & gaudere de malo eiuſdem. Eiuſdem namque rationis eſt odio habere aliquem, optare illi malum, gaudere de malo illius, & triſtari de contrario bono, ut patet. De bono autem diuino in nobis triſtitia pertinet ad amorem concupiſcentiæ, & K ſic non opponitur charitati, quæ eſt amor amicitiæ ad Deum: & gaudet de bono diuino propter Deum. de bono autem diuino in vtroque triſtari nõ videtur unius eſſe uitij: ſicut nec odij Dei, & hominis unicum eſt uitium.

¶ Ad hominem uerò, authorem. ſ. quia ſuperius in prima ſecũdæ q. 84. ar. 4. diſtinguens capitalia uitia, ponit accidiam circa bonum proprium: hic autem ponens eandem circa diuinum bonum in art. 3. ponit ipſam contrariam gaudio charitatis de Deo. Et ibidem ad ſecundum dicit, quòd accidiæ eſt contriſtari in his, quæ imminẽt facienda propter Deum. Et in ar. 4. ad ſecundum expreſſe dicit. Spiritualia autem bona, de quibus triſtatur accidia, ſunt & finis, & id quod eſt ad finem.

¶ Ad hoc dr, ꝙ accidia eſt triſtitia de bono diuino in eo, q̃ cõtriſtat. Et ꝓpea dr, ꝙ eſt reſpectu boni ꝓprij, & boni ſpũalis, inquantũ hẽt rõnẽ boni diuini. Cõſiderãdũ eſt. n. ꝙ charitas licẽt principaliter gaudeat de bono diuino in ipſo Deo, ſecũdario tñ & conſequenter gaudet de bono diuino, & ipſo ẽt Deo in ſeipſo amante,

† Damaſ. li. 2. ca. 14. † 1. 2. q. 35. ar. 8.

amante & ētin proximo. Etſi ecet una ſit charitas gaudens de his tribus, uitium tñ oppoſitū nō eſt unū, quia malū multifariā contingit, ſed triplex .ſ. odiū accidia, & inuidia. Odiū ſiquidem refutat bonū tā in Deo, q̄ in ꝓximo abſolute. inuidia aūt i ꝓximo, ut i q̄one ſequenti patebit. Accidia āt in ipſo contriſtante refutante bonū non quodcumq; formaliter loquēdo, ſed diuinum: quicquid refutat, inquantum hēt rōnem diuini boni ipſo cōtriſtāte, refutat. Vñ conceditur, ꝙ directe opponitur gaudio charitatis pro quanto claudit in ſe amorem cōcupiſcentiæ. Propter quod ex ea naſcitur deſperatio, quæ Deū à nobis aufert & hoc mō eſt reſpectu finis vltimi. Et quia oē cōcupitū a charitate, in Deum amicitia amatum finaliter refert. Accidia triſtatur de bono diuino in nobis, quod ꝑ Deū hēre debemus. Vñ author in articulo 3. cū dixiſſet, ꝙ proprius effectus charitatis eſt gaudiū de Deo, caute ſubiunxit. ꝙ accidia eſt triſtitia de bono ſpūali, inquantū diuinū: & non dixit ꝙ eſt triſtitia de Deo quia ſi ſi dixiſſet, de Deo in nobis itelligi potuiſſet. Et ſic omnia cōſonant ſimpliciter, & in doctrina authoris.

* Li. 10. ca. 2. in medio.

* Li. 10. ca. 1. parum a princip.

* Li. 10. in fine illius

* Lib. 2. ex c. 14.

cies triſtitiæ, vt † Damaſce. dicit & ſupra † habitum eſt. ergo accidia non eſt peccatum. A

¶ 2 Præ. Nullus defectus corporalis q ſtatutis horis accidit hēt rōnē p̄cti: ſed accidia eſt hmōi. dicit. n.* Caſſianus in 10. li. de Inſtitutis monaſteriorū. Maxime accidia circa horā ſextā monachū inquietat, vt q̄dā febris ingruens tp̄e ꝓſtituto, ardentiſſimos æſtus acceſſionū ſuarū ſolitis ac ſtatutis horis aiæ iferēs ægrotāti. ergo accidia ſi ē p̄ctm̄.

¶ 3 Præt. Illud qđ ex radice[h] bona ꝓcedit, nō vr̄ eſſe p̄ctm̄: ſed accidia ex bona radice ꝓcedit. dicit. n. * Caſſianus i eodē libro ꝙ accidia ꝓuenit ex hoc, ꝙ aliqs ingemiſcit fructū ſp̄ūalē nō habere, & abſentia lōgeq; poſita magnificat monaſteria, qđ vr̄ ad humilitatem pertinere ergo accidia non eſt peccatum. B

¶ 4 Præ. [h] Oē p̄ctm̄ eſt fugiēdū, ſm̄ illud Eccleſ. 21. Quaſi à facie colubri fuge p̄ctm̄: ſed Caſſianus dicit in eodē li.* Experimento probatū eſt, accidiæ impugnationem nō declinādo fugiendā, ſed reſiſtendo ſuperandam. ergo accidia nō eſt p̄ctm̄. C

SED CONTRA. Illud quod interdr̄ in ſacra ſcriptura p̄ctm̄ eſt: ſed accidia eſt hmōi. dr̄. n. Eccle. 6. Subijce humerū tuum, & porta illam. ſ. ſpiritualem ſapientiā, & non acciderîs in vinculis eius. ergo accidia ē p̄ctm̄. D

RESPON. Dicendū, ꝙ accidia ſm̄* Damaſcenum, eſt q̄dam triſtitia aggrauās, q̄. ſ. ita deprimit aīum hoīs, ut nihil ei agere libeat, ſicuti ea q̄ ſunt acida, frigida ſunt. Et iō accidia importat quoddā tædiū operandi, ut patet ꝑ hoc quod dr̄. in * gloſa ſup illud Pſalm. Oēm eſcam abominata eſt aīa eorū. Et a qbuſdā dr̄, ꝙ accidia eſt torpor mētis bona negligentis inchoare. Hmōi āt triſtitia ſemper eſt mala, q̄nq; quidē ēt ſm̄ ſeipſam, q̄nq; uero ſm̄ effectū. Triſtitia. n. ſm̄ ſe mala eſt, q̄ eſt de eo, quod eſt apparens malū, & vere bonū: ſicut econtrario mala delectatio eſt, q̄ eſt de eo, quod eſt apparens bonum, & uere malū. Cū ergo ſp̄ūale bonū ſit vere bonū[m] triſtitia, q̄ ē de ſp̄ūali bono, eſt ſm̄ ſe mala. Et ēt triſtitia, q̄ eſt de uere malo, mala eſt ſm̄ effectū, ſi ſic aggrauet hoiem, ut eum totaliter à bono opere retrahat.[n] Vñ & Apoſtolus 2. ad Corinthi. 2. nō vult ut pœnitens maiori triſtitia de p̄ctō abſorbeat. Quia ergo accidia, ſm̄ quod hic ſumit noīat triſtitiam ſpiritualis boni, eſt dupliciter mala & ſm̄ ſe & ſm̄ effectum: et ideo[o] accidia eſt peccatum.[a] Malum enim in motibus appetitiuis dicimus eſſe peccatum, ut, ex ſupra* dictis patet. E

*Gloſ. ordi. ibidem

Concl. m

Concl. p

* 1. 2. q. 74 ar. 3. & ſupra q. 10. art. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ paſſiones ſm̄ ſe non ſunt peccata, ſed ſm̄ ꝙ applicantur ad aliquod malum uituperantur ſicut & laudantur ex hoc, ꝙ applicantur ad aliquod bonum. Vnde triſtitia ſm̄ ſe non nominat nec aliquid laudabile, nec uituperabile: ſed triſtitia de malo moderata nominat aliquid laudabile. Triſtitia autē de bono & iterum triſtitia immoderata nominat aliquid uituperabile. Et ſm̄ hoc accidia ponitur peccatum.

Particularia āt operabilia, in quibus prudentia dirigit, recedunt p̄cipue à conditione intelligibiliū & tanto magis, quāto ſunt minus certa, ſeu determinata. Ea.n. quæ ſunt artis licet ſint ſingularia, tñ ſunt magis determinata & certa vñ in pluribus eorum non eſt cōſilium ꝑꝑ certitudinem, vt dr̄ in 3. *Ethic. & ideo q̄uis in quibuſdā alijs virtutibus intellectualibus ſit certior ratio, quā prudentia, tñ ad prudentiam maxime requiritur, ꝙ ſit homo bñ ratiocinatiuus, vt poſſit bñ applicare vniuerſalia principia ad particularia, q̄ ſunt varia, & incerta. G

*Li.3.c.3. ante medium to. 5.

AD III. dicēdū, ꝙ[d] etſi intellectus, & rō nō ſint diuerſæ potētię, tñ denominant̄ ex diuerſis actibus Intellectus.n. nomē ſumit̄ ab intima penetratione ueritatis: nomē āt rōnis ab inq̄ſitiōe & diſcurſu: & iō vtrūq; ponit̄ pars prudētiæ, vt ex dictis* patet.

D.1084.

†In corp. ar.2. & q. præce. ar. 2. & 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prouidentia debeat poni pars prudentiæ.

AD SEXTVM ſic proceditur. Vr̄, ꝙ prouidentia non debeat poni pars prudentiæ. Nihil.n. eſt pars ſuiipſi[g]: ſed prouidentia uidetur idem eſſe quod prudentia, quia, ut Iſido.* dicit in lib. Etymol. Prudens dr̄ quaſi procul videns, & ex hoc etiam nomen prouidentiæ ſumitur, vt Boetius. dicit in lib. de conſolatione. ergo prouidentia non eſt pars prudentiæ. H

*Li.10.c.15. incipit Prudens in prin.

¶2 Præt. Prudentia eſt ſolū practica: ſed[h] ꝓuidentia poteſt etiā eſſe ſpeculatiua, quia uiſio, ex qua ſumitur nomen prouidentiæ, magis pertinet ad ſpeculatiuam, q̄ ad operatiuam. ergo ꝓuidentia non eſt pars prudētiæ. I

¶2 Præt. Principalis actus prudentiæ eſt pręcipere, ſecundarius autem iudicare, & conſiliari: ſed[h] nihil horum uidetur importari proprie per nomen ꝓuidentiæ. ergo prouidentia non eſt pars prudentiæ.

SED CONTRA eſt authoritas K * Tullij, & Macrobij, qui ponunt prouidētiam partem prudentiæ, ut ex † ſupradictis patet

*Lib. 1. in Somnum Scipionis in fol. 2. ante mediū. Tull⁹ li. 2. de inuentione in fol. 4. ante finē. †q.48. *q.47. ar. 7.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut * dictū eſt, prudētia ꝓpriè eſt circa ea, quæ ſunt ad finē, & hoc ad eius officium propriè pertinet ut ad finem debite ordinentur: & q̄uis aliqua neceſſaria ſint ꝓpter finem, quę ſubiciuntur diuinæ prouidentiæ, humanæ tñ ꝓuidentiæ non ſubijciunt̄, niſi contingentia operabilia, q̄ per hominem poſſunt fieri ꝑꝑ finem. Preterita autem in neceſſitatem quandam tranſeunt: q̄a impoſſibile eſt non eſſe, quod factum eſt. Sir̄ etiam pręſentia inquantum huiuſmodi, neceſſitatem quandam hñt: neceſſe eſt enim Sortem ſedere, dum ſedet Vnde conſequens eſt, ꝙ contingentia futura, ſm̄ ꝙ ſunt per hominem in finem humanæ uitæ ordinabilia, ꝑtineant ad prudentiam, utrumq; āt horum importatur in nomine prouidentiæ. Importat.n. prouidentiā reſpectum quendam alicuius diſtantis ad ea, quę in pręſenti occurrunt, & ordinanda ſunt: vñ ꝓuidentia eſt pars prudētiæ.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ quandoqcumq; multa requiruntur ad unum, neceſſe eſt vnum eorum eſſe principale, ad quod omnia alia ordinantur: vnde in quolibet toto neceſſe eſt eſſe vnam formalem partem, & p̄dominantem, a qua totum vnitatem hēt. Et ſm̄ hoc prouidentia eſt principalior inter omnes partes prudentiæ: quia omnia alia, quæ requiruntur ad prudētiam, ad hoc neceſſaria ſunt ut aliquid recte ordinetur ad finē. Et ideo nomē ipſius prudentię ſumitur à prouidentia ſicut a principaliori ſua parte.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ ſpeculatio eſt circa vl̄ia, & circa neceſſaria, quę ſm̄ ſe non ſunt procul, cum ſint ubiq; & ſemper: etſi ſint procul quo ad nos inquantū ab eorum cognitione deficimus. Vnde prouidētia non proprie dicitur in ſpeculatiuis, ſed ſolum in practicis

AD TERTIVM dicendū, ꝙ in recta ordinatione ad finem, qui includitur in ratione prouidentię, importatur rectitudo conſilij, & iudicij, & pręcepti, ſine quibus recta ordinatio ad finē eſſe non poteſt.

ARTICVLVS VII.

Vtrum circunſpectio poſſit eſſe pars prudentiæ.

Porrecta per totum.

280

Sup.q.48. ar. unico cor. Et 3. d. 32. q. 3. art. 1. q. 1.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd circunſpectio non poſſit eſſe pars prudentię Circunſpectio enim uidetur eſſe conſideratio quędam eorum, quę [h] circunſtant: huiuſmodi autem ſunt infinita, quę non poſſunt comprehendi ratione, in qua eſt prudentia. ergo circunſpe-

SVPER Q. XLIX. ART. VI.

Nic. de Nyſe Trac. 5. p. 3 po. 3. de pu. q 3.

Porrecta per totum.

279

Sup.q.48. ar. vnico cor. Et 1. q.22. art. 1. cor.

IN artı. 6. in rñſione ad primū, dubium occurrit: quia non apparet quin ſumendo prudentiam propriè, vt. ſ. p̄ceptiua eorū, quæ ſunt ad finē virtutis idē ponat̄ pars ſuiipſius, dum prouidentia ponit̄ pars prudentiæ. Prouidentia .n. humana ut ad prudentiā ſpectat nihil aliud eſt, q̄ rō p̄ceptiua eorum, quæ ſunt ad finem uirtutis.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ diligēter notanti rñſionem lr̄æ, apparet ſolutio conſiſtens in hoc, ꝙ prudentia pōt dupliciter ſumi. Vno mō, ut ſignificat formalē & principalem prudentiæ partem, quæ eſt recta ratio præceptiua, ut. ſ. diſtinguitur à cæteris ad ipſam requiſitis: & ſic prudentia eſt prouidentia, ut in corpore ar. probatur. Alio modo, ut ſignificat eandem partem, & oēs alias in ordine ad ipſam & ſic eſt ueluti nomen cuiuſdā totius, formaliter tñ principalem partem importans, quaſi ſicut aīatū ſignificans aīam in concreto. Et ſic prouidentia, ponitur principalis, & formalis pars eius ac ſi diceretur, ꝙ eſſe præceptiuum eius quod eſt ad finem uitæ, humanę, eſt pars prudentię cōnumerata ſeptē alijs Aduerte tñ, ꝙ prudētia licet modo dicto coincidat cum prouidentia, non tñ ita coincidere accipias, ut ſynonima: qm̄ formaliter diſtinguunt̄, ſicut cōe, & propriū. Nam prouidentia actum, qui eſt recte ordinare prudentia vero actum, qui eſt recte præcipere, reſpicit formaliter. Cōſtat āt ꝙ pręcipere ſe hēt ad ordinare ut inferius ad ſuperius. Vñ lra ꝓuidentia penes ordinationem ſemper declaratur: & includere dr̄ recte ordinare ad finem rectitudinem conſilij iudicij & pręcepti in reſpōſione ad ſcdm. Poſſet tñ aliter prouidētia poni pars prudentiæ ēt ut præceptiua eſt, ponendo ꝙ prouidentia non ponitur pars prudentiæ, niſi ſcd̄m q. dicit cognitionem futurorum. Et ſic prouidentia non pertineret ad applicationem, ſed ad cognitionem prudentiæ, ut. ſ. duæ ad acquiſitionem. ſ. docilitas & ſolertia: tres ad ipſam cognitionē ſcilicet memoria præteritorum intellectus præſentium, prouidētia futurorum & vna ad uſum cognitionis. ſ. rō & duæ ad applicationē. ſ. circūſpectio & cautio: ipſa āt applicatio medij accommodi non pars ſed ſubſtantia prudentię poneretur, quæ in recto præcepto cōſiſtit Exigit namq; prudētia conſiderationem futurorum euentuū, & non ſolum exercēdorum per nos, licet ab homine male cognoſci poſſint: propter quod incerte dicuntur prouidentiæ noſtræ, Sapien. 14.

Concl.

SVPER Q. XLIX. ARTIC. VII. ET VIII.

IN art. 7. & 8. ſimul dubiū occurrit, q̄a, ex quo ad prudentiā ſpectat actus ſecundū ſe

ſt cōgruus fini, & ad circūſpectionē actus ſcdm circūſtātias cōgruus fini, & eiuſdē rōnis ē facere bonū, & uitare malū oppoſitū, cōſequens eſt, ꝙ uitatio mali oppoſiti tā bonitati actus ſecūdum ſe, q̄ ſcdm ſuas circūſtātias, non ſpectet ad cautionē, ſed primū ad ꝓuidētiā, ſecūdū ad circūſpectionē. Quod ē ergo illud malū, ꝓ quo uitādo opus eſt cautione? Si dicat̄, ut litera dicit i rñſione ad ſecūdū vl. ar. ꝙ eſt malū extrinſecorū impedimētorū, optimè dr̄ in ordine ad ſubſtātiā actus, ſed nō in ordine ad circunſtātias: qa circūſtātiæ ēt extrinſeca mala excludunt, ut patet diſcurrēti p circunſtantias. Et confirmatur: qa in litera 7. art. extrinſeca mala euentuū uitare, ad circūſpectionē ſpectare dr̄ in exēplo de oſtēſione ſigni amoris ad alliciendū &c. ut patet ibi. Et auget̄ dubiū, qa in corpore octaui art. dr̄, q ad cautionē ſpectat uitare mala, q̄ habent ſpeciem boni. Cōſtat.n. ꝙ mala ex gn̄e ad ꝓuidentiā, mala ex circunſtātiis ad circūſpectionem, uitare ſpectat. Quæ ergo ſunt iſta alia mala habentia boni ſpeciē uitanda à prudentia, præter ēt extrinſeca impedimenta, quæ condiuiduntur iſtis malis?

*Lib. 1. in Somniū Scipionis I fol. 2. ante med.
† q. præc. art. 1.
* q. 47. ar. 6. 7. & ar. 6. præc.
* q. 47. art. 3.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ licèt facilè dici ab aliquo poſſet, ꝙ hæc tria in hoc diſtinguūtur, ꝙ ꝓuidētia reſpicit actū ut bonum ex gn̄e ad finē: circūſpectio ut bonū ex circunſtātiis: cautio ut remotū à malis utriq; bonitati oppoſitis, ita ꝙ illa duo reſpiciant actū ſcdm terminum ad quē ſ. bonitatem: hoc aūt tertiū reſpiciat eundē ſcdm terminū a quo. Quia tñ author actus iſtos diſtinguit ſcdm ꝓprias difficultates, nec eſt alia difficultas receſſus à malo, & acceſſus ad bonū oppoſitū, ſed eadē: ō attēdēdū eſt, ꝙ i litera tria mala numerātur ad cautelam ſpectantia, ſcilicet extrinſecorū

Conclu.

ctio nō dēt poni pars prudētię. A

¶3 Præt. Circunſtātiæ magis uidentᵇ ptinere ad uirtutes morales, q̄ ad prudentiam: ſed circūſpectio nihil aliud eſſe uidetur, q̄ reſpectus circunſtantiarum. ergo circunſpectio magis uidet̄ ad morales ptinere uirtutes quàm ad prudentiam.

¶3 Præt. Qui pōt uidereᵇ q̄ ꝓcul ſunt, multo magis pōt uidere quæ circumſtant: ſed p ꝓuidentiam homo eſt potens ꝓſpicere q̄ ꝓcul ſunt. ergo ipſa ſufficit ad conſiderandū ea, q̄ circūſtant. non ergo oportuit prǣter ꝓuidentiam ponere circunſpectionem partem prudētiæ. B

Sed contra eſt authoritas Macrobij, ut dictum † eſt.

Respon. dicēdū, ꝙ ad prudētiam, ſicut dictum * eſt p̄cipuè ptinet rectè ordinare aliquid ī finem. Quod quidem rectè nō fit, niſi & finis bon⁹ ſit, & id, qđ ordinat̄ in finē, ſit ēt bonum, & conueniēs fini: ſed qa prudentia, ut dictū* eſt, eſt circa ſingularia operabilia, in quib. multa concurrunt, contingit aliquid ſm ſe conſideratū eſſe bonū, & conueniens fini, qđ tñ ex aliqbus concurrentibus reddit̄ uel malū, uel non opportunum ad finem. Sicut oſtendere ſigna amoris alicui ſm ſe cōſideratū, uidet̄ eſſe cōueniens ad alliciēdum eius animum ad amorem. Sed ſi contingat in aīo illius ſuperbia, uel ſuſpicio adulatiōis, non erit hoc conueniens ad finem: & ideòᵐ neceſſaria eſt circunſpectio ad prudentiā, ut ſ. homo id, quod ordinatur in finem, comparet etiam cum his, quæ circunſtant.ⁿ

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ licèt ea, quæ pñt circumſtare, ſint infinita: tñ ea, quæ circunſtant in actu, non ſunt infinita, ſed pauca q̄dam ſunt, quæ immutāt iudiciū rōnis in agendis.

Ad II dicēdū, ꝙ circūſtātiæ ptinent ad prudētiam quidem ſicut ad determinādum eas: ad uirtutes autem morales, inquātum per circunſtantiarum determinationem perficiuntur.

Ad III dicēdū, ꝙ ſicut ad ꝓuidentiam ptinet ꝓſpicere id, quod eſt p ſe cōueniens fini ita ad circunſpectionē ptinet conſiderare, an ſit cōueniēs fini ſecundū ea, q̄ circūſtāt. Vtrunque aūt horū habet ſpecialem difficultatem: & iō utrūque eorum ſeorſum ponit pars prudentię.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cautio debeat poni pars prudentiæ.

Ad octavvm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ cautio non debeat poni pars prudentiæ. In eis enim, in quibus malum nō poteſt eſſe, non eſt neceſſaria cautio: ſed uirtutib. nemo male utit̄, ut dicit Aug. in lib.* de lib. arb. ergo cautio non ptinet ad prudentiā, quę eſt directiua uirtutum.

¶2 Prǣt. Eiuſdē eſt ꝓuidere bona, & cauere ʰ mala, ſicut eiuſdē artis eſt facere ſanitatem, & curare ægritudinem: ſed ꝓuidere bona ptinet ad prudentiam. ergo ēt cauere mala. non ergo cautio debet poni pars alia prudentię à prouidentia. C

¶3 Prǣt. Nullus ꝓuidens conat̄ ad impoſſibile: ſed null⁹ poteſt p̄cauereʰ omnia mala, quę poſſunt contingere. ergo cautio non pertinet ad prudentiam.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſtolus dicit ad Eph. 5. Videte quomodo cautè ambuletis.

Respon. Dicēdū, ꝙ ea, circa quæ eſt prudentia, ſunt contingētia operabilia, in qb. ſicut uerum pōt admiſceri falſo, ita & malum bono ꝓp multiformitatē huiuſmodi operabiliū, in quib. bona plerumque impediunt̄ à malis, & mala habent ſpēm boni. Et iōᵐ neceſſaria eſt cautio ad prudētiā, ut ſic accipiant̄ bona, quòd uitent̄ mala.ⁿ D

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ cautio non eſt neceſſaria in moralibus actibus, ut aliqs ſibi caueat ab actibus uirtutū, ſed ut ſibi caueat ab eis, per quę actus uirtutū impediri poſſunt. E

Ad II dicendū, ꝙ oppoſita mala cauere eiuſdem rōnis eſt, & ꝓſequi bona: ſed uitare aliqua impedimenta extrinſeca, hoc ptinet ad aliam rōnem. Et iō cautio diſtinguit̄ a ꝓuidentia, q̄uis utrumque pertineat ad unam uirtutem prudentiæ.

Ad III dicendū, ꝙ malorū, q̄ homini uitāda occurrunt, q̄da

impedimentorū, & habentia boni ſpēm, & euētū, qđ i rñſione ad ultimum addi vr̄. Itaq; intētio authoris eſt, ꝙ actus fini cōſonus ſcdm ſe tanq̄ bonus ex gn̄e, & bonus ēt ex circūſtātiis, eget cautela ad euitādū mala extrinſecorū īpedimētorū. uerbi gra. Actus ieiunandi ꝓp caſtitatem, qñ oportet &c. eget cautione, ut hō euitet ire ad ſocios tales, q̄ iducēt fortè ad frangendū ieiunium. Et qm̄ hmōi impedimenta cōtingūt dupliciter, ſcilicet ſcdm manifeſtā oppoſitionem, & ſecundū occultā ſub ſpecie boni, & ſpāli acumine opus eſt ad cōprehēdēdū latētes ſub ſpecie boni inſidias: iō author cōtra impedimenta diſtinxit mala ſub ſpecie boni, quaſi occulta contra aperta.

Porrecta per totum.
181
Locis sup. ar. 7. inde cit.
* Li. 3. ca. 18 & 19. com. 1.

¶ Patet aūt ambo ſpectare ad cautionē ex eo, ꝙ ſe cautos dicim⁹, q incidūt in quoduis horum. Euentus aūt mali ſunt in duplici ordine, q̄dā ptinētes ad circūſtātias, & hi ptinēt ad circunſpectionē: & talis eſt euētus in exēplo literæ. ſpectat n. ad circūſtātiā circa quid. Amās enim aliquem dēt ꝓſpicere, qualis ē quē amat, & ex conſideratione conditionū pſonæ amatę, q̄ eſt materia, & obiectum amoris, circūſtantias actui adhibere. Quidam autē ex extrinſecis ab actu, & circūſtantiis prouenīunt, ut illi qui conſequūtur impedimenta tā aperta, quàm ſub ſpecie boni, & tales ſpectant ad cautionem. Breuiter autem dicitur, & ſine tot difficultatibus reſolutè, quòd circunſpectio ad actum uiſionis interioris ſpectat, & habet pro obiecto circumadiacentia, & obuenire poſſibilia bona, & mala, ut ipſum nomen circunſpectionis ſonat. Cautio verò ad actum applicationis ſpectat, & ad mala tantum uitanda refertur. Oportet namque rationē practicam vtrunque actum habere, ſcilicet uidere circum-

Conclu.

circumquaq;, & uirtuali uiſione applicando ad uitandũ mala Vnde incircumſpectos dicimus, qui nõ uident circumquaque: incautos verò, qui licet circũſpiciãt omnia, nõ tamē ſtudent, ut uitent mala, quæ præuidẽt. Et per hoc ſolutio omnium pateret, niſi obſtaret, q̃ author circũſpectionem ad applicationem pertinere poſuit, & ideò ſola prior ſolutio cõſona authori uidetur.

SVPER QV. L ARTC. I.

IN q.50.artic.1. dubium occurrit circa illud dictum, ſcilicet ꝙ leges ponere ſi conuenit alijs principatibus, & populo, niſi ſecundùm quòd participant aliquid de regimine regio. Videtur enim oppoſitum, quia rex participat populum, & non econtra: quoniã rex ſit naturaliter à populo, & rex quaſi gerens uicem totius populi, leges ponit.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ licèt prima facie uideatur diſtinguẽdũ, & dicendum, ꝙ regimen regium, & populare comparat̃ dupliciter, ſ. ordine formali: & ſic cum perfectiora in entibus ſint exemplaria imperfectiorum, regimen regium, utpotè perfectiſſimum, eſt exemplar omnis regiminis, ac per hoc in litera dicit̃ quòd alij principatus, etiã popularis, intantum leges ponunt, inquãtum participant regimen regium: uel ordine generationis, & ſic regimen populare ſecundùm actum electionis eſt prius regimine regis, ut obijciendo dicitur: Sed ſi diligenter conſideretur, ꝙ electio regiminis non eſt pars regiminis, ſed præuia ad omnem ſpeciem regiminis, ad electionem ſi quidem populi ſpectat ſecundũ naturale ius, an populare, an optimatum, an regale ſit futurum regimen, unanimi die [illegible], [illegible] ſecundum generationis ordinē, regalis principatꝰ dependeat à populo, q

Porrecta per totum.
282
Sup.q.48. artic.unic. cor. Et 3. di.33.q.3 art.1.q.4
*Li.5.c.6. a med.tomo 5.
*Li.3.Polit.c.5.t.5.
*Li.5.Etymol.c.10.
*Li.6.c.8. paulo a prin.to.5.
*Li.3.c.3. poſt medi.to.5.

ſunt, q̃ ut in pluribus accidere ſolent, & talia cõprehēdi rõne põt: & contra hæc ordinat̃ cautio, ut totalr̃ uitentur, uel ut minus noceãt. Quædã verò ſunt, q̃ ut in paucioribꝰ, & caſualiter accidũt: & hæc cũ ſint infinita, rõne cõprehendi non põt, nec homo ſufficit ea præcauere: q̃uis per officium prudentiæ hõ contra oẽs fortunæ inſultus diſponere poſſit, ut minus lædat̃. F

QVAESTIO L.

De partibus ſubiectiuis prudentiæ, in quatuor articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandũ eſt de partibus ſubiectiuis prudētię. Et q̃a de prudentia, ꝑ quã aliquis regit ſeipſum, iam dictũ eſt, reſtat nunc dicẽdum de ſpeciebus prudentiæ, quibus multitudo gubernatur.

CIRCA quas quęrũtur quatuor.

¶Primò, Vtrũ lex poſitiua debeat poni ſpecies prudētiæ.

¶Secundò, Vtrum politica.

¶Tertiò, Vtrum œconomica.

¶Quartò, Vtrum militaris.

ARTICVLVS I.

Vtrum regnatiua debeat poni ſpecies prudentiæ.

AD PRIMVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ regnatiua non dẽat poni ſpecies prudentiæ. Regnatiua.n.ordinatur ad iuſtitiã conſeruandam. dicitur.n.in 5.*Eth. ꝙ princeps ē cuſtos iuſtitiæ. ergo regnatiua magis ꝑtinet ad iuſtitiam, q̃ ad prudentiam.

¶2 Præt. Secundũ Phil.* in 3. Polit. regnũ eſt una ſex ſpecierum politiarũ: ſed nulla ſpēs prudētiæ ſumitur ſm̃ alias quinque politias, q̃ ſunt ariſtocratia, timocratia, tyrãnis, olicratia, democratia. ergo nec ſecũdũ regnum debet ſumi regnatiua.

¶3 Pręt. Leges ponere nõ ſolũ ꝑtinet ad reges, ſed ēt ad quoſdã alios principatꝰ, & ēt ad populum, ut patet ꝑ Iſido.* in lib. etymol. ſed Philoſ. in 6.† Eth. ponit legis poſitiuam partem prudentię. inconuenienter ergo loco eius ponitur regnatiua.

SED CONTRA eſt, ꝙ Phil. dicit* in 3. Poli. ꝙ prudẽtia eſt ꝓpria uirtꝰ principis. ergo ſpalis prudẽtia debet eſſe regnatiua.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ex ſupra dictis* patet, ad prudētiã pertinet regere, & præcipere: & iõ ubi inuenitur ſpecialis rõ regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi ēt inuenitur ſpecialis rõ prudentię. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ in eo, q nõ ſolũ ſeipſum hēt regere, ſed ēt cõitatē ꝑfectã ciuitatis, uel regni, inuenit ſpalis & perfecta rõ regiminis. Tantò.n. regimen ꝑfectius eſt, quantò uniuerſalius eſt ad G plura ſe extēdens, & ulteriorē finem attingens: & iõ regi, ad quē pertinet regere ciuitatem, uel regnũ, prudentia competit ſm̃ ſpecialē & perfectiſſimam ſui rõnem. Et propter hoc regnatiua ponitur ſpecies prudentię.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omnia, quę ſunt uirtutum moralium, pertinent ad prudentiã, ſicut ad dirigentem: vnde & rõ recta prudentiæ ponit̃ in diffinitione uirtutis moralis, ut ſupra* dictũ eſt. Et iõ ēt executio iuſtitiæ, prout ordinatur ad bonum cõe, quod pertinet ad officiũ regis, indiget di H rectione prudētię. Vnde iſtę duę uirtutes ſunt maximè proprię regi. ſ. prudentia, & iuſtitia, ſm̃ illud Hiere. 23. Regnabit rex, & ſapiēs erit, & faciet iudiciũ, & iuſtitiam in terra. Quia tñ dirigere magis ꝑtinet ad regem, exequi aũt ad ſubditos: ideò regnatiua magis ponitur ſpecies prudentię, quę eſt directiua, quàm iuſtitię, quę eſt executiua.

AD II dicẽdũ, ꝙ regnum inter alias politias eſt optimũ regimen, ut dr̃ in 8.* Ethic. Et ideò ſpecies prudentiæ magis debuit denominari a regno, ita tamen ꝙ ſub regnatiua comprehendantur omnia alia regimina recta, non autem peruerſa, q̃ uirtuti I opponuntur: undè non pertinent ad prudentiam.

AD III dicẽdũ, ꝙ Philoſ. denominat regnatiuã à principali actu regis, q eſt leges ponere: qđ etſi conueniat alijs, non conuenit eis, niſi ſecundùm quòd participant aliquid de regimine regis.

ARTICVLVS II.

Vtrum politica conuenienter ponatur pars prudentiæ.

AD SECVNDVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ politica incõuenienter ponat pars prudẽtię. Regnatiua.n. eſt pars politicæ prudẽ K tię, ut dictũ* eſt: ſed pars nõ dẽt diuidi cõtra totũ. ergo politica nõ dẽt poni alia ſpēs prudẽtię.

¶2 Pręt. Spēs habituum diſtinguunt ſm̃ diuerſa obiecta: ſed eadem ſunt, q̃ oportet regnãtē ꝑcipere, & ſubditũ exeq. ergo politica ſecundum ꝙ pertinet ad ſubditos, non dẽt poni ſpēs prudẽtię diſtincta à regnatiua.

¶3 Pręt. Vnuſquiſque ſubditorũ eſt ſingularis ꝑſona: ſed q̃libet ſingularis ꝑſona ſeipſam ſuffi-

in litera populus uocatur: magis autē diſtinguendum eſt de populi ſignificatiõe. Quandoq;.n. ſumitur populus pro regimine populari. quandoque autē pro ipſo populo. Regimen autem regium à populi quidem electione dependet, qui uota ſua, & poteſtatem in eum tranſtulerunt: & ꝓpterea vices populi gerere dicitur. Non dependet autē à regimine populari, ſed econtra, ut in litera dicitur, nec uices illius gerit.

SVPER QV. L ART. II.

IN ar. 2. in rñſione ad ſecundum aduerte, quòd politica, quæ quaſi manualis eſt, non unius, ſed multarum eſt ſpecierum iuxta multitudinem formaliũ partium ciuitatis: ſicut nautica diſtinguitur in eam quæ regit temonem, & eam quæ regit remos &c. Propter huiuſmodi.n. diuerſitatē diximus ſuperius ex Ariſtot. eſſe tot genera uirtutum. Simile enim eſt in omnibus huiuſmodi: propter quod etiam œconomica in multas ſpecies diuiditur eade ratione, pp diuerſas ſcilicet partes formales.

*q.47.art.uc.8.
Conclu. est
*q.47.ar. 5 ad 1.ar. pcipue: & 1.2.q.58. ar.1. & 2. ad 4. & ar 11.4.
*Li.8. ca. 10. circa prin. to.5
Porrecta per totum.
283
Locis ſup. art.1. notat.
*Ar. pręc.

cienter dirigere poteſt per prudentiam communi ter dictam. ergo non oportet poni aliam ſpeciem prudentiæ, quæ dicatur politica.

Li. 6. c. 8. ad princ. tom. 5.

Sed contra eſt, qđ Phil. dicit* in 6. Eth. Eius autem quæ circa ciuitatem, hæc quidem architecto nica prudentia legis poſitiua: hæc autem commune nomen habet politica, circa ſingularia exiſtēs.

Respon. Dicendū, ꝙ ſeruus per imperium mouet̃ à dño, & ſubditus a principāte, aliter tñ q̄ irrationabilia, & inanimata moueant̃ à ſuis motorib. Ni inanimata, & irrõnabilia agunt̃ ſolū ab alio, nõ aũt ipſa agũt ſeipſa, qa nõ habēt dominiū ſui act° p liberū arbitriū: & iõ rectitudo regiminis ipſorū nõ eſt in ipſis, ſed ſolū in motoribus. Sed homines ſerui, vel q̄cūq; ſubditi, ita agunt̃ ab alijs p̄ p̄ceptū, ꝙ tñ agũt ſeipſos p liberū arbitriū: & iõ[m] req̄rit̃ ĩ eis q̄dā rectitudo regiminis, p quā ſeipſos dirigant in obediendo principantibus. Et ad hoc pertinet ſpecies prudētiæ, quæ politica vocatur[n].

Conclu.

In corp. ar. & in ſolut. argu. arc. præc.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ſicut dictum* eſt, regnatiua eſt perfectiſſima ſpecies prudētię: & iõ prudentia ſubditorum, q̄ deficit à prudētia regnatiua, retinet ſibi nomen cõmune, ut prudētia dicatur: ſicut in logicis conuertibile, qđ non ſignificat eſſentiam, retinet ſibi commune nomen proprij.

q. 47. ar. 5. & 1. 2. q. 54. a. 2.

Ad ii dicēdū, ꝙ diuerſa rõ obiecti diuerſificat habitū ẽm ſpeciē, ut ex ſupra dictis* patet. Eadem aũt agēda cõſiderant̃ q̄dē à rege ẽm vniuerſaliorē rõnē, q̄ cõſiderent̃ a ſubdito, q obedit. Vni n. regi in diuerſis officijs multi obediunt: & iõ regnatiua comparatur ad hanc politicā, de qua loquimur, ſicut ars architectonica ad eam, quæ manu operat̃.

Ad iii dicēdū, ꝙ p prudētiā cõiter dictam regit hõ ſeipſum ĩ ordine ad ꝓpriū bonū: p politicā autem, de qua loquimur, in ordine ad bonum cõe.

Articvlvs III.

Vtrum œconomica debeat poni ſpecies prudentiæ.

Ad tertivm ſic ꝓcedit̃. Vr ꝙ œconomica nõ debeat poni ſpēs prudentiæ. Quia vt Phil. dicit* in 6. Eth. prudētia ordinat̃ ad benè viuere totum: ſed œconomica[h] ordinat̃ ad aliquē particularē finē, ſ. ad diuitias, vt dr̃ in 1.* Eth. ergo. œconomica non eſt ſpecies prudentiæ.

¶ 2 Præt. Sicut ſupra habitū † eſt, prudētia nõ eſt niſi bonorū: ſed œconomica[h] põt ẽt eſſe malorum. multi enim peccatores ꝓuidi ſunt in gubernatione familiæ. ergo œconomica nõ debet poni ſpecies prudentiæ.

¶ 3 Præt. Sicut in regno inuenit̃ principās, & ſubditus, ita ẽt in domo: ſi ergo œconomica eſt ſpēs prudentiæ, ſicut & politica, deberet ẽt paterna[h] prudentia poni, ſicut & regnatiua: non aũt ponit̃. ergo nec œconomica debet boni ſpēs prudentiæ.

Lib. 6. c. 5. paulo a prin. t. 5.

Sed contra eſt, qđ Phil. dicit in * 6. Eth. ꝙ illarū, ſ. prudentiarū, quæ ſe habēt ad regimen multitudinis, hæc q̄dē œconomica, hæc autem legiſpoſitiua, hæc autē politica.

Respon. Dicendum, ꝙ ratio obiecti diuerſificata ẽm vniuerſale, & particulare: vel ẽm totum, & partem, diuerſificat artes, & virtutes, ſecundū quā diuerſitatem vna eſt principalis reſpectu alterius. Manifeſtum eſt autem, ꝙ domus medio modo ſe habet inter vnam ſingularem perſonam, & ciuitatem, vel regnum. Nam ſicut vna ſingularis perſona eſt pars domus, ita vna dom° eſt pars ciuitatis, vel regni: & ideo[m] ſicut prudētia cõiter dicta, quæ eſt regnatiua vni°, diſtinguit̃ à politica prudētia, ita oportet, ꝙ œconomica diſtinguat̃ ab vtraq;[n].

Conclu.

Li. 1. c. 5. & 7. to. 5.

Li. 1. Eth. c. 1. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ diuitiæ cõparantur ad œconomicam nõ ſicut finis vltimus, ſed ſicut inſtrumenta q̄dā, ut dr̃ in * 1. Polit. Finis autem vltimus œconomicæ eſt totum bene viuere, ſecūdum domeſticam conuerſationem. Philo. autem * in 1. Ethico. ponit, exemplificando, diuitias finem œconomicæ, ſecundum ſtudium plurimorum.

Ad ii dicēdū, ꝙ ad aliqua particularia, q̄ ſunt ĩ domo diſponēda, poſſunt aliq̄ peccatores ꝓuidè ſe hēre: ſed ñ ad ipſū totū bene viuere domeſticæ cõuerſationis, ad qđ p̄cipuè req̄rit̃ uita uirtuoſa.

Li. 8. c. 10 parum a medio, to mo 5.

Ad iii dicendum, ꝙ pater in domo hēt quādā ſimilitudinem regij principatus, ut dr̃ * in 8. Ethic. non tamen habet perfectam poteſtatem regiminis, ſicut rex: & ideò non ponitur ſeparatim poteſtas paterna, ſpecies prudentię, ſicut regnatiua.

Svper qv. L. Artic. III.

Porrecta per totum.

284

Supra q. 47. ar. 11. Et q. 48. art. vnic. cor. ſi. & ad 2. Et 3. d. 33. q. 3. art. 1. q. 4. Et 6. Eth. lect. 7.

Li. 6. c. 5. tom. 5.

Li. 1. c. 1. tom. 5.

q. 47. artic. 13.

In rñſione ad ſecūdum, dubiū occurrit circa illud, ſ. Peccator non põt ꝓuidè ſe hēre ad totū bene viuere domeſticæ cõuerſationis, tū q̄ non magis exigitur virtuoſa uita ad totū benè viuere ſecūdum eandem cõuerſationem, q̄ ſecundū domeſticam: tū quia ad bene ſe habere ſecūdum domeſticam conuerſationē, ſufficit filijs ſuis, vxori &c. quātum ad ſe attinet, benè ſe habere. Sic aũt benè ſe habere diſtinguit̃ cõtra bene ſe habere ſimpliciter, vt patet 1. Polit. ex c. penult.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ dictum authoris intelligendū eſt de patreſa milias, cuius eſt ꝓuidere: ꝓp quod dixit, ꝓuidè ſe habere. Oportet enim patremfamilias eſſe bonum virū, ſicut & principem ciuitatis, eadem ratione.

¶ In articulo quarto nihil aliud ſcribēdum occurrit.

Articvlvs IIII.

Vtrum militaris debeat poni ſpecies prudentiæ.

Porrecta per totum.

285

Locus ſupra art. 3. notat.

Libr. 6. Eth. ca. 3. 4. & 5. t. 5.

Ca. 8. in initio, & lib. 1. Eth. ca. 1. & 2. tom. 5.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ militaris non debeat poni ſpecies prudentię. Prudētia enim contra [h] artem diuiditur, ut dr̃ in * 6. Ethi. ſed militaris videtur eſſe quędam ars in rebus bellicis, ſicut patet per Philoſ. in * 3. Ethic. ergo militaris non debet poni ſpecies prudentię.

¶ 2 Pręt. Sicut militare negotiū cõtinet̃ ſub politico, [n]ita ẽt & plura alia negotia, ſicut mercatorū, artificū, & aliorum hmõi: ſed ẽm alia negotia, quę ſunt in ciuitate, nõ accipiūtur aliquę ſpecies prudentię. ergo etiam neque ẽm militare negotium.

¶ 3 Pręt. In rebus bellicis plurimum [h] valet militū fortitudo. ergo militaris magis pertinet ad fortitudinem, quam ad prudentiam.

Sed contra eſt, quod dicitur Prouer. 24. Cum diſpoſitione initur bellum, & erit ſalus, ubi ſunt multa conſilia: ſed conſiliari pertinet ad prudentiam. ergo in rebus bellicis maximè neceſſaria eſt aliqua ſpecies prudentię, quę militaris dicitur.

Respon. Dicendum, ꝙ ea quę ẽm artem, & rationem aguntur, conformia eſſe oportet his, quę ẽm naturam, quę à ratione diuina ſunt inſtituta. Natura aũt ad duo tendit. Primò quidem ad regēdā vnamquamq; rem in ſeipſa: ſecundò verò ad reſiſtēdū extrinſecis ĩpugnātibus, & corruptiuis. Et ꝓp hoc non dedit ſolum animalibus vim cõcupi-

ſcibilē, per quam moueātur ad ea, quæ ſunt ſaluti F eorū accommoda, ſed ēt vim iraſcibilem, per quā animal reſiſtit impugnantibus. Vnde & ᵐ in his, q̄ ſunt ſm rationem, non ſolum oportet eſſe prudē tiam politicam, per quam diſponantur conueniē ter ea, quæ pertinent ad bonum cōmune, ſed etiā militarē, per quā hoſtium inſultus repellantur ⁿ. *Conclu.* ᵐ

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ militaris pōt eſſe ars, ſm ꝙ hēt quaſdā regulas vtēdi qbuſdā exterioribus rebus, puta, armis, & eqs: ſed ſm ꝙ ordinatᷣ ad bonū cōe, habet magis rationē prudentiæ.

Ad ii dicēdū, ꝙ oīa negotia, q̄ ſunt ī ciuitate, ordinanᷣ ad aliquas particulares vtilitates: ſed mi- G litare negotiū ordinatᷣ ad tuitionē toti⁹ boni cōis.

Ad iii dicēdum, ꝙ executio militiæ pertinet ad fortitudinem: ſed directio ad prudentiam, & præcipuè ſecundum quod eſt in duce exercitus.

QVAESTIO LI.

De Virtutibus adiunctis prudentiæ, in quatuor articulos diuiſa.

Postea cōſiderādū eſt de virtutibus adiūctis prudētię, q̄ ſunt quaſi ptes potētiales ipſi⁹. H Et circa hoc q̄runtᷣ quatuor.

¶ Primò, Vtrū eubulia ſit virt⁹.

¶ Secundò, Vtrū ſit ſpecialis virtus à prudentia diſtincta.

¶ Tertiò, Vtrum ſyneſis ſit ſpecialis virtus.

Quartò, Vtrū gnome ſit ſpecialis virtus.

Articvlvs primvs

Vtrum eubulia ſit uirtus.

Ad primvm ſic ꝓcedītᷣ. Vr̄ ꝙ eubulia nō ſit virtus. Quia I ſm Aug. in lib. de * lib. arb. virtutibus nullus malè vtitᷣ: ſed eubulia q̄ eſt bene cōſiliatiua, aliqui malè vtunᷣ, vel q̄a aſtuta conſilia excogitāt ad fines malos cōſequēdos, aut ēt ad bonos fines cōſequendos aliqua pc̄tā ordināt, puta, q̄ furatᷣ, vt eleemoſynā det. ergo eubulia n̄ ē virtus.

¶ 2 Præt. Virtus ʰ pfectio ʰ q̄dam eſt, vt dr̄ in * 7. Phyſ. ſed eubulia circa conſiliū conſiſtit, qđ importat dubitationem & inquiſi- K tionem, q̄ imperfectionis ſunt. ergo eubulia non eſt virtus.

¶ 3 Præt. Virtutes ſunt connexę adinuicē, vt ſupra habitū * eſt. ſed eubulia ʰ nō eſt cōnexa alijs virtutibus. multi. n. peccatores ſunt benè conſiliatiui: & multi iuſti ſunt in conſilijs tardi. ergo eubulia non eſt virtus.

Sed contra eſt, ꝙ eubulia eſt rectitudo conſilij, vt Philoſ. dicit in 6. * Ethic. ſed recta ratio perficit rationem virtutis. ergo eubulia eſt virtus.

Respon. Dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū * eſt, de rōne virtutis humanæ eſt, ꝙ faciat actum hominis bonū. Inter ceteros autē actus hominis, proprium eſt ei conſiliari, quia hoc importat quandam rationis inquiſitionē circa agenda, in quibus cōſiſtit vita humana. Nā vita ſpeculatiua eſt ſupra hominem, ut dicitur in 10. * Ethi. Eubulia autem importat bonitatē conſilij. Dicitur. n. ab eu, quod eſt bonū, & bole, qđ eſt cōſilium, quaſi bona cōſiliatio, vel poti⁹ benè cōſiliatiua. Vn̄ manifeſtum eſt, ꝙ ᵐ eubulia eſt uirtus humana ⁿ.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ non eſt bonū conſilium ſiue aliquis malū finem in conſiliando præſtituat, ſiuè ēt ad bonū finē malas vias adinueniat: ſicut ēt in ſpeculatiuis nō eſt bona ratiocinatio: ſiuè aliqs falſum cōcludat, ſiuè ēt cōcludat verū ex falſis dictis, q̄a non vtitᷣ cōuenienti medio. Et ideò vtrumq; prædictorum eſt contra rōnem eubuliæ, vt Philoſ. dicit in * 6. Eth.

Ad ii dicēdum, ꝙ etſi virtus ſit eſſentialiter perfectio q̄dā, non tn̄ oportet, ꝙ oē illud qđ eſt materia virtutis, importet pfectionē. Oportet. n. circa oia humana pfici ꝑ uirtutes, & nō ſolū circa actus rationis, inter quos eſt conſilium, ſed ēt circa paſſiones appetitus ſenſitiui, q̄ adhuc ſunt multò imperfectiores. Vel pōt dici, ꝙ uirtus humana eſt perfectior ſm modū hominis, qui non poteſt per certitudinem comprehendere ueritatem rerum ſimplicium intuitu ſimplici, & præcipuè in agibilibus, quæ ſunt contingentia.

Ad iii dicendum ꝙ in nullo peccatore, inquātū hmōi, inuenitᷣ eubulia. Oē. n. pc̄tm̄ eſt contra bonā cōſiliationē. Requiritur. n. ad benè cōſiliādū non ſolū adinuentio, vel excogitatio eorū, q̄ ſunt opportuna ad finē, ſed ēt aliæ circunſtātiæ, ſ. tēpus congruum, ut nec nimis tardus, nec nimis uelox ſit in cōſilijs: & modus conſiliandi, ut ſcilicet ſit firmus in ſuo cōſilio, & aliæ huiuſmodi debitæ circunſtātiæ, quæ peccatores peccādo nō obſeruant. Quilibet autem uirtuoſus eſt benè cōſiliatiuus in his,

SVPER QV. LI. ARTIC. I.

In ar. 1. q. 51. ad ſecundū nota, quòd ſi argumentum tendat cōtra materiam cōſilij, prima rn̄ſio, ſi contra pfectionem formalem, quòd rectitudo inquiſitiua eſt, ſecunda reſponſio amplectenda eſt.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem artic. primi dubiū occurrit, quia reſpōſio non uidetur ſatisfacere argumento. Nā argumentum tendebat ad hoc, ꝙ eubulia nō eſſet virtus, eo ꝙ eſſet in peccatoribus: reſpōſio autem oſtēdit, ꝙ non eſt in peccatoribus, inquātum peccant. Ex hac enim reſpōſione nō habetur, quòd nō ſit in eis, qui ſunt peccatores, quod erat intētum argumenti. Ex eo namq;, quòd illi, qui ſunt peccatores, habent eubuliā non in peccando, ſed in alijs, ſequitur ꝙ eubulia non eſt virtus. Nā in illis, qui ſunt peccatores, nulla eſt virtus, cum omnes ſint cōnexæ, vt argumentum aſſumit.

¶ Ad hoc dicitᷣ, quòd reſpōſio optimè euacuat argumentū. Nā reſponſio oſtendendo ꝙ peccator peccādo contrariatur rectitudini conſilij, ſatis per hoc oſtendit, ꝙ in illo, qui eſt peccator, non eſt eubulia. Oportet. n. eubuliam rectè conſiliari nō ſolum in huius, vel illius virtutis materia, ſed in omnium virtutum materijs. Et ſi vna deficit, ipſa deficit. Et propterea ex hoc, ꝙ in peccatore deficit ī illa materia, in qua peccat, ſequitur quòd abſolutè in illo non ſit.

¶ In eadem reſponſione dubium occurrit, Quomodo oē peccatum eſt contra bonā conſiliationem, cum pluries cōtingat peccare in nullo offendendo cōſilium, ſed præceptum, ut patet cum quis in eodem perſeuerans conſilio & iudicio, contrariū præcipit ex paſſione, uel illud ex negligentia nō præcipiendo, peccat. Si dicatur, ut litera innuere uidetur, quòd peccat contra conſilium, quia nō eſt firmus in ſuo conſilio. Contra, firmitas conſilij cum diſtinguatur à firmitate præcepti, ſicut & ipſum conſilium à præcepto, quoniā modus eſt cuiuſque ſuus, negligens in præcipiendo, & perſeuerans in cōſilio, eſt firmus in conſilio, & tamen peccat.

¶ Ad hoc dicitᷣ, quòd quia omne peccatū libe. arbitrij ſit, cuius proprius actus eſt electio, qui appetitus eſt præcōſiliati: ideò omne peccatum contra conſiliū aliquod formaliter, vel virtualiter cōmittitur. Nam & præcipiens ex paſſione, ex apparenti ſecundum illā paſſionem ſtatim aliter iudicat, tāquàm aliud conſilium ſequens: & negligens ad præceptum poſt rectum conſilium, & iudicium, nūquam peccaret, niſi indirectè ſaltē eligeret non præcipere, ac per hoc tamquam ex alio cōſilio concludens ſe habet. Et ſic non eſt firmus in ipſo ſuo conſilio ſecundum ueritatem, quo ad illum actum in particulari.

Porrecta per totum. 286

1. 2. q. 7. ar. 6. Et 3. d. 33. q. 3. art. 1 q. 2. Et 6. Eth. lec. 8. & 9.

*Lib. 2. de liber. arb. c. 18.

*Li. 7. tex. 17. to. 2.

*1. 2. q. 65 art. 1.

*Li. 6. c. 9. cir. med. tom. 5.

*q. 47. ar. 4. & 1. 2. q. 55. art. 2. & 3.

*Li. 10 ca. 7. a med. tom. 5.

Conclu. ᵐ

*Li. 6. c. 9. tom. 5.

SVPER

quæ ordinantur ad finem uirtutis: licèt fortè in aliquibus particularibus negotiis non ſit benè conſiliatiuus, puta, in mercationibus, uel in rebus bellicis, uel in aliquo huiuſmodi.

ARTICVLVS II.

Vtrum eubulia ſit uirtus diſtincta a prudentia.

B AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ eubulia nō ſit uirtus diſtincta a prudentia. Quia, ut Philoſ. dicit* in 6. Eth. vr̃ prudẽtis eſſe bene cõſiliarij: ſed hoc pertinet ad eubuliam, ut dictum* eſt. ergo eubulia non diſtinguitur a prudentia.

¶2 Præt. Humani act⁹, ad quos ordinanẽ humanæ uirtutes, ꝑcipuè ſpecificanẽ ex fine, ut s̃. dictũ* eſt: ſed ad eũdẽ finẽ ordinanẽ eubulia, & prudẽtia, ut dr̃ 6.* Ethi. non aũt ad quendã particularẽ finẽ, ſed ad cõem finẽ C totius uitæ. ergo eubulia nõ eſt uirtus diſtincta a prudentia.

¶3 Præt. In ſciẽtiis ſpeculatiuis ad eandẽ ſciẽtiã ꝑtinet inquirere, & determinare. ergo pari rõe i operatiuis hoc ꝑtinet ad eãdẽ uirtutẽ: ſed inquirere pertinet ad eubuliã, determinare autẽ ad prudentiam. ergo eubulia D non eſt alia uirtus a prudentia.

SED CONTRA eſt, ꝙ prudẽtia eſt præceptiua, ut dicitur* in 6. Ethi. hoc autem non conuenit eubuliæ. ergo eubulia eſt alia uirtus a prudentia.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut dictũ* eſt ſupra, uirtus ꝓpriè ordinatur ad actum, quẽ reddit bonũ: & iõ oportet ſm differẽtiã actuum eſſe diuerſas uirtutes, & maximè qñ non eſt eadẽ rõ E bonitatis in actibus. Si .n. eſſet eadem rõ bonitatis in eis, tunc ad eandẽ uirtutẽ pertinerẽt diuerſi actus: ſicut ex eodẽ depẽdet bonitas amoris, deſiderij, & gaudij, & iõ oĩa iſta pertinent ad eãdẽ uirtutẽ charitatis. Act⁹ aũt rõnis ordinati ad op⁹ ſunt diuerſi, nec habẽt eandẽ rõnẽ bonitatis. Ex alio .n. efficitur hõ bñ cõſiliatiuus, & bene iudicatiuus, & benè præceptiuus: qđ patet ex hoc, ꝙ iſta aliquando abinuicem ſeparantur. Et ideo oportet aliam eſſe uirtutẽ eubuliã, ꝑ quam hõ eſt benè conſiliatiuus: & aliã prudentiam, ꝑ quã hõ eſt bene præceptiuus. Et ſicut conſiliari ordinaẽ ad ꝑcipere tanq̃ ad principalius: ita ẽt eubulia ordinaẽ ad prudẽtiã tanq̃ ad principaliorẽ uirtutẽ, ſine qua nec uirtus eſſet, ſicut nec morales uirtutes ſine prudentia, nec cæteræ uirtutes ſine charitate.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ad prudentiam pertinet benè conſiliari imperatiuè, ad eubuliam autem elicitiuè.

AD II dicẽdũ, ꝙ ad unũ finẽ ultimũ, qđ eſt bñ uiuere totũ, ordinanẽ diuerſa actus ſm quẽdã gradũ. Nã præcedit cõſiliũ, ſeqtur iudicium, & ultimũ eſt ꝑceptum, qđ immediatè ſe habet ad finẽ ultimũ. Alij aũt duo actus remotè ſe habẽt, q̃ tñ habẽt quoſdã proximos fines, cõſiliũ quidẽ intentionẽ eorũ, q̃ ſunt agenda: iudiciũ aũt certitudinẽ. Vñ ex hoc non ſequiẽ, ꝙ eubulia, & prudentia nõ ſint diuerſę uirtutes. ſed ꝙ eubulia ordineẽ ad prudentiã, ſicut uirtus ſecundaria ad principalem.

AD III dicendum, ꝙ etiã in ſpeculatiuis alia rõnalis ſcientia eſt dialectica, quæ ordinaẽ ad inquiſitionem inuentiuã: & alia ſciẽtia demonſtratiua, quæ eſt ueritatis determinatiua.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſyneſis ſit uirtus.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ ſyneſis nõ ſit uirtus. Virtutes .n. non inſunt nobis a natura, ut dicitur in 2.* Ethic. ſed ſyneſis ineſt aliquibus a natura ut dicit Philoſ. in 6.† Ethi. ergo ſyneſis non eſt uirtus.

¶2 Præt. Syneſis, ut in eodẽ lib. dr̃, eſt ſolum iudicatiua: ſed iudicium ſolũ ſine ꝑcepto põt eſſe ẽt in malis. cum ergo uirtus ſit ſolùm in bonis, uidetur quòd ſyneſis non ſit uirtus.

SVPER QV. LI. ARTIC. II.

In art. 2. eiuſdẽ q. dubiũ occurrit, Qũo eſſe bñ cõſiliatiuũ, bñ iudicatiuũ, & benè ꝑceptiuũ, abinuicẽ ſeparãtur, & tñ oẽs uirtutes ſunt connexæ. Ad hoc br̃ dr̃, ꝙ author non loquitur in verbis de uirtutibus facientibus benè conſiliari, iudicare, & ꝑcipere: ſed de naturalibus diſpoſitionib⁹, & exercitationib. prçuiis ad uirtutes, & ex diuerſitate horum, quã ex ſeparabilitate probat, diuerſitatẽ uirtutũ cõcludit. Naturales autẽ diſpoſitiones ſeparari patet ex eo, ꝙ inquiſitionis ex imaginatione, iudicij ex ſenſu cõi, ꝑcepti autẽ ex natura li inclinatione ad aliqd, puta, caſtitatem, liberalitatem, bonitat: conſurgit: imaginatio .n. bona plurimũ eſt adinuentiua uiarũ. Senſus aũt cõis, iudicij circa ſingularia firmatiuus eſt, & hoc ut miniſtrat rõni. Inclinatio aũt ad aliqd propitos nos reddit ad executionẽ: & ꝑcipere facere, trahẽdo uoluntatẽ ad conſona illi inclinationi. Exercitationes quoque uidemus ſeparatas, dũ inuẽtiuos ad proponendũ libẽter audim⁹, iudicatiuos ad decernendũ, Prõptis ad aliqd utimur ad exequẽdũ in illo gñe, puta, liberalibus natis ad diſpẽſandũ cõia, & natis caſtis ad conſeruãdum cũ mulieribus.

¶In eod. art. in rñ ad primum, dubium occurrit, Quo uerificaẽ ꝙ prudentia bñ conſiliatur imperatiuè, cũ eubulia ſit prior, natura ſaltẽ, q̃ prudẽtia. Prius eſt .n. rectè conſiliari, & deinde iudicare, & demum præcipere. Quomodo ergo prudentia præcipit iam facto?

¶Ad hoc di, ꝙ cum prudentia ſe habeat ad eubuliam, & alias adiunctas uirtutes, quẽadmodũ militaris ſe habet ad equeſtrẽ, & gladiatoriam, ut patet ex ordine finium illarũ ſubſequentiũ ad finẽ principãtis, cõſequens eſt, ut ſicut militaris imperat ſubſeruiẽtib. ſibi artibus, ita prudẽtia ꝑcipiat miniſtrantibus ſibi uirtutib. Relucet aũt hoc in exterioribus, in quib. præcipiens ſubiecto, diſtinguitur a conſiliãtibus. Princeps namq; A cuius eſt ꝑcipere, imperat cõſiliariis: & ſimile accidit intus in aĩa.

¶Ad obiectionẽ aũt in oppoſitũ dr̃, ꝙ quia finis principalis eſt ultimũ in executione, & primũ i intentione: iõ virtus, uel ars, cuius eſt reſpicere illũ finẽ principalẽ vt propriũ, imperat miniſtrantibus tali ordine, ꝙ primo eſt intẽtio illius finis: ſecundo executio miniſtrantium, & earũ fines, & demum eſt executiõ principalis, ut patet i militari. Prius .n. eſt executio equeſtris, & gladiatoriæ, & frẽnofactiuæ, q̃ executio militaris. Imperat m̃ militaris his omnib⁹ ex priore intentione finis. Et ſimile patet i principe, & conſiliariis &c. Neq; .n. princeps primò præcipit agenda, & deinde cõſiliũ adhibet, ſed intendẽs ꝑcipere adhibet cõſilium ad inueniẽda, q̃ ſunt præcipienda ad talem finẽ oportet .n. cõſilia cõgruere ꝑcepto: alioquin quãuis alias optima, tunc uana, & nulla reputantur, ut patet in dantib. cõſilia de illis mediis, q̃ nõ non ſubſunt ꝑ tunc imperio. Sic ẽt contingit in aĩa intẽdente finẽ aliquem, puta, caſtitatẽ, & uolente præcipere ſibi media congrua, cõſiliatur: & cum contulerit ꝙ ieiunia, diſciplinæ, lectiones ſacræ, orationes mentales expediunt, in hoc bonum conſiliũ eſt, ſi media, quæ ſuo ſubſunt imperio, cõcludet. Contingit .n. infirmum eſſe corpore, ſic ut peccaret ieiunando, & huiuſmodi. Imperat ergo prudentia eubuliæ, vt architectonica, miniſtrantibus.

¶In articulũ 3. eiuſdem quæſt. in reſpõſione ad primũ, nota duplex iudicium cõcurrere ante actũ præcepti, ſcilicet, de fine particulari, & hoc fit in minori ꝓpoſitione: & de eo quod eſt ad finẽ, qđ præcipiendum eſt, & hoc fit in concluſione. Et licèt utrunque iudicium ſpectet ad ſyneſim, primi tamẽ bonitas uirtuti morali tribuitur: ſecũdi aũt ſyneſi, quia illius eſt magis finis, iſtius autem eſt magis id quod eſt ad finẽ. Miniſtrat enim hęc prudentiæ, q̃ eſt eorum quę ſunt ad finem: illi autem intentionẽ finis rectam facit.

Porrecta per totum 287

Locis sup. art. 1. notat.

* Li.6.c.5.

* Ar. præced.

* 1.2.q.18. art. 1.

* Li.6. ca. 11. tom.5.

* Li.6. ca. 10. circa med. to.5

* Ar. prec. & 1.2.qõ. 55. arti.2. & 3.

Concla. m

Porrecta per totum. 288

1.2.q.57. ar.6. Et 3. di. 33.q.3 ar.1.qõ.2 Et 6.Ethi. lect.9.

* Li.2.c.1. tom.5.

† Li.6.c.11 a medio.

* Li.6.c.10 tom.5.

SVPER QV. LI. ART. IIII.

IN arric.4. dubium occurrit, quo pacto gnome eſt uirtus. Et eſt rõ dubij, qa ſi eſt uirtus aut naturalis, aut acqſita: ſed naturalis nõ eſt, qa p̃ter ſynderefĩ.n, q̃ habit⁹ principiorũ eſt, nulla uirtus ponit̃ naturalis in itellectu practico, ſicut nec in ſpeculatiuo, niſi hitus principiorũ. Nec acqſita, qa acqrunt̃ virtutes intellectus experimẽtis, q̃ ex memorijs cõſurgũt, ut patet i ꝓlogo Metaphy. Hęc aũt pter cões regulas iudicãda ſunt raro cõtingentia, ac per hoc ab uno, & eodẽ hoĩe parum, aut nihil experimento ꝓbabilia: & ſic uirtus hæc nunquàm habebitur.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ uirtutes ſunt i duplici dĩfferẽtia. Nã qdã ſunt quarũ materiæ i cõi uita frequẽter occurrũt, ut uirtutes, quæ cardinales uocãtur, ut patet diſcurrẽti p earũ materias, ſ. commutationes, diſtributiones, appetit⁹, ac delectationes ciborũ, & venereorũ, timoreſque periculorũ: Quędã uerò ſunt, quarũ materiæ non cõiter, aut frequenter accidunt, ut patet de magnificẽtia, & magnanimitate. Non.n. magnæ diuitiæ, aut magni honores crebrò occurrũt. Et qa exercitationes earũ non ſunt ſimiles, iõ ẽt cõnexio ipſarum cum alijs non intelligitur ſimili mõ, ſicut ĩ primis. Nã cũ uirtutes oẽs connexæ ſint, primas tñ connexio po-

Conclu. nit in actu ſimpliciter: ſecundas aũt in actu ſecũdum quid, idest, in potentia propinqua actui ſimpliciter. Pauper.n. uirtuoſus nõ eſt magnificus ſimpliciter, ſed in potentia propinqua, præparatione.ſ. animi. Ex his aũt omnibus hoc hr̃ ad propoſitum, ꝙ virtutes aliquæ meliſe nobis dñr, qñ ſunt in poten- tia propinqua ꝑpara ti animi. Sic.n. cõtingere vr̃ de gnome. Ipſa.n. tunc habere dr̃, quando in ſuis principijs mens exercitata eſt, quãuis ca-

¶ 3 Præt. Nũquã eſt defect⁹ in F ꝓcipiẽdo, niſi ſit aliqs defectus in iudicãdo, ſaltẽ in particulari operabili, in quo oĩs malus errat. ſi ergo ſyneſis ponit uirtus ad bñ iudicandum, vr̃ ꝙ nõ ſit neceſſaria alia uirtus ad benè præcipiendum: & iõ prudentia erit ſupflua, quod eſt inconueniens. nõ ergo ſyneſis eſt virt⁹.

SED CONTRA. Iudiciũ eſt pfectius, q̃ conſilium: ſed eubulia, quæ eſt bñ conſiliatiua, eſt uir- G tus. ergo multò magis ſyneſis, q̃ eſt bene iudicatiua, eſt uirt⁹.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ſyneſis importat iudiciũ rectũ, non qdẽ circa ſpeculabilia, ſed circa particularia operabilia, circa q̃ ẽt eſt prudentia. Vnde ẽm ſyneſim dñr aliqui i græco ſyneci, i. ſenſati, uel euſyneci, i. homines boni ſenſus. Sicut econtrario, qui carent hac uirtute, dñr aſyneci, i. inſenſati. Oportet ãt ꝙ ẽm H dr̃iam actuũ, q nõ reducunt̃ in eandẽ cãm, ſit ẽt diuerſitas uirtutum. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ bonitas cõſilij, & bonitas iudicij, non reducuntur in eandẽ cãm. Multi.n. ſunt benè conſiliatiui, qui tñ non ſunt benè ſenſati, quaſi rectè iudicantes. Sicut ẽt in ſpeculatiuis aliq ſunt bñ inquirentes ꝓp hoc, ꝙ rõ eorum prompta eſt ad diſcurrẽdum p I diuerſa: quod vr̃ prouenire ex diſpõne imaginatiuæ uirtutis, q̃ de facili põt formare diuerſa phãtaſmata: Et tñ hmõi qñq; non ſunt boni iudicij, quod eſt ꝓp defectũ intelľs, qui maximẽ cõtingit ex mala diſpoſitione cõis ſenſus non bene iudicatis. Et iõ [m] oportet præter eubuliã eſſe aliã uirtutẽ, q̃ eſt benè iudicatiua, & hęc dicitur ſyneſis.[n]

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ rectũ iudiciũ in hoc conſiſtit, K ꝙ uis cognoſcitiua apprehẽdit rẽ aliqua, ẽm ꝙ in ſe eſt. Quod quidẽ prouenit ex recta diſpoſitione uirtutis apphẽſiuæ: ſicut i ſpeculo ſi fuerit bñ diſpoſitũ, imprimunt̃ formæ corporũ ſecũdũ ꝙ ſunt. Si uerò fuerit ſpeculũ malè diſpoſitũ, apparent ibi imagines diſtortæ, & prauè ſe hñtes. Quòd autẽ uirtus cognoſcitiua ſit bñ diſpoſita ad recipiẽdũ res, ẽm ꝙ ſunt, cõtingit qdẽ radicalr̃ ex natura, cõſumatiuẽ aũt ex exercitio, uel ex munere gr̃æ, & hoc dupl̃r. Vno mõ directè ex parte ipſius cognoſcitiuæ uirtutis, puta, qa nõ eſt imbuta prauis cõceptionibus, ſed veris, & rectis: & hoc ptinet ad ſyneſim, ẽm ꝙ eſt ſpecialis uirtus. Alio mõ indirectè ex bona diſpoſitione appetitiuæ uirtutis, ex qua ſeqt̃, ꝙ hõ bñ iudicet de appetibilib. & ſic bonũ uirtutis iudiciũ cõſequit̃ habitus uirtutum moraliũ, ſed circa fines: ſyneſis aũt eſt magis circa ea, quæ ſunt ad finem.

AD II dicẽdũ, ꝙ in malis qdẽ põt iudicium rectum eſſe in vl̃i, ſed in particulari agibili, ſp eorum iudicium corrumpitur, ut ſupra habitum * eſt.

AD III dicendũ, ꝙ cõtingit qñq; id, quod bene iudicatũ eſt differri, uel negligẽter agi, aut iordinatè. Et iõ poſt uirtutẽ, q̃ eſt bñ iudicatiua, neceſſaria eſt finalis uirtus principalis, quę ẽ bene pręceptiua. ſ. prudentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gnome ſit ſpecialis uirtus.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ gnome non ſit ſpãlis uirtus a ſyneſi diſtincta. Quia ẽm ſyneſim dr̃ aliquis bene iudicatiuus: ſed nullus põt dici benè iudicatiuus, niſi in [h] omnibus bene iudicet. ergo ſyneſis ſe extendit ad oĩa diiudicanda. non eſt ergo aliqua alia uirtus benè iudicatiua, quæ gnome dicat̃.

¶ 2 Pręt. Iudiciũ mediũ eſt inter cõſiliũ, & p̃ceptũ: ſed una tãtũ uirtus eſt bñ conſiliatiua, ſ. eubulia: & una tñ uirtus eſt bene præceptiua. ſ. prudẽtia[h] ergo ẽt una tantum eſt uirtus bene iudicatiua. ſ. ſyneſis.

¶ 3 Pręt. Ea q̃ rarò accidũt, in qbus oportet aliqñ a cõibus legibus diſcedere, vr̃ pręcipue caſualia eſſe[h] quorum non eſt rõ, ut dr̃ in 2.* Phyſ. oẽs autẽ virtutes intellectuales ptinent ad rõnem rectã. ergo circa p̃dicta nõ eſt aliqua uirtus intellectualis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Philoſo. determinat in 6. * Ethic. gnomen eſſe ſpecialem uirtutem.

RESPON. Dicendum quòd habitus cognoſcitiui diſtinguuntur ſecũdum altiora, uel inferiora principia, ſicut ſapientia in ſpeculatiuis altiora principia conſiderat, quam ſcientia, & ideò ab ea diſtinguuntur: & ita etiam oportet eſſe in actiuis. Manifeſtum eſt autem, ꝙ illa, quæ ſunt pręter ordinẽ inferioris principij, ſiue cauſę reducuntur qñque in ordinem altioris principij: ſicut monſtruoſi

ſua non occurrant.

¶ Ad cuius euidentiã recolendũ eſt, quòd quemadmodũ prudẽtia ſit ex ſolertia per inuentionem; & docilitate per diſciplinã. & conſumatur exercitatione: ita gnome fit & inuentione, ex naturali perſpicacitate plurimũ ad tale iudiciũ conferẽte, cuius ſignum eſt, q. [illegible] quantumcũque doctiſſimi deficientes in naturali ſpicacitate, neſciũt [illegible] tra legũ uerba decernere. fit & diſciplina ex lectione exceptionum, & geſtorum ſapientũ, ac proborũ, & eorum rõnibus. Legentes.n. ꝙ p̃ter cões regulas, depoſitũ nõ eſt reddẽdum impugnationi patriæ, & penetrantes rõnem, qa ſcilicet oẽ depoſitũ redditur ſub ratione boni utilis (in tali autẽ caſu daretur malũ nociuum bono cõi, ꝙ præſtat particulari) perſpiciũt, quod nec diteptori, & cuſtodi bonorum Eccleſiæ, q̃uis officium rectoris habeat, reſtituenda ſunt Eccleſię bona.

* q. 47. ar. 2. & 13.

Attendentes quoq;, ꝙ præter cões regulas modeſtiæ, Dauid, ut habetur 1. Regũ. 21. actus furẽtis, vel epileptici aſſumpſit, ut uitã ſaluaret, docemur, ꝙ [illegible] ſimulare loco, prudẽtia ſumma eſt: & ſic datiq; materia gnomes raro occurrat, ac per hoc nõ habeat frequẽter gnome cõſummatè, haberi tamẽ poteſt ſicut aliæ uirtutes ſimiles in principijs

Perfecta per ratum. 289 Locis ſup. artic. 3. citat.

* Li. 2. co. 48. & 57. tom. 2.

* Li. 6 ca. 11. tom. 5

SVPER Q. LIII. ART. VI.

IN art. 6. aduerte in calce corporis ly, maximè: qm̄ hmōi rationis defectus ex alijs ēt vitijs oriuntur, vt experientia teſtatur in his, quæ, ex auaritia, vel ambitione pręcipites, inconſiderati, incōſtantesque ſunt: ſed luxuria quia eneruat rónem, vt in litera di. iō maximè cauſat eoſdem.

D. 387. & 390.

defectus eiuſdē pertinet ad imprudentiam: & iō ᵖ incōſtantia ſm̄ ſui cōſumationē ad iprudētiā ꝑtinet. ᑫ Et ſicut pcipitatio eſt ex defectu circa actū cōſilij & incōſideratio circa actū iudicij: ita incōſtantia circa actū ꝓcepti. Ex hoc.n. dr̄ aliqs eſſe incōſtās, ꝙ rō deficit inꝓcipiēdo ea, q̄ ſunt conſiliata & iudicata.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ bonū prudentiæ participat̄ in oībus virtutibus moralibus: & ſm̄ hoc perſiſtere in bono ꝑtinet ad oēs virtutes morales, ꝑcipue tn̄ ad fortitudinē, q̄ patit̄ maiorē impulſum ad cōtrariū.

Ad ii. dicendū, ꝙ inuidia, & ira, q̄ eſt cōtentionis principiū, faciūt inconſtantiā ex parte appetitiuæ virtutis, ex qua eſt principiū inconſtantię vt dictū* eſt.

Ad iii. dicendū, ꝙᵈ continētia, & ꝑſeuerantia non vident̄ eſſe in vi appetitiua, ſed ſolū in rōne. Cōtinens.n. patit̄ qdē ꝑuerſas cōcupiſcentias, & ꝑſeuerās graues triſtitias, quod deſignat defectū appetitiuæ uirtutis: ſed rō firmiter ꝑſiſtit, continentis quidē contra concupiſcentias, perſeuerātis āt cōtra triſtitias. Vñ cōtinentia,ᵈ & perſeuerantia uident̄ eſſe ſpēs conſtantiæ ad rōnē pertinentis ad quam ēt pertinet inconſtantia.

Porrecta per totum.

299

Articvlvs VI.

Vtrum prædicta vitia oriantur ex luxuria.

Inf q. 153 ar. 4. & 5. Et mal. q. 15. art. 4.

AD sextvm ſic proceditur. Videtur quòd prędicta vitia non oriatur ex luxuria.* Inconſtantia.n. oritur ex inuidia, ut dictum* eſt: ſed inuidia eſt uitium diſtinctum à luxuria. ergo prædicta vitia nonʰ oriuntur ex luxuria.

*ar. pręc. ad 2.

ᑫ2 Præt. Iacob. 1. dicitur. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis: ſed ʰ duplicitas nō videtur ad luxuriam pertinere, ſed magis ad doloſitatem, quæ eſt filia auaritiæ ſecundum Greg.* 31. Mora. ergo prædicta vitia non oriunt̄ ex luxuria.

*Li. 31. c. 31. a me.

ᑫ3 Præt. Prædicta vitia pertinent ad defectum rōnis: ſed vitia ſpiritualia ʰ propinquiora ſunt rōni, q̄ vitia carnalia. ergo prædicta uitia magis oriuntur ex vitijs ſpiritualibus, q̄ ex vitijs carnalibus.

Sed contra eſt, quòd Gregor.* 31. Moral. ponit prædicta vitia ex luxuria oriri.

* Lib. 31. Mora. ca. 31. a medio.

Respon. Dicendū, ꝙ ſicut Philo. dicit in 6. Ethi. delectatioᵈ maximè corrumpit ęſtimationē prudētiæ, & præcipue delectatio quę eſt i uenereis, quę totam animam abſorbet, & trahit ad ſenſibilē delectationem. Perfectio āt prudentiæ, & cuiuſlibet intellectualis virtutis cōſiſtit in abſtractiōne à ſenſibilibus.ᵐ Vñ cū prædicta vitia ꝑtineāt ad defectum prudentiæ, rationis practicæ, ſicut habitum* eſt, ſequitur quòd ex luxuria maxime oriantur.*

*Li. 6. ca. 5. & lib. 7. cap. 11 a medio tomo 5. D. 438.
Concl. m

*Ar. 2. & 5 huius q̄ſt.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ inuidia, & ira cauſant inconſtantiā ꝑtrahēdo rōnē ad aliud: ſed luxuria cauſat incōſtantiā totaliter extinguendo iudiciū rōnis. Vñ Phil. dicit in* 7. Eth. ꝙᵈ incōtinēs iræ audit quidem rōnem, ſed non perfectè: incontinens āt concupiſcentiæ totaliter eam nō audit.

*Li. 7. ca. 6. tom. 5. D. 726.

Ad secvndvm dicendū, ꝙ ēt duplicitas aīeſt quoddā cōſequens ad luxuriā, ſicut inconſtantia, prout duplicitas animi importat vertibilitatem aī ad diuerſa. Vnde & Terentius * in Eunucho dicit,

G ꝙ in amore eſt bellum, & rurſus pax, & induciæ.

* In Scena 1. quæ incipit: Quid igitur faciā circa medium illius.

Ad tertivm dicendum, quòd vitia carnalia in tantum magis extinguunt iudicium rationis, in quantum longius abducunt à ratione.

QVAESTIO LIIII.

De Negligentia, in tres articulos diuiſa.

POstea conſiderandum eſt, de negligentia. Et circa hoc quæruntur tria.

ᑫ Primò, Vtrum negligentia ſi peccatum ſpeciale.

ᑫ Secundò, Cui virtuti opponatur.

ᑫ Tertiò, Vtrum negligentia ſit peccatū mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum negligentia ſit peccatum ſpeciale.

Porrecta per totum.

300

H AD primvm ſic proceditur. Videtur quòd negligentia non ſit peccatum ſpeciale. Negligētia enim diligentię opponitur: ſed diligentia requiriturʰ in qualibet virtute. ergo negligentia non eſt peccatum ſpeciale.

ᑫ2 Præt.ʰ Nihil, quod inuenitur in quolibet peccato eſt ſpeciale peccatum: ſed negligentia inuenitur in quolibet peccato, quia omnis q. peccat, negligit ea, per quæ à peccato retrahitur, & qui in peccato perſeuerat, negligit conteri de peccato. ergo negligentia non eſt ſpeciale peccatum.

I ᑫ3 Præt. Omne ſpeciale peccatum habet materiā determinatam: ſed negligentia non videtur habere determinatam materiam. neque enim eſt circa mala, aut in differentia: quia ea prætermittere nulli ad negligentiam reputatur. Similiter etiamʰ nō eſt circa bona: quia ſi negligenter aguntur, iā non ſunt bona. ergo videtur quòd negligentia non ſit vitium ſpeciale.

Sed contra eſt, quòd peccata, quæ committuntur ex negligentia, diſtinguuntur contra peccata, quæ committuntur ex contemptu.

Respon. Dicendū, ꝙ negligentia importat defe

K ctum debitæ ſolicitudinis. Omnis āt defectus debiti actus hēt rationem peccati. Vnde manifeſtū eſt, ꝙᵐ negligentia habet rationemᵐ peccati, & eo modo quo ſolicitudo eſt ſpecialis virtutis actus, neceſſe eſt ꝙ negligētia ſit ſpeciale pctm̄. Sunt.n. aliqua peccata ſpecialia, quia ſunt circa aliquam materiā ſpecialē, ſicut luxuria eſt circa venerea. Quædam āt ſunt vitia ſpecialia ꝑꝑ ſpecialitatem actus ſe extēdentis ad omnem materiam: et hmōi ſunt omnia vitia, quæ ſunt circa actum rōnis. Nā quilibet actus rationis ſe extendit ad quamlibet materiā moralem: & ideò cum ᵖ ſolicitudo ſit quidam ſpecialis actus rationis, vt ſupra habitum* eſt

Concl. m

Concl. p q. 47. ar. 9.

p. 924. conſequens eſt, quòd [d] negligentia, quæ importat ſolicitudinis defectum, ſicut ſpeciale peccatum. [q]

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ diligentia vr̃ eſſe idẽ ſolicitudini, qa in his q̃ diligim⁹, maiorẽ ſolicitudinem adhibemus. Vnde diligentia, ſicut ſolicitudo, requiritur ad quãlibet uirtutem, inquantum in qualibet virtutẽ requiruntur debiti actus rõnis.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ in quolibet pctõ neceſſe eſt eſſe defectũ circa aliquẽ actũ rõnis, puta, defectũ cõſilij, & aliorũ hmõi. Vñ ſicut p̃cipitatio eſt ſpãle pctm̃ pp ſpãlẽ actũ rõnis, q p̃termittitur .ſ. cõſiliũ, q̃uis poſſit inueniri in quolibet gñe pctõrũ: ita negligentia eſt ſpãle peccatum propter defectũ ſpãlis actus rationis, qui eſt ſolicitudo, quãuis inueniatur, aliqualiter in omnibus peccatis.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ materia negligentiæ propriè ſunt bona, q̃ qs agere dẽt, nõ ꝙ ipſa ſint bona, cũ negligẽter aguñt: ſed quia per negligentiã accidit defect⁹ bonitatis in eis, ſiuè prætermittat totaliter actus debitus pp defectum ſolicitudinis, ſiuè etiam aliqua debita circunſtantia actus.

SVPER Q. LIIII. ART. II.

Porrecta per totum.
301
Sup. q. 53. ar. 1. cor. Et Phili. 4.

IN q. 54. art. 2. quia in primo nihil occurrit, dubiũ eſt, quia declaratio ſumpta ex etymologia Iſidori, vr̃ potius ad oppoſitũ, q̃ ad p̃poſitũ lr̃æ. Ex hoc nãq; ꝙ negligẽtia ſonat electionẽ, ſequit̃ ꝙ ſpectat ad uoluntatẽ, cuius actus eſt electio, & non ad rõnem in qua eſt prudentia.

[*] ca. 31.
[†] q. 35. artic. 2.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ qa de habitib. vitiorum, & virtutum, & non de potentijs eſt ſermo, & negligentia, vitiũ: prudentia, uirtus eſt, conſequens eſt, ut electio hoc in loco illius dicat̃ eſſe, cuius eſt ei⁹ rectitudo, uel defect⁹ & nõ cuius eſt act⁹ abſolutè. Cõſtat autẽ, ꝙ licet rectitudo talis electionis ſit à tali uirtute, puta, iuſtitia, & talis à tali: uniuerſaliter tñ rectitudo electionis eſt à prudentia, ac per hoc defect⁹ electionis ſpectat ad oppoſitũ prudẽtię. Et pp hoc in lra dr̃, Electio aũt recta &c. ad prudentiã p̃tinet. Vñ optimè declaratio illa ſeruit propoſito, qcquid ſit de etymologia illa.

ARTICVLVS II.

Vtrum negligentia opponatur prudentiæ.

AD secvndvm ſic procedit. Vr̃, ꝙ negligẽtia nõ opponat̃ prudẽtiæ. Negligẽtia. n. [h] vr̃ eſſe idẽ quod pigritia, uel torpor, q p̃tinet ad accidiã, ut patet p Gre. [*] 31. Mor. accidia aũt ñ opponit̃ prudẽtiæ, ſed magis charitati, ut ſ. dictũ [†] eſt. ergo negligẽtia nõ opponit̃ prudẽtiæ.

¶ 2 Præt. Ad [h] negligentiam vr̃ p̃tinere oẽ pctm̃ omiſſionis: ſed pctm̃ omiſſionis nõ opponitur prudẽtiæ, ſed magis virtutibus moralib⁹ executiuis. ergo negligentia non opponit̃ prudẽtiæ.

¶ 3 Præt. Imprudentia eſt circa aliquẽ actũ rõnis: ſed negligentia nõ importat defectũ, neq; circa cõſiliũ, iu quo deficit præcipitatio, neq; circa iudiciũ, in quo deficit inconſideratio, [h] neque circa p̃ceptũ, in quo deficit incõſtantia. ergo negligẽtia nõ pertinet ad imprudentiam.

¶ 4 Præt. Eccleſ. 7. dr̃. Qui timet Deũ, nihil negligit: ſed unũqđq; pctm̃ p̃cipuè excludit̃ p huirtutẽ oppoſitã. ergo negligẽtia magis opponit̃ timori, q̃ prudẽtię.

Sed contra eſt, quod dr̃ Eccl. 20. Laſciuus, & imprudẽs non obſeruãt tpſ: ſed hoc p̃tinet ad negligẽtiã. ergo negligentia opponitur prudentię.

Respon. Dicendũ, ꝙ negligentia directè opponit̃ ſolicitudini. Solicitudo aũt pertinet ad rõnem, & rectitudo ſolicitudinis ad prudẽtiã: vñ p oppoſitum negligentia ad imprudẽtiã p̃tinet. Et hoc ẽt ex ipſo noĩe apparet, quia ſicut Iſid. dicit [*] in li. Etymo. negligens dr̃, quaſi nec eligens. Electio aũt recta eorũ, quæ ſunt ad finem, ad prudentiam pertinet: vnde [m] negligentia pertinet ad imprudentiã. [n]

[*] Li. 10. ca. 13. ſcipit Nobilis non longe a fin.
Concl.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ negligẽtia cõſiſtit in defectu interioris actus, ad quẽ p̃tinet ẽt electio. Pigritia aũt, & torpor magis p̃tinẽt ad executionẽ: ita tñ ꝙ pigritia importat tarditatẽ ad exequẽdũ, torpor remiſſionẽ q̃dã iportat in ipſa executione, & ideò conuenienter torpor ex accidia naſcitur, quia accidia eſt triſtitia aggrauans, ideſt, impediens animum ab operando.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ omiſſio pertinet ad exteriorem actum. Eſt enim omiſſio, quando prætermittitur aliquis actus debitus, & ideò opponit̃ iuſtitiæ, & eſt effectus negligentiæ: ſicut etiam executio iuſti operis, eſt effectus rationis rectæ

Ad tertivm dicendum, ꝙ negligentia eſt circa actum præcipiendi; ad quem etiam pertinet ſolicitudo. Aliter tamen circa actum hunc deficit negligens, & aliter inconſtans. Inconſtans enim deficit in præcipiendo, quaſi ab aliquo impeditus: negligens autem per defectum promptæ uoluntatis.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ timor Dei operat̃ ad uitationem cuiuſlibet peccati, quia ut dr̃ Prou. 15. Per timorem Dñi declinat omnis à malo: & iõ timor facit negligentiam uitare, non tñ ita ꝙ directè, negligentia timori opponat̃, ſed inquantum timor excitat hominem ad actus rationis. Vnde etiam ſupra habitũ [*] eſt cũ de paſſionibus ageret, quòd timor facit conſiliatiuos.

[*] 1. 2. q. 44. ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum negligentia poſſit eſſe peccatum mortale.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur quòd negligentia non poſſit eſſe peccatum mortale. Quia ſuper illud Iob 9. Verebar omnia opera mea, dicit Gloſſ. [*] Greg. quòd illam .ſ. negligentiam [h] minor amor Dei exaggerat: ſed vbicumque eſt peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dei. ergo negligentia nõ eſt peccatũ mortale.

¶ 2 Præt. Super illud Eccleſia. 7. De negligentia tua purga te cũ paucis, dicit [†] glo. Quamuis oblatio parua ſit, multorum delictorum purgat negligentias: ſed [h] hoc nõ eſſet, ſi negligẽtia eſſet pctm̃ mortale. ergo negligẽtia non eſt peccatũ mortale.

¶ 3 Præterea. In lege fuerunt ſtatuta ſacrificia p peccatis [h] mortalibus, ſicut patet in Leuiti. ſed nullum fuit ſtatutum ſacrificium pro negligentia. ergo negligentia non eſt peccatum mortale.

Sed contra eſt, quod habetur Prouer. 19. Qui negligit uiam ſuam, mortificabitur.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum [*] eſt, negligentia p̃uenit ex quadam remiſſione uoluntatis, per

[*] Ar. præc. in ſolu. ad 3.

SVPER QV. LIIII. ART. III.

Porrecta per totum.
302
Sup. q. 51. ar. 1. cor. Et Phil. 4.

IN art. 3. in rñſione ad tertiũ aduerte, ꝙ ſicut in p̃cedẽti diximus qõne, in pctis moralibus, ſi diſtiguẽd⁹ eſt defectus rõnis a defectu appetitus, aut alteri⁹ executiuę potẽtiæ, plura gña peccatorũ in uno actu inuenient̃. v. g. Si qs negligẽdo iura partiũ, ſniuſtã fert ſnĩam intus in rõne, imprudẽtiæ reus eſt ſecũdum negligentiæ ſpẽm: foris aũt in actu iudicij, iniuſtitiæ reus eſt & ſimi'e eſt in alijs. Et iõ lra dicit, ꝙ negligẽtia trahit̃ ad aliud genus pcti. Et par eſt iõ de præcipitatione, inconſideratione, & incõſtãtia, q circa act⁹ rõnis cões omnibus moralibus ſunt, ſicut & negligentia.

[*] li. 9. Moral. ca. 26. circa principium.
[†] Gl. ordi. ibid.

per quam contingit ꝙ rō non ſolicitatur, vt præcipiat ea quæ dēt, uel eo modo, quo dēt. Pōt ergo dupliciter cōtingere, ꝙ negligentia ſit pct̃m mortale, uno modo ex parte eius quod [m] ꝑtermittit̃ negligentiam, quod quidem ſi ſit de neceſſitate ſalutis ſiue ſit actus, ſiue circunſtantia, erit pct̃m mortale: [n] alio modo ex parte cauſæ. Si.n. volūtas intm̄ ſit remiſſa circa ea quæ ſunt Dei vt totaliter à Dei charitate deficiat [p] talis negligētia eſt pct̃m mortale: & hoc ꝓcipuè contingit, qn̄ negligentia ſequitur ex contemptu. [q] Alioquin ſi negligentia conſiſtat in prætermiſſionē alicuiꝰ actus, uel circūſtātię, q̄ nō ſit de neceſſitate ſalutis: nec hoc fiat ex contēptu, ſed ex aliquo defectu feruoris, q im peditur interdum per aliquod ueniale pct̃m, [s] tūc negligētia non eſt mortale peccatū, ſed ueniale. [t]

Concl. m
Conclu. p
Conclu. s

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ minor amor Dei pōt intelligi dupl̃r. Vno mō, ꝑ defectum feruoris charitatis: & ſic cātur negligētia, q̄ ē pct̃m ueniale. Alio mō, ꝑ defectū ipſiꝰ charitatis: ſicut dr̃ minor amor Dei, qn̄ aliq̃s diligit Deū ſolū amore naturali, & tūc cātur negligētia, q̄ eſt pct̃m mortale.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ parua oblatio cū humili mēte, & pura dilectione facta, ut ibidē * dr̃, non ſolùm purgat peccata uenialia, ſed ēt mortalia.

*id ſnuit gloſſa cita ta in arg.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ qn̄ negligētia conſiſtit in ꝑtermiſſione eorū, q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis, tūc trahit̃ ad aliud genꝰ pcti magis manifeſtū. Pctā .n. q̄ cōſiſtūt in interioribus actibꝰ, ſunt magis occulta. Et ideò pro eis certa ſacrificia nō iniūgebantur in lege: qa ſacrificiorū oblatio erat q̄dā publica ꝓteſtatio pcti, q̄ nō ē faciēda de pctō occulto.

SVPER QV. LV.

IN tota q. 55. qm̄ vitia tractata ſunt generalia, & ſcdm materiam, in qua ſunt, grauitatem aſſumūt ertq; de materijs ſingularū virtutum, & vitiorū ſpecialis ſermo nunc ſat ſit ſcire, ꝙ uitia iſta imprudētiæ ſpēs ſunt, & ex ſe quidē hn̄t deformitatem in rōne, vt in lr̃a explanat̃ de prudētia carnis, & aſtutia, ad quā ſpectant dolus & fraus, & de ſolicitudine tēporaliū. Pro claritate tñ. 2. ar. memēto illius diſtinctionis .ſ. de fine uitæ, & de fine particulari, i. de fine ultimo, & de fine proximo harum operationum. Finis.n. vltimus oportet, ꝙ ſit ſolus Deus: finis āt proximus hau̾ operationum, puta emptionis, ꝑparationis ludi & c. pōt eſſe aliquid inordinatū conuiuii, uel aliquid huiuſmodi, quod non cōtrariat̃ charitati.

Porrecta per totum.

303

QVAESTIO LV.

De Vitijs oppoſitis prudentiæ, in octo articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandū eſt de vitijs oppoſitis prūdentiæ, quæ hn̄t ſimilitudinē cum ipſa. ET circa hoc quęruntur octo.

¶ Primò, Vtrum prudentia carnis ſit peccatum.
¶ Secūdò, Vtrum ſit peccatum mortale.
¶ Tertiò, Vtrum aſtutia ſit peccatum ſpeciale.
¶ Quartò, De dolo.
¶ Quintò, De fraude.
¶ Sextò, De ſolicitudine temporalium rerum.
¶ Septimò, De ſolici tudine futurorum.
¶ Octauò, De origine horum vitiorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum prudentia carnis ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃, ꝙ prudentia carnis non ſit pct̃m. Prudentia.n. eſt nobilior uirtus, q̄ aliæ uirtutes morales, vtpotè oium regitiua: ſed nulla iuſtitia, uel tēꝑātia eſt pct̃m. ergo neq; aliqua [h] prudentia eſt pct̃m.

¶ 2 Præ. Prudenter operari ad finē, q [h] licitè amat̃, non eſt pct̃m: ſed caro licitè amatur. nemo.n. unquàm carnem ſuam odio habuit, ut habet̃ ad Eph. 5. ergo prudentia carnis non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Sicut homo tentat̃ à carne, ita [h] ēt tentat̃ à mundo, & à diabolo: ſed non ponitur inter pctā aliqua prudētia mūdi, uel ēt [h] diaboli. ergo neque debet poni inter peccata aliqua prudentia carnis.

SED CONTRA. Nullus eſt inimicus Deo, niſi ꝓpter iniquitatem, ſecundùm illud Sapien. 14. Simul odio ſunt Deo impius, & impietas eius: ſed ſicut dr̃ ad Roman. 8. Prudentia carnis inimica eſt Deo. ergo prudentia carnis eſt peccatum.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū * eſt. Prudentia eſt circa ea, quæ ſunt ad finē totius uitę: & iō prudētia carnis propriè dr̃, ſm qd̃ aliquis bona carnis habet ut ultimum finem ſuæ uitæ. Manifeſtum eſt autem, ꝙ hoc eſt peccatum: per hoc.n. homo deordinatur circa ultimum finem, qui nō conſiſtit in bonis corporis, ſicut habitum * eſt. & iō [m] prudentia carnis eſt peccatum. [n]

*q. 47. ar. 13.
* 1. 2. q. 2. ar. 5.
Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iuſtitia, & temperantia in ſui ratione importat id, unde uirtus laudatur, ſcilicet æqualitatem, & concupiſcentiarum refrænationem, & iō nunquàm accipiuntur in malo: ſed nomen prudentiæ ſumitur à prouidēdo, ſicut ſupra dictum * eſt, quod ēt ad mala extēdi pōt. Et iō licet prudentia ſimpliciter dicta in bono accipiatur, alio tñ addito poteſt accipi in malo: & ſm hoc dr̃ prudentia carnis eſſe peccatum.

*q. 47. ar. 1. & q. 49. ar. 6.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ caro eſt propter animam, ſicut materia ꝑp formam, & inſtrumentum propter principale agens: & iō ſic licitè diligit̃ caro, ut ordiuetur ad bonum animæ ſicut ad finem. Si autem in ipſo bono carnis conſtituatur ultimꝰ finis, erit inordinata, & illicita dilectio; & hoc mō ad amorem carnis ordinatur prudentia carnis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ diabolus nos tentat non per modum appetibilis, ſed ꝑ modū ſuggerētis. Et iō cum prudētia importat ordinē ad aliquē finem appetibilem, non ita dr̃ prudentia diaboli, ſicut prudentia reſpectu alicuius mali finis, ſub cuius rōne tentat nos mundus & caro, inquantum .ſ. proponuntur nobis ad appetendum bona mundi vel carnis. Et ideo dr̃ prudentia carnis, & ēt prudentia mundi, ſm illud Lu. 16. Filij huiꝰ ſęculi prudētiores ſunt in gn̄atione ſua &c. Apoſtolus autē totum comprehendit ſub prudentia carnis, quia ēt exteriores res mundi appetimus ꝑp carnē. Pōt tñ dici, ꝙ quia prudentia quodammodo dr̃ ſapientia, ut ſupra dictum * eſt, ideo ſecundum tres tentationes poteſt intelligi triplex prudētia. Vñ Iac. 3. dicit̃ ſapientia eſſe terrena, animalis, & diabolica, ut ſ. habitum * eſt, cum de ſapientia ageretur.

*q. 47. ar. 2. ad 1.
*q. 45. ar. 4 & ar. 1. ad 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum prudentia carnis ſit peccatum mortale.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ prudentia carnis ſit peccatum mortale. Rebellare.n. diuinæ legi eſt peccatum mortale, quia per hoc Deus contemnitur ſed [h] prudētia carnis nō eſt ſubiecta

Porrecta per totum.

304

ſubiecta

ſubiecta legi diuinæ, ut habetur Rom. 8. ergo prudentia carnis eſt peccatum mortale. A

¶2 Præt. Omne peccatum in Spũmſanctũ eſt pctm̃ mortale: ſed prudētia carnis vr̃ eſſe pctm̃ iu Spiritumſanctum. non.n. pōt eſſe ſubiecta legi Dei, vt dicitur Ro. 8. & ita videtur eſſe peccatũ irremiſſibile, quod eſt propriũ peccati in Spiritũſanctũ. ergo prudentia carnis eſt peccatum mortale.

¶3 Præt. Maximo bono maximum malum opponitur, ut patet in * 8. Eth. ſed prudentia carnis opponitur prudentiæ, quæ eſt præcipua inter virtutes morales. ergo prudentia carnis eſt præcipuum inter peccata mortalia: & ita eſt pctm̃ mortale.

* Li. 8. ca. 10. circa prin. c. 5.

Sed contra. Illud, qđ diminuit pctm̃, non importat de ſe rōnē peccati mortalis: ſed cautè, pſequi ea, q̃ ptinēt ad curā carnis, qđ vr̃ ad prudentiam carnis pertinere, diminuit peccatũ. ergo prudētia carnis de ſui rōne non importat pctm̃ mortale. B

Resp. Dicēdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ* eſt, prudens dr̃ aliqs dupl̃r. Vno mō ſimpl̃r.ſ. in ordine ad finē totius vitæ: alio mō, ſm̃ qd.ſ. in ordine ad finē aliquē particularē, puta, ſicut dr̃ aliqs prudēs in negotiatione, vel in aliquo hmōi. Si ergo prudētia carnis accipiatur ſm̃ abſolutā prudentiæ rōnem, ita ſ. ꝙ in cura carnis cōſtituat ultimus finis totius vitæ, ſic eſt pctm̃ mortale: qa p hoc hō auertit à Deo, cũ impoſſibile ſit eſſe pl'es fines ultimos, vt ſupra habitũ * eſt. Si verò prudētia carnis accipiatur ſm̃ rōnē particularis prudentiæ, ſic prudētia carnis eſt pctm̃ ueniale. Cōtingit.n. qñque, ꝙ aliqs inordinatè afficit ad aliqđ delectabile carnis abſq; hoc, ꝙ auertat a Deo p pctm̃ mortale: vnde nō cōſtituit finē totius vitæ in delectatione carnis. Et ſic adhibere ſtudiũ ad hāc delectationē cōſequēdā, eſt pctm̃ ueniale, qđ ptinet ad prudētiā carnis. Si verò aliqs actu curam carnis referat in finē honeſtũ, puta, cũ aliqs ſtudet comeſtioni pp corporis ſuſtentationem, non uocat prudētia carnis: qa ſic utitur homo cura carnis, ut ad finem. C

* q. 47. ar. 13. & ar. 2 ad 1.

Conclu. m

* 1. 2. q. 1. art. 5.

Conclu. p

Conclu. s

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ Apoſt. loquit de prudētia carnis, ſm̃ qđ finis cōſtituit in bonis carnis totius uitæ humanæ, & ſic eſt pctm̃ mortale. D

Ad II dicendũ, ꝙ prudētia carnis nō importat pctm̃ in Spũmſanctũ. Quod.n. dr̃, ꝙ nō pōt eſſe ſubiecta legi Dei, nō ſic eſt intelligēdũ, ꝙ illo q hēt prudētia carnis, nō poſſit cōuerti, & ſubiici legi Dei: ſed qa ipſa prudētia carnis legi Dei non pōt eſſe ſubiecta, ſicut nec iniuſtitia pōt eſſe iuſta, nec calor pōt eē frigid⁹, q̃uis calidũ poſſet eē frigidũ.

Ad III dicendum, ꝙ oē peccatũ opponit prudentiæ, ſicut & prudentia participatur in oī uirtute: ſed iō non oportet ꝙ quodlibet peccatum prudentiæ oppoſitum, ſit grauiſſimum, ſed ſolũ quando opponitur prudentiæ in aliquo maximo. E

Articvlvs III.

Vtrum aſtutia ſit ſpeciale peccatum.

Porrecta per totum.

305 Infra ar. 4. co. & q. 69 art. 1. cor. & q. 97. ar. 1. ad 3.

AD tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ aſtutia non ſit ſpeciale pctm̃. Verba.n. ſacræ ſcripturæ non inducũt aliquē ad peccandũ: inducunt aũt ad aſtutiam, ſecundum illud Prouerb. 1. Vt detur paruulis aſtutia. ergo aſtutia non eſt peccatum.

¶2 Præt. Prou. 13. dr̃. Aſtut⁹ oīa agit cũ cōſilio. Aut ergo ad finē bonũ, aut ad finē malũ. Si ad finē bonum, non vr̃ eſſe pctm̃: ſi aũt ad finē malũ, vr̃ pertinere ad prudentiā carnis uel ſæculi. ergo aſtutia non eſt ſpāle pctm̃ à prudentia carnis diſtinctum.

¶3 Præt.* Greg. 10. Moral. exponēs illud Iob. 12. Deridet iuſti ſimplicitas, dicit. Sapiētia huius mundi eſt cor machinationib⁹ tegere, ſenſũ uerbis uelare, q̃ falſa ſunt, uera oñdere, q̃ uera ſunt, falſa demōſtrare, & poſtea ſubdit. Hæc prudētia uſu a iuuenibus ſcitur, à pueris pretio diſcitur: ſed ea quæ prædicta ſunt, uidentur ad aſtutiam pertinere. ergo aſtutia non diſtinguit a prudentia carnis, uel mundi, & ita non videtur eſſe ſpeciale peccatum.

* Lib. 10. Moral. c. 27. ante med.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſ. dicit 2. ad Cor. 4. Abdicam⁹ multa đdecoris, ñ ambulātes ī aſtutia, neq; adulterātes uerbũ Dei. ergo aſtutia ē qđdā pctm̃.

Respon. Dicēdũ, ꝙ prudētia eſt recta rō agibiliũ, ſicut ſcientia eſt recta rō ſcibiliũ. Cōtingit aũt cōtra rectitudinē ſcientiæ dupl̃r peccari in ſpeculatiuis. Vno qdē mō, qñ rō inducit ad aliquā cōclōnē falſam, q̃ apparet uera. Alio mō ex eo, ꝙ rō pcedit ex aliqbus falſis, q̃ vñr eſſe uera ſiuē ſint ad cōclōnē verā, ſiue ad cōclōnē falſam. Ita ēt aliquod pctm̃ pōt eſſe cōtra prudētiā, hñs aliquam ſiītudinē eius dupl̃r. Vno mō, qa ſtudiũ rōnis ordinat ad finē, q nō eſt uerè bonus, ſed apparēs: & hoc ptinet ad prudētiā carnis. Alio mō, inquātũ aliqs ad finē cōſequēdũ, uel ad bonũ, uel ad malũ, utit nō ueris viis, ſed ſimulatis & apparētibus, & hoc ptinet ad pctm̃ aſtutiæ. Vñ ē quoddā pctm̃ prudētię oppoſitũ, & à prudētia carnis diſtinctũ.

Conclu. m

Ad primum ergo dicēdũ, ꝙ ſicut* Aug. dicit ī 4. cōtra Iulianũ. Sicut prudētia abuſiuè qñq; in malo accipit: ita ēt aſtutia qñque in bono, & hoc pp ſiītudinē vnius ad alterũ. Propriè tñ aſtutia ī malo accipitur, ſicut & * Philoſ. dicit in 6. Ethicor.

* Li. 4. c. 3. parũ ante medi. t. 7.

* cap. 11 a medio illius, to. 5.

Ad II dicendũ, ꝙ aſtutia pōt conſiliari & ad finem bonum, & ad finē malũ, nec oportet ad finē bonũ falſis viis puenire, & ſimulatis, ſed ueris: unde aſtutia ēt ſi ordinetur ad bonum finē, eſt pctm̃.

Ad III dicendum, ꝙ Greg. ſub prudētia mundi accepit oīa, quę poſſunt ad falſam prudentiā ptinere: vnde etiam ſub hac comprehendit aſtutia.

Articvlvs IIII.

Vtrum dolum ſit peccatum, ad aſtutiam pertinens.

Porrecta per totum.

306 Inf. q. 69. art. 2. cor. & q. 111. ar. 3. ad 2.

AD quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ dolus non ſit peccatũ ad aſtutiā pertinens. Peccatum.n. in perfectis uiris non inuenitur, præcipuè mortale: inuenitur autē in eis aliquis dolus, ſecundum illud 2. ad Corint. 12. Cum eſſem aſtutus, dolo uos cępi. ergo dolus non eſt ſemper peccatũ.

¶2 Præt. Dolus maximè ad linguam pertinere videtur, ſecũdùm illud Pſ. 5. Linguis ſuis dolosè agebant: aſtutia aũt, ſicut & prudētia, eſt in ipſo actu rationis. ergo dolus non pertinet ad aſtutiam.

¶3 Præt. Prou. 12. dr̃. Dolus in corde cogitantium mala: ſed non oīs malorũ cogitatio ptinet ad aſtutiā. ergo dolus non uidet ad aſtutiam pertinere.

Sed contra eſt, ꝙ aſtutia ad circũueniendum ordinat, ſm̃ illud Apoſt. ad Epheſ. 4. In aſtutia ad

circumuentionem erroris, ad quod etiam dolus ordinatur. ergo dolus pertinet ad aſtutiam.

* Ar pce. RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, ad aſtutiã ptinet aſſumere vias nõ veras: ſed ſimulatas & apparẽtes ad aliquẽ finẽ ꝓſequẽdũ vel bonũ, vel malũ. Aſſumptio aũt harũ viarũ põt dupľr cõſiderari. Vno qdem mõ in ipſa excogitatione viarum hmõi: & hoc ꝓpriè ptinet ad aſtutiã, ſicut ẽt excogitatio rectarũ viarũ ad debitũ finẽ, ptinet ad prudentiã. Alio mõ põt cõſiderari taliũ viarũ aſſumptio ſm executionẽ operis: & ſm hoc pertinet ad dolum. & ideò ᵐ dolus importat quandam executionem aſtutiæ: & ſm hoc ad aſtutiam pertinet.ⁿ Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut aſtutia ꝓpriè accipitur in malo, abuſiuè autem in bono: ita etiam & dolus, qui ẽſt aſtutiæ executio.

AD II dicendũ, ꝙ executio aſtutiæ ad decipiendũ, primò qdẽ & principaľr fit ꝑ verba, q̃ pcipuũ locũ tenẽt inter ſigna, qbus hõ ſignificat aliquid alteri, ut patet ꝑ * Aug. in lib. de doct. Chriſt. Et idõ dolus maximè attribuit̃ locutioni. Cõtingit tñ eſſe dolũ & in factis, ſm illud Pſal. 104. Et dolum facerent in ſeruos eius. Eſt ẽt dolus in corde, ſm illud Eccleſ. 19. Interiora eius plena ſunt dolo: ſed hoc eſt ſecundum ꝙ aliquis dolus excogitat, ſecũdùm illud Pſal. 37. Et dolos tota die meditabãtur. * Li. 2. c. 3 circa mediũ to 3.

AD III dicendum, ꝙ quicunq; cogitãt aliquod malũ facere, neceſſe eſt ꝙ excogitẽt aliquas uias ad hoc, ꝙ ſuũ ꝓpoſitũ impleãt, & ut plurimũ excogitãt uias doloſas, qbus facilius ꝓpoſitũ conſequant̃: quis contingat q̃nque, ꝙ abſque aſtutia, & dolo, aliq̃ apertè, & per uiolentiã malũ operent̃: ſed hoc, quia difficilius fit, in paucioribus accidit.

SVPER A QV. LV. ART. V. — IN artic. 5. ſi uerba Hier. notes, Solicitudo inquietudinẽ ſecũ defert, quã Dñs malitiã uocat, & in malã partẽ reſpũ tẽporalium ſonare vẽ: Author ũi pro claritate ſuperfluitatẽ apponit, ita ut nõ ſolicitudo, ſed ſolicitudo ſuperflua damnetur & in idem redit. Porrecta per totum. 307 Supra ar. 4. & locis ibidẽ notatis.

ARTICVLVS V.

Vtrum fraus ad aſtutiam pertineat.

AD QVINTVM ſic ꝓcedit̃. Vĩ ꝙ fraus ad aſtutiã non ptineat. Non. n. eſt laudabile, ꝙ aliquis ʰ decipi ſe patiat̃, ad quod aſtutia tẽdit: eſt aũt laudabile, ꝙ aliqs patiat̃ fraudem, ſm illud 1. ad Corint. 6. Quare non magis fraudem patimini? ergo fraus non pertinet ad aſtutiã.

¶ 2 Præt. Fraus pertinere vĩ ad illicitã exceptionẽ, uel receptionẽ exteriorũ rerũ dr̃. n. Act. 5. ꝙ uir quidam nomine Ananias cũ Saphira uxore ſua uendidit agrum, & fraudauit de ꝑtio agri: ſed illicitè vſurpare, uel retinere res exteriores, ptinet ad iniuſtitiã, uel illiberalitatẽ. ergo fraus nõ ptinet ad ʰ aſtutiã, q̃ opponit̃ prudentiæ.

¶ 3 Præt. Nullus aſtutia ʰ utitur cõtra ſeipſum: ſed aliquorũ fraudes ſunt cõtra ſeipſos. dr̃. n. Prouer. 1. de quibuſdam, quòd moliuntur fraudes cõtra animas ſuas. ergo fraus non pertinet ad aſtutiam.

SED CONTRA. Fraus ad deceptionem ordinat̃, ſecundùm illud Iob. 13. Nunquid decipietur, ut homo ueſtris fraudulentiis? ad idem etiam ordinatur aſtutia. ergo fraus ad aſtutiam pertinet.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut dolus conſiſtit in executione aſtutiæ, ita etiam & fraus: ſed in hoc differre uidentur, ꝙ dolus pertinet uniuerſaliter ad executionem aſtutiæ ſiuè fiat per uerba, ſiuè ꝑ facta. ᵐ Fraus aũt magis propriè pertinet ad executionem aſtutiæ, ſecundum quod fit per facta.ⁿ Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Apoſtolus nõ inducit fideles ad hoc, ꝙ decipiantur in cognoſcendo, ſed ad hoc ꝙ defectum deceptionis patienter tolerent in ſuſtinendis iniuriis fraudulẽter illatis.

AD II dicendũ, ꝙ executio aſtutiæ põt fieri ꝑ aliquod aliud uitium, ſicut & executio prudentiæ fit per uirtutes. Et hoc mõ nihil ꝓhibet defraudationem pertinere ad auaritiã, uel ad illiberalitatẽ.

AD III dicendum, ꝙ illi q̃ fraudes faciũt ex eorũ intẽtione nõ moliunt̃ aliq̃d cõtra ſeipſos, vel cõtra animas ſuas: ſed ex iuſto Dei iudicio prouenit, ut id qđ cõtra alios moliunt̃, cõtra eos retorqueat̃, ſm illud Pſ. 7. Incidit in foueã, quam fecit.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ licitũ ſit ſolicitudinem habere de temporalibus rebus. Porrecta per totum.

Ferr. 3. cont. c. 435.

AD SEXTVM ſic ꝓcedit̃. Vĩ ꝙ licitũ ſit ſolicitudinẽ hr̃e de tpalibus rebus. Ad pſidẽtẽ. n. ptinet ʰ ſolicitũ eſſe de his, qbus pẽſt, ſm illud Rom. 12. Qui pẽſt in ſolicitudine: ſed hõ pẽſt ex diuina ordinatione tpalibus rebus, ſm illud Pſ. 8. Oĩa ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues &c. ergo hõ dẽt hr̃e ſolicitudinem de tẽporalibus rebus. 308 Infra q. 118. ar. 7. cor. & 3. contra c. 435. & Et quol 7. ar 1 c. 17. ad 7. Et Phil. 1. l. 4.

¶ 2 Præt. Vnuſquiſq; ſolicitus eſt de fine, ꝑꝑ quem operat̃: ſed licitum eſt hominẽ operari ꝑꝑ tẽporalia, quibus uitam ſuſtentet. unde Apoſto. dicit 2. ad Theſſ. 3. Si quis non vult operari, non mãducet. ergo licitum eſt ʰ ſolicitari de rebus tẽporalibus.

¶ 3 Præt. ʰ Solicitudo de operibꝰ miſericordiæ laudabilis eſt, ſm illud 2. ad Timot. 1. Cum Romã ueniſſet, ſolicitè me quæſiuit: ſed ſolicitudo temporalium rerum q̃nque pertinet ad opera miſericordiæ, puta, cum quis ſolicitudinẽ adhibet ad procurandum negotia pupillorum, & pauperum. ergo ſolicitudo temporalium rerum non eſt illicita.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dñs dicit Mat. 6. Nolite ſoliciti, eſſe, dicẽtes, Quid mãducabimꝰ, aut qd bibemꝰ, aut quo operiemur, q̃ tñ ſũt maximè neceſſaria.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſolicitudo importat ſtudiũ quoddã adhibitũ ad aliq̃d cõſequẽdũ. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ maius ſtudiũ adhibet̃, ubi eſt timor deficiẽdi: & idõ ubi eſt ſecuritas cõſequẽdi, minor interuenit ſolicitudo. Sic ergo ᵐ ſolicitudo tpalium rerum tripľr põt eſſe illicita.ⁿ Vno quidẽ modo, ex parte eius de quo ſolicitamur, ſi. ſ. tpalia tanq̃ finẽ q̃ramus. Vnde & * Aug. dicit in lib. de operib. monachorũ. Cum Dñs dicit, Nolite ſoliciti eſſe &c. hoc dicit, ut non iſta intueant̃, & ꝑꝑ iſta faciãt qcquid in Euangelij pdicatione facere iubent̃. Alio mõ, põt eſſe tpalium ſolicitudo illicita ꝑꝑ ſuperfluum ſtudium, qđ apponitur ad tpalia procuranda, propter quod hõ à ſpiritualibus, quibus principalius inſeruire debet, retrahitur: & ideo dicitur Mat. 13. ꝙ ſolicitudo ſeculi ſuffocat uerbum. Tertio modo, ex parte timoris ſuperflui, qñ ſcilicet aliquis timet ne faciendo qđ debet, neceſſaria ſibi deficiant: qđ Dominus dupliciter excludit. Primo Conclu. m *Cap. 26. paulo a prin. to. 3

mo pp maiora beneficia homini præſtita diuinitus pter ſuam ſolicitudinem.ſ.corpus, & animam. Secundo, pp ſubuentionē, qua Deus aīalibus, & plantis ſubuenit abſq; opere humano, ſm proportionē ſuæ naturæ. Tertio, ex diuina prouidentia, pp cuius ignorantiā Gentiles circa tēporalia bona q̄renda principalius ſolicitantur: & ideò cōcludit, ꝙ principaliter noſtra ſolicitudo eē dēt de ſpiritualibus bonis, ſperātes ꝙ ēt temporalia nobis ꝓueniāt ad neceſſitatē, ſi fecerimus qđ debemus.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ tēporalia bona ſubiecta ſunt homini, vt eis vtaē ad neceſſitatē, nō vt i eis finē cōſtituat, & ſupfluè circa ea ſoliciteē.

Ad II dicēdū, q ſolicitudo eius, qui corporali labore panē acquirit, nō eſt ſuperflua, ſi ſit moderata: & iō* Hier. dicit ꝙ labor exercendus eſt, ſolicitudo tollenda, ſuperflua.ſ. animum inquietans.

* Super illud Matt. 6. Nolite ſoliciti eſſe, tom. 9.

Ad III dicendū, ꝙ ſolicitudo temporalium in operibus miſericordiæ ordinatur ad finem charitatis: & ideò non eſt illicita, niſi ſit ſuperflua.

SVPER QV. LV. ARTIC. VII.

Porrecta per totum. 309 Infr. 188. ar. 7. ad 2 Et 3. contra. c. 135. fin.

IN 7. vero art. ex reſpōſione ad ſcdm habes ſenſum tituli, pro quo ſupponit ly futurorū.ſ. pro tēporalibus: quā in tēporalibus tm̄ habēt ex proprio genere locū præteritū, & futurū. Spirituale nāque ex ſuo genere ſupra tēpus eſt. Itaq; ſenſus eſt, an aliquis debeat eſſe ſolicitus futurorū tēporaliū. Et hoc oportuit ſpecialiter inquiri poſt pcedentē articulū de ſolicitudine tēporaliū abſolutè, quia habet proprias difficultates, vt patet in litera.

ARTICVLVS VII.

Vtrum quis debeat eſſe ſolicitus futurorum.

AD SEPTIMVM ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ aliqs dēat ſolicitus eſſe futurorū. Dr̄.n. Prou. 6. Vade ad formica ò piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapiētiā, q̄ cū nō hēat ducē, nec præceptorē, hparat in æſtate cibū ſibi, & cōgregat in meſſe qđ comedat: ſed hoc eſt in futurū ſolicitari. ergo laudabilis eſt ſolicitudo futurorum.

¶2 Præt. Solicitudo ad prudētiā ptinet: ſed prudētia pcipuè eſt futurorū. pcipua.n. pars ei⁹ eſt h prouidētia futurorū, vt ſupra* dictū eſt. ergo virtuoſum eſt ſolicitari de futuris.

*q. 49. artic. 6.

¶3 Præt. Quicūq; reponit aliqd in poſterum conſeruandum, ſolicitus h eſt in futurum: ſed ipſe Chrs legitur Io. 12. loculos habuiſſe ad aliquid conſeruandum, quos Iudas deferebat. Apoſtoli ēt cōſeruabant pretia pdiorū, q̄ ante pedes eorū ponebātur, vt legiē Act. 4. ergo licitū eſt i futurū ſolicitari.

Sed contra eſt, quod Dominus dicit Matth. 6. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. Cras autem ibi ponitur pro futuro, ſicut dicit* Hieronymus.

* In fine cōmentarij cap. 6. Mat. to. 9.

Resp. Dicēdū, ꝙ nullū op⁹ pōt eſſe virtuoſum, niſi debitis circunſtātijs veſtiat, inter quas vna eſt debitū tēpus, ſm illud Ecc. 8. Omni negotio tempus eſt opportunitas: qđ nō ſolū in exterioribus operibus, ſed ēt in interiori ſolicitudine locum hēt. Vnicuiq;.n. tēpori cōpetit ꝓpria ſolicitudo, ſicut tēpori æſtatis cōpetit ſolicitudo metendi: ipſi autūno aūt cōpetit ſolicitudo vindemiæ m. Si qs ergo tēpore æſtatis de vindemia iā eſſet ſolicitus, ſupfluè pccuparet futuri tēporis ſolicitudinē n, vñ hmōi ſolicitudinē tamq̄ ſupfluā Dn̄s ꝓhibet, dicēs. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. Vñ ſubdit: Craſtinus.n. dies ſolicitus erit ſibijpſi, i. ſuā ꝓpriam ſolicitudinem habebit, quæ ſufficiet ad animum affligendum. & hoc eſt, quod ſubdit: Sufficit diei malitia ſua, ideſt, afflictio ſolicitudinis.

Contin. m

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ formica hēt ſolicitudinē cōgruā tēpori: & hoc nobis imitādū ꝓpōnit.

Ad II dicēdū, ꝙ ad prudētiā ptinet prouidētia debita futurorū. Eſſet aūt inordinata futurorū ꝓuidētia, uel ſolicitudo, ſi quis tēporalia, in quibus dr̄ præteritum, & futurum, tamq̄ fines, quæreret, uel ſi ſuperflua quæreret vltra præſentis uitæ neceſſitatē, uel ſi tēpus ſolicitudinis præoccuparet.

Ad III dicēdū, ꝙ ſicut* Aug. dicit in lib. de ſer. Domi. in mon. Cū viderimus aliquem ſeruum Dei ꝓuidere, ne iſta neceſſaria ſibi deſint, nō iudicem° eū de craſtino ſolicitum eſſe: nam & ipſe Dn̄s pp exēplū loculos habere dignatus eſt, & in Actibus Apoſtolorum ſcriptū eſt, ea q̄ ad victum ſunt neceſſaria, procurata eſſe in futurū pp imminentem famē. nō ergo Dn̄s improbat, ſi quis humano more iſta procuret, ſed ſi qs pp iſta non militet Deo.

* Li. 2. ac. 26. i prin. tom. 4.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hmōi uitia orianē ex auaritia.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ hmōi vitia nō orianē ex auaritia. Quia ſicut* dictū eſt, p luxuriā maximè rō patiē defectū in ſua rectitudine: ſed hmōi vitia opponuntur rōni rectæ, ſ. prudētiæ ergo hmōi uitia maximè ex luxuria oriunē, præſertim cū † Philoſophus dicat in 7. Eth. Quòd Venus eſt doloſa, & ei⁹ corriga ē uaria, & ꝙ ex inſidijs agit īcōtinēs cōcupiſcētię.

¶2 Præt. Prędicta uitia habent quandam ſimilitudinem prudētiæ, vt † dictū eſt: ſed ad prudentiam, cū ſit in ratione, maiorē propinquitatē habere uidētur uitia magis ſpiritualia, ut ſuperbia, & inanis gloria. ergo huiuſmodi uitia magis uidenē ex h ſuperbia oriri, q̄ ex auaritia.

¶3 Pręt. Hō inſidijs utiē nō ſolū in diripiēdis bonis alienis, ſed ēt in machinando aliorum cædes quorum primum pertinet ad auaritiam, ſecundum ad h iram: ſed inſidijs uti pertinet ad aſtutiam, dolum, & fraudē. ergo prædicta uitia non ſolum oriuntur ex auaritia, ſed etiam ex ira.

Sed contra eſt, quod* Gregor. 31. Moral. ponit fraudem filiam auaritię.

Respon. Dicēdū, ꝙ ſicut* dictū eſt, prudentia carnis, & aſtutia cū dolo & fraude, quādā ſimilitudinē habēt cū prudētia i aliquali uſu rōnis. Pręcipuè aūt iter alias uirtutes morales uſus rōnis rectę apparet in iuſtitia, q̄ eſt in appetitu rōnali: & iō uſus rōnis indebitus ēt maximè apparet in uitijs oppoſitis iuſtitię. Opponit aūt ſibi maximè auaritia: & iō n pdicta uitia maximè ex auaritia oriūē n.

* Lib. 31. Moral. c. 31. a medio.
* Ar. 3 huius q. & q. 47. ar. 13.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ luxuria d propter uehementiā delectationis, & cōcupiſcētiæ, tota-

Contin. n D. 438.

SVPER QV. LV. ART. VIII.

Ferr. 3. cont. c. 135.

Porrecta per totum. 310 Inf. q. 118 art. 7. & 8. Et 2. 3. 48 q. 2. & 3. Et Mal. q. 13. ar. 3. * q. 53. artic. 6.

IN vltimo adē art. aduerte, ꝙ quēadmodū in uirtute tēperantiæ maximè relucet refrænatio concupiſcentiæ, & in fortitudine firmitas animi: ita in iuſtitia rectitudo rationis, dū æqualitas ſeruaē, & ius ſuū cuiq; tribuitur. Et ppea proportionaliter in contrarijs vitijs earūdē operationū deformitates relucēt, ſ. cōcupiſcētię immoderatio, animi uilitas rōnis peruerſitas. Et propterea vitia iſta ā rōne quidē vtūtur, ſed malè, ex cōtrarijs iuſtitiæ præcipuè oriri docet author. Et hec ſufficiant pro hac, & pro toto ſequēti, 56. ſe licet quæſtione, ac per hoc pro tota tractatu prudentiæ.

† li. 7. Eth. ca. 6. circa medium. lect. 6.
† q. 47. ar. 13. & i diuiſione q. 55. & 55.

liter opprimit rõnem, ne prodeat in actũ. In prędi- F
ctis aũt vitijs aliquis vſus rationis eſt, licèt inordi-
natus: vñ prædicta uitia nõ oriuntur directè ex lu-
*Loco citato in arg. xuria. Quòd aũt *Philoſophus Venerem doloſam
appellat, hoc dr̃ ſecundum quãdam ſimilitudinẽ,
inquantũ. ſ. hominem ſubito ſurripit, ſicut & in do-
lis agitur: non tamen per aſtutias, ſed magis ꝑ vio-
lentiam concupiſcentiæ, & delectationis. Vnde &
ſubdit, ꝙ Venus furatur intellectũ multũ ſapiẽtis.

Ad II dicendũ, ꝙ ex inſidijs agere, ad quadã pu-
ſillanimitatẽ ꝑtinere vr̃. Magnanimus. n. in oĩbus
*li. 4. Eth. ca. 3. to. 5. vult manifeſtus eſſe, vt *Phil. dicit in 4. Eth. & ideò
qa ſuperbia quandã ſimilitudinẽ magnanimitatis G
hẽt, vel fingit, inde eſt, ꝙ non directè ex ſuperbia
hmõi vitia oriunt̃, q̃ vtuntur fraude, & dolo. Ma-
gis aũt hoc pertinet ad auaritiam, quæ propriam
vtilitatem quærit, paruipendens excellentiam.

Ad III dicẽdũ, ꝙ ira habet ſubitum motũ. Vn-
de præcipitanter agit, & abſq; conſilio, quo vtun-
tur ꝓdicta vitia, licèt inordinatè. Quòd aũt aliqui
inſidijs vtant̃ ad cædes aliorum, non prouenit ex
ira, ſed magis ex odio: qa iracũdus appetit eſſe ma-
*Li. 2. c. 2. declinando ad fi. tom. 6. nifeſtus in nocendo, vt dicit * Philoſ. in 2. Rhetor.

QVAESTIO LVI.

De præceptis pertinentibus ad prudentiam, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de præceptis pertinentibus ad prudentiam.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, De pceptis pertinẽtibus ad prudentiam.
¶ Secũdò, De pceptis ꝑtinẽtibꝰ ad vitia oppoſita.

Articvlvs primvs.

Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi.

Porrecta per totum. 311

Ad primvm ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ de prudẽtia fuerit
dãdũ aliqđ pceptũ inter pcepta decalogi. De
h principaliori. n. virtute principaliora pcepta da- I
ri debent: ſed principaliora pcepta legis ſunt pce-
pta decalogi. cũ ergo prudẽtia ſit principalior in-
ter virtutes morales, vr̃ ꝙ de prudentia fuerit dan-
dum aliquod præceptũ inter præcepta decalogi.
¶ 2 Præt. In doctrina euãgelica continetur lex, ma-
ximè quãtũ ad præcepta decalogi: ſed in doctrina
euangelica datur præceptũ de prudentia, vt Mat.
10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. ergo inter p-
cepta decalogi debuit præcipi actus prudentiæ.
¶ 3 Præt. alia documẽta veteris teſtamenti ad pce-
pta decalogi ordinant̃. vnde & Malach. vlt. dr̃ Me-
mẽtote legis Moyſi ſerui mei, quam mãdaui ei in K
Horeb: ſed in alijs documẽtis ueteris teſtamẽti dã-
tur pcepta de prudẽtia, ſicut Prou. 3. Ne innitaris
prudẽtiæ tuæ. & infra 4. c. Palpebræ tuæ pcedant
greſſus tuos. ergo h & in lege debuit aliqđ pceptũ
de prudẽtia dari, & pcipuè inter pcepta decalogi.

Sed contrarivm patet enumeranti præcepta
decalogi.

1. 2. q. 100. ar. 1. Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra *dictũ eſt, cum
de præceptis ageretur, pcepta decalogi ſicut data
ſunt omni populo, ita et cadũt in æſtimatione om-
nium, quaſi ad naturalem rationem pertinentia.
Præcipuè autem ſunt de dictamine rationis natu-
ralis fines humanæ vitæ, qui ſe habent in agendis
ſicut principia naturaliter cognita in ſpeculati-
uis, vt ex ſupra *dictis patet. Prudentia autem non *q. 47. artic. 6.
eſt circa finem, ſed circa ea quæ ſunt ad finẽ, ut ſu-
pra *dictũ eſt: & ideò m nõ fuit conueniens, vt inter *q. 47. artic. 6.
præcepta decalogi aliquod pceptum poneret, ad
prudentiam pertinens directè, ad quam tamẽ om- *Conclu.*
nia præcepta decalogi pertinent, ſecundum quòd
ipſa eſt directiua omnium virtuoſorum actuum n.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ licèt prudentia
ſit ſimpliciter principalior omnibus alijs uirtuti-
bus moralibus, iuſtitia tamẽ principalius reſpicit
rationem debiti, quod requiritur ad præceptum,
vt ſupra * dictum eſt: & ideò principalia præcepta * q. 44. ar. 1. & 1. 2. q. 60. a. 3.
legis, quæ ſunt præcepta decalogi, magis debue-
runt ad iuſtitiam, quàm ad prudentiam pertinere.

Ad II dicẽdũ, ꝙ doctrina euangelica eſt do-
ctrina perfectionis: & ideò oportuit, quòd in ipſa
pfectè inſtrueretur hõ de omnibus, quæ pertinẽt
ad rectitudinem uitæ ſiuè ſint fines, ſiue ſint ea, q̃
ſunt ad finem. Et propter hoc oportuit iu doctri-
na euangelica etiam de prudentia præcepta dari.

Ad III dicendũ, ꝙ ſicut alia doctrina ueteris te-
ſtamẽti ordinat̃ ad præcepta decalogi, ut ad finẽ:
ita ẽt conueniens fuit, ut in ſubſequentibus docu-
mẽtis ueteris teſtamẽti, homines inſtruerentur de
actu prudentiæ, qui eſt circa ea, quæ ſunt ad finẽ.

Articvlvs II.

Vtrum in veteri lege fuerint conuenienter præcepta prohibitiua propoſita de uitijs oppoſitis prudentiæ.

Porrecta per totum. 312

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ in ue-
teri lege fuerint incõuenienter pcepta ꝓhi-
bitiua ꝓpoſita de uitijs oppoſitis prudẽtię. Oppo-
nuntur h. n. prudentię nõ minus illa, q̃ habent dire-
ctã oppoſitionẽ ad ipſam, ſicut ĩprudẽtia, & par-
tes eius, q̃ illa, q̃ cum ipſa ſimilitudinem habent,
ſicut aſtutia, & q̃ ad ipſam pertinent: ſed hęc uitia
prohibentur in lege. dicitur enim Leuit. 19. Nõ fa-
cias calumniã proximo tuo. & Deut. 25 Nõ habe-
bis i ſacculo tuo diuerſa põdera, minus, & maius.
ergo & de illis uitijs, q̃ directè opponuntur prudẽ-
tię, aliqua pręcepta prohibitiua dari debuerunt.
¶ 2 Pręt. In multis alijs rebus h poteſt fieri fraus, q̃
in emptione, & uẽditione. icõueniẽter ergo frau-
dẽ in ſola h emptione, & uẽditione lex prohibuit.
¶ 3 Pręt. Eadem rõ eſt pręcipiendi actum uirtutis,
& prohibendi actum uitij oppoſiti: ſed actus h pru-
dentię non inueniuntur in lege pręcepti. ergo nec
aliqua oppoſita uitia debuerũt in lege prohiberi.

Sed contrarivm patet per pręcepta legis in-
ductiua.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra *dictũ eſt, iuſti- * 1. 2. q. 60. art. 3. ad 1.
tia maximè reſpicit rõnẽ debiti, qđ requiritur ad
pceptũ: qa iuſtitia eſt ad reddẽdũ debitũ alteri, ut
infra * dicet̃. Aſtutia aũt quãtũ ad executionẽ ma- *q. 58. artic. 1.
ximè cõmittit̃ in his, circa q̃ eſt iuſtitia, vt * dictũ *q. 55. artic. 5.
eſt: & iõ m cõueniẽs fuit, vt pcepta prohibitiua da-
rent̃ in lege de executione aſtutię, & inquãtũ ad *Conclu.*
iniuſtitia pertinet: ſicut cum dolo, & fraude aliqs
alicui calumniam ingerit, uel eius bona ſurripit n.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illa uitia

quæ

quæ directæ opponunt prudentiæ manifeſta con A trarietate, non ita pertinēt ad iniuſtitiā, ſicut executio aſtutiæ. Et ideò non ita prohibenť in lege, ſicut fraus, & dolus, quæ ad iniuſtitiā pertinent.

Ad II dicendū, ꝙ omnis fraus, vel dolus cōmiſſa in his, quæ ad iniuſtitiam pertinent, poteſt intelligi eſſe prohibita, Leuit. 19. in prohibitione calūniæ. Præcipuè aūt ſolet fraus exerceri, & dolus in emptione, & venditione, ſm illud Eccl. 26. Nō iuſtificabitur caupo à peccato labiorū. Propter hoc ſpecialiter præceptum prohibitiuū datur in lege de fraude circa emptiones & vēditiones cōmiſſa.

Ad III dicēdū, ꝙ omnia præcepta de actib. iu B ſtitiæ i lege data, ꝑtinēt ad executionē prudētiæ: ſicut & ꝓcepta ꝓhibitiua data ꝺ furto, calūnia, & fraudulētia vēdōne ꝑtinēt ad executionē aſtutię

QVAESTIO LVII.

De iure, in quatuor articulos diuiſa.

Consequenter poſt prudentiā cōſiderandum eſt de iuſtitia.

¶ Circa quam quadruplex conſideratio occurrit. Prima eſt, de iuſtitia: ſecūda de par C tibus ei⁹: tertia, de dono ad hoc pertinente: quarta, de præceptis ad iuſtitiam pertinentibus.

¶ Circa iuſtitiā verò conſiderāda ſunt quatuor. Primò quidē, ꝺ iure: ſcꝺò, de ipſa iuſtitia: tertiò, ꝺ iniuſtitia: quartò ꝺ iudicio

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ius ſit obiectū iuſtitiæ.

¶ Secundò, Vtrū ius conuenienter diuidatur in ius naturale, & poſitiuum.

¶ Tertiò, Vtrum ius gētium ſit idem quod ius nāturale.

¶ Quartò, Vtrum ius dominatiuum, & paternum debeat ſpecialiter diſtingui.

Articvlvs I.

Vtrum ius ſit obiectum iuſtitiæ

Ad primvm ſic procedit. Vř ꝙ ius nō ſit obiectū iuſtitiæ. Dicit. n.* Celſus Iuriſcōſultus, ꝙ h ius eſt ars boni, & æqui: ars aūt non eſt obiectū iuſtitię, ſed eſt ꝑ ſe uirtus intellectualis. ergo ius nō ē obiectū iuſtitiæ.

¶ 2 Præt. Lex, ſicut† Iſidorus dicit in lib. Etymol. h iuris eſt ſpēs lex aūt non eſt obiectum iuſtitiæ, ſed magis prudentiæ. unde & † Philoſoph. legiſpoſitiuam, partem prudentiæ ponit. ergo ius non eſt obiectum iuſtitiæ.

¶ 3 Præt. h Iuſtitia principalr ſubijcit hominem Deo. Dicit. n.* Aug. in lib. de moribus Ecclīæ, ꝙ iuſtitia eſt amor tm̄ Deo ſeruiens, & ob hoc bn̄ imperās cæteris, q̄ homini ſubiecta ſunt: ſed ius nō ꝑtinet ad diuina, ſed ſolū ad humana. dicit. n.* Iſido. in lib. Etymol. ꝙ fas lex diuina eſt, ius autem lex humana. ergo ius non eſt obiectū iuſtitiæ.

Sed contra eſt, qꝺ* Iſidorus dicit in eodem, ꝙ ius dictū B eſt, quia eſt iuſtum: ſed iuſtū eſt obiectū iuſtitiæ. Dicit. n.† Philoſoph. in 5. Ethi. ꝙ omnes talem habitum volunt dicere iuſtitiā a quo operatiui iuſtorum ſunt. ergo ius eſt obiectum iuſtitiæ.

Respon. dicēdum, ꝙ iuſtitiæ ꝓprium eſt inter alias virtutes, ut ordinet hominem in his, quę ſunt ad alterum. Importat. n. æqualitatem quandā, ut ipſum nomen demonſtrat. Dūr. n. vulC gariter ea quæ adæquantur, iuſtari: ęqualitas aūt ad alterum eſt. Aliæ aūt uirtutes perficiūt hominem ſolum in his, q̄ ei cōueniunt ſm ſeipſum. Sic ergo illud, qꝺ eſt rectū in operib. aliarum uirtutū, ad quod tēdit intētio uirtutis quaſi in ꝓpriū obiectū, nō accipitur niſi ꝑ cōparationē ad agentem. Rectū verò, qꝺ eſt in operæ iuſtitię, ēt præter comparationē ad agētem, D conſtituitur ꝑ cōparationē ad aliud. Illud. n. in opere nřo dř eſſe iuſtum, qꝺ rńdet ſm aliquam æqualitatem alteri, puta, recōpenſatio mercedis debitæ pro ſeruitio impenſo. Sic ergo iuſtū dř aliquid, quaſi habens rectitudinem iuſtitiæ, ad quod terminatur actio iuſtitiæ, etiam non conſiderato qualiter ab agente fiat: ſed in alijs uirtutibus nō determinatur aliquid rectum, E niſi ſm quòd aliqualiter fit ab agente. Et pp hoc ſpecialiter iuſtitiæ præ alijs uirtutibus, determinatur ſecundùm ſe obiectum, quod uocatur iuſtū: & hoc quidē eſt ius. Vñ manifeſtum eſt ꝙ m ius eſt obiectum iuſtitiæ.* *Conclu.* m

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ conſuetum eſt, ꝙ nomina a ſui prima impoſitione retorqueanť ad alia ſignificanda. Sicut nomē medicinæ impoſitū eſt primo ad ſignificandum remedium, quod pręſtať iſirmo ad ſanādū, ꝺinde tractū eſt ad ſignificādā artē, qua hoc fit: ita ēt hoc nomē ius, primo impoſitū eſt ad ſignificādū ipſam rē iuſtā: poſtmodū

Porrecta per totum.
313
* Infra q. 60. arti. 1. cor.
* In digeſto ueteri li. 1. tit. 1. in princi.
¶ lib. 5. Etymo. c. 3 princ.
† Libr. 6. Eth. ca. 6. tom. 5.
* Ca. 5. circa mediū tom. 1.
* Li. 5. c. 2
* Li. 5. c. 3. in princi.
† Li. 5. c. 1. in princi. tom. 5.

SVPER QV. LVII.

In hac q. 57. ſeptima pars huius libri, tractās de uirtute iuſtitiæ, & extēditur vſque ad quęſtionem 122. incluſiuè.

SVPER QV. LVII. ARTIC. I.

tale beneficium vacans debetur alicui illius Eccleſiæ parti quæ digna eſt: ſed aliter debeť ante actũ diſtributionis, & aliter poſt quia ante actum diſtributionis debetur digno vt cõe, ita q eſt ſuũ vt res cõis. Diſtributionis ãt act⁹ facit de cõi propriũ. Eſt ſiquidẽ diſtributio appropriatio rei cõis ad ſingulares pſonas. Et propterea quando incipit diſtribui hoc beneficium pro illo digno, incipit illud beneficium fieri ſuum vt appropriũ et quanto plus procedit diſtributionis actus pro ipſo, tanto plus fit ſuum, ut proprium. Itaque conſumato diſtributionis actu pro ipſo beneficiũ, quod à principio uacationis erat ſuum vt commune eſt ſuum vt proprium. Et propterea quod prius erat ſibi debitum ut commune, poſtmodum eſt ſibi debitum ut proprium. Et ſi quis poſt diſtributionem auferret, proculdubio auferret ab illo proprium. Impediens ergo à conſecutione beneficij digniorem, directè agit contra diſtributionis actum, quo beneficium illud debebat fieri ſuum ut proprium: et propterea quanto magis proceſſit actus diſtributionis pro illo, tanto ad plus tenetur. Diſtributor autem, quia ſibi cõmiſſa eſt diſpenſatio cõmunium bonorum, & teneť ad tribuendum beneficiũ digniori ſiue ex malo impedientis conſilio auertat ſe à digniore, ſiue ꝓprio motu, ad reſtitutionem tenetur. Et quia ipſe teneť ad tribuendum digniori quod erat ſuũ ut cõmune, quia ad officiũ ſuum ſpectat applicare commune huic, ideò ipſe tenetur ad reſtituendum æquale illi beneficio: qm̃ ipſe tenebatur ad actum diſtributionis conſumatum pro illo, & hoc ſi non poterat impedire. Vnde inter diſtributorem & impedientem hæc eſt dr̃ia quia impediens tenetur ratione appropriationis debitæ uiolatæ: diſtributor ãt ratione utriuſq;, ſcilicet & uiolatæ appropriationis debitæ, & omiſſæ diſtributionis debitæ. Et q diſtributor teneatur ad reſtituendum æquale, potes ſumere ex præcedenti artic. in reſponſione ad ultimum. ubi dicitur, q diſtribuens, qui minus q̃ debuit, dedit alicui de communibus, tenetur recompẽſare ſecundum ęqualitatem rei ad rem, ut. ſ. quãto minus habuit q̃ debuit, tanto plus ei detur. uerbi gratia. Si debebatur alicui de communibus centum, & data ſunt ei quinquaginta, debentur alia quinquaginta, & ſi nihil habuiſſet, deberenť ei centũ: alioquin non fieret reſtitutio ſecundum æqualitatem rei, in qua damnificatus eſt, ad rem quæ in recompenſationem datur. Et ſimiliter in ꝓpoſito, ſi, pro quia, iſti digniori debebatur de communibus bonis tale beneficiũ, & non eſt ei datum, ex quo in toto damnificatur eſt a diſtributore, qui tenetur ad hoc, non fiet reſtitutio, niſi æquiualens reſtituatur.

¶ Sed cõtra hęc concluſa militat ratio reſtitutionis: quia ſcdm eam neuter tenetur ad reſtituendũ æquale, aut utroq;. Quod ſic patet. Aut iſti digniori impedito beneficium erat debitũ ut commune aut proprium: ſi ut cõe, ergo nõ debet ſibi reſtitui ut proprium. Sed reddere æquale ſecundum rem eſt reddere quod alicui debetur ut ꝓprium. ergo nec diſtributor, nec impediens tenetur ad reſtitutionem æqualis. Si namq; redderetur æquale ipſi beneficio, plus eſſet id, quod redderetur, q̃ id quòd ablatum eſt: quia ablatum eſt quod erat ſuum ut commune, & cœptum appropriari. & reſtitutũ eſt ut ſuum propriũ et ſic iſte dignior ex impedimento, uel mutata ſententia lucraretur. Plus. n. haberet, q̃ habebat tunc, quando impedimentum appoſitũ eſt quia habet ut proprium, quod tunc non habebat niſi ut commune, & cœptum appropriari. Si ut proprium, ſequitur, ergo uterq;. ſ. diſtributor, & impediens tenetur ad reſtitutionem æqualis: qm̃ ſcdm æqualitatem rei ad rem faciendo reſtitutionẽ, oportet totum q erat illi ꝓpriũ, reddere. Falſum igitur, ut, q teneatur ad reſtituendum plus diſtributor, q̃ impediens, ut concluſum erat: ita quòd ille ad æquale, iſte ad aliquã partem tenet. quoniam idem iuſtum eſt, quod ab utroq; uiolatur, licet diuerſimode, quod non facit teneri ad plus reſtituẽdum, ſed facit illum magis teneri ad reſtituendum, quàm illũ v. g. principalem magis, quàm ſecundarium damnificantem.

¶ Exiſtimãtibus igitur pro vtraq; parte rõnibus ſatis ambiguis oportet materiam reſtitutionis ex proprio genere decidere in ꝓpria principia reducendo. vt mens quieſcat. Reſtitutio iuſtitię cõmutatiuæ act⁹ eſt: iuſtitia ãt cõmutatiua reſpicit debitũ vt ꝓprium, ut in quęſtione præcedenti, ar. 1. ad vltimũ litera dicit. Quod igitur reſtituendum eſt, oportet debitum eſſe non qualiter-

liter cumque, ſed vt proprium. Firma ergo ſententiã, ꝙ obiectũ reſtitutionis eſt debitum alicui ut proprium, ita quod niſi debeatur alicui vt proprium, non eſt illi neceſſario reſtituẽdũ. Et hoc hẽt reſtitutio ex ſuo gñe: quia cuiuslibet cõmutationis iuſtæ obiectũ, eſt debitum alicui ut proprium, ut patet in emptione & venditione, furto & rapina, & huiuſmodi. Applicãdo aũt reſtitutionẽ ad recõpẽſandas diſtributiones iniuſtas, dicimus ꝙ res diſtribuẽda nõ eſt partium ut propria, ſed ut communis. Et efficienda eſt propria ſingulis partibus ſecundũm proportionalitatis formam per actum diſtributionis: ita ꝙ diſtributio, ut eſt actus diſtributiuæ iuſtitię, non ſignificat applicationem communis boni ad has perſonas: quoniã talis applicatio poteſt fieri per actũ donationis, ut patet cum communitas largitur legatis. Nec ſignificat applicationem debitã eiuſdẽ: qm̃ hæc poteſt fieri per actum cõmutatiuæ iuſtitiæ, ut patet cum communitas ſoluit mercenarijs: ſed ſignificat applicationem communis boni ſecundũ proportionalitatẽ debitã, partibus illius communitatis a diſtributore. Huiuſmodi uerò applicatio, quæ diſtributio vocatur, non præſupponit portionẽ tali parti debitam, eſſe illius ut propriã, ſed facit illam eſſe ſibi ꝓpriam. Diſtributio n. eſt inter duos terminos, ita quòd terminus à quo, eſt res debita parti, ut communis: terminus uerò ad quem, res propria partis, & ipſa diſtributio eſt faciens de communi proprium partibus, ut iam dictum eſt. Ex hoc igit̃, ꝙ diſtributio eſt faciẽs propriũ, & reſtitutio fundatur ſup ꝓprio, cõſequens eſt, ꝙ ſicut diuerſimodè aliqui ſe habẽt ad diſtributionem, ita diuerſimodè ſe habeant ad faciendũ proprium huic, vel illi. Et ſicut diuerſimodè aliqui tollunt diſtributionem, ita diuerſimodè tollant appropriationem. Conſtat autem quòd diuerſimodè habẽt ſe ad diſtributionem diſtributor, & priuata ꝑſona: quia ille tenetur ad diſtributionem, hoc eſt, ad faciẽdũ conſumatè de communi proprium huic parti ſecundũm ſuã proportionem: priuata autem perſona non tenetur ad diſtributionem. Quicunque autem tenetur ad faciendum cõſumatè A meũ, & abſq; rationabili cauſa non facit, non ſatisfacit mihi, ſi aliquid minus q̃ A. facit meum, ut de ſe patet. Quia damnum meum ex negata appropriatione debita ab ipſo diſtributore tantum eſt, quantum opponitur ipſi A. Et proptérea diſtributor tenetur ſecundũm formam iuſtitiæ commutatiuæ mihi, cui debebat diſtribuere A, reſtituere æquiualens ipſi A: qa reſtitutio reſpicit debitum proprio damno. Vt autem dictum eſt, proprium damnum mihi à diſtributore illatum, menſuratur, ſecundũm quantitatem boni communis mihi appropriãdi ex debito ab ipſo diſtributore: ipſe.n. ad conſummatam appropriationem tenetur. Et paria ſunt auferre alicui ſuũ, & non facere alicui ſuũ, ſi referatur ad illũ, q tenetur ad hoc faciẽdũ, & expeditus ita eſt, ut impediri nequeat. Priuata autem perſona, quæ ex aduerſo ueniens impedit diſtributionẽ, de qua loquimur, quæ ſcilicet eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, ex eo quòd nõ tenetur ad ipſam conſumandam diſtributionem, non tenetur reſtituere æquiualens beneficio diſtribuendo. Sed ex eo quòd diſtributionem, quæ eſt debita appropriatio cõmunis ad hanc partem, impedit, intantum tenetur, quantum illa appropriatio accedit ad proprium. Quantò enim appropriatio magis appropinquat huic, tanto dãnum propriũ iſtius eſt maius. Penes proprium autem damnum illatum menſurãda eſt reſtitutio, quæ ad debitum, ut proprium, reſpicit. Et propterea in litera dicitur, quòd impediens tenetur ad arbitrium boni uiri, ſi non erat firmatum, quia non erat ſuum ut proprium: nec ille tenebatur ad cõſumandũ diſtributionis actum, ut eſſet ſuum ut ꝓprium. Sic ergo patet, ꝙ non eſt eadem de utroque, ſ. diſtributore, & impediente ratio: quia impediens tenetur ex hoc ſolo, quia impediuit digniorem à conſecutione ſui, ut communis debiti tñ, ut fieret ſibi proprium. Et quia quantò magis diſtributio erat diſpoſita pro eo, tantò magis erat ſuum ut propriũ: ideò tantò ad plus reſtituendum tenetur. Diſtributor autem ex alio capite tenetur ad reſtitutionem, ſ. ex hoc, quòd tenebatur ad inchoandam, & conſumandam diſtributionem huius beneficij pro iſto. Et niſi hoc aſſeratur, perit natura reſtitutionis pro dãnis reſtitutionum. Fieret.n. melioris cõditionis diſtributor omittens dare huic: quia non tenetur reſtituere tantum huic, quantum tenebatur diſtribuere huic. Ceſſaret quoque iuſtitia querelarum ciuium hic pugnãtium, ꝙ æqualia nõ æqualibus, aut inæqualia æqualibus dantur, ut dr̃ in 5. Ethicorum: aut iniuſtum hoc non deberet ad iuſtum per reſtitutionẽ deduci, ut patet.

* Ar. ꝓce.

Conclu.

RESPON. Dicendum, ꝙ reſtitutio, ſicut dictũ* eſt, eſt act⁹ iuſtitiæ cõmutatiuæ, q̃ in quadã æqualitate conſiſtit. Et iõ reſtituere, importat redditionẽ illi⁹ rei, q̃ iniuſtè ablata eſt: ſic.n. ꝑ iteratã eius exhibitionẽ ęqualis reparatur. Si uerò iuſtè ablatum ſit, inæqualitas erit ut ei reſtituat: quia iuſtitia inæqualitate conſiſtit. Cũ ergo cõſeruare iuſtitiã ſit de neceſſitate ſalutis, conſequens eſt ꝙ reſtituere id, quod iniuſtè ablatũ eſt alicui, ſit de neceſſitate ſalutis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in quibus non poteſt recompẽſari æquiualens, ſufficit ꝙ recompẽſetur quod poſſibile eſt: ſicut patet de honoribus, qui ſunt ad Deũ, & ad parentes, ut Philo. dicit* in 8. Ethic. Et ideò quando id, quod eſt ablatum, non eſt reſtituibile per aliquid

* Li. 8. ca. vlt. nõ ꝓcul a fine tom. 5.

¶ Notãter autẽ dixi, ꝙ impediens ex aduerſo ueniẽs non tenetur ad æquale: qa cõſiliarij diſtributoris, quorũ conſilio diſtributor regit̃ in diſtribuendo, non minus tenentur ad reſtituendum æquale, q̃ diſtributor: quia ipſi tenẽtur ex officio ad inchoandam, & conſumandam diſtributionẽ pro digniore, ex quo eſt eorum cõſilio diſtributio ꝓpoſita. Hæc aũt, quæ de diſtributoris obligatione dicta ſunt, intelligenda ſunt qñ diſtributio pro digniore liquida eſt, & non impedibilis. Et quoniam difficile eſt reſtitutionem facere in diſtributionibus bñficiorum, iõ caueant ſibi diſtributores: quia non remittit̃ peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Nec fallat ſe, aut blandiatur ſibi quiſpiam, putans Papam ꝓpter plenitudinem ſuæ poteſtatis nõ arctari diſtributiuæ iuſtitiæ legibus ĩ beneficiis diſtribuendis: qm̃ Paulus Apoſtolus cui uniuerſalis Eccleſiæ regimẽ cõmiſſum erat, ſicut alijs Apoſtolis a Chriſto, ait, Sic nos exiſtimet hõ, ut diſpenſatores miniſteriorũ Dei. Vt diſpenſatores miniſteriorũ dixit, non ut dominos. Conſtat autem miniſteria eccleſiaſtica diſtribui, cum beneficia eccleſiaſtica diſtribuuntur: quoniam hæc ſunt illorum quaſi ſtipendia.

¶ Sed quid dicendum in caſu, quo corrupta eſſet Eccleſia in capite, & omnes auaritiæ ſtuderent, & ſola uenalitas, aut uoluntas, aut aliqua conditio extranea à iuſto, eſſet ratio diſtributionis, ſeu diſſipationis beneficiorum, & unus alium ſupplantare quæreret, quis cui reſtituere teneretur, cum omnes ſint indigni, cum nulla impediatur diſtributio: quia omnino non fuiſſet iuſtè datum beneficium, ſed ad libitum &c.

¶ Rñdeo, ꝙ ſicut in moralibus ſunt, ut dicitur in 7. Ethicor. uitia duplicis ordinis, quædam humana, ut auaritia, puſillanimitas, furtum, & ſimilia, quædam uerò beſtialia, ut coitus cũ animalibus, feritates, & hmõi, & de illis diſputatur, iſta relinquuntur: ita in Eccleſia quædam ſunt uitia eccleſiaſtica, ut intruſio, ſymonia, aliqua mala diſtributio, impedimentum pręſtare digniori, & huiuſmodi: quædam autem ſunt uitia Babylonica, q̃ indigna ſunt diſputatione, & huiuſmodi ſunt uitia Romanæ curiæ, quando (quod Deus auertat) uenalitas, uoluntas, lenocinium, & huiuſmodi, diſtribuerent beneficia.

¶ Ad confirmationem ultimam in dubio principali dicitur, ꝙ cum iſte minus dignus ratione actionis ſuæ in nullo teneatur digniori, quia non impediuit eum, ut ſupponitur: nec beneficium unq̃ fuerit illius dignioris, nec ipſe fuerit unq̃ debitor illi, ut faceret illud eſſe ſuum, ſicut debitor erat diſtributor, nullo iure tenetur ad reſtitutionem. Nec eſt uerum, ꝙ iſte occupet iura dignioris: quoniam ius dignioris erat reſpectu illius, quãdiu erat inter bona communia. Modo autem factum eſt bonũ proprium per applicationem ad iſtum: & ius dignioris remanſit ad communia, & ad diſtributorem, qui ei tenetur duplici iure, ſcilicet diſtributionis, & reſtitutionis.

¶ Ad ſecundum poſtmodum dubium, ꝙ de procurantibus ꝓ ſe minus dignis, ac per hoc indirectè impedientibus digniorẽ, tractat, dicitur à Scot. & Ric. in 4. ſent. diſt. decimaquinta, ꝙ talis pro ſe procurans non tenetur ad reſtitutionem aliquam: qa licet unicuique pro ſeipſo procurare per uiam licitam & honeſtam, alio neglecto.

¶ Et firmatur, ſeu declaratur ex iure ciuili, ff. de nou. oper. nũ. l. 2. ubi dicitur, quòd ſi præſcindo uenas in fundo meo, ꝑ quas deriuatur aqua ad puteum alterius cauſa damnificãdi, teneor, illi: Si autem ut propriæ conſulam utilitati in aliquo ædificio, non teneor, iuxta allatam regulam arguendo.

¶ Petrus autem de Palude in 4. ſen. diſt. 15. dicit, ꝙ ſi quis procurat ut beneficium detur minus digno ſibi, uel alij, tenetur ad reſtitutionem digniori, quem impedit: quia beneficium eſt debitum ſecundum diſtributiuam iuſtitiam digniori.

¶ Mihi verò uidetur diſtinguẽdum, quia minus dignus poteſt dupliciter pro ſe procurando impedire digniorem. Primò, ut impedimentum claudatur infra latitudinẽ uoluntarij, qd tũc

æquale dēt fieri recōpenſatio, qualis poſſibilis eſt, puta, cū aliquis alicui abſtulit mēbrum, debet ei recōpenſare uel in pecunia, uel in aliquo honore conſiderata cōditione utriuſq; pſonæ ſm arbitrium boni viri.

AD II dicendum, φ aliquis pōt alicui famam tripl'r auferre. Vno mō, uerum dicendo, & iuſtè, puta, cum aliquis crimen alicuius pdit ordine debito ſeruato, & tūc nō tenetur ad reſtitutionem famę. Alio modo, falſum dicēdo, & iniuſtè: & tūc tenetur reſtituere famā, confitēdo ſe falſum dixiſſe. Tertio mō, uerū dicendo, ſed iniuſtè, puta, cū aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitū: & tunc tenet ad reſtitutionem famæ quantum pōt, ſine mendacio tñ, utpote φ dicat ſe malū dixiſſe, uel φ iniuſtè eū diffamauerit: Vel ſi non poſſit famā reſtituere, dēt ei alr recompenſare, ſicut & in aliis dictum* eſt.

* In ſol. ad 1.

AD III dicendū, φ actio cōtumelia inferentis non pōt fieri, ut non fuerit. Poteſt tñ fieri, vt eius effectus, ſ. diminutio dignitatis perſonæ in opinione hominum reparetur per exhibitionem reuerentiæ.

AD IIII dicendum, φ aliquis pōt impedire aliquem, ne hēat prębendam multipl'r. Vno modo iuſtè, puta, ſi intendens honorem Dei, uel utilitatē Eccleſię, pcuret φ detur alicui pſonæ digniori: & tunc nullo mō tenet ad reſtitutionē, uel ad aliqua recompenſationē faciēdā. Alio modo iniuſtè, puta, ſi intēdat eius nocumentum, quē impedit, ꝟ p odium, uel uindictam aut aliquid huiuſmodi: & tunc ſi impedit ne prębenda det̄ digno, conſulens φ non detur, antequam ſit firmatum φ ei det̄, tenetur quidem ad aliquam recompenſationem penſatis conditionibus perſonarū, & negotij ſm arbitrium ſapientis: non tñ tenetur ad ęquale, quia illā nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si verò iam firmatum ſit, φ alicui detur præbenda, & aliquis propter indebitam cām procuret φ reuocetur, idem eſt ac ſi iam habitā ei auferret: & ideò tenet ad reſtitutionem æqualis, tamē ſecundùm ſuam facultatem.

accidit, qñ procurans pro ſe mauult ſe cōſequi cū dignioris impedimēto, q̄ ſe nō cōſeq, ut dignior nō impediatur. Qñ n. pcuratio p minus digno ſic tēdit ad cōſequēdū, ut nō curet de impedimēto dignioris, ad reſtitutionem tenet, iuxta arbitrium tñ boni viri. Et rō eſt, qa huius pcuratio eſt iniuſta, vtpotè contra iuſtitiā diſtributiuā.

Alio mō, vt impedimentū nō ſit voluntarium, qđ tūc accidit, qñ aliqs petit pro ſe, vel alio ſine cuiuſquā iniuria. Et ſi hoc quidē exprimit, clarū ē φ iniuſtè nō petit. Et ſi ſibi datū cōtingit à diſtributore, poſthabito digniore, ipſe q petit, in cā non fuit, vñ non tenetur ad reſtitutionē. Si aūt hoc non explicat, qa non eſt de ſtylo petentiū, petitio ſca intelligenda eſt ſine iniuria alterius, qa nemo pręſumendus malus eſt abſq; ſufficiētī indicio. Et ppea ēt abſolutè procurans, non volens impedire pp ſe digniorē, & ſi in veritate aduerteret ſe īpedire digniorē, deſiſteret, aut exprimeret ſuā intentionem, ſi de hoc rōnabiliter dubitaret, non tenet ad reſtituendū in aliquo, ſi ſibi minus digno datū eſt, qa non iniuſtè procurat. Et ſi hanc diſtinctionē perſpexeris, videbis, φ opiniones recitatę quæ uiſæ ſunt cōtrariæ, non ſunt contrariæ. quia Scotus & Ricardus verū dicunt, quando iuſtè qs procurat, non quando contra rationem diſtributiuæ iuſtitiæ: Petrus verò, quando iniuſtè quis procurat.

¶ Ad primum deinceps dubium de æque digno, ex dictis patet ſolutio, quia ſ. impediens dignum, ut detur æque digno, non tenetur ad reſtitutionem: qm̄ non uiolat iuſtum diſtributiuum. Iam. n. dictum eſt, φ niſi uioletur iuſtum, non habet locum reſtitutio. Et ſi contra inſtetur, qa uiolatur appropriatio inchoata pro uno, Reſpondetur, φ in æquè dignis appropriatio innititur non iuſtitiæ, ſed gratiæ, donec fuerit conſumata, ſeu fecerit proprium. Et propterea non læditur iuſtitia, ſed gratia: non impeditur appropriatio debita, ſed gratuita.

¶ Ad quartū demum dubium de gradibus in pgreſſu diſtributionis, quando ſ. diſtributio eſt firmata, & tamen nō eſt executioni mandata, dicitur φ author, ut ex dictis patet, loquitur de diſtributione debita, nō gratuita. ſ. reſpectu dignioris, nō æque digni: & ſtius ponuntur tres ſtatus. Primus ante firmitatē, hoc eſt antequam ſit decreta diſtributio ad hunc. Secundus, quando iam eſt decreta reſpectu huius, ſed non executioni mandata. Tertius, quando iam eſt executioni mandata. De hoc tertio ſtatu in litera nihil dicitur, quia de impedimento conſecutionis eſt quęſtio. Conſumata autem diſtributione, conſecutio impediri non poteſt, licèt poſſit impediri poſſeſſio cōſecuti. Sed de iniuſtè impediente poſſeſſionem, nō eſt dubium, φ tenetur ad reſtitutionem æqualis, quia iam in proprio damnificatur, q impeditur à poſſidendo ſuum beneficium. De primo uerò ſtatu dicitur, φ ad arbitrium boni viri, penſatis conditionibus reſtitutio fieri debet. De ſecundo verò, de quo eſt præſens dubium, in litera dicitur, φ tenetur ad reſtitutionem æqualis. Et φ intelligat litera per ſua uerba hunc ſtatum, ſcilicet quando diſtributio debita eſt decreta reſpectu huius, patet ex duobus. Primo, ex hoc φ dicit, Si eſt firmatum, φ alicui detur: ſecundo, ex hoc φ ſubdit, Et aliquis procuret φ reuocetur. Si non loqueretur de diſtributione executioni mandata, ante tamen poſſeſſionem, non diceret ly, ut detur, quia iam data eſſet præbenda. Nec diceretur reuocabilis, quia ex quo eſt executioni mandata, non eſt reuocabilis, ſed auferibilis.

¶ Vnde ad motum dubium dicitur, φ author loquitur de firmitate impedibili, ita ut non ſit adhuc omnino propriū illius, pro quo firmatum eſt beneficium. Patet namque quod ponit caſum, in quo de facto impeditus eſt ille dignior. Et factū eſt ut ſibi non detur per reuocationē ſtatutæ diſtributionis. Et cum obijcitur, ergo impediens non tenetur ad æquale, qa adhuc non erat actu ſuum, Reſpondetur, quod paria ſunt eſſe actu ſuum, & eſſe ex debito decretum, vt ſit meum. Statim enim ut diſtributio iuſtitiæ diſtributiuæ exigente decreta eſt, ut hoc detur illi parti, & illud illi alteri parti, unicuique fit debitum id, quod eſt decretum ſibi quaſi proprium: quamuis uſque ad executionē decreti non ſit illud verè proprium. Quia ergo paria ſunt proprium, & quaſi proprium, ideò author dixit, quod tenetur ad reſtitutionē æqualis.

¶ Sed occurrit non ſpernēda ſpeculatio. Contingere poteſt φ iuſtè decreta diſtributione talium beneficiorum pro tali, & tali, antequā executioni mandetur diſtributio, apparet alius dignior, cui ſecundū rōnem diſtributiuæ iuſtitiæ debetur locus primus in diſtributionibus, ſi q̄s ad diſtributorem accedens procuret, ut reuocet decretam diſtributionē, ut detur digniori præbenda, iſte non uiolat iuſtitiam diſtributiuam, nec tenetur ad reſtitutionē illi, cui erat decretum beneficium, & tñ aufert illi, quod erat illi debitum quaſi proprium. Non ergo paria ſunt, auferre debitum quaſi proprium, & auferre debitum ut proprium: quia conſtat non eſſe licitū auferre dum proprium beneficium ab aliquo, ut detur digniori. Sed hoc non obſtat determinationi factæ, quia res non in eodem ſtatu pmanent. Aduertendum eſt n. φ quandiu decreta diſtributio habuit rōnem iuſti, portio decreta huic erat debita quaſi propria. Et quandiu habebat hanc rōnem, non poterat niſi iniuſtè auferri ab eo, & æquiualebat proprio. Sed ſtatim ut diſtributio deſijt habere rōnem iuſti pp digniorem perſonā interim manifeſtatā, deſijt illa pbenda debita eſſe huic, quaſi propria, ac per hoc licite data eſt alteri. Hoc aūt oſtendit, φ non ſunt idē proprium, & quaſi propriū, & φ non habent omnino eandem uim: qa proprium non eſt uariabile, quaſi proprium adhuc uarietati ſubijcitur. Sed nō oſtendit, quin ſtans in ſuo robore quaſi proprio, æquiualeat proprium, & quaſi propriū quoad damnum, & conſequenter quo ad reſtitutionem.

¶ Ad ſextū poſtremo dubium, an hæc doctrina locum habeat in donationibus, teſtamentis, & legatis, Reſpondet breuiter, quòd quia liberalium collationum uoluntas donantis eſt rō iuxta uerbum patriſfamilias, An non licet mihi, quod uolo, facere, Et uoluntas donantis, teſtantis, aut legantis, quandiu eſt ambulatoria, in ſua eſt libertate: ita quòd nulli facit iniuriam, auferendo legatum factum, conſequens eſt quòd nullius ius uiolat qui legatum, teſtamētum, aut aliquid huiuſmodi impedit, procurando reuocari non ſolū ut ſibi, aut alteri bñfaciat, ſed &

ſi ad-

ſi animo damnificandi eos, quibus erãt danda huiuſmodi bona, reuocationẽ eorũ procuraret ab eo, qui donabat: & ratio eſt, quia reſtitutio eſt actus iuſtitiæ. Et cũ ex damno illato conſurgit, præſupponit violationem iuſti, ſeu iuris, ad quod reparandum reſtitutio ordinatur. In propoſito autem nullius ius violatur, quia nihil erat alicuius, voluntate adhuc exiſtente ambulatoria. Signũ autẽ huius eſt, quod ſi ipſe teſtator ex odio reuocet teſtamentũ, nulli facit iniuriã. Et ſi ipſe, qui eſt principalis cã reuocationis, nulli facit iniuriã, alij excitantes ipſum, & inducẽtes ad reuocandũ, nõ inducũt ad faciẽdũ iniuriã alicui, ac per hoc nõ tenentur ad reſtitutionẽ, ſed ad pœnitentiã de peccato odij. Et ſi cõtra hoc afferatur allatũ exẽplum de perciſione venarũ aquæ, quod ſi animo damnificandi alius quis præcidit in proprio fundo venas aquæ, per quas in puteũ fluit alterius, tenetur ad reſtitutionẽ, ad quam non tenetur, ſi non animo damnificãdi faceret idẽ, ut prædictũ eſt. ergo à ſimili, qui animo damnificandi proximum procurat reuocari teſtamentum, tenetur de damno.

Porrecta per totum.

345 Infra art. 4 cor. Et 12. q. 105. ar. 2. ad 9. Et 4 d. 15. q. 1. art. 5. q. 2. ad 5.

¶ Rñdẽdum eſt, quod nõ eſt ſimile: quia in caſu perciſionis aufertur proximo aqua propria, dependens tñ à fundo alterius: & propterea oportet auferentem, ex legitima cã auferre. Hic verò nihil propriũ aufertur, quia nihil iuris habebat ex voluntate ambulatoria.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſufficiat reſtituere ſimplum, quod iniuſtè ablatum eſt.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̃ quod non ſufficiat reſtituere ſimplũ, quod iniuſtè ablatum eſt. Dr̃. n. Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouẽ, aut ouẽ, & occiderit, vel vẽdiderit, quinq; boues pro vno reſtituet, & quatuor oues pro vna oue: ſed quilibet tenetur mandatũ diuinæ legis[h] obſeruare. ergo ille qui furatur, tenetur reſtituere quadruplum, vel quintuplum.

¶2 Præt. Ea quæ[h] ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt dr̃ ad Rom. 15. ſed Lucæ 19. Zachæus dixit ad Dñm. Si quẽ defraudaui, reddo quadruplũ. ergo homo debet reſtituere multiplicatũ id, quod iniuſtè accepit.

C ¶3 Præt. Nulli põt iuſtè auferri id quod dare[h] nõ debet: ſed iudex iuſtè aufert ab eo, qui furatus eſt plus quàm furatus eſt, pro emenda. ergo homo debet illud ſoluere, & ita non ſufficit reddere ſimplum.

SED CONTRA eſt, quia reſtitutio reducit ad æqualitatem, quod inæqualiter ablatum eſt: ſed aliquis reddẽdo quod accepit ſimplum, reducit ad æqualitatem. D ergo ſolum tenetur reſtituere tantum, quantum accepit.

RESPON. Dicendum, quod cum aliquis iniuſtè accepit rẽ alienam duo ſunt ibi cõſideranda: quorum vnum eſt inæqualitas ex parte rei, quæ quandoq; eſt ſine iniuſtitia, ut patet in mutuis. Aliud autem eſt iniuſtitiæ culpa, quæ poteſt eſſe etiam cum æqualitate rei, puta, cum aliquis intendit inferre violentiam, ſed non præualet. Quantum ergo ad primum, adhibe- B tur remedium per reſtitutionem, inquantum per eam æqualitas reparatur, ad quod ſufficit quòd reſtituat tantum, quantum habuerit de alieno: ſed quatum ad culpam, adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem & ideò[m] antequàm ſit condemnatus per iudicem, nõ tenetur reſtituere plus quàm accepit: ſed poſtquàm condemnatus eſt, tenetur pœnam ſoluere[n]. Et per hoc patet reſponſio ad primũ: quia lex illa determinatiua eſt pœnæ per iudicem infligendæ, cum ad obſeruantia iudicialis præcepti nullus teneatur poſt Chriſti aduentum, ut ſupra habitum * eſt. Poteſt tamen idem, vel ſimile ſtatui in lege humana, de qua erit eadem ratio.

AD II dicendũ, quod Zacchæus id dixit, quaſi ſupererogare volens. Vnde & præmiſerat: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.

AD III dicẽdũ, quod iudex condemnando, iuſtè poteſt accipere aliquid amplius loco emendæ: quod tamen antequam condemnaretur, non debebat.

* 1. 2. q. 104. ar. 3.

SVPER QV. LXII. ART. III.

IN art. 3. eiuſdem 62. q. dubium occurrit circa illam redditionem cauſæ in corpore ar. cum dicitur, Et ideo antequàm ſit condemnatus per iudicem, non tenetur reſtituere. Vt enim quod ex hoc, quod inflictio pœnæ pertinet ad iudicem, non ſequatur, anteq̃ ſit condemnatus, non teneatur, tum quia inflictio pœnæ non pertinet ad iudicem tñ, ſed ad legem. dictum eſt enim in præcedenti libro, quod actus legis eſt punire, immò iudex punit, vt lex animata. Si ergo lex pœnalis lata eſt, non eſt opus iudice damnante, quia lex inflixit pœnam: tum quia manifeſtè patet teneri aliquos ad pœnas legis abſque iudicis quocumq; actu, ut patet in excommunicationibus, & cenſuris latis à iure.

¶ Ad hoc dicitur, quòd author non loquitur vniuerſaliter de pœna à lege impoſita, ſed de pœna reſtitutionis in quadruplo, vel huiuſmodi, ut patet in litera: ſed quia ratio in litera ad materiam reſtitutionis à lege ſtatutæ uniuerſalior eſt, quàm reſtitutionis pœna, vt patet, oportet aliter dicere, diſtinguendo quod pœna ſtatuta in lege eſt duplex, quædam ad cuius executioné requiritur aliqua actio: quædam autem cuius executio nullam actionem requirit. verbi gratia. Pœnæ mortis, mutilationis, verberis, carceris, exilij, ſolutionis, confiſcationis, ſeu priuationis bonorum, & huiuſmodi, non poſſunt executioni mandari per ſolam legem, niſi interueniat actio aliqua, puta, occidere, mutilare, uerberare, includere, &c. ſoluere, accipere, uel A dare, & ſi qua eſt alia eiuſmodi actio. Pœnæ autem excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis, & ſi qua eſt alia ſimilis, nullam actionem in ſui executionem exigunt: ſed non communicare cum fidelibus, non immiſcere ſe prohibitis, nõ exercere actum ordinis, quæ in ſola negatione, ſeu priuatione conſiſtunt, ſufficiunt ad earum executioné. Ex hoc autem ſequitur altera differẽtia, ſcilicet, quod quædam eſt pœna cuius inflictio eſt propria iudici: quædam autem cuius inflictio eſt cõmunis iudici, & legis. Declaratur hoc, quia pœna in executione exigens agere, conuenit propria iudici ex hoc, quia aut ad illud agere tenetur reus, aut iudex. Non reus, quia non tenetur ex lege niſi ad pœnam. Pœna autem conſiſtit in pati, non in agere. ergo tenetur iudex. Et uere ſic eſt, quia niſi iudex per ſe, uel alium occidat, mutilet, uerberet, claudat, agat ad exilium, accipiat bona, aut huiuſmodi, non tenetur reus ex ſola lege ad huiuſmodi pœnæ executionem. Pœna autem in executione non exigens agere, communiter infligi poteſt à iure, uel iudice. Itaq; ſola legis lata ſententia obligat reũ ad executionem pœnæ. Et in promptu cauſa eſt, quia non exigit neceſſario actionem iudicis.

Conclu. m

¶ Ad dubium ergo dicitur, quòd doctrina authoris uniuerſalis eſt de pœna, cuius inflictio pertinet ad iudicem, ut propria: de tali enim aptimè ſequitur redditio cauſæ. Et ideò antequàm ſit condemnatus per iudicem, nõ tenetur ad executionem. Et quòd hæc ſit uera intentio authoris, patet ex hoc, quòd loquitur de iudice, ut diſtinguitur à lege. Loquendo enim de iudice, ut diſtinguitur à lege oportet loqui de proprijs iudici, & de communibus iudici, & legi.

E ¶ Et per hæc patet reſponſio ad primam obiectionem: quia punire, id eſt, punitionem ſtatuere, eſt actus legis, & punire executiuè conuenit etiam legi, quando pœna non exigit actionem in executione. Et ad ſecundam, quia de pœnis, quarum inflictio communis eſt iudici, & legi loquitur: litera autem loquitur de pœna, cuius inflictio eſt propria iudici. Et tu notabis, & applicabis hæc ad iurium, & ſtatutorum tam ciuilium, quàm canonicorum intellectum, & rationem. Videbis enim quòd ſi pro quibuſdam criminibus, puta hæreſis, læſæ maieſtatis, & huiuſmodi, pœnæ priuationis bonorum ipſo facto incurrendæ ponuntur, inquantum claudunt ſe in priuationem, à lege infligi dicuntur: inquantum uerò exigunt actionem, iudicis actũ expectant, unde dicuntur priuati dominio rerum à lege: non tamẽ tenentur ea aſſignare fiſco, niſi interueniat actio iudicis.

SVPER QV. LXII. ARTIC. IIII.

IN art. 4. eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad primum & ſecundum, dubium eſt, quare damnum lucri ceſſantis ex pecunia mutuata debet reſtitui creditori poſt moram, ut in litera

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquis debeat reſtituere quod non abſtulit.

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ aliqs debeat reſtituere quod non abſtulit. Ille.n. q [h] damnum infert alicui, tenet dã num remouere: ſed quando aliquis damnificat aliquẽ ultra id, quod accepit, puta, cum aliqs effodit ſemina, damnificat eum qui ſeminauit in tota meſſe futura: & ſic uidetur quòd teneatur ad eius reſtitutionem. ergo aliquis tenetur ad reſtitutionẽ eius, quod non abſtulit.

¶2 Præt. Ille q detinet pecuniã creditoris ultra terminũ præfixum, vr̃ eum damnificare in toto eo, [h] quod lucrari de pecunia poſſet, quod tñ ipſe nõ aufert. ergo uidetur ꝙ aliquis teneat reſtituere quod non abſtulit.

¶3 Præt. Iuſtitia humana deriuatur a iuſtitia diuina: ſed Deo dẽt aliquis reſtituere [h] plus q̃ accepit [h] ab eo, ſm illud Matthe. 25. Sciebas ꝙ meto ubi non ſemino, & cõgrego ubi non ſparſi. ergo iuſtum eſt, ut ẽt reſtituat homini aliqd, qđ non accepit.

SED CONTRA eſt, quod recõpẽſatio ad iuſtitiã pertinet, inquantũ æqualitatem facit: ſed ſi aliqs reſtitueret qđ nõ accepit, hoc nõ eſſet æquale. ergo talis reſtitutio nõ eſt iuſtum ꝙ fiat.

RESPON. Dicendum, ꝙ quicumq; damnificat aliquẽ vr̃ ei auferre id, in quo ipſum damnificat. Damnũ.n. dr̃ ex eo, ꝙ aliquis minus habet, q̃ debet habere, ſm Phil. in 5.* Ethic. Et iõ hõ tenet ad reſtitutionem eius, in quo aliquẽ damnificauit: ſed aliqs damnificatur dupľr. Vno mõ, qa aufertur ei qđ actu habebat: & tale [m] damnũ eſt ſꝑ reſtituendũ ſm recompenſationẽ ęqualis [n], puta, ſi aliqs dãnificet aliquẽ diruens domũ eius, tenetur ad tm̃, quantũ ualet domus. Alio mõ, ſi damnificet aliquẽ, impediẽdo ne adipiſcat, quod erat in uia habẽdi. Et tale dãnũ non oportet recompenſare ex æquo, qa minus eſt habere aliqd virtute, q̃ habere actu. Qui aũt eſt in uia adipiſcẽdi aliqd, habet illud ſolum ſm virtutẽ, vel potentiam: & ideo ſi reddere ei, vt haberet hoc in actu, reſtitueretur ei quod eſt ablatũ non ſimplũ, ſed multiplicatum, qđ nõ eſt de neceſſitate reſtitutionis, vt dictũ* eſt * Tenetur tñ aliquam recompẽſationem facere ſm conditionem perſonarum, & negotiorum [c]. Et ꝑ hoc patet rñſio ad Primum, & Secũdum. Nam ille qui ſemen ſparſit in agro, nondum habet meſſem in actu, ſed ſolũ in uirtute. Et ſimiliter ille qui habet pecuniam, nõdum habet lucrum in actu, ſed ſolum in uirtute, & vtrũq; põt multipľr impediri.

AD III dicẽdũ, ꝙ Deus nihil reqrit ab homine niſi bonum, qđ ipſe in nobis ſeminauit: & iõ verbum illud uel intelligitur ſm prauam exiſtimationem ſerui pigri, qui exiſtimauit ſe ab alio nõ accepiſſe: vel intelligit quãtũ ad hoc, ꝙ Deus requirit a nobis fructus donorũ, q ſunt & ab eo, & à nobis: quamuis ipſa dona a Deo ſint ſine nobis.

ARTICVLVS V.

Vtrum oporteat ſemper reſtitutionem facere ei, à quo acceptũ eſt aliquid.

AD QVINTVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd non oporteat ſemper reſtitutionẽ facere ei, à quo acceptum eſt aliquid. Nulli.n. debemus nocere: ſed aliquando eſſet in nocumentum hoĩs, ſi [h] redderetur, quod ab eo acceptũ eſt, uel etiam in nocumentũ aliorum, puta, ſi aliquis redderet gladium depoſitũ furioſo. ergo non ſemper eſt reſtituendũ ei, à quo acceptum eſt.

¶2 Præt. Ille q illicitẽ [h] aliqd dedit, non merẽt illud recuperare ſed qñq; aliquis illicitè dat, qđ alius ẽt illicitè accepit, ſicut apparet i dãte, & recipiẽte aliqd ſymoniace. ergo nõ ſꝑ reſtituẽ dum eſt ei, à quo acceptum eſt.

¶3 Præt. Nullus tenetur [h] ad impoſſibile: ſed quandoque eſt impoſſibile reſtituere ei, à quo acceptum eſt, vel quia eſt mortuus, vel quia nimis diſtat, vel quia eſt ignotus. ergo non ſemper faciẽda eſt reſtitutio ei, a quo acceptum eſt.

¶4 Præt. Magis debet homo [h] recompenſare ei, à quo maius beneficium accepit: ſed ab aliis perſonis hõ plus accepit beneficiũ, q̃ ab illo qui mutuauit, vel depoſuit, ſicut à parentibus. ergo magis ſubueniendum eſt quandoque alicui perſonæ alteri, quam reſtituendum ei, a quo acceptum eſt.

Porrecta per totum. 346

dicitur, & nõ à principio abſolute loquẽdo. Nulla.n. apparet inter hæc differẽtia, niſi quia poſt morã inuolũtariè ſuſtinet damnum creditor à principio aũt uoluntariè. Sed hæc rõ nõ ualet, quia iuſtitię cõmutatiuę eſt adęquare rẽ rei ſiue uolũtariè, ſiue inuoluntariè quis damnũ ſuſtineat, ut patet I mutuo, & vẽditione voluntariis, & in furto, quoad inuolũtaria. Propter quod ſi debitor pecuniæ, puta, mille ducatorum, tenetur poſt morã ad aliquid pluſquã mille ratione intereſſe lucri ceſſantis, oportet hoc debitum nõ aliunde prouenire, quàm ex hoc, quod in litera dicitur, ſcilicet ꝙ habens mille, non ſolum habet mille, ſed habet lucrum in uirtute, in quo damnificatur a debitore detinente illos mille. Ac ꝑ hoc, ut æqualitas fiat rei ad rem, oportet reſtituere illi non ſolum mille, ſed etiã quantum æſtimatur ualere lucrum in uirtute. Sicut in ſeminibus deſtructis, quantum æſtimantur fructus in uirtute, non in actu, ut in litera dicitur. Et ſi ex hoc prouenit huiuſmodi reſtitutio, conſequens eſt, quòd etiã à principio habens mille ducatos nõ ſolũm habet mille, ſed lucrum in uirtute. Ac per hoc voluntariè ſuſtinens damnum mille, dum mutuat alteri, ſuſtinet etiam damnum lucri in uirtute. Ac per hoc debentur eidem nõ ſolum mille, ſed aliquid æquiualens damno lucri, alioquin non reſtitueretur æquale. Et confirmatur: quia ſicut habens ſemina in agro ſata poteſt licitè vendere meſſem quam habet in uirtute, nõ quãtum ualebit, ſed quantum valet in ꝑparatiõe tali exiſtẽs. ergo pari ratione ſi habes mille ducatos habet lucrum in virtute, poteſt alienare totum ſimul, ſ. illos mille, & lucrũ in virtute.

* Li. 5. ca. 4. tom. 5.

Conclu. m

¶Ad hoc dubiũ, quia ad materiam vſuræ ſpectat, ideò in tractatu de vſura inferius reſpondebitur. Coincidit enim hæc quęſtio cum illa, An liceat accipere aliqd plus mutuata ſumma ex hoc, quòd pecunia eſt organũ ad lucrandum, & commoda humanæ uitæ habẽdum: quæ quęſtio ibidem diſputabitur.

* ar. pręc. *Conclu.* c

SVPER QV. LXII. ART. V.

IN art. 5. eiuſdem qũ. nota in corpore art. illa verba, ꝙ ſi ei qui minus habet, quam quòd ſuũ eſt, ſuppleretur. Ex hac ſiquidem radice, ꝙ ſcilicet ideò reddendum eſt ei, a quo acceptum, quia ſuum eſt, habetur quòd q accepit ab aliquo rẽ alienam vel furto, vel vſura, uel alias occupatam, non tenetur reſtituere illi, à quo accepit, quia non minus habet, q̃ ſuum eſt: ſed debet facere quantum ꝑ poteſt, ut reddatur domino. Debet tamen ſignificari per aliquam bonam uiam illi qui occupauerat; quòd non tenetur ſatisfacere tali pro tali re, ne contingat, ſi forte ueniat ad pœnitentiã, bis fieri reſtitutionem, & damnificari pœnitẽtem. Ex hac quoque radice prouenit, quòd ſi quis bona Eccleſiæ, ſeu religioſi, ſic habuit, ꝙ tenetur ea reſtituere, & prælatus eccleſię illius, uel monachus adminiſtrator ſit dilapidator, quòd non ſunt eis reſtituenda: quia non minus habẽt de ſuo, ſed de alieno credito ad diſpenſandum, non ad diſſipãdũ. Et ideò tenetur reddere

Porrecta per totum. 347

4. d. 15. q. 1. ar. 5 q. 4. Et opu. 67. Et op. 73. ca. 17. & 18.

¶5 Præt. Vanum eſt reſtituere illud, qđ ad manum[h] reſtituentis ꝑ reſtitutionem peruenit: ſed ſi ꝑlatus iniuſtè aliquid Eccleſiæ ſubtraxit, & ei reſtituat, ad manus eius deueniet, q̃a ipſe eſt rerũ Eccleſiæ cõſeruator. ergo nõ dẽt reſtituere Eccl̃ię, à qua abſtulit: & ſic non ſp reſtituendum eſt ei, à quo eſt ablatum.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ per reſtitutionẽ fit reductio ad ęqualitatem commutatiuę iuſtitiæ, quę conſiſtit in rerum adęquatione, ſicut dictũ* eſt. Huiuſmodi aũt rerũ adęquatio fieri non poſſet, niſi ei, q minus habet ꝗ quod ſuum eſt, ſuppleretur qđ deeſt. Et ad hanc ſuppletionem faciẽdã[m] neceſſe eſt ut ei fiat reſtitutio, à quo acceptum eſt.[n]

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ qñ res reſtituenda apparet eſſe grauiter nociua ei, cui reſtitutio facienda eſt, uel alteri, non ei debet tunc reſtitui: quia reſtitutio ordinat̃ ad utilitatẽ eius, cui reſtituitur. Omnia.n.q̃ poſſidentur, ſub rõne utilis cadũt. Nec tñ debet ille, q detinet rẽ alienam, ſibi appropriare, ſed vel reſeruare ut congruo tempore reſtituat, uel etiã alibi tradere tutius conſeruandam.

Ad II dicendum, ꝙ aliqs dupliciter aliquid dat illicitè.

*Ar.2.huius quæſ. & q.58.artic.10.

reddere Eccleſiæ, quæ eſt rerũ dña in rebus ꝗ non pſit dilapidari. Et ſimiliter reddi debẽt abbatiæ, ſeu conuentui, cuius ſunt: & idẽ eſt de ſimilibus iudiciũ. Et hæc intellige in foro cõſcientiæ, cũ ſecreto hæc fieri pſit agendo utiliter cãm utriuſque, ſ. dñi, & occupatoris parati ad detinendũ alienũ, aut dilapidãdũ eccleſiaſticum, ſeu cõe bonũ. Nã ſecus eſt in foro iudiciali, & abſolutè. pro quanto ẽt prędoni conuenit, ꝙ rapta bona ſunt ſua non ſimpliciter, ſed ad cuſtodiendũ, & reſtituendum: in cuius ſignũ non niſi publica poteſtate pſit illi auferri licitè abſolutè loquendo: & propterea iudex compelleret ad reſtituẽdum illi occupatori, & dilapidatori, ſicut ad tuẽdum ẽt ꝑdonem in poſſeſſione. Et plenitudo iuſtitiæ exigeret, ut ipſe occupator, aut dilapidator, rehaberet, qđ ſuũ ſic eſt, & reſtituere dño, aut rectè diſpẽſaret. Nã ſi ſic fieret, ẽtiam modus iuſtitiæ quo ad perſonã, quæ tenetur ad reſtituendum dño ſimpliciter, uel diſpenſandum, ſeruaretur, qui violat̃, hoc eſt non ſeruatur, cum in foro conſcientiæ ſupradicto modo reſtitutio fit, ſed ſanctè in dictis caſibus non ſeruatur in fauorem utriuſque, ut dictum eſt. Defectus ſiquidem legis hic accidere videtur corrigendus ab æquitate, ne foueat quis occupationem, aut dilapidationem, materiam miniſtrando, cũ poſſit illam ſubtrahere, & proximi, aut Eccleſiæ iura tueri ſic &c.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem artic. aduertẽ, ꝙ ex hac eadem radice prouenit, ꝙ tpe iniuſti belli non ſunt reſtituenda magna debita iniuſto principi, quibus ad exercitũ fouẽdũ eget: ſed cõſeruanda ut congruo tpe, ſine. ſ. alterius iniuria reddantur. Et ſi depoſitum, aut mutuũ non eſt reddendum dño expoſituro in dãnum, alterius, quo pacto põt quis mutuare alicui expoſituro in damnum, & iniuriam Eccleſiæ, puta, ꝑ emẽdo cardinalatu? Minus.n. eſt reddere ſuum alicui, q̃ mutuare. Et ſi neutrum agendum eſt, quo pacto nummularij, ut mediatores, miniſtrant eiſdem ad habẽdum pecunias ſuas ex aliquo diſtanti loco pro tali opere? Nec enim eum ſint uoluntaria, abſque peccato fiunt, quando conſtat quòd ad hoc petuntur.

¶ In reſponſione ad ſecũdum eiuſdem articuli quinti, ſcito diſcernere inter dationem illicitam, & propter cauſam illicitam, reſpiciendo ad id, quod lege diuina, vel humana prohibitum eſt. Quando.n. ipſum dare eſt peccatum, ſeu prohibitum, ut cũ lex prohibet dare, ut patet cum prohibetur dari iudici pro ſententia, uel monaſterio pro ingreſſu, uel epiſcopo ꝑ beneficio, & huiuſmodi, tunc ipſa datio eſt illicita. Quando uerò dare nõ prohibetur, ſed actus, ſeu cauſa propter quam datur, ut cũ ꝓhibetur fornicatio adulterium, & huiuſmodi, nõ prohibetur dare propter iſta, ſed ipſa prohibentur. Vnde homo propter accepta huiuſmodi ſeruitia, quàmuis nefanda, tenetur dare qđ promittit, uel ſolitum eſt. Et quia ſola cauſa in culpa eſt, non refert in propoſito, an propter fornicationem, an propter adulterium, aut aliam ſpeciem luxuriæ detur. Et ſimiliter eſt de alijs malis ſeruitijs, dummodo dare prohibitum non ſit lege diuina, ut in ſymonia: uel humana, ut in multis, & factum eſt, & fieri poteſt contra dantes pro tali, uel tali actu &c. Et fortè, ꝓpter iſtos duos modos, quibus datio ipſa poteſt eſſe mala, author dixit duo uocbula, ſcilicet, illicita, & contra legem, referẽdo illicitum ad ius naturale, uel diuinum: & contra legem, ad ius humanum.

¶ In eadem reſponſione aduerte, ꝙ licet mulier poſſit ſibi retinere ex meretricio actu acquiſita ſine dolo, & fraude: quæ tamen acquiſiuit ex ſimulatis uerbis, aut factis, tenetur reſtituere. Huiuſmodi namque ſimulationes importãt dolus, & fraus, ut patet ſuperius in tractatu de prudentia. Et quia per huiuſmodi ſimulationes frequenter ab amatoribus extorquere uidentur, ſi crebræ eſſent harum pœnitentiæ, acius eſſent exempla ponenda; ſed ipſæ uiderint quid, & quod ſimulauerunt.

¶ In rñſione ad tertiũ, quia tria tractantur, ſ. de omnino ignoto dño rei, de mortuo, de multũ diſtanti, de extremis ſingillatim oportet aliqd dicere. De oĩno ergo ignoto dño nota tria, ſ. uiã, terminũ, & cõſequens. Quo ad uiã uide in litera, ꝙ eſt diligẽs inqſitio. Et dr̃ diligens inquiſitio, quã diligens hõ accuratè inueſtigando, vbi qñ, ꝑ quos, à quibus &c. faceret. Et cũ ad terminũ non perueniatur niſi per tranſita uia, non debet rei dominus haberi ꝓ omnino ignoto, niſi poſtq̃ præceſſit diligẽs inqſitio. Et ꝓpterea ſi quis abſq; inquiſitione rẽ alterius, pauperi dediſſet, non ſatisfeciſſet, ſed tenet̃ inuento dño reſtituere: & ſibiipſi imputet qui imprudenter alienauit alienũ. Quo ad terminum, uide in litera, quòd omnino ignotus, ita quòd præmiſſa diligẽti inquiſitione perueniẽdũ eſt ad hoc, ꝙ rei dominus ſit omnino ignotus. Nam ſi aliqualiter eſſet motus, puta, ꝙ eſt unus talis uillæ &c. deberet inquiſitio ad ulteriora procedere, ut particularis notitia haberetur de domino, ut prudens uir ſciret inqrere. Ruſus qñ ſciri non poteſt dominus in particulari, ſed ſcitur quaſi ſub diſtinctione, ꝙ alicui iſtorum debetur, non eſt omnino ignot' dominus. Vnde debet eis dari, uel diſtribui eiſdem, uel ut forte aliquis accipiat, quando diuiſa res pluribus non prodeſſet, & unita aliquem releuaret. Et ne alicui fiat iniuria, de corũ uoluntate agendũ eſt, quicquid agendum eſt. Et per hoc patet, quomodo debeat reſtitui quod acceptũ eſt in bello iniuſto, qñ ciuitas data eſt in prædam: nec ſciri poteſt, cui debetur hoc, ꝙ ab hoc pœnitente reſtituendum eſt. Non eſt enim dandũ pauperibus, nec ædificanda ſunt monaſteria, aut hoſpitalia extantibus damnum paſſis, de bonis eorum ſine eorum uoluntate. Nec excuſantur qui damnum intulerunt ex difficultate inquirendi, aut hoc faciendi: quoniam dãnificator ipſe fuit in culpa, & poſuit ſeipſum in hmõi difficultatibus, ponendo alios in paupertate. Quo ad id uerò quod ſequitur, quando dominus eſt ignotus, uide in litera, quòd debet ei reſtitui eo mõ, quo poteſt, ſ. erogando illud nomine illius, pauperibus Chriſti. Sic.n. redditur bonum utile ut ſit utile ſpiritualiter, quod non poteſt illi reddi ut ſit utile corporaliter, uel ſpiritualiter ad arbitrium domini. Et hinc habes ſolutionem quæſtionis, qđ agendum eſt de caſu inuentis habẽtibus dominum, quando dominus eſt omnino ignotus. Dico autem habẽtibus dominũ: quia de inuentis diſtinguendum erit inferius in quęſtio. 66. Debent enim hæc erogari pauperibus. Et cum ipſe inuentor nõ ſit deterioris conditionis ex hoc, quòd inuenit, põt ſibiipſi ſi pauper eſt, non minus quàm alteri applicare eleemoſynaliter: ſicut is, cui commiſſa eſt diſtributio aliquarum eleemoſynarum, poteſt ſeipſum computare in numero pauperum, ſi pauper eſt, & diſtribuere proportionaliter ſibi, ſicut alij, ſecundùm authoris doctrinam ſuperius habitam.

¶ De multum aũt diſtante domino rei, ſi commodè põt tranſmitti ei, aut ſignificari, ut ordinet cui detur ſibi debitũ, ut perueniat ad eum, nulla difficultas eſt, quòd tenetur habens rem ad reſtituendum ei: ſed qõ eſt, quando non põt aliter abſenti reſtitui ſuum, niſi cum magno damno reſtituẽtis, puta, q̃a oportet tantum de ſuo expendere in mittendo, uel ſignificãdo quantum ualet id quod reſtituendũ eſt. Author namq;, & Sco & Ricardus in 4. diſt. 15. tenent, quòd iſte reſtitutor non tenetur ad reſtituendum ei cum tali damno, quia non tenetur niſi ad reſtitutionem rei acceptæ. Et addunt Sco. & Ricar. ꝙ in hoc caſu debet illud erogari pauperibus, ſi non adſunt parentes illius.

¶ In hoc autem loco author nihil loquitur de ſumptibus agendis, ſed abſolutè loquens de multum diſtante, dicit ꝙ debet, ſi commodè poteſt, domino mitti debitum: alioquin debet deponi, & domino ſignificari.

¶ Mihi autem uidetur diſtinguendum de cauſa reſtitutionis

Conclu.

Vno mō, qa ipſa datio eſt illicita, & cōtra legē, ſicut patet in eo q ſymoniacè aliqd dedit, & talis meret̄ amittere quod dedit: vñ non dēt ei reſtitutio fieri de his. Et quia ēt ille qui accepit, cōtra legē accepit, nō dēt ſibi retinere, ſed debet in pios G uſus conuertere. Alio mō aliqs illicitè dat, quia pp rem illicitā dat, licèt ipſa datio non ſit illicita, ſicut cum quis dat meretrici propter fornicationem. Vnde & [d] mulier poteſt ſibi retinere quod ei datum eſt, ſed ſi ſuperfluè ad fraudē, uel dolū extorſiſſet, tenet̄ eidē reſtituere.

D.543.

Ad iii dicendū, q̄ ſi ille, cui dēt fieri reſtō, ſit oīno ignotus, debet hō reſtituere ſecundùm H q̄ poteſt, ſ. dando in eleemoſynas p ſalute ipſius ſiue ſit mortuus, ſiue ſit viuus, p̄miſſa tñ diligenti inqſitione de perſona eius, cui eſt reſtitutio faciēda. Si verò ſit mortuus ille, cui eſt reſtō facienda, dēt reſtitui hæredi eius, q cōputat̄ quaſi una pſona cum ipſo. Si verò ille ſit multū diſtans, dēt ſibi tranſmitti qđ ei debetur, & præcipuè ſi ſit res magni ualoris, & poſſit I cōmodè tranſmitti: alioqn dēt in aliquo loco tuto đponi, vt p eo cōſeruet̄, & dño ſignificari.

Ad iiii dicendum, q̄ aliquis de hoc, qđ eſt ſibi pprium, dēt magis ſatisfacere parentibus, vel his, a qbus accepit maiora beneficia: non aūt debet aliqs recōpēſare benefactori de alieno, qđ cōtingeret, ſi qđ debet uni, alteri reſtitueret: niſi fortè ī caſu extremæ neceſſitatis, in quo poſſet, & deberet alicui ēt auferr̄ aliena ut pr̄i ſubueniret.

Ad v dicēdum, q̄ prælatus poteſt rem Eccleſiæ ſurripere tripl̄r. Vno mō ſi rem eccleſiæ nō ſibi deputatam, ſed alteri, ſibi vſurparet: puta, ſi Epiſcopus uſurparet ſibi rem capituli. Et tunc planū eſt, q̄ debet reſtituere, ponēdo in manus corū, ad quos de iure ptinet. Alio mō, ſi rē Eccleſiæ ſuæ cuſtodiæ deputatā, in alterius dñium transferat, puta, cōſanguinei, uel amici: & tunc dēt reſtituere Eccleſiæ, & ſub ſua cura hr̄e, ut ad ſucceſſorē pueniat. Tertio mō, pōt prælatus ſurripere rem Eccleſiæ ſolo animo, dum ſ. incępit habere animum poſſidendi eam ut ſuam, & nō nomine Eccleſię: & tunc debet reſtituere, talem animum deponendo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum teneatur ſemper reſtituere ille, qui accepit.

AD SEXTVM ſic procedit̄. Vr̄ quod non teneatur ſem-

an ſcilicet fuerit acceptio iniuſta, ut furtū, rapina, vſura, & huiuſmodi: vel ſine iniuſtitia, ut inuētio, ſucceſſio, mutuū, depoſitū, & hmōi. Nā ſi tenetur ad reſtitutionē rōne furti, & ſimiliū, tenetur ad expenſas ēt in quadruplū, ſi aliter non pōt facere, q̄ res reddat̄ dño. Et rō eſt, qa dñs rei ex eo q̄ paſſus eſt furtū, non dēt damnificari. Cōſtat aūt q̄ damnificaretur, ſi pprijs expēſis deberet recuperare rē ſibi ablatam. Cū ergo ipſe non teneatur ad expēſas, & fur teneatur ad iterato ſtatuendū dñm rei in poſſeſſione, cōſequens eſt, q̄ fur teneatur p accidens, ſ. pp accidentem diſtātiā, ad plus dāni ſuſtinendū, q̄ intulerit alteri. Nec ppea concedendum eſt, q̄ tenetur ad aliud, q̄ ad reſtitutionē. Sed qa tenetur ad conſummatā reſtitutionē, q̄ per accidens requirit expenſas, idō tenetur ad ſubeundū dānum. Nec refert in propoſito, an fur, an paſſus furtum, ſe abſentauerit à loco furti: ſed ſibi imputet fur, qui furādo effecit ſe debitorem ad ponendum dñm in poſſeſſione rei ſuæ, non in hoc, vel illo loco, ſed ſimpliciter. Nec debet dñs, qui non potuit rem ſuā ablatam ferre ſecū, pati: pateretur autē, ſi ſine eius volūtate res ſua pauperi, aut alteri daret̄. Si verò tenetur ad reſtitutionem ratione acceptionis non iniuſtæ, tūc ceſſante mora, fraude, atq; iniuſto, quo ad hæc, receſſu debitoris, non tenet debitor ad damnū ſubeundū pp reſtitutionem faciēdam, ēt ſi ipſe ſe abſentauerit: quia iure ſuo vtebatur, ſe abſentando pp negotium, aut commodum, qñ non erat obligatus ſignificare creditori, ſeu dño ſuum receſſum. Et rō eſt, quia in hmōi debitor aut tenetur ad reſtitutionem ſolum rōne rei alienæ apud ſe, ut patet de inuento, & ex ſucceſſione habito, depoſito & huiuſmodi, & ſic conſtat, q̄ non tenetur ex huiuſmodi incurrere damnū in proprijs: aut tenetur ratione acceptionis ex uoluntaria dñi cōcaſione, ut in mutuo, pignore, emptione, & huiuſmodi. Et ſic cum dñs expoſuerit ſe ſponte huic periculo diſtantiæ, quæ poteſt abſque cuiuſq; in- K iuria ex utraque parte interuenire, ſibiipſi imputet, q̄ non cauerit reddendum ſib. eſſe, in tali loco. Vnde ſeruandum eſt, q̄ author in hac rōſione dicit in hmōi reſtitutionibus, quæ ex voluntarijs, ſeu non iniuſtis acceptionibus, puenīunt: in alijs autem ēt iniuſtis, quod ſupra diximus. Et hæc ſunt uera ſecundū rationem iuſtitiæ: ſecundùm autem humanas coniecturas, pēſatis conditionibus perſonarū, & rerum, poteſt contingere, q̄ poſſet dari par peribus, puta, quia cognoſcitur qualitas uoluntatis domini ſic abſentis, & creditur, quòd ratum haberet.

¶ In reſponſione ad quartum, occurrit dubium à Scoto in 4. diſtin. ſ. in hac materia motū, An ſ. exiſtens in extrema neceſſitate, teneat̄ reſtituere creditori ſimul tpe collapſo in extremā neceſſitatem. Ipſe namq; Sco. tenet partem affirmatiuam: quia creditor nunquam cecidit à domino rei illius. Ex hoc enim quòd ſimul deuenerunt ad extremam neceſſitatem, ſequitur q̄ dominium rei prius habitū nō perdidit propter extremam F alterius neceſſitatem: & conſequenter ſibi debet reſtitui etiam ab exiſtente in extrema neceſſitate. Mihi autem uidetur oppoſitum eſſe verum. Et ratio me mouens eſt, quia tempore extremę neceſſitatis quomodocunq;, ceſſat proprietas rerum ad ius gentiū ſpectās, ut inferius patebit. Et iudiciū de uſu rerū, tunc non debet fieri ſecūdū ſtatum proprietatis rerum, ſecundùm quem hoc eſt illius, & illud alterius: ſed debet fieri ſecūdum ſtatum, quo omnia ſunt communia. Cōſiderando autem res in ſtatu, quo omnia ſunt communia, manifeſtū eſt quòd melior eſt conditio occupantis, ſeu poſſidētis, ac per hoc cum mihi fiat in extrema neceſſitate, & ego inuenio ī manu mea unde uiuam, non teneor illud ſubtrahere, & tibi etiam in extrema neceſſitate exiſtenti tribuere: licet hoc, qđ in mea manu eſt, iure gētium, vel poſitiuo, ſit tuū: Quia extrema mea neceſſitas ius gentiū reſpectu huius, quod in manu mea eſt, tribuit ſtultè & iure naturæ, quod ſolum remāſit, fouet poſſidētē. Vnde falſum eſt, q̄ ille dñs rei nūquā cecidit à Dominio: quia extrema neceſſitas alterius, cū poſſeſſione illius rei, abſtulit huic ius poſitiuum, ius gentium, & ius naturæ. Vnde falſum eſt, q̄ iſte detentor occidat dñm, aut iniuſtè cōſeruet vitam ſuam: quia dominium ceſſauit alterius, & iſte uſum ex hoc, quòd poſſidere inuenitur, ex naturæ iure habet. *Porrecta per totum.* 348

¶ In reſponſione ad quintum eiuſdē articuli, nota in ſecundo membro illud uerbum, Suæ cuſtodiæ deputatam. Habet nāq; ſe prælatus ad res Eccleſiæ dupliciter, ſ. ut cuſtos, & ut diſpenſator. Eſt ſiquidem cuſtos rerū immobiliū, & aliorū, quorum alienatio eſt ſibi prohibita. Eſt autem diſpenſator fructuum, & aliorum prouētuum, ad ſuum quaſi ſtipendiū pertinentium. Et qñ (vt author met dicit in quolibeto 6. ar. 1.) Prælatus male utens, & diſſipans portionem illam, quæ eſt quaſi ſtipendiū eius, non tenetur ad reſtitutionem, ſed ad ſolam pœnitētiam: idō ut præſeruaret ſe ab his, quæ ſunt ſuæ diſpēſationi pro ſuo vſu cōmiſſa, dixit, Suæ cuſtodiæ deputata. Tenetur ergo in duobus caſibus ad reſtitutionē. Primo, ſi uſurparet ſibi rē deputatā alteri, & in hoc clauduntur bona deputata tam alteri particulari, ut canonico, officiali, capellano: q̄ collegio, ut capitulo, hoſpitali: quam multitudini, ut pauperib[9], aut puellis nubilibus, aut ſtudentibus, tranſeuntibus, infirmis &c. Propter quod qui præſunt hoſpitalibus, aut ſunt commiſſarij in hmōi, uideāt q̄ mundas ſeruent manus. Cum enim hæc bona aliorū ſint, rapina pauperū in domo corū eſt, ſi hæc ſibi applicant. Secundo, ſi alienaret rem ſuæ cuſtodiæ deputatā. Et ſub hoc clauduntur, ut dixi, tā immobilia, q̄ prohibita alienari, q̄ theſauri & ſimilia, niſi in caſu in quo licite diſpenſari poſſunt. De his tamen amplius dicetur inferius, cum de ſtatu epiſcoporū tractabitur.

SVPER QV. LXII. ARTIC. VI.

IN art. 6. eiuſdem quæſt 62. nota in corpore art. uniuerſalem radicem, unde omnes reſtitutiones in quacunque materia,

ꝑ reſtituere ille qui accepit. Per reſtitutionē. n. reparat̄ æqualitas iuſtitiæ, q̄ cōſiſtit in[h] hoc, ꝙ ſubtrahat̄ ei q pl⁹ hēt, & det̄ ei q minus hēt: ſed cōtingit qn̄q;, ꝙ ille qui rem aliquam ſubtraxit alicui, non habet eam, ſed deuenit ad man⁹ alterius. ergo non tenet̄ ille reſtituere q accepit, ſed alius qui rem habet.

¶2 Præt. Nullus tenetur crimen ſuū[k] detegere: ſed aliquādo aliquis reſtitutionē faciendo, crimen ſuum detegit, vt patet in furto. ergo non ſemper tenetur ille qui abſtulit, reſtituere.

¶3 Præt. Eiuſdē rei non eſt multotiens reſtitutio facienda: ſed qn̄q; multi ſimul rem aliquam ſurripiūt, & vnus eorū eā integrè reſtituit. ergo nō ſemꝑ ille q accepit, tenet̄ ad[b] reſtituēdū.

SED CONTRA. Ille q peccauit, tenet̄ ſatisfacere: ſed reſtitutio ad ſatisfactionē pertinet. ergo illi q abſtulit, tenet̄ reſtituere.

B RESPON. Dicēdū, ꝙ circa illū, qui rem alienā accepit, duo ſunt cōſiderāda, ſ. ipſa res accepta, & ipſa acceptio.[m] Rōne autē rei tenet̄ eā reſtituere, quādiu eā apud ſe hēt[n]: q2 qđ hēt vltra id, qđ ſuū eſt, dēt ei ſubtrahi, & dari ei cui deeſt ſm formā commutatiuę iuſtitię: ſed ipſa acceptio rei alienę pōt tripl'r ſe hēre. Qn̄q;. n. eſt iniurioſa, ſcilicet cōtra uoluntatē exiſtēs

A & quomodolibet oriūtur, vt in caſibus non ſcriptis ſcias reſoluere vſq; ad principia, an teneatur quis ad reſtitutionem. Duę ergo ſunt radices, ad quarum alteram reſtitutionē omnē oportet reduci. Prima eſt acceptio: ſecunda eſt res accepta. Et extēditur in propoſito acceptionis nomen ad omnem actū, quo proximus minus hēt de ſuo q̄ habere debeat. Incendium. n. contumelia, iniqua diſtributio, & alia hmōi, ſub acceptione comprehēduntur. Oportet igit̄ primo inſpicere, an ille de quo q̄ritur, teneat̄ ad reſtituendū rōne acceptionis, vel rōne rei acceptæ, an ratione vtriuſque. Oportet namq; inter iſta tria cōprehendi omnē reſtitutionē. Et vt ſingillatim diſſeramus ſequēdo literam, generalis regula in reſtitutionib⁹ ratione rei eſt, Quòd tandiu tenetur quis ad reſtitutionem rōne alienæ rei, quandiu eam habet. Et in prōptu rō in litera redditur: quia habens id quod alterius eſt hēt pluſquā ſuū eſt, & dānificatus tātūdē habet minus de ſuo. Et iō ſecūdum formā iuſtitiæ cōmutatiuæ oportet æqualitatem inter eos cōſtituere, auferendo ab illo qui habet plus, & dādo ei qui habet minus, ut ſic fiant æquales, ſicut erāt à principio, antequàm ſcilicet & ille minus, & iſte plus haberet, quàm ſuum eſt. Et ex hac radice prouenit, quòd ſi quis rē alienam ignoranter emiſſet nō poteſt retinere eam, quam primum nouit eam eſſe alienā: ſed tenetur eam domino reſtituere. nec poteſt petere ab eo pretiū, quo ipſe emit à domino rei, ſed à venditore: ex hoc enim, ꝙ res illa aliena eſt, obligat poſſeſſorē ad ſui reſtitutionem domino. Sed occurrit hoc in loco dubiū, An res dicatur eſſe apud aliquem ſolummodo, quādo res ipſa, puta, veſtis, uinum, frumētum extat apud eum: uel intelligendū eſt, quando vel res ipſa ſalua, uel aliquid loco eius extat, puta, pretium, uel effectus ipſius, puta, conſeruatio proprij uini, aut proprii frumenti, quod conſumpſiſſet dum conſumpſit alienum: vel alius effectus, puta, nutritio, & hmōi, quę D ex conſumptione relinquuntur: uel amicitia, quæ ex donatione, ſi rem donando diſtraxit, conſequitur: vel aliquid aliud huiuſmodi. Et eſt ratio dubij, quia varia dicuntur de poſſeſſore bonæ fidei, de quo loquimur, Dicitur enim imprimis, ꝙ ſi emptā rē diſtraxit vendendo, ꝙ non tenetur ad reſtitutionem: & ſimiliter ſi donauit, aut cōſumpſit. & ſi res eſt ſalua, & fructifera, non tenetur ad reſtitutionem fructuū perceptorum cōſumptorum. Dicitur deinde, quòd quandocumq; poſſeſſor bonæ fidei factus eſt ex re aliena locupletior, tenetur ad reſtitutionē. Et ad hoc eſt textus iuris ciuilis. ff. de petitio. hæred. l. item ueniunt. §. eos autem. Ex his enim conſurgit, ꝙ pretium quandoq; computatur loco rei, puta, cum mihi donatam rem alienam uendidi: factus ſum enim ex illa locupletior, & quandoque non, puta, cum emptam rem uendidi ſine lucro ex parte rei: & rurſus conſumptio quandoque computatur loco rei, ut cum quotidianos ſumptus ex re aliena percipio, quos ex proprio effeciſſem: factus ſum enim ex his euitatis expenſis locupletior. Et hoc expreſſe dr ibid. l. ſed & ſi lege. §. quòd autem. Qn̄q; non, ut cum conſumpſi, quia abundabam habendo talē rem, nec feciſſem tales ſumptus, niſi talem rem habuiſſem.

¶ Ad euidentiam huius rei præſupponendum eſt, quòd ſermo totus eſt de poſſeſſore bonæ fidei, qui tamen poſt factum comperit ſe alienum poſſediſſe, & paratus eſt unicuique ſuū reddere. De hoc enim qui ſolummodo ratione rei tenetur, q̄ſtio eſt, ad quid tenetur in caſibus huiuſmodi. Si rectè igitur perſpiciamus formam commutatiuæ iuſtitiæ antedictā, apparebit ꝙ nō ſolū res ipſa aliena obligat poſſeſſorē ad reſtitutionem, ſed etiam quicquid loco rei ſucceſſit, ut pretium, uel effectum: ſi ex his factus eſt poſſeſſor locupletior obligat eundē ad reſtitutionem: ita quòd inter rem ipſam alienam, & id quòd loco eius ſucceſſit, hæc eſt differētia in ꝓpoſito, ꝙ res ipſa obligat poſſeſſorē ſimpliciter, & abſolutè: id uero quod loco rei ſucceſſit, obligat poſſeſſorē ſolummodo in caſu, quo ſ. ex hoc factus eſt locupletior, & ad tantum quātum factus eſt locupletior, ut bene ius ciuile decernit. Et de re quidem ratio manifeſta eſt: de eo verò qđ loco rei ſucceſſit ad lucrū manifeſtatur: quia quicqd lucri ex re aliena apud poſſeſſorē eſt, ſuū nō eſt, ac ꝑ hoc quātū habet de hmōi lucro, tn̄ habet plus q̄ ſuum eſt. Et cū dn̄s rei tantundē habeat minus de ſuo, oportet ſecūdum iuſtitiæ cōmutatiuæ formā auferri à poſſeſſore non ſuo, & dari domino rei, ut ſic inter eos ſit æqualitas: & huic rationi omnia cōſonāt. Nā ſi ex dono poſſideo alienū, & uendidi, teneor de pretio quo factus ſum locupletior. *Conclu.* Si autem emi prius, & poſtea uendidi ſine lucro ex parte rei quāuis forte lucrat⁹ ſum ex labore, uel induſtria adiuncta, nō teneor de aliquo. Et ſimiliter ſi ex dono habitum donaui, nō ſum ex re illa factus locupletior. De con- C ſumptione quoque diſtinctio conſonat, quando ſcilicet conſumptio redūdat indirectè in lucrum, puta, quia conſumpſiſſet tantundem de proprio: tunc. n. indirectè factus eſt locupletior. Quando verò conſumptio in nullū redundat lucrum, ad nihil tenetur. Propter quòd inuitatus ad cęnam rei furtiuæ, ſi bona fide cęnat, & nihil ꝓpterea lucratur, quia omnino in domo propria tantum expendit, ſi in ea cęnat, quantum ſi nō, ad nihil tenetur: ſed ſi ex hoc, quòd ad conuiuium accedit, minus domi expendit, tenetur non de tanto, quantū cōſumit in cęna, ſed quantum lucratus eſt indirectè, non expendēdo, & comedendo propria. Et ſimiliter dicendū de ueſte precioſa conſumpta, qualem nō conſumpſiſſet, niſi dono habuiſſet. Non enim tenetur de tanto quantum valebat ueſtis illa, ſed quantum cōſumpſiſſet de ſua ueſte. Progn̄alis enim regula in ſuccedētibus, & fructibus, & effectibus rei habēdum eſt, quòd ſolummodo tenetur inquātum aliquid lucri, uel directè habuit, ut puta, recipiēdo pretium locationis domus, & fructuū agri, & ſimiliū: vel indirectè, ut puta, quia tantum expendiſſet de ſuo. vtroque enim modo factus eſt locupletior in tantū ex re aliena. Notanter dicimus, ex re aliena, ad differentiam lucri ex propria induſtria: non enim tenetur de tali lucro. Propterea ſi habuiſſem pecuniam alienam, & cum ea lucratus fuiſſem, non tenerer de tali lucro, & de ſimilibus idem eſt iudiciū. Et ex his patet, quare quandoq; pretium in propoſito ſuccedit loco rei, & quandoque non: quia quandoque habet rationem non ſui reſpectu poſſeſſoris, quando ſcilicet reddit ipſum locupletiorē: & quandoque habet rationem ſui, quando ſcilicet ſaluatur indemnis: & ſimiliter eſt proportionaliter de conſumptione.

¶ Sed reſtat adhuc unum dubium: quia ſcilicet ſecundum doctrinam hanc, non uidetur æqua lex iſta de reſtitutione ex parte rei, ſed claudicat ex una parte, ſ. ex parte poſſeſſoris. Nā poſſeſſor ſtaret in periculo damni, & non lucri ſine ulla culpa E ſua. Declaratur ſequela: quia poſſeſſor qui emit, tenetur reſtituere rem apud ſe exiſtentem, etiam ſi non poſſit pretium qđ dedit, recuperare à uenditore, ut patet ex dictis. Et tamen nunquam poteſt lucrari: quia inquantum eſt factus locupletior, tenetur reſtituere, ut dictum eſt.

¶ Sed hoc non eſt difficile ſoluere, conſiderando quòd obligatio ad reſtituendū, de qua loquimur, nō oritur ex actione, aut paſſione, ſed ex ipſa re aliena, cui accidit, ꝙ ab hoc poſſeſſore habetur dono, uel pretio, ac per hoc, quòd iſte damnificetur, & non ille. Quia ergo poſſe damnū incurrere poſſeſſorem ex re aliena, nō prouenit ex ipſa re, ſed ex modo adiunctæ actionis, ſcilicet emptionis, nō debere autē lucrari, ex re ipſa prouenit, æquiſſima eſt reſtitutionis lex ex parte rei ſecūdū ea, quæ ſunt per ſe, & non ſecundum ea, q̄ ſunt per accidens diſpoſitiones.

¶ Circa reſtitutionem uerò ex parte acceptionis, in litera tria membra hūt. Primum eſt quando acceptio eſt iniurioſa, & tūc acceptio ipſa obligat accipientem ad reſtitutionem. Et ſub hoc

eius, qui eſt rei dñs, ut patet in furto, & rapina.[p] Et tunc tenet ad reſtitutionẽ, nõ ſolũ rõe rei, ſed ẽt rõne iniurioſæ actionis, ẽt ſi res apud ipſum non remaneat.[q] Sicut.n.qui percutit aliquem, tenetur recompẽſare iniuriam paſſo, q̃uis apud ipſum nihil maneat: ita etiam qui furatur, uel rapit, tenetur ad recompenſationem dãni illati, etiam ſi nihil inde habeat: & ulterius pro iniuria illata debet puniri. Alio modo, aliquis accipit rem alterius in utilitatem ſuã abſq; iniuria, cum uoluntate, ſcilicet eius cuius eſt res, ſicut patet in mutuis. Et[s] tunc ille qui accipit, tenetur ad reſtitutionẽ ei[s] quod accepit non ſolum ratione rei, ſed etiam ratione acceptionis, etiam ſi rem amiſerit: tenetur enim recompẽſare ei, qui gratiam fecit[t], quod non G fieret, ſi per hoc damnum incurrat. Tertio modo aliquis accipit rem alterius abſq; iniuria, non pro ſua vtilitate, ſicut patet in depoſitis. Et ideò[x] ille qui ſic accepit, in nullo tenetur ratione acceptionis, quinimmo accipiendo, impẽdit obſequiũ:

membro comprehenditur omnis iniuſta damnificatio in qua cunq; re: ita q formale conſiderandum in hoc, eſt ipſa dãnificatio, quæ acceptio uocatur, ſiue ſtat capiendo, ſiue cõburẽdo, ſiue præcidendo, ſiue quouis alio mõ. Semper.n. in huiuſmodi interuenit damnum alterius: quod ſõ eſt, quia accipitur ab inuito dño qđ ſuum eſt, quãuis nulli quã doque detur, ſed annihiletur. Quis ergo q damnificator eſt alterius, tenetur ad reſtitutionẽ non rõne lucri ſui, ſed rõne acceptionis, ſeu dãnificationis. Et hoc fundamentum, hanc radicem, hanc regulã bñ nota: qa cum primũ inueneris aliquẽ acceptionis iniuſtæ cãm fuiſſe, ſcito illũ cõprehẽdi ſub dãnificationis nomine, & ipſum obligatum ad reſtitutionem illati damni. Conſidera ergo in caſibus occurrentibus, ſi operatus eſt ad damnum alterius: quia damnificator eſt proculdubio, quando ſubſequutus eſt ex ſua illatione effectus.

Solu. p

Pars 2.

¶ Secundum membrum eſt, quando acceptio eſt ex uoluntate domini in utilitatem accipientis tunc ẽt acceptio ipſa obligat accipientem ad reſtitutionem. Et ſub hoc mẽbro non clauditur H niſi acceptio illa, quæ eſt pro ſola utilitate accipientis, ut patet ex rõne literæ, quia.ſ. tenetur ad gratiam recõpenſandam ille q accipit. Hoc.n.non habet locum in acceptione pro cõi utilitate, ſ. tradentis, & accipientis: quia ex quo commune eſt beneficium, neuter alteri tenetur ad gratiam recompenſandam.

¶ Sed quod in litera dicitur, quòd accipiens in ſuam ſolam utilitatem à domino uoluntario tenetur ad reſtitutionem, etiã ſi rem amiſit, non caret ſcrupulo, quoniam ut patet extra, de commodato, Caſus fortuitus, quo perit commodatum, non debet imputari ei cui commodatum eſt, niſi propter moram, culpam, aut pactum. Non tenetur ergo qui accipit in ſuã præcisè utilitatem ad reſtitutionem, ſi rem amiſit ſine omni culpa ſua, quàmuis teneatur de leuiſſima culpa, ut ibidem dicitur. Quomodo ergo ſaluabitur præſens litera abſolutè dicens, q tenetur reſtituere, etiam ſi rem amiſerit?

I ¶ Ad hoc dubium licèt dici fortè poſſet, q author loquitur de acceptione, qua transfertur dñium rei, qa dat exẽplũ de mutuo: quia tñ exempla rõne clarioris diſciplinæ ponuntur, aliter dicendum eſt, q doctrina moralis eſt ſecundũ ea, quæ conueniunt, ut in pluribus, nec oportet in moralium documentis excipere raro contingentia. Vnde cum fortuita ſint de numero rarorũ, vt patet in 2. Phyſ. conſequens eſt, q præſens litera docens moralia abſolutè, uera ſit, iudicans ſecundum id quod eſt frequenter, q.ſ. accipiens in ſui utilitatem præcisè à domino uoluntario, tenetur reſtituere, etiam ſi rem amiſerit. Et Decretalis aſpiciens ad caſus, uera quoque eſt, decernens, q accipienti commodatum cauſa ſui, nõ debet fortuitus caſus imputari.

¶ Tertium membrum eſt, qñ acceptio eſt ex uoluntate dñi, nõ pro utilitate accipientis Tunc.n.acceptio ipſa non obligat accipientem ad reſtitutionem: quia accipiendo, obſequium impẽdit: ſed res accepta, qa aliena eſt, obligat eũdẽ ad reſtitutionẽ. Et ideo ſecundum regulam prius datam de obligatione ex par K te rei, tandiu iſte q ſic accipit, tenetur, quandiu rẽ habet. Propter qđ ſi rẽ perdidit, nõ tenetur, niſi ex magna ſua culpa, inquit author, amiſerit illam. Quod Iuriſtæ ſub alijs uerbis docent, dicentes, quòd tenetur de dolo, & lata culpa, non autẽ de leui, aut leuiſſima: & vocatur magna, ſeu lata culpa, quando non cuſtodiuit ea diligentia res depoſitas, qua cuſtodiuit ſuas.

¶ Et nota, quòd hoc tertium membrum à negatione ꝓpriç utilitatis diſtinxit author, & non ab affirmatione utilitatis tradẽtis: quia nihil refert, an accipiat pro utilitate tradẽtis, an alicuius tertij. Sat eſt enim q non accipiat pro utilitate ſua ad hoc, ne teneatur ad reſtitutionem ratione acceptionis, ſed rei.

¶ Sed occurrit circa hanc trimembrem diſtinctionem dubiũ: quia pluribus modis, quàm his tribus acceptio rei alienç poteſt ſe habere. Poteſt namque eſſe pro utilitate utriuſque partis, ſcilicet tradẽtis, & accipientis (vt patet in cõductione, & locatione,) in accommodato, ut ſeruire, aut miniſtrare poſſit accõmo-danti, vt cum accommodo equum, vt uadas ad negotiũ meũ & in depoſito, cum quis pro mercede cuſtodit. & huiuſmodi. Inſufficienter ergo author modos, quibus acceptio rei alienæ ſe habere poteſt, diſtinxit.

¶ Ad hoc dr̃, q author nõ intendebat diſtinguere uniuerſaliter modos acceptionis alieni. Qđ ex eo patet, q de acceptione rei ex dono, nihil oĩno dicit. Intendit ergo de aliquo acceptionis gñe diſtinguere. Et vt mihi, q genus hoc ſit acceptio ſimplex, annexũ habẽs reſtitutionis debitũ: uocatur aũt ſimplex p excluſionẽ compoſitionis cũ aliquo correſpõdẽte dare. Cõtingit enim utroq; mõ accipere, ſ. cũ correſpõdẽte dare, ut in conductione, pignore, emptione, & hmõi. Accipit.n. tunc quis alienũ, pro quo datur aliquid correſpõdens ei ſine aliqua datione admixta, ut patet in mutuis, in q̃bus ſi daretcorreſpondens, non eſſet mutuũ. Dixit quoq; habens annexum reſtitutionis debitũ pp acceptionem doni, quç licèt ſit ſimplex: quia tñ non habet reſtitutionis debitũ annexũ, extra genus hoc ponitur. Diſtinguatur ergo ſimplex, annexumq; reſtitutionis debitũ habens, acceptio rei alienæ, & dicatur, q tripliciter ſe habere põt.ſ. cum iniuria. & hoc eſt primũ membrum: uel cum uoluntate domini, & ſic aut in ſolã accipientis utilitatẽ, & hoc ſecundum eſt membrum: aut nõ in utilitatẽ accipientis, & hoc eſt tertiũ mẽbrum. In his enim omnibus ſimplex eſt acceptio, ut patet diſcurrenti, & intantũ eſt ſimplex, ut ſi admiſceatur aliqua correſpondens datio ut merces pro depoſito, uel aliquid hmõi, uarietur debitum reſtituendi, ut patet ex hoc, q qui accipit depoſitum mercede, aut aliqua propria utilitate, tenetur ẽt de leui, & fortè de leuiſſima culpa, de quarum nulla tenebatur, ſi ſimplex fuiſſet acceptio &c.

Conclu.

Conclu.

¶ Quartum igitur quod obijcitur reſtaſſe membrum, quando ſcilicet acceptio eſt in fauorem utriuſque, non eſt membrũ diſtincti generis: quia non eſt acceptio ſimplex, qñ eſt in fauorẽ utriuſq;: ſed acceptio componitur cum aliqua correſpondẽte datione, ut patet diſcurrenti per hmõi contractus. At ſi quis q̃rat, quare author ſuſcepit onus diſtinguendi hmõi acceptionem ſimplicem, & non potius ſimplicem, & miſtã Rñdetur, q cauſa quare nõ uniuerſaliter de acceptione dixit, eſt, quia tractabat de iuſtitiæ cõmutatiuæ actu, a qua acceptiones gratuitç lõgæ ſunt. & acceptiones ad iuſtũ, aut iniuſtũ ſpectãtes miſtæ poſt ſimplices tractandæ ſunt, aut ex ſimplicibus iudicandæ.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſexti articuli, u. de concluſionem, quod quando qui ratione acceptionis tenetur, tranſtulit rem in alium, uterque tenetur: alter ratione acceptionis, & alter ratione rei, ut ſcias decernere in caſibus.

¶ In reſponſione ad ſecundum, circa illius argumenti materiã dubium occurrit, An ſi reſtituendo per confeſſorem eandem rem, ſequeretur criminis detectio, teneatur aliquis ad reſtituẽdam rem acceptam: An ſufficiat reſtituere illius æſtimationem. Et licèt hoc dubium ſpectet directè ad articulum ſecundum, vbi tractatur quid eſt reſtituendum, propter materiam tamen argumenti huius hic motum eſt. Et eſt ratio dubitandi, quia non debet fieri commutatio rei inuito domino. Contingit enim domino diſplicere commutationẽ rei ſuæ in æſtimationem illius: ſi enim illam haberet, nullo pacto uenderet. Ex alia autem parte eſt, quia homo non tenetur ad damnificandum famam ſuam ut, reſtituat alteri rem ſuam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licèt caſus iſte non facile poſſibilis ſit, eo quòd oporteret ſimul concurrere, quòd nec per ſe, nec per alium, nec tunc, nec nacta poſt cõgrui media oris opportunitate poſſit reſtitui res illa in ſpecie, & cum hoc res ſit talis, quòd nullo modo dominus commutationem acceptaret: ſi tamẽ caſus accideret, uidetur mihi, quòd non teneatur ad reſtitutionem illius rei, ſed æſtimationis eiuſdem. Et ratio me mouens eſt, quia ob reſtitutionem honorum inferioris ordinis, non tenetur aliquis ex ui debiti ad damnificandum ſe in rebus ſuperioris ordinis. Res autem exteriores, quales ſunt: omnes ad diuitias

tenetur autem ex ratione rei.* Et propter hoc, ſi ei ſubtrahat̃ res abſque ſua culpa, non tenet̃ ad reſtitutionem: ſecus autem eſſet, ſi cum magna ſua culpa rem depoſitam amitteret.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ reſtitutio nõ ordinat̃ principaliter, ad hoc, ꝙ ille, qui plus habet, q̃ dẽt habere deſinat: ſed ad hoc, ꝙ illi qui min⁹ hẽt, ſuppleatur. Vnde in his rebus, q̃ unus põt ab alio accipere ſine ei⁹ detrimento, non habet locum reſtitutio, puta, cũ aliquis accipit lumen à cãdela alterius. Et ideò quàmuis ille, qui abſtulit, nõ habeat id, quod accepit, ſed ĩ aliũ ſit translatũ: quia tñ alter priuãtur re ſua, tenetur ei ad reſtitutionem, & ille qui rem abſtulit rõne iniurioſæ actionis, & ille, qui rem habet rõne ipſius rei.

B Ad II. dicẽdũ, ꝙ homo etſi non teneat̃ crimen ſuum detegere hoĩbus, tenetur tñ crimen ſuũ detegere Deo in cõfeſſiõe: & ita ꝑ ſacerdotẽ, cui confitet̃, pt reſtitutionẽ facere rei alienę.

Ad III. dicendũ, ꝙ quia reſtitutio principaliter ordinat̃ ad remouendum damnum eius, à

ad diuitias ſpectantes, ſunt bona inferioris ordinis: fama aũt eſt A ſuperioris ordinis, iuxta illud. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: unde non tenetur quis dãnificare ſe in fama, vt reſtituat rem illam, in ſpẽ. Et ſi quis obijciat, ꝙ non ꝑꝑ rẽ illã, ſed propter actum uirtutis iuſtitiæ, ſ. exercendum, ꝙ bonum eſt ſuperioris ordinis, q̃ ſit fama, tenet̃ iſte dãnum ſuſtinere famę, ſicut ille, q iuſtè torquet̃, tenet̃ crimẽ ſuũ dicere, Rñderet̃, ꝙ q̃uis iuſtitiæ rõ exigat, vt illam rẽ alienam, & non aliã pro ea reſtituat: quia tñ exhibitio iuſti ab hoc fieri non põt ſine damno proprio in re ſuperiori. ordinis, cõſequẽs eſt, ꝙ per accidens reſtitutio illius rei in ſpecie deſinat habere rationem actus iuſtitiæ, ac per hoc iſte omittens reddere rẽ eandem, non omittit actum iuſtitiæ debitum. Maior propoſitio manifeſtatur ex hoc, quòd homo non tenetur ex natura debiti uendere ſeipsũ, ut reſtituat pecuniam, quam furatus eſt: quia libertas eſt bonũ ſuperioris ordinis inæſtimabile. Nec benè pro toto libertas venditur auro. & ſimile eſt de fama. Dixi autem ex natura debiti: C quia licet ex natura legis punitiuæ fur teneatur ſe vẽdere, ſi fieret lex talis, ut olim erat in lege Moyſi, iuxta illud Exod. 22. Si non habuerit fur, quod pro furto reddat, venundabitur: nõ tamen ad hoc tenetur ex natura debiti. Vnde etiam ſtante lege nõ tenetur, niſi poſt ſententiam.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, An uno integrè reſtituente, alij qui etiam in ſolidum tenebantur ad reſtituendum, teneantur de neceſſitate ſalutis ad refundendum illi, qui reſtituit, & ad quantum quiſque teneatur, ſi teneatur. Et eſt ratio dubij: quia cum iſti nihil acceperint ab iſto, qui reſtitutionem fecit, non tenentur ei aliquo reſtitutionis iure. Reſtitutio. n. præſupponit acceptionem, uel rem acceptam, ut dictum eſt. Quo autem alio iure teneatur, oportet oſtendere.

¶ In oppoſitum autem eſt litera præſens, cui conſonare omnes de hoc ſcribentes, uidentur.

¶ Ad hoc dr̃, quòd in hac materia eſt aliquid clarum & manifeſtum: aliquid uero obſcurum, & quod magna inquiſitione in- D diget, ut dilucidetur. hac ergo partitione utendum eſt. Triplici namque modo contingere poteſt caſus iſte. Primò, rebus acceptis exiſtentibus apud eos, qui acceperunt. Scdò, rebus acceptis conſumptis ab eiſdem. Tertiò, ꝙ illa fuerit acceptio lucroſa alicui, ſed ſolùm damnificatoria, ut in deſtructione domus, incendio, conculcatione ſeminum, & huiuſmodi. Et in primo, & ſecundo caſu clarum eſt, quòd alij tenentur refundere ei, qui reſtituit, tanquàm ſubſtituto domino illarum rerum. Ex eo nãque, quòd unus reſtituit pretium totius, factus eſt dominus rerum extantium apud alios, & eſt ſubrogatus in iuribus illius, cui rerum conſumptarum pretium debebatur ab his, qui conſumpſerunt. Et hoc patet, quia iſta refuſio debet fieri iure reſtitutionis ratione rei acceptæ extantis, uel mala fide cõſumptæ: quoniam fit illi, qui ſuccedit domino, uel in domino reſpectu extantium rerum, uel in iuribus reſpectu conſumptarũ. Et hoc E eſt quod doctores dicunt, dum docent, ꝙ tenetur refundere quilibet pro portione, quæ ad eum deuenit.

¶ In tertio caſu, qñ ad nullum portio aliqua deuenit, obſcurũ eſt, an alij teneantur refundere. Nam ratione rei, nullus tenet̃, ſicut in prioribus caſibus: ratione autem actionis, qua tenebantur iniuriato, non tenentur iſti tanquàm ſubrogato in iniuria, quia iſte qui reſtituit, non ſubrogatur in iniuria, ut patet. Videtur autem mihi conſiderandum, & diſtinguendum eſſe, an ille unus, qui integrè reſtituit, ſuccedat damnificato in damno tantum, an ẽt in damnum pati ab eiſdem. Nam ex hoc, ꝙ aliquis incurrit dãnũ, non ſequit̃, ꝙ aliquis teneatur illum à damno releuare, ut patet: ſed ex hoc, ꝙ aliquis patitur ab aliquo damnum benè ſequitur, ꝙ ſit ab illo releuandus. Ad hoc autem diſcernẽdum oportet perſpicere, an ille unus, qui integrè reſtituit, fuerit inductus, aut inducens, aut æquè ſpontaneus ad damnificationem: quia ſi fuit inductus, tenentur alij, qui ipſum ad maleficium induxerunt, ad refundendum ei, ſaltem æquis portionibus: qm̃ inductus ad maleficium ex hoc ipſo, ꝙ inductus eſt ad damnificandum alium, conſequenter ductus eſt ad ſtatum, in quo tenetur ad ſatisfaciendum inſolidum, ac per hoc ab inducentibus paſſus eſt per uiã ſequelæ hoc damnũ: & ſic iſte inductus non ſolũ ſuccedit in damno, ſed ẽt in dãnificari ab eiſdẽ. Si uerò fuit inductor aliorum ad maleficiũ ille, qui integrè reſtituit, non tenentur inducti ad refundẽdũ eidem: quia iſti non dãnificauerũt deducẽdo, ipſum ad ſtatũ, in quo tenetur ad reſtituẽdum in ſolidũ, ſed ecõtra. vnde iſte nõ ſuccedit, niſi dãno. Si aũt æque ſpõtaneus fuit ille, qui integrè reſtituit, ita ꝙ nec induxit, nec inductus fuit: tunc ſubdiſtinguendũ eſt, aut ille ſine alijs ad maleficium perpetrandũ non iuiſſet, puta, quia periculoſa aggreſſio, vel ſine ſocijs nõ fuiſſet auſus, uel hmõi. Et cum par ſit de omnibus huiuſmodi ratio, quilibet alium prædicto modo damnificauit indirectè, quoniam quilibet poſuit ſocium in ſtatu reſtituendi in ſolidum: ac per hoc æquis ſaltẽ C portionibus tenentur ei, qui reſtituit, refundere, & gratias agere illi, quòd eripuit eos ab onere reſtituendi in ſolidũ. Aut quilibet ſine alijs iuiſſet, ſed tamen ſocialiter iuerunt: & tunc de rigore iuris non uideo, quòd teneantur alij eidẽ refundere, quia nullus alium damnificauit, quamuis de æquitate deberent refundere eidem. Aequum quippe eſt, ut ſocij in damni inferendo, ſint etiam ſocij in damno ſuſtinendo.

¶ Ad argumentum igitur ex litera aſſumptum dr̃, quod author loquitur in litera de ſurripientibus res, ut patet in argumẽto, quos conceſſum eſt teneri ad refundendum ratione rei, quę ad eos peruenit. Nos autem loquimur in hoc vltimo de præciſè damnificantibus alterum ſine cuiuſcumque lucro, de quibus etiam dixi quod mihi uidetur ratione conſonum.

¶ In eadem reſponſione ad ſecundum eiuſdem ſexti articuli dubium quorundam occurrit circa ultima uerba, ſ. Quòd tamen poteſt condonare, An is, qui ad reſtituendum tenetur, abſolu- D tus ſit coram Deo à debito reſtitutionis ex hoc, quòd petiit ab eo, cui tenetur remiſſionem, & habuit ab eo gratiam: an requiratur, quòd offerat pecuniam, uel rem in promptu. Et eſt ratio mouendi hoc dubium diuerſitas ſcriptorum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd quocumque modo perueniatur ad hoc, quòd dominus rei, ſeu cui reſtitutio fieri debet, liberè donat, aut remittit, abſolutus eſt debitor coram Deo. Nihil enim refert precibus, obſequio, uel interceſſione, aut oblatione, aut quouis alio modo procurare, dummodo perueniat̃ ad id, unde pendet uinculum reſtitutionis, liberam. ſ. uoluntatem domini, per quam eſt poſſeſſor, & diſtributor, & donator rerũ ſuarum. Quicquid autem rationabiliter in hac re dubitatur, eſt pro tanto, quia dubitatur, an liberà ille donet ſua, quæ nõ ſunt in ſua poteſtate poſita: ſed hoc, & cætera dubia ceſſant, qñ conſtat ex uerbis donantis abſque metu, fraude, deſperatione rei recuperandę & breuiter omnibus facientibus uoluntarium mixtum, ꝙ ipſe liberè donat. Nec obſtat ſi fortè idem oblata re nõ E donat, aut donaret: qm̃ præſentia rei mouet ad cupiditatis paſſionem, ex qua fit ille illiberalis, extra quam paſſionem exiſtẽs, in abſentia rerum liberaliter donat. Facilius eſt enim eſſe liberalem in donando ſua, quæ non poſſidet, quàm extrahendo à ſe, quæ poſſidet. Vnde ſcrupulus iſte ſuperfluus eſt: quin potius ſi reſtitutor in ueritate paratus eſt, & pauper; & creditor diues, & vniuerſaliter quando donatio eſſet opus pietatis, conſulendum eſt ne abſentibus rebus petat donationem, ne intret creditor in tentationem illiberalitatis ex præſentia rerum, ſed extra omnem paſſionem exiſtens, liberaliter donet. Experimur enim in alijs, ꝙ uirtutem facilius ſeruamus remoti à præſentia obiectorum, ut patet in cibis, & venereis. Nec propterea non liberè abſtinemus: quia extra præſentiam obiectorum ſobrij, & caſti ſumus, qui fortè in præſentia laberemur.

¶ Circa prædicta occurrit nouum dubium, An pluribus in ſolidum obligatis ad reſtitutionem, poſſit dominus gratiam remiſſionis quibuſdam facere, & totum ab uno exigere in foro conſcientiæ

ſcientiæ. Et eſt rõ dubij, qa dñs remittẽdo qbuſdã, donat eis qd hñt de ſuo. Quod aũt donauit uni; nõ dẽo amplius ab alio repetere: alio quin nõ ſimplũ, ſed multiplicatum reſtitueretur.
¶ In oppoſitũ autem eſt, quia omnia iura concedũt contra quẽlibet eorũ, qui tenentur inſolidum ad reſtitutionẽ poſſe agi.
¶ Ad hoc dr, q cũ donatio de ſuo, & nõ de alieno, aut alij debito, fieri poſſit, ſi dñs, cui reſtitutio faciẽda eſt, liberaliter donat, non dẽt in præiudicium aliorũ hmõi donatio redundare. Verteret aũt in præiudicium aliorum, ſi iſtis qui tenent aut reſtituere, aut refundere, reſtitutoribus abſolutis, ipſi ſoli damnum totum incurrerẽt. Immò cõtingere & poſſet ſcdm hoc, q q nihil habuiſſent, reſtituendo totum damnũ incurrerent, & illi qui adhuc res ſaluas haberent, lucrũ reportarent rerum illarum, & dñs qui pri' damnificatus erat, & in nullo remaneret damnificatus, & effectus eſſet liberalis rerũ illius, qui reſtituit: quod iniquitate plenum eſt. Non põt ergo dñs, cui reſtitui debz, donare in caſu, ĩ quibus tenent alij refundere reſtituenti, in præiudicium reſtituentis. Et propterea, ſi donauit quibuſdã talibus, qui. ſ. tenebantur refundere illi, qui reſtituet, non põt in foro conſcientiæ petere ab uno integram reſtitutionem, ſed tñ minus, quantum donauit alijs, & ſibiipſi imputet, qui donauit ſuum, ſi illud non habet. ſecus aũt eſſet, ſi non donaſſet, ſed nollet eos uexare, ſed ab vno tñ exigere: & ipſi inter ſe poſtmodũ, qui tenent inſolidũ, viderint. Et hoc concedunt iura, & non q portiones donatæ quibuſdam, exigant poſtmodum ab uno, aut pluribus obligatorum inſolidorum: quoniam hoc, vt patet ex prædictis, iniquum eſt.

* Alias, quãdoq;.

Porrecta per totum.

349

4. di. 15. q. 1. art. 5. q. 3.

quo eſt aliquid iniuſtè ablatũ: iõ poſtq̃ ei reſtitutio ſufficiens facta eſt p unũ, alij non tenenẽ ei ulterius reſtituere, ſed magis refuſionem facere ei qui reſtituit, *quod tñ poteſt cõdonare.

ARTICVLVS VII.

Vtrum illi, qui non acceperunt, teneantur reſtituere.

AD SEPTIMVM ſic proceditr. Vr̃, q illi qui non acceperunt non teneantur reſtituere. Reſtitutio. n. quædam pœna eſt accipientis: ſed nullus debet puniri, niſi qui peccauit. ergo nullus debet reſtituere, niſi qui accepit.

¶ 2 Præt. Iuſtitia non obligat aliquem ad hoc, q rem alterius augeat: ſed ſi ad reſtitutionem teneretur, non ſolùm ille qui accepit, ſed etiã illi q qualitercũque cooperantur, augeretur ex hoc res illius, cui eſt aliquid ſub tractum, tũ quia ſibi multoties reſtitutio fieret: tum etiam quia quandoque aliqui operam dant ad hoc, q aliqua res alicui auferatur, quæ tamen ei non aufertur. ergo non tenenẽ alij ad reſtitutionem.

¶ 3 Præt. Nullus tenetur ſe periculo exponere ad hoc, q rem alterius ſaluet: ſed aliquando manifeſtando latronem, uel ei reſiſtẽdo, aliquis periculo mortis ſe exponeret. non ergo tenetur aliquis ad reſtitutionem propter hoc, q non manifeſtat latronem, uel non ei reſiſtit.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Ro. 1. Digni ſunt morte, non ſolũ q faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. ergo pari ratione etiam conſentientes debent reſtituere.

RESPON. Dicendũ, q ſicut dictum* eſt, ad reſtitutionem tenetur aliquis nõ ſolũ rõne rei alienæ, quam accipit, ſed ẽt ratione iniurioſæ acceptionis. & iõ q cumq; eſt cã iniuſtæ acceptionis, tenetur ad reſtitutionem: quod quidem contingit dupliciter, directè, ſ. & indirectè. Directè quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendũ: & hoc quidem tripliciter. Primò quidem modo, mouendo ad ipſam acceptionẽ, qđ qdẽ fit pcipiendo, conſulẽdo, cõſentiẽdo expreſsè, & laudãdo aliquẽ quaſi ſtrenuũ de hoc, q aliena accipit. Alio mõ ex parte ipſius accipiẽtis, quia. ſ. eũ receptat, uel qualitercumque ei auxiliũ fert. Tertio modo, ex parte rei acceptæ, quia. ſ. particeps eſt furti, uel rapinæ, uel quaſi ſocius maleficij. Indirectè uerò, qñ aliqs non impedit, cũ poſſit, & dẽat impedire, uel qa ſubtrahit pceptũ, ſiuẽ cõſiliũ impediẽs furtũ uel rapinã: vel qa ſubtrahit ſuũ auxiliũ, quo poſſet obſiſtere: uel quia occultat poſt factũ, q̃ his verſibus comprehenduntur.

Iuſſio, conſilium, cõſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Sciendum tñ, q quinq; præmiſſorum ſp obligant ad reſtitutionẽ. Primò iuſſio: qa ille q

* Art. præced.

SVPER QVÆST. LXII. ART. VII.

IN ar. 7. eiuſdem 62. q. proſequendo ambiguitates ſpectantes ad perſonã reſtituẽtis, quis. ſ. teneaẽ ad reſtitutionẽ, notãda, & declarãda primo occurrit illa maxima. Quicũq; eſt cauſa iniuſtæ acceptionis, teneẽ ad reſtitutionẽ. Vr̃ ſiquidẽ malè intellecta, & applicata, ut ſcripta doctorũ pſeferũt, qb. authoris verba hoc in loco fauere vñr, dũ dicit, q ad reſtitutionẽ obligat conſenſus in eo, ſine quo rapina fieri nõ põt, atũq; q requiritur ad reſtitutionis uinculũ, q ſit cã, ſine qua nõ acciperetẽ. Sed ſi oĩno acceptio fuiſſet p aliũ facta, nõ teneri ad reſtitutionẽ niſi rõne rei, q̃ ad ipſum deuenit. Et ex hoc principio deducitur, q cauſæ inſtrumentales particulares, loco quarum oĩno fuiſſent aliæ, vt miniſtri ad vſuras, & inferiores milites, & pedites ad bellum manifeſtè iniuſtum, non tenentur, niſi aliquid ad eos deuenerit: quoniam loco eorum alij affuiſſent, qui idem feciſſent.
¶ Sed ſalua eorũ reuerẽtia, valde iſti errãt in ſenſu illius maximæ, & cõſter lõgẽ aberrãt applicãdo. Plus. n. imprimis eſt cã, q quam ſit, q̃ cã, ſine qua non heret: qm iſta inter cãs, nõ cõputaẽ, illa uero eſt cã, ut patet in philoſophia. Et in propoſito cã iniuſtæ acceptionis eſt, quæcũq; efficit ipſam acceptionem iniuſtã. Vnde & in hoc ar. ſubdit author, q iõ qñq; adulator non teneẽ, qa qñq; nõ eſt cã efficax. Et ut oẽs intelligant, ſiq̃s hẽat multos famulos, & pcipiat q occidãt talẽ inimicum, & ſingulis exiſtentib. paratis ad hoc, & ſufficientibus, ſi un' eorũ ſolus illum occidat, nunquid nõ eſt uera cã iniuſtæ acceptionis uitæ? Et tenetur ille ad reſtitutionẽ, nec excuſatur à reſtitutionis uincũlo plus quã à pœna mortis, à qua certũ eſt nõ excuſari: qa oĩno multi alij ipſum occidiſſent. Hẽt. n. locũ in hmõi regula euãgelica. Neceſſe eſt ut ueniãt ſcãdala: verũtñ uæ homini illi, per quem uenit. Ad affirmatiuã oportet ergo reſpicere, an. ſ. iſte efficiat iniuſtã acceptionẽ, & nõ ad negatiuã an. ſ. non fuiſſet facta ſine ipſo. Teneẽ. n. quilibet rõne ſuæ operationis: nec excuſatur, quia oĩno hoc ali' feciſſet. Cũ ergo uinculum reſtitutionis ſequaẽ operationẽ agẽtis qñ ex iniuſta acceptione cõſurgit, ſine oĩ dubio conſtat, q extra obligatos ad reſtitutionẽ non ſunt, q licẽt nihil habuerint, & alij oĩno hoc idem feciſſent, miniſtri fuerunt iniquæ acceptionis. Et ex hoc patet, q ſcdm iuſtitiæ rigorẽ, quilibet miles, qlibet pedes in bello manifeſtè iniuſto, teneẽ in ſolidũ de oĩ dãno, qđ intulerũt nõ minus, q̃ cũ multi ſocij ad rapiendũ concurrunt: quãuis exhæredẽdam num paſſis preciũ nõ teneanẽ, niſi ſcdm facultates ſuas, impotẽtia illos excuſãte. Miniſtri quoque furis, raptoris, uſurarij, & huiuſmodi, qui deſeruiunt ſiuẽ ſpontẽ, ſiuẽ mercede conducti ad iniquas acceptiones, etſi nihil ad eos deueniat, tenentur inſolidum ratione iniuſtæ acceptionis, quam effecerunt. Eſto ergo diligens ſcrutator in particularibus caſibus, ut diſcernas, ſi miniſtrat in acceptione uſuræ, furti &c. an in alijs: quoniam hinc omnia pendent. Paria ſiquidem ſunt quo ad perſonam accipientis, hoc eſt quo ad quis accepit furari per alium, & uſuras accipere p aliũ: utrobique enim ille mediator accipit alienum, licet non pro ſe. Et per hoc utrobique tenetur ipſe ad reſtitutionem inſolidum, quia eſt cauſa iniuſtæ acceptionis.
¶ In eodem ar. circa eum, qui eſt cauſa iniuſtæ acceptionis indirectè, aduerte q author inmotus à principijs traditis in præcedenti libro, duas conditiones exigit ad hoc, q aliquis ſit iniuſtæ acceptionis cã indirectè. Prima eſt, q poſſit impedire: ſecunda eſt, q; debeat impedire. Non enim imputatur malum culpæ alicui indirectè, niſi quia poteſt, & debet obſtare, ut ibidem cũ de uoluntario tractaretur, dictum eſt.

Concl.

Conclu.

¶ Conſidera

iubet, eſt principaliter mouēs uñ ipſe pricipaliter tenet ad reſtituendum. Scđo, conſenſus in eo, ſine quo rapina fieri non poteſt. Tertio, recurſus, quia. ſ. aliquis eſt receptator latronū, & eis patrocinium pſtat. Quarto participatio, qñ. ſ. aliquis participat in crimine latrocinij, & in præda. Quinto, tenetur ille, qui non obſtat, cum obſtare teneat. Sicut [a] principes q tenent cuſtodire iuſtitiam in terra, ſi p eorum defectum latrones increſcūt, ad reſtitutionē tenent: quia reditus, quos hēt, ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, ut iuſtitiā conſeruent in terra. [x] In alijs āt caſibus enumeratis non ſemp obligatur aliqs ad reſtituendum. [y] N. n. ſemper conſiliū uel adulatio, uel alqd huiuſmodi eſt efficax cauſa rapinæ. Vñ [a] tunc ſolum tenetur cōſiliator aut palpo. i. adulator ad reſtitutionē, qñ probabiliter æſtimari poteſt, q ex hmōi cauſis fuerit iniuſta acceptio ſubſecuta. q

Ad primvm ergo dicendū, q non ſolum peccat, q pctm̄ exequitur, ſed etiā q quocumque modo peccati eſt cauſa ſiue conſiliando, ſiue præcipiendo, ſiue quouis alio modo.

Ad secvndvm dicendū, q principaliter tenetur reſtituere ille, q. eſt principalis in facto, pricipal r qdē pcipiens, ſcđario uero exequens, & cōſequenter alij p ordinē. Vno tñ reſtituēte illi, q paſſus eſt damnū, alius eidem reſtituere non tenet: ſed illi, q ſunt principales in facto, & ad quos res peruenit, tenent alijs reſtituere, q reſtituerunt. Qñ autem aliquis præcipit iniuſtam acceptionem, q̄ non ſequtur, nō eſt reſtitutio facienda cum reſtitutio principaliter ordinatur ad reintegrandam rem eius, q iniuſtè eſt damnificatus.

Ad tertivm Dicendū, q non ſp ille, q manifeſtat latronem, tenetur ad reſtitutionem, aut q non obſtat, vel q non reprehendit: ſed ſolum qñ incumbit alicui ex officio, ſicut principibus terræ, qbus ex hoc non multum imminet periculū. Propter hoc. n. ptāte publica potiūtur, vt ſint iuſtitiæ cuſtodes.

Articvlvs VIII.

Vtrum quis teneatur ſtatim reſtituere, an vero poſſit reſtitutionem differre.

Ad octavvm ſic procedit. Vr q non teneatur aliquis reſtituere ſtatim, ſed potius licite poſſit reſtitutionem differre. Præcepta. n. affirmatiua non obligant ad [b] ſemper: ſed neceſſitas reſtituendi iminet ex præcepto affirmatiuo. ergo nō obligatur homo ad ſtatim reſtituendum.

¶ 2 Præt. Nullus tenet ad [b] impoſſibile: ſed qñq; aliquis non pōt ſtatim reſtituere. ergo nullus tenet ad ſtatim reſtituendū.

¶ 3 Præt. Reſtitutio eſt quidam actus virtutis, ſ. iuſtitiæ: tempus

---

¶ Conſidera ergo quando quis præcepto, conſilio, auxilio, manifeſtatione, poteſt, & tenetur impedire furtum rapinam, fraudem &c. & diſcernes quando tenetur ad reſtitutionem & quādo non. Et ne tibi hoc difficile videatur, author in litera dicit, quòd hoc ſolum accidit, quādo alicui incumbit hoc ex officio vt patet ex reſponſione ad tertium.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad ſecundum, videre potes primo, quàm conformæ ſit dictis authoris, quod in præcedenti articulo de obligatis ad refundendum reſtituenti diximus. Duo namq; genera nominat hic author huiuſmodi obligatorum, ſcilicet eorū, qui fuerūt principaliter i facto & eorū

Conclu. 1 ad quos res peruenit. Principales namque ſunt inducētes alios, & eq; ſpontanei &c. Animaduertere quoque ſecundo potes in principio reſponſionis, quod paulo ſuperius de obligatione

Conclu. 2 miniſtrorū diximus. Nam author ſecundo loco ponit obliga-

Concl. 3 tum ad reſtitutionē executorem iniuſtæ acceptionis ex præcepto alterius.

SVPER Q. LXII. ART. VIII.

In titulo articul. 8. eiuſdem quæſtio. aduerte, q expeditis omnibus, quæ de reſtitutione dicenda ſunt, ſ. quid ſit reſtitutio in primo articulo cur ſit reſtituendum in ſecundo: quid ſit reſtituendum, in tertio, & quarto: cui ſit reſtituēdum, in quinto: qui teneatur reſtituere, in ſexto, & ſeptimo reliquum fuit quærere, qn reſtituēdum, an ſcilicet ſtatim: an cum aliquo certo tempore. Et eſt rō dubij, quia ſonat præceptum affirmatiuum, cuius natura eſt obligare ad executionem quodam tempore.

¶ In eodem articulo aduerte, quòd in præcepto reſtitutionis clauduntur duo. Primum eſt, quòd aio non detineatur alienū inuito domino: ſecundū eſt, q ſecundum actum exteriorem non detineatur alienum inuito domino. Primum enim exigit ad hoc, vt detinens ceſſet à voluntate peccandi mutando eam, & deliberando reſtituere: ſecundum autem exigitur ad hoc, vt domino ſatiſfiat. Nō enim ſatiſfactum eſt ei ex deliberatione reſtituendi, ſed ex hoc, q redditur ei, quod ſuum eſt. Hoc autem ſecundum oritur ex primo, ſicut actus exterior ab habitu virtutis. Et vt in litera in reſponſione ad tertium patet, circunſtantia temporis diuerſimode ſe habet ad actum reſtitutionis, & ad alios actus uirtutis. Nam in multis actibus tam iuſtitiæ quam aliarum uirtutum circunſtātia temporis ita ſe habet, q prudentiæ determinanda cōmittitur, vt patet in actibus fortitudinis, & in iudicijs, accuſationibus, teſtificationibus & huiuſmodi. In reſtitutione uero tps non relinquitur determinandum prudentiæ, ſed determinatum eſt ad ſtatim: quia omiſſio huius circunſtantiæ contrariatur uirtuti iuſtitiæ. Nam niſi ſtatim reſtituatur, detinetur alienū inuito domino, quod eſt cō-tra iuſtitiam. Omiſſio autem huius temporis, puta ſtatim in alijs actibus non contrariatur uirtuti. Non enim contra iuſtitiam eſt ſi non ſtatim accuſo, ſi non ſtatim iudico, ſi nō ſtatim expono me mortis periculo, & hmōi, quoniam hæc non implicant in ſe aliquid contrarium uirtuti. Quod autē dicimus, ſtatim reſtitutionē faciendā, non dicimus q ſi in media nocte, aut inter Miſſarum ſolemnia deliberet quis reſtituere, teneatur à lectulo ſurgere aut miſſam relinquere, & reſtituere: ſed ſtatim dicimus fieri, quod non differt, ſed hora negotio cōgrua executioni mādatur. Hēt. n. reſtitutio, quatenus aliqd affirmationis exigit, ut prudentiæ aliquo mō in ſua exhibitione ſubiaceat. hæc āt intelligēda ſūt regulariter, & quantū eſt ex natura actus, & uirtutis: qđ eſt dictū, quod hæc ſunt uera, ut in pluribus. Contingit. n. caſibus particularibus pp impedimenta occurentiū, q oportet exterioris reſtitutionis actū ad cōgruum tps differre, ut patet in reſtitutione depoſiti, quādo dominus eſt furioſus, uel inimicus patriæ. Perrecta per totum.

¶ Circa determinationē huius articuli dubiū occurrit, an qñ reſtitutio non pōt fieri ſtatim ſine magno detrimento reſtituentis, poſſit differri ut congruo ſibi tpe fiat. Et eſt rō dubij, diuerſitas ſcriptorum. Nā quidam ſolus extremæ neceſſitatis rōnē habendam in reſtitutionis docuerunt: q-dam autem magnū detrimentum conſiderandum quoque eſſe dixerunt. Mihi autem diſtinguendum uidetur, & dicendum, quòd citra extremā neceſſitatem ſemper loquēdo, tripliciter intelligi poteſt reſtitutionem non poſſe fieri ſtatim ſine magno detrimento. Primo, ut detrimentum ſit magnum, quia res reſtituēda eſt magna, & ualde opportuna. Et ſic proculdubio nō obſtante tali detrimento tenetur ſtatim reſtituere: qñ ille in reſtituendo tam magnum in nullo damnificatur, quoniam nihil rei ſuæ p d. ca alioquin meliores conditionis eſſent, qui magnas fecerunt rapinas, & uſuras, quàm qui modicum rapuerunt. Secundo, ut detrimentum ſit magnum ratione lucri ceſſantis. Verbi gratia Tenetur mercator ad reſtitutionem mille ducatorum. Et ſi illos ſtatim reſtituit, cum non hēat alios cum quibus lucraretur ut ſtatuat conuenienter ſecundum ſtatum ſuum, magnum damnum lucri ceſſantis incurrit. Et q opter huiuſmodi quoque detrimentum non excuſatur à ſubita reſtitutione, ſed tenetur p culdubio ad reſtitutionem ſtatim. Non enim, ut Ricar. & Scot. in 15. diſt. 4. dicunt, & bene, licitum eſt pro ſtatus conſeruatione alienum detinere. Et in promptu rō eſt, quia rō lucri ceſſantis quandoq; licite habetur in rei propriæ diſtractione, ut patet in eo qui non erat nec uidetur hic uenditurus res ſuas. Nūquam autem habetur in re aliena, quin potius detinens alienum, tenetur reſtituere domino non ſolum rem, ſed etiā neceſſe

350 4. d. 17. q. 3. ar. 2. q. 4 ad 3.

reſſe lucri ceſſantis, ut patet ex 4. artic. huius quæſtionis.

In art. 5. & 6. nihil aliud ſcribendum occurrit, niſi ꝙ difficultas tertij argumẽti in 6. ar. tractabitur inferius, cum expoſita erit quæſtio de iudice, & tunc etiam de miniſtro iudicis tractabitur.

Sup. q. 59. ar. 3. ad 2. Et inf. q. 124. ar. 2. ad 2. Et 3. q. 47. art. 6. ad 3. Et 4. d. 49. q. 5. art. 3. q. 2. ad 6. Et Hebr. 11. lect. 7.

Articvlvs V.

Vtrum liceat alicui occidere ſeipſum.

Ad qvintvm ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ alicui liceat ſeipſum occidere. Homicidiũ. n. eſt pctm̃, inquãtũ iuſtitiæ cõtrariat: ſed nullus põt ſibijpſi iiuſtitiã facere, ut ꝓbat̃ in 5.* Ethi. ergo nullus peccat occidendo ſeipſum.

¶ 2 Præt. Occider̃ malefactores licet hñti publicã ptãtẽ, ſed qñq; ille, q̃ hẽt publicã ptãtẽ, ẽ malefactor. ergo licet occidere ſeipſũ.

* Li. 5. ca. vlt. & c. 6. ad finẽ, tom. 5.

¶ 3 Præt. Licitum eſt ꝙ aliquis ſpõtaneẽ minus periculum ſubeat, ut maius periculum uitet, ſicut licitum eſt, ꝙ aliquis etiam ſibiipſi amputet membrum putridũ, ut totum corpus ſaluetur: ſed quandoque aliquis per occiſionem ſuiipſius uitat maius malum, uel miſeram uitam, uel turpitudinem alicuius peccati. ergo licet alicui occidere ſeipſũ.

¶ 4 Præt. Samſon ſeipſum interfecit, ut hr̃ Iudicũ 16. qui tñ connumeratur inter ſanctos, ut patet Heb. 11. ergo licitum eſt alicui occidere ſeipſum.

¶ 5 Præt. 2. Mach. 14. dr̃, ꝙ Razias quidam ſeipſum interfecit eligens nobiliter mori potius, q̃ ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos iniuriis agi: ſed nihil quod nobilr̃ fit & fortiter, eſt illicitum. ergo occidere ſeipſum non eſt illicitum.

Lib. 1. ca. 20. in fine, to. 5.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit in 1. de ciui. Dei. Reſtat ut de hoĩe intelligamus illud, qđ dictũ eſt. Non occides, nec alterũ. ergo nec te. Neque enim aliud quam hominẽ occidit, qui ſeipſum occidit.

Conclu.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſeipſum occidere eſt omnino illicitum triplici rõne. Primò qdẽ, q̃ naturaliter q̃libet res ſeipſam amat, & ad hoc ptinet, ꝙ q̃libet res naturalr̃ cõſeruat ſe in eſſe, & corrũpẽtibus reſiſtit quantũ põt. Et iõ ꝙ aliqs ſeipſum occidat, eſt contra inclinationẽ naturalẽ, & contra charitatẽ, qua quilibet dẽt ſeipſum diligere. Et iõ ſuiipſius occiſio ſp eſt pctm̃ mortale, vtpotè contra naturalẽ legẽ, & contra charitatem exiſtens. Secundò, q̃a q̃libet pars id qđ eſt, eſt totius. Quilibet aũt homo eſt pars cõitatis, & ita id quod eſt, eſt communitatis. Vnde in hoc, quòd ſeipſum interficit, iniuriam cõitati facit, ut patet ꝑ Philo. in * 5. Ethico. Tertiò, quia uita eſt quoddam donum diuinitus homini attributum, & eius poteſtati ſubiectum, qui occidit, & uiuere facit. Et iõ qui ſeipſum uita priuat, in Deum peccat: ſicut q̃ alienum ſeruum interficit, peccat in dominũ, cuius eſt ſeruus: & ſicut peccat ille, q̃ uſurpat ſibi iudicium de re ſibi non commiſſa. Ad ſolùm. n. Deũ pertinet iudicium mortis & uitæ, ſecundùm illud Deuter. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam.

D. 783.

Conclu.

* Li. 5. ca. vlt. to. 5.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ homicidiũ eſt pctm̃ non ſolùm quia contrariatur iuſtitiæ: ſed ẽt quia contrariatur charitati, quam habere debet aliquis ad ſeipſum. Et ex hac parte occiſio ſuijpſius ẽ peccatũ per cõparationẽ ad ſeipſum. Per cõparationem aũt ad cõmunitatem, & ad Deum, habet rõnem peccati etiam per oppoſitionem ad iuſtitiã.

Ad ii dicendũ, ꝙ ille qui habet publicam poteſtatem, põt licitè malefactorẽ occidere ꝑ hoc, ꝙ põt de ipſo iudicare. Nullus aũt eſt iudex ſuijpſius: vnde non licet habenti publicam poteſtatem ſeipſum occidere propter quodcumque pctm̃: licet tamen ei ſe committere iudicio aliorum.

D. 798.

Ad iii dicẽdũ, ꝙ hõ cõſtituit̃ dñs ſuijpſius ꝑ liberũ arbitriũ: & iõ licitè põt hõ de ſeipſo diſponere quãtũ ad ea, q̃ ptinẽt ad hãc uitã, q̃ hoĩs libero arbitrio regitur: ſed trãſitus de hac uita ad aliã feliciorem non ſubiacet libero arbitrio hoĩs, ſed poteſtati diuinę. Et ideò nõ licet homini ſeipſum interficere, ut ad feliciorẽ trãſeat uitam. Silr̃ ẽt nec vt quaſlibet miſerias p̃ſentis uitæ euadat: q̃a ultimũ malorum huius uitæ, & maximè terribile, eſt mors, ut patet ꝑ Philoſ. in * 3. Eth. Et iõ inferre ſibi mortẽ ad alias huius uitæ miſerias euadendas, eſt maius malũ aſſumere ad minoris mali uitationẽ. Silr̃ ẽt nõ licet ſeipſum ĩterficere ꝓp aliqđ pctm̃ cõmiſſum, tũ q̃a in hoc ſibi maximè nocet, ꝙ ſibi adimit neceſſariũ pœnitẽtiæ tẽpus: tũ ẽt, quia malefactorẽ occidere nõ licet, niſi ꝑ iũdiciũ publicæ poteſtatis. Silr̃ ẽt non licet mulieri ſeipſam occidere, ne ab alio corrũpat̃, quia non debet in ſe cõmittere crimẽ maximum, qđ eſt ſuijpſius occiſio, vt uitet minus crimen alienũ. Non enim eſt crimẽ mulieris ꝑ violentiã violatæ, ſi cõſenſus nõ adſit: q̃a nõ inquinat̃ corpus, niſi de conſenſu mẽtis, ut Lucia dixit. Conſtat aũt minus eſſe pctm̃ fornicationẽ, uel adulteriũ, q̃ homicidiũ, & p̃cipuè ſuijpſius, qđ eſt grauiſſimũ: q̃a ſibijpſi nocet, cui maximã dilectionẽ dẽt. Eſt ẽt periculoſiſsimũ, quia nõ reſtat tẽpus vt ꝑ pœnitentiã expietur. Silr̃ ẽt nulli licet ſeipſum occidere ob timorẽ ne conſentiat in pctm̃, q̃a nõ ſunt facienda mala, ut veniant bona: vel ut vitent̃ mala, p̃ſertim minora, & minus certa. Incertum. n. eſt, an aliquis in futurũ conſentiat in pctm̃. Potẽs eſt enim Deus hominem quacumque tentatione ſuperueniẽte liberare à pctõ.

* Li. 3. c. 6. tom. 5.

Ad iiii dicendum, ꝙ ſicut Augu. dicit in 1.* de ciu. Dei. Nec Samſon aliter excuſatur, ꝙ ſeipſum cũ hoſtibus ruina domus oppreſsit, niſi ꝙ latẽter Spiritusſanctus hoc iuſſerat, q̃ per illum miracula faciebat. Et eandẽ rõnem aſsignat de quibuſdam ſanctis fœminis, q̃ tẽpore p̃ſecutionis ſeipſas occiderunt, quarũ memoria in Eccleſia celebratur.

* Li. 1. ca. 21. a medio, to. 5.

Ad v dicendum, ꝙ ad fortitudinem pertinet, ꝙ aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum uirtutis, & vt vitet peccatum. Sed ꝙ

aliqs ſibiipſi inferat mortē vt vitet mala pœnalia, habet quidem quandam ſpeciem fortitudinis, pp qđ quidam ſeipſos interfecerunt, æſtimātes ſe fortiter agere, de quorū numero Razias fuit. Non tñ eſt vera fortitudo, ſed magis quædā mollities animi non valentis mala pœnalia ſuſtinere, ut patet p Philoſ. in 3.* Ethi. & per Aug. in 1.† de ciuit. Dei.

* Lib. 3. Eth. ca. 8. tom. 5.
† Lib. 1. c. 23. circa medium tom. 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum liceat in aliquo caſu interficere innocentem.

Porrecta per totum. 360

‡ 2 q. 94. ar. 5. ad 2 & q. 10. a. 8. ad 3. Et 1. q. 7. art. 6. ad 3. Et opuſ. 9. q. 86. Et He bre. 11. le. 4.

AD SEXTVM ſic procedit. Vr, q licet in aliquo caſu interficere innocentem. Diuinus enim timor non manifeſtatur per pctm, qm magis timor Domini expellit pctm, vt dicitur Eccl. 1. ſed Abraham commendatus eſt, q timuit Dominum, quia ᵇ voluit interficere filium ſuum innocentem. ergo poteſt aliquis innocentem interficere ſine pctō. ¶ 2 Præt. In gñe pctōrum, q cōtra proximū cōmittuntur, tantò maius vr aliqđ eſſe pctm, quātò maius nocumētū ᵇ infertur ei, in quē peccatur: ſed occiſio plus nocet pctōri, q innocēti, qui de miſeria huius uitæ ad cœleſtē gloriam trāſit per mortem. cū ergo liceat in aliquo caſu pctōrem occidere, multò magis licet occidere innocētē, uel iuſtum. ¶ 3 Præt. Illud qđ fit ſm ᵇ ordinem iuſtitiæ, non eſt pctm: ſed qñq; cogit aliqs ſm ordinē iuſtitiæ occidere innocentē, puta, cū iudex, qui dēt ſm allegata iudicare, cōdēnat ad mortē eum, quem ſcit innocentē p falſos teſtes conuictū: & ſilr miniſter, q iniuſtè cōdemnatū occidit obediens iudici. ergo abſq; pctō poteſt aliquis occidere innocentē.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Exod. 23. Inſontem, & iuſtum non occides.

RESPON. Dicēdū, q aliquis homo dupliciter cōſiderari pōt. Vno modo, ſm ſe: alio modo, per cōparationem ad aliud. Secundum ſe quidē conſiderādo hominē, nullū occidere licet: qa in quolibet ·ēt pctōre debemus amare naturā, quā Deus fecit, q per occiſionē corrumpit. Sed ſicut ſupra dictū* eſt, occiſio pctōris fit licita p comparationem ad bonum cōe, quod per pctm corrumpitur: uita autē iuſtorum eſt conſeruatiua, & promotiua boni cōis, quia ipſi ſunt principalior pars multitudinis. Et ideò ᵐ nullo modo licet occidere innocentem ⁿ.

* Ar. 2. huius queſt.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendum, q Deus habet dominiū mortis, & vitæ. Eius enim ordinatione moriuntur & peccatores, & iuſti. Et ideò ᵈ ille q mandato Dei occidit innocentem, talis non peccat, ſicut nec Deus, cuius eſt executor: & oſtēditur Deū timere, eius mandatis obediens.

D. 4.

AD II dicendū, q in pēſanda grauitate pcti magis eſt cōſiderādū id qđ eſt p ſe, q id qđ eſt p accidens. Vñ ille q occidit iuſtū grauius peccat, q ille q occidit pctōrem. Primò quidem, quia nocet ei, quē prius dēt diligere, & ita magis contra charitatē agit. Secūdò, qa iniuriā infert ei, qui eſt minus dignus, & magis contra iuſtitiā agit. Tertiò, quia priuat cōitatem maiori bono. Quartò, qa magis Deū contēnit, ſm illud Lucæ 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Quòd aūt iuſtus occiſus ad gloriā pducatur à Deo, per accidēs ſe habet ad occiſionem.

AD III dicēdū, q Iudex ſi ſcit aliquē innocen-

F tem eſſe, qui falſis teſtibus conuincitur, debet diligentius examinare teſtes, ut inueniat occaſionē liberandi innoxium, ſicut Daniel fecit. Si autem hoc nō poteſt, debet eum ſuperiori relinquere iudicandum. Si autem hoc non poteſt, nō peccat ſecundum allegata ſententiā ferens: quia ipſe non occidit innocentem, ſed illi qui eum aſſerunt nocentem. Miniſter autem iudicis condemnantis innocentem, ſi ſententia intolerabilem errorē contineat, non debet obedire: alias excuſarentur carnifices, qui martyres occiderunt. Si verò non con

G tineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccat, præceptum exequendo: quia ipſe non habet diſcutere ſuperioris ſententiam, nec ipſe occidit innocētem, ſed iudex, cui miniſterium exhibet.

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat alicui occidere aliquē, ſe defendendo.

Porrecta per totum. 361

4. d. 25. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2 & 3.

AD SEPTIMVM ſic pceditur. Vr q nulli liceat occidere aliquē, ſe defendendo. Dicit.n. Aug.* ad Publicolā, de occidendis hominibus. Ne ab eis quiſquam ʰ occidatur, non mihi pla

H cet conſiliū, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneat, vt ñ p ſe hoc faciat, ſed p alijs accepta legitima poteſtate, ſi eius cōgruat pſonæ: ſed ille q ſe defendēdo, occidit aliquē ad hoc eū occidit, ne ipſe ab eo occidat. ergo hoc vr eſſe illicitū. ¶ 2 Præt. In 1. de † Libero arbitrio dr. Qūo apud diuinā prouidētiā à pctō liberi ſunt, q p his rebus, quas cōtēni oportet, hu

I mana ʰ cæde polluti ſunt? Eas aūt res dicit eſſe cōtemnēdas, quas hoīes inuiti amittere poſſunt, ut ex pmiſſis* patet. Horū aūt eſt vita corporalis. ergo p cōſeruāda uita corporali nulli licitum eſt hominem occidere. ¶ 3 Præt. Nicolaus Papa dicit, vt habetur in Decretis 1. diſtin. 50.* De clericis, pro quibus cōſuluiſtis. ſ. qui ſe defendendo paganum occiderent, ſi poſtea p

K pœnitentiam emēdati, poſſunt ad priſtinum ſtatum redire, aut ad altiorem aſcēdere, ſcito nos nullam occaſionem dare, nec vllam tribuere licētiā eis quēlibet hominem quolibet modo occidēdi: ſed ad præcepta moralia ſeruanda tenentur communiter clerici, & laici. ergo etiam laicis non eſt licitum occidere aliquem, ſe defendendo. ¶ 4 Præt. Homicidiū ē graui⁹ pctm, q ſimplex fornicatio, vl adulteriū: ſed nulli licet cōmittere ſimplicē fornicationē, vl adulteriū vl qđcūq; aliđ pctm

* Epi. 154 à medio illius, t. 2. Et habet 23. q. 5. c. de Occidend.

† Li. 1. c. 5. non multum procul à fine, to. 1.

* In diuiſione q.

* In Decretis diſ. 50. ca. de his clericis.

SVP. QV. LXIIII. ART. VII.

IN art. 7. eiuſdē q. 64. intellige bene diſtinctionē literæ, ſ. q dupliciter pōt reperiri occiſio alterius ad conſeruationē uitæ ppriæ. Primò, vt mediū ad finē: ſecundò, vt conſequens ex neceſſitate finis. Et ut in litera dr, multū intereſt altero mō ſe habere. Nā & finis, & medium ad finē cadunt ſub intētione, ut patet in medico, qui intendit ſanitatē per potionē, vel dietā. Id aūt quod conſequitur ex neceſſitate finis, nō cadit ſub intētione, ſed præter intentionem exiſtēs emergit, ut patet de debilitatione ægroti, q ſequitur ex medicina ſanante. Et iuxta duos hos modos diuerſimodē occidere pōt licitē perſona publica, & priuata. Nā pſona publica, ut miles, ordinat occiſionē hoſtis, ut mediū ad finē ſubordinatū bono cōi, ut in litera dicitur: perſona autem priuata non intēdit occidere, ut ſeipſum ſaluet: ſed intēdit ſaluare ſeipſum, nō deſtructurus à ſui defenſione, etiā ſi alterius mortē ex ſua defenſione oporteat ſeq. Et ſic iſte nō occidit, niſi p accidēs: ille aūt per ſe occidit. Et ppterea ad illud requiritur publica authoritas, ad hoc non.

¶ In

mortale ꝓ cōſeruatione ꝓpriç vitæ: quia uita ſpūalis p̄ferēda eſt corporali. ergo [b] nulli licèt defendēdo ſeipſum, aliū occidere, ut propriā uitam cōſeruet. ¶5 Præ. Si arbor eſt mala, & fructus, ut hr̄ Matth.7. ſed ipſa [h] defenſio ſui vr̄ eſſe illicita, ſm̄ illud Rom.12. Nō uos defendentes chariſſimi. ergo & occiſio hoīs exinde ꝓcedēs eſt illicita. B

Sed contra eſt, ꝙ Exo.22. dr̄: Si effringēs fur domum, ſiue ſuffodiēs inuētus fuerit, & accepto vulnere mortu⁹ fuerit, ꝑcuſſor non erit reus ſanguinis: ſed multo magis licitū eſt d̄fendere ꝓpriam uitam, q̄ propriā domum. ergo ẽt ſi aliquis occidat aliquē pro defenſione uitæ ſuæ, non erit reus homicidij. C

Respon. Dicēdū, ꝙ nihil ꝓhibet unius actus eſſe duos effectus, quorū alter ſolū ſit in intētione, alius uerò ſit p̄ter intentionē. Morales aūt act⁹ recipiūt ſpēm ſm̄ id, qđ intendit: nō aūt ab eo qđ eſt p̄ter intētionē, cū ſit ꝑ accidens, ut ex ſupradictis * patet. Ex actu ergo alicuius ſe ipſum defendentis duplex effectus ſeq pōt. D Vnus quidē cōſeruatio ꝓpriæ uitæ, alius aūt occiſio īuadētis. [m] Act⁹ ergo hmōi ex hoc, ꝙ intēdit cōſeruatio ꝓpriæ uitæ, nō [d] hēt rōnem illiciti, * cū hoc ſit cuilibet naturale, ꝙ ſe cōſeruet in eſſe, quātū pt. Pōttū aliqs actus ex bona intētione ꝓueniēs, illicit⁹ reddi, ſi nō ſit ꝓportionatus fini. Et iō [p] ſi aliqs ad defendendū ꝓpriam vitam utat̄ maiori uiolentia, q̄ oportet, erit illicitū. Si verò moderate uiolētiā repellat, erit licita defenſio. [q] Nā ſm̄ iura, vim vi repellere licet cū moderamine īculpatæ tutelç [r]. Nec ē neceſſariū ad ſalutē, ut hūc actū moderatæ tutelç p̄termittat ad euitādā occiſionē alteri⁹: [s] qa plus tenet̄ hō uitæ ſuç ꝓuidere, q̄ vitç alienç. Sed qa occidere hominē nō licet niſi publica authoritate ꝑꝑ bonū cōe, ut ex prædictis * patet, [x] illicitū eſt ꝙ hō intēdat occidere hoīem, ut ipſum defendat, niſi ei qui hēt publicā authoritatē, q intēdēs hoīem occidere ad ſui d̄fenſionem, refert hoc ad pulicum bonū, [y] ut patet in milite pugnante contra hoſtes, & in miniſtro iudicis pugnante contra latronē quàmuis ēt & iſti peccent, ſi priuata libidine moueatur.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ authoritas Auguſt. intelligēda eſt in eo caſu, quo quis intēdit occidere hominem, ut ſeipſum à morte liberet. In quo ēt caſu intelligitur authoritas inducta ex libro de * libe. arb. Vnde ſignanter dicitur, pro his rebus in quo deſignatur intentio. Et per hoc patet reſponſio. Ad II.

A ¶ In eodē art.7. dubiū occurrit circa illā rōnē redditā in litera, Quare nō tenet̄ hō p̄termittere actū tutelæ ꝓpriæ uitæ ad euitādū occiſionē alterius: qa plus tenetur hō uitæ ſuæ ꝓuidere, q̄ uitæ alienæ. Et eſt rō dubij: qa qui defendendo ſe, ſuū occidit inuaſorē, nō ſolū priuat illū uita hac, ſed ẽt uita æterna, qm̄ occidit illū in peccati mortalis actu, quo īiuſtè aggredit̄ defenſoré. Cōſtat aūt ꝙ defenſor tenet̄ plus diligere uitā ſpūalem animæ proximi cuiuſcūq;, q̄ uitā ꝓpriā corporalē ſecūdum charitatis ordinē. Tenet̄ ergo p̄termittere actū tutelæ ꝓpriæ vitæ, nō ut euitet̄ occiſio alterius, quantū ad uitā tpalē, ſed ut euitet̄ occiſio alteri⁹, quātū ad uitā æternā, qm̄ ponit̄ ex hoc extra ſtatū pęnitētię. ¶ Ad hoc dr̄, ꝙ licet magnæ charitatis eſſet, ut is, cuius uita ñ eſt neceſſaria alienæ ſaluti ſpūali, priuari ſe pateretur uita pręſenti, ut inuaſor hēret ſpatiū pęnitentiæ, & ſic ſe Deo redderet: ad hoc tñ non tenet̄, qm̄ ponere uitam ꝓ anima proximi, non eſt act⁹ charitatis, ad quē de neceſſitate tenemur, niſi in caſu, quo tenemur ei⁹ ſaluti prouidere, ut ſuperius in q. 16. ar.5. ad vlti. dictū eſt. Cōſtat aūt, ꝙ hic nō eſt caſus talis, qm̄ iſte in nullo eſt neceſſitatis, ſed iniquæ uolūtatis articulo conſtitutus. Quia igit̄ defenſori incūbit cura ꝓuidēdi ſaluti propriç uitæ, nec tenetur prouidere uitæ corporali, aut ſpūali inuaſoris, cōſequens eſt, ut cū ordinata dilectione charitatis, amet magis ſalutem ſpūalem proximi, q̄ uitam propriā, & tñ hunc actum tutelæ non prætermittat cum conſequēte damno utriuſq; uitæ alterius: quia ad hunc effectū non tenet̄, niſi in caſu, quia non eſt ſibi cōmiſſa cura de illo, ſed de corpore proprio. Et ſic rō, quę ſuper cura ſuæ corporalis uitæ fundatur, ſtat ſolida, & tantò plus, quātò ſatis a remotis, hoc eſt, per accidens, effectus illius defenſionis. Pōt.n. in inſtanti pęnitere, & eſt alterius ordinis ab effectibus corporalibus, qui etiam per accidens ſunt à defenſione illa. E

*q.43.ar.3. & 1.2. q.1.art.3. & 1.2.q.1. ar.3.& q.19.artı.7. Conclu. m D.183.

¶ In eodem art.7. in materia 2. argumēti dubium occurrit, An defendēdo res, liceat occidere. Et eſt rō dubij, tum quia homo tenetur plus prouidere alienæ uitæ, q̄ proprijs rebus, tenet̄ nāque præponere uitam alienam omnibus rebus exterioribus, vt patet ex eo, ꝙ qui poteſt, & non paſcit fame morientem, homicida eſt, tum quia Exodi.22. dicitur: ꝙ diurnum furem etiam infringentem domum, ſi quis occiderit, reus erit homicidij.
¶ In oppoſitū eſt & ciuilis iuris, & multorū authoritas doctorū.
¶ Ad hoc dubium a quibuſdam dr̄, ꝙ dupliciter cōtingit defendere res. ſ. recuperabiles uel irrecuperabiles. Ergo ꝙ qñ accidit ꝙ inuaſor auferre nititur res meas, ſi ego poſſum res meas etiāſi auferrentur, recuperare per uiam iudicis, non poſſum defendendo res, occidere raptorem. Si autem non poſſem per viam iudicis recuperare res meas, ſi auferūtur, poſſum d̄fendēdo res meas, licitè occidere. Nec alia affert̄ rō, niſi qa defenſio rerū eſt licita. Et ius hoc concedit, ut in l. furē. ff. ad legē. Corneliam de ſica. Alij dñt, ꝙ licet impune occidere ſaluando res, quātū ad forū ciuile, ſed in foro cōſciētiæ nō licet. Et affert̄ ad hoc capitulū, Interfeciſti extra de homicidio. Mihi aūt aliter occurrit ex principiis habitis dicendū. ſ. ꝙ qñ qs nō pōt aliter res ſuas defendere, q̄n ſequatur ex defenſione occiſio īuaſoris, licitè pōt defendēdo occidere illū. Et eſt rō illa eadē, q̄ aſſignatur ī lra, qa. ſ. plus tenet̄ aliqs curā hēre rerū ſuarū, q̄ ſūt adminicula vitæ ſuæ & uirtutis, atque fęlicitatis, q̄ alienæ uitæ. Qđ probat̄, qa cuilibet imminet cura rerū ſuarū ī ordine p̄cipuè ad uirtutē: nō aūt cura alienæ uitæ, niſi in caſu neceſſitatis. Conſtat aūt, ꝙ plus tenet̄ quis ꝓuidentiā hēre eorū, quorū cura ſibi īminet ſimpliciter & abſolutè, q̄ eorū quorū cura nō ſibi iminet, niſi in caſu. Et manifeſtat̄ ampli⁹ hoc ex ſupradictis in art.8. q.35. q. ſ. nō tenetur hō in ſpāli ſingulos ꝓximos diligere ex charitate neq; ſecūdū actū interiorem, neq; ſcdm act⁹ exteriores. Si igitur nō teneor diligere in particulari iuaſoré, nulla mihi cura eſt de illius uita cōmiſſa. De adminiculis aūt uitæ ꝓpriæ & uirtutū, conſtat oportere me curā hēre. Qđ ſim⁹ at extra caſum neceſſitatis ex eo patet, ꝙ inuaſor ſeipſum ſpōtè in tali caſu ponit in ferēdo talē iniuriam ꝓximo, quā ille non pōt euadere, niſi occidendo. In articulo ergo iniquæ uoluntatis & mortis ſeipſum ponit, ut iniuriet̄ alteri. Signū autem ꝙ hæc ſit authoris intētio, hr̄ ex hoc, ꝙ Augu. in 1. de lib. arb. authoritas, loquitur non ſolùm de uita corporali ſed de aliis, quæ inuiti perdere poſſumus. Et in ſpeciali ibi quidem de libertate, & pudicitia loquitur: poſtmodum uerò in proſecutione eiuſdem primi libri ſub eodem ordine. ſ. eorum q̄ inuiti perdere poſſumus, ponit honores, & diuitias. Vnde cum in hac reſponſione author gloſſet illā uniuerſalem. ſ. Pro his rebus, quas contēni oportet, inſinuat ꝙ eadē eſt de omnibus huiuſmodi rō, ita ꝙ ẽt Auguſtini ſententia ibidē ſaluat̄ de his, qui intendunt occidere pro ſaluandis rebus &c & p̄ſens doctrina ſaluatur de his, qui non intendunt occidere, ſed ſaluare res, & occiſio ſe habet conſequenter, & per accidens.

Conclu. p

Conclu. q

*Artic. 2. & 3.

Conclu. x

Pars 4.

*In ar. 2. huius ar.

¶ Ad primam igitur obiectionem dr̄, ꝙ cū maiore dilectione ꝓximū, q̄ rerū, ſtat ꝙ poſſim actum hmōi tutelæ exercere, qm̄ illa maior dilectio proximi non oportet ꝙ ſit, niſi in communi extra caſum: hęc autem tutela prouenit ex cura particulari. Et ſicut ſtat me plus diligere ſalutem animæ proximi, q̄ ſalutem meam corporalem, & tamen de proximi ſalute nunquàm cogitare, illā nunq̄ in ſpeciali amare, de corporali aūt uita cogitare, & in particulari diligere illam propter iniūctam mihi illius curam, non illius: ita ſtat quòd plus diligo uitam proximi, q̄ res meas, & tamen de illa nunquam curem in ſpeciali niſi in caſu: iſtæ autem me ſolicitent eadem ratione, quia ſcilicet iſtarum in ordine ad uitam, & uirtutem cura mihi imminet, illius nō. Falſum ergo aſſumitur, ꝙ teneat plus prouidere alie-

næ vitæ, q̃ curam habere rerum mearum, vt adminicula sunt F vitæ. Et uitæ s, q̃uis teneat plus diligere alienam uitam, q̃ res meas: sed ut declaratū est. motus diligēdi, siue cōis, vel specialis, & cura mihi imminens, vel non imminens, omnia soluunt.

¶ Ad secundam obiectionem dr̄, q̄ cum illa verba ad præcepta iudicialia spectēt, in foro iudiciali intelligēda sunt, in quo nō discernit̄, an defensor intēdat occidere p saluandis, an saluare, & ex consequenti sequitur occisio. Sermo autem noster est in foro conscientiæ, ubi intentio discernitur, & iudicatur. Rursus lex illa absolutè loquitur, & nō in casu, in quo non potest aliter vim v. re. ellere: nos autem in solo hoc casu loquimur. Vnde non excusamus quando potest repellere vim capiendo ipsum, uel quocunque alio modo Decretalis autem illa, Interfecisti, non est contra dicta: quoniam affirmando cum aduersatiua, Si autem te, tuaque liberādo, interfecisti, oppositum casum tractat, respectu præcedētis, scilicet si interfecisti furem, aut latronem, vbi comprehēdi poterat absque occisione. Et licèt non dicat disiunctiuè, te, uel tua, sed copulatiuè, te tuaque: non propterea dicit, quòd si solùm tua, liberando interfecisti, ubi aliter absque occisione saluari nequiuerint, homicidij reus es.

*Glos. interlinea. sibi.

Porrecta per totum. 362

4. ...lt. 25. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3.

Ad III dicendū, q̄ irregularitas cōsequitur actum homicidij, etiā si sit absq; peccato, ut patet in iudice, q iustè aliquē cōdēnat ad mortem. Et pp hoc clericus, ēt si se defendendo interficiat aliquē, irregularis est, quāmuis non intendat interficere, sed seipsum defendere. G

Ad IIII dicēdū, q̄ actus fornicationis, vel adulterij nō ordinat ad conseruationē ꝓpriæ uitæ ex necessitate, sicut actus, ex quo q̄n̄q; sequit̄ homicidiū.

Ad V dicendum, q̄ ibi prohibetur defensio, quæ est cum liuore uindictæ. Vnde * gl. dicit. Non uos defendentes. i. non sitis referientes aduersarios.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquis casualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatum.

AD OCTAVVM sic proceditr̄. Vr̄ q̄ aliquis casualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatū. Legitur. n. Gen. 4. q̄ Lamech credens interficere bestiā, interfecit hoiem, & reputatū est ei ad homicidium. ergo reatum homicidij incurrit, q casualiter hominem occidit. H

¶ 2 Præt. Exod. 21. dicitur. Si quis I percusserit mulierē ꝑgnātem, & aborsū fecerit, si mors ei⁹ fuerit subsecuta, reddet animā ꝓ anima: sed hoc pōt esse absq; intētione occisiōis. ergo homicidiū casuale hēt homicidij reatū.

¶ 3 Præt. In Decretis dis. 50. * inducunt̄ plures canones, q̄bus casualia homicidia puniuntur: sed pœnæ nō debet̄ nisi culpæ. ergo ille qui casualr̄ hoiem occidit, incurrit homicidij reatū.

Sed contra est, q̄d August. † dicit ad Publicola. Absit, ut ea quæ pp bonum, aut licitū facimus, si quidem pp hoc præter nostrā uoluntatē quicquā mali acciderit, nobis imputetur. Sed contingit q̄n̄que, ut pp bonum aliquod facientibus homicidiū cōsequatur casualiter. ergo nō imputatur facienti ad culpam.

Respon. Dicēdū, q̄ s̄m Phil. in 2. * Physi. Casus est cā agens ꝑter intētionē: & iō ea q̄ casualia sunt, simpl̄r loquēdo, n̄ sunt intēta, neq; uolūtaria. Et q̄a oē pctm̄ ē volūtariū, s̄m Aug. cōsequens est, q̄ casualia, inquātū hmōi, nō sunt pctā. * Cōtingit tn̄ id, q̄d nō est actu, & p se uolitū, uel intentū, esse p accidēs uolitū, uel intentum, s̄m quod

In Decr. d. 50 c. Miror, & ca. Clericū, & ca. De his clericis, & c. Si qs uidi &: † Epis. 154 non multum procul a fine epi. to 2.

** Lib. 2. text. 49. & 50. co. 2.*

Concha. m

¶ Ex his autem patet solutio alterius quæstionis ab Aug. ubi supra, & posterioribus mota, an liceat repellendo uiolentiam stupri, adulterij, sodomiæ, & huiusmodi, occidere: quoniā quādo non potest aliter euadere, quæ tunc ad hoc infertur actualiter vim, licitè potest tuendo suorum membrorum libertatē occidere. Et tanto plus licet in defensione hac, quàm in defensione rerum exteriorū, quantò uis hæc magis æstimatis rebus infertur: & periculum consensus magnum ex hoc imminet, q uirtutis bono contrariatur. Vnde Tullius in orone pro Milone, laudabiliter cōmemorat militē adolescentē, qui ne turpiter pateretur à tribuno militari, ꝓpinquo Caij Marij, ipsum interfecit.

¶ In responsione ad tertium in eodē articulo, considera, quòd materia est iuris positiui irregularitas. Et nouo iure in clementina De homici. statutum est, q̄ is, qui aliter mortem uitare non ualens, suum occidit inuasorem, irregularis non est, quæ lex si tempore authoris extitisset, non scripsisset hoc author.

SVPER QV. LXIIII. ARTIC. VIII.

IN art. 8. eiusdem 64. quæst. circa imputationem casualis homicidij, notandum est, quòd cum dupliciter contingat, homicidium casuale imputari, scilicet dando operam rei illicitæ, vel dando operam rei licitæ, aliquæ conditiones sunt communes utrique modo, & aliquæ propriæ singulis. Communes quidem sunt tres. Prima est quòd non sit intentio occidendi, quia iam non esset casuale homicidium. Secunda est, quòd mors sequatur ex opere illius, cui imputat̄, ut in calce corporis articuli expressè habetur. Et ratio est, quia cum homicidium nō sequatur ex intentione illius, si etiā non sequatur ex illius opere, nulla restat ratio, quare illi imputatur occisio. Et ex hoc capite excusatur non intendens occidere percussor ab homicidio: quādo mors ex mala cura, vel regimine sequitur. Et propterea in particularibus casibus iudicandis oportet diligenter aduertere, an ex illius, cui imputatur, opere mors subsecuta fuerit. Tertia est, q̄ debuerit remouere id, ex quo sequitur homicidiū, ut in medio corporis articuli habetur: ita q̄ ad hoc, q̄ alicui imputetur homicidium, requiritur, q̄ non solum potuerit remouere illud, ex quo mors sequitur, puta, iactum lapidis, gladium accinctum &c. sed etiam quòd debuerit illum auferre hoc est, quòd obligatus fuerit diuino, uel naturali, uel humano iure ad remouendum illud: uel positiuè, puta, auferendo accinctum gladium, vel negatiuè, puta, abstinendo a iactu lapidis. Et ratio huius conditionis est, quia ad hoc, quòd imputetur alicui homicidium, oportet quòd uoluntarium sit directè, uel indirectè. Et cum casuale non sit directè uoluntariū, oportet quòd sit uolūtarium indirectè. Constat autem ex dictis in præcedēti lib. quòd ad uoluntariū indirectè non sufficit, quòd volunms possit prohibere, sed requiritur etiam q̄ debeat prohibere: alioquin non ei imputatur. Oportet igitur in casibus iudicā dis considerare, si is, cui imputatur, tenebatur ad abstinendū à tali opere, seu remouendum tale q̄d, unde secuta ē mors. Ex hoc. n. capite excusor ab homicidio, si petenti à me diuitē centum aureos, alioquin cogetur ire ad occidendum aliquem, uel aliquos, ut tantum lucretur, nego, & non do: quia licèt possim dare, & sic ꝓhibere homicidia, non tamen teneor dare. Ad proprias aūt conditiones singulorum modorum descendendo, quando datur opera rei licitæ unica opus est conditione, ut scilicet diligentē adhibeat diligentiam, ne mors sequatur ad hoc, ne sibi homicidium imputetur: ex negligentia siquidem imputatur. Dictū est. n. in præcedenti libro, q̄ negligentia eius, ad quod homo tenetur ex p̄cepto, peccatum mortale est: ueruntamē diligentia secundū naturam negotiorum, tp̄is, ac personarum censenda est. In quibusdā namq; negotiis diligens est, qui illud ut cōsueuit fieri, facit, ut patet in casu Decretalis, Ioannes. extra de homicidio. Qui. n. pulsat campanas iuxta solitū, nullius est reus K negligentiæ, si inde alterius mors sequit̄. In quibusdā aūt aliq̄d periculi, à remotis tamen annexum habentibus, diligens est, q ea sic disponit, & facit, ut ea circunspiciat, quæ rationabiliter considerari debent p̄latis conditionibus personarum &c. Fortuita. n. ea quæ uiri prudentes communiter non cogitāt, si eueniant, non sunt nobis imputanda, quia homines sumus, & humana ratione gubernamus nos, ac nostros. Verbigratia, & accidit de facto, quòd Princeps Hispaniæ habens ceruā paruulā sibi domesticam, quasi catellum, aborsa fuerit ex timore canū insequentium ceruam illam fugientem ad solitum gremium dominæ suæ. Fuit enim casus non solùm ab ipsa puella inexcogitatus, sed à tot principibus, & uiris, qui principis curam habebant, aut ei assistebant, & ex ea regni successorem expectabant. Et tamen post factum omnes dicimus, quòd debuerat caueri neum locum, vbi venatici canes adessent, illa iter cum ceruæ. Nec hoc de ceruæ tantum occisione, sed cātellæ, uel auis posse accidere. Et hoc diximus, ut in casibus distinguatur, quid

post

cauſa per accidens dr̃ remouẽs ꝓhibẽs, Vñ ille, q nõ remouet ea, ex q̃bus ſeq̃tur homicidiũ ſi dẽat remouere, erit quodam modo homicidiũ volũtarium. Hoc aũt contingit dupl̃r. Vno mõ, qñ dans operã rebus illicitis, quas vitare dẽbat, homicidiũ incurrit. Alio mõ, qñ nõ adhibet debitã ſolicitudinẽ. Et iõ ſm iura, ſi aliq̃s det operã rei B licitę, debitã diligẽtiã adhibẽs, & ex hoc homicidiũ ſequatur, nõ incurrit homicidij reatũ. Si verò det operã rei illicitæ, vel ẽt det opera rei licitæ, nõ adhibens diligentiã debitã, nõ euadit homicidij reatũ, ſi ex eius opere mors hõis cõſequatur.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Lamech nõ adhibuit ſufficiẽtẽ diligẽtiã ad homicidiũ uitãdũ, & iõ reatũ homicidij ñ euaſit. C

Ad ii dicẽdũ q̃ ille q̃ percutit mulierem prægnantem, dat operam rei illicitę. Et ideò ſi ſequatur mors mulieris, uel pueri animati, non effugiet homicidij crimen, præcipuè cum ex tali percuſſione in promptu ſit, quòd mors ſequatur.

Ad iii dicendum, ꝙ ſecundũ canones imponitur pęna his, q̃ caſualiter occidũt, dantes operam rei illicitæ, uel non adhibẽtes diligentiam debitam.

QVAESTIO LXV.

De Mutilatione membrorum, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderãdum eſt de peccatis aliarũ iniuriarum, q̃ in perſonam committuntur.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, de mutilatione membrorum.

¶ Secundò, De uerberatione.

¶ Tertiò, De incarnatione.

¶ Quartò, Vtrum pctm̃ hmõi

---

poſt factum experientia prudentiores facti faceremus, & quid A inexperti feciſſemus. Neq;.n. exacta diligẽtia exquiritur, qualis à ſumma prudentia emanare potuiſſet, ſed q̃ à cõiter prudentibus emanare cõſueuit in huiõi negotijs. Et ex hoc capite, tutè pñt ſacerdotes religioſi, ſeruiẽdo infirmis, eos ẽt in finẽ vitæ uoluere ĩ lecto, ut quietius iaceãt, & reliqua ſeruitia exhibere, cum prudentia quæ in hmõi conſueta eſt. Nec oportet ſcrupulum inde capere, ſi mors forte ex hoc acceleraſ. Quicquid.n. licitũ eſt conuerſis in hoc opere, licitum eſt ſacerdotibus. Nec ullus eſt irregularitatis timor in propoſito, vbi nulla eſt culpa negligentiæ, quæ ita reum faceret conuerſum, ſicut clericum. In quibuſdam autem periculoſis ex ſuo genere actibus diligẽtia eſt, quæ aut conſilio proprio, uel alieno, ubi timor adhuc ſupereſſet periculi, hæc operatur. Verbi gratia. Tenere infantes tenellos ſecum in lecto, opus eſt ſtatim periculũ oppreſſionis offerens: & propterea niſi debitis circunſtantijs honeſtetur, opus eſt illicitũ. Et quia eſt contra curam debitã uitæ ꝓximi, cũ facili caſu mortis (dormiẽtes qppe non ſumus noſtrorũ motuũ dñi) mortale peccatũ eſt. Si aũt honeſtatur circunſtantijs, puta, q̃a lectus eſt extenſus, & nõ habetur propè ſe, & nutrix conſueuit ſemper inueniri in eodẽ loco & ſitu, quo ſe incipiẽdo dormire poſuit, & implacabilitas ĩfantis hoc exigat, excuſari uidetur, quia non eſt rõnale his cõcurrẽtibus, periculum timere. Propter quod in cap. Cõſuluiſti, 2. q. 5. non omnino præcipitur parentibus, nec pueros teneant in lecto, ſed admonẽdi, & proteſtandi ſũt, ne negligentia proueniſſe mors ſubſequatur. Et ſimile eſt in alijs actibus licitis periculoſis, ut ſunt ruinæ domorum, iactas lapidum &c. In omnibus.n. his tãto maiori opus eſt conſilio & ſolicitudine, quantò periculũ propinquius timetur. Qñ verò datur opera rei illicitæ, in litera dicitur, & communiter videtur confeſſum, ꝙ imputatur ei homicidium ex illius opere cõſequens: nec oportet hic aliã apponere propriam conditionem. Ego autem nõ intelligo indiſtinctè doctrinam hanc, qñ didici, ꝙ actus materialiter mortalis, qñ non eſt uoluntarius, niſi indirectè, & in cauſa, iudicandus eſt ſecundũ illam cãm; & per hoc effuſionẽ humani ſeminis extra matrimonij actũ, poſſe eſſe ſolũ pctm̃ ueniale definitum eſt, qñ.ſ. in cauſa ſolum fuit peccatum veniale, ut patet ex pollutione nocturna ex veniali delectatione in die habita cõſequẽte. Sequendo igitur principia habita de uolũtario, diſtinguendũ eſt de imputatione ad pœnã, uel ad culpam: & ſi culpam, mortalem, uel uenialem. Et quoad pęnam irregularitatis indiſtinctè, intelligo, ꝙ qñ dat operam rei illicitæ, imputatur ei homicidium conſequens ex ſuo opere ad pęnã irregularitatis. Quoad culpã verò, cum diſtinctione intelligo, ꝙ qñ dat operam rei illicitæ, uenialiter tamẽ, ſi eſt diligens ad cauẽ- E dam ſequelã periculi, ſicut de dante operam rei illicitæ dictũ eſt, nõ eſt reus homicidij niſi in ſua cã, quod nihil aliud eſt, q̃ eſſe reum illius rei illicitæ uenialis: & probatur hoc ex ratione uolũtarij ſupradicta. Vnde ſi religioſo alicui ex his, quibus ſtatuto prohibetur æquitare, accidiſſet caſus, in cap. Dilectus, uel in ca. Significaſti. extra, de homicidio, licèt daret opera rei illicitæ ſibi equitando ſine licentia & neceſſitate, ac p hoc iudicatus fuiſſet irregularis, nõ plus peccaſſet pp homicidiũ ſubſecutũ, q̃ ſi non fuiſſet ſubſecutũ, qñ ſolius equitationis reus eſſet. ¶ Et confirmatur authoritate Auguſtini dicentis, quòd Lot nõ quantũ ille inceſtus, ſed quantum ebrietas præcedens meruit, in culpa fuit: non diſſimile aũt eſt de alijs iudicium. Et ex hoc patet, ꝙ etiam qñ dat operam rei illicitæ mortaliter, adhibendo tñ omnẽ diligentiã ne mors ſequatur, licèt ſit reus gehẽnæ pp illud pctm̃ mortale, non tñ eſt reus homicidij pp eandem rõnem, quia.ſ. voluntarium indirectè in ſola cã contra uoluntatẽ & diligentiã adhibitã, non niſi in cã culpatur. Vñ ſi ebrietas Lot fuit peccatũ mortale, nõ ꝓpterea arguẽdus eſt inceſtus. Hæc aũt dico, quãdo actus peccati mortalis non eſt de genere ſuo via ad mortem. Percutientem enim aliquẽ, quamuis noluit occidere, nõ excuſo ab homicidio, q̃a pcuſſio via ẽ ad mortem. Sed clericũ mortaliter uenationi vacantẽ ab homicidij culpa excuſo, quãdo nobilis laicus uenationi uacãs ab homicidij culpa excuſaretur, q̃a.ſ. adhibita eſt oĩs diligentia, ne cuiquã nocceret uenatio. Eſt igitur caſuale homicidium ſp imputãdũ danti operã rei illicitæ, ut cõmuniter dr̃, ſed difformiter: quia quo ad pęnam irregularitatis & culpã aliquam ſemper, ſed non ſemper quo ad culpam mortalẽ, nec ẽt ſemper quo ad culpam mortalem iſti9 ſpeciei.ſ. homicidij. Et q̃a huic doctrinæ oĩa conſonant, amplectẽda proculdubio eſt.

¶ In reſponſione ad tertium in eodem, aduerte, ꝙ percuſſio prægnantis abſq; intẽtione occidẽdi, põt dupliciter cõtingere. Primo, ut ſit talis, q̃ de genere ſuo nata eſt inducere aborſum vel lædendo corporaliter, uel incutiẽdo timorẽ mulieribus, q̃ ſunt communiter timidæ, & hmõi: & ſi ſic ſequitur homicidium, nõ inter caſualia, ſed uolũtaria cõputãdũ uidetur, qñ in promptu ratio eſt, vt actus ipſe occiſio ſit: qñ talis actus in pluribus natus eſt facere aborſum: caſuale autẽ eſt ut in paucioribus, & hoc dico qñ ſcienter grauidã ſic percutit. Nam qui ex ignorantia uteri ſic grauiter & grauius percuteret, caſuale incurreret homicidium pp aborſum, etiam ſi ignorãtia laboraret culpa- D bili. Nã licèt non excuſetur à culpa homicidij, excuſatur tamẽ à mõ homicidij, quia.ſ. non eſt per ſe uolitum ab eo, q ſi ſciret materiæ conditionẽ, in quã agit, non ageret in illam; & de ſimilibus idem eſt iudicium. Si aũt percuſſio fiat aliqualis, q̃uis indiſcreta, ioco, uel ſerio, uel timor leuis incutiatur imprudẽter caſuale eſt homicidium, quod ex diſpoſitione ſingulari mulieris potius prouenit paſſiuè, quam ex actione inferitur agentis. ¶ In reſpõſione ad tertium, ubi de canonum pœna agitur, aduerte, ꝙ quia tam author, q̃ alij in Decretis diſt. 50. ut patet in introductione capituli, Clerico, diſtinguũt homicidiũ uolũtarium à caſuali, non pp hoc, quia illud eſt uolitum, & hoc nõ uolitũ &c. ſed pp hoc, ꝙ illud eſt uolitum per ſe, hoc aũt aut nullo modo, aut in cauſa tantum, & indirectè habet uolitionẽ, ut patet ex hoc, ꝙ de homicidio caſuali diſputãtes, diſtinguũt de dãte operã rei licitæ, uel illicitæ. Tota igĩ coordinatio horũ homicidiorũ ſub caſuali homicidio cõprehẽditur & hoc quãtũ ad culpã, parũ aut nihil refert, dũmodo homo ſciat in ueritate q̃s ſit. Quãtũ tñ ad authoritatẽ diſpẽſandi in irregularitate, multũ refert, quia priuilegiati, quibus conceſſum eſt diſpenſare cũ irregularibus, niſi ſit ex homicidio uoluntario contracta irregularitas, poſſunt diſpenſare cum irregularibus propter homicidium caſuale, quãmuis culpabile ſiue dando operam rei licitæ, ſiue debita adhibita diligentia ſiue dando operã rei illicitæ.

SVPER QV. LXV. ARTIC. I.

In q. 65. ar. 1. dubium occurrit, quid nomine membri in materia mutilationis intelligatur. Et eſt ratio dubij, quia quidã uolunt quòd membrum propriè ſit membrum principale, qd habet officium, ut pes ad ambulandum &c. Et ex hoc inferũt, quòd digitus non eſt membrum.

Conclu. p

Conclu. 2

¶In oppoſitū aūt eſt, quia mēbra ſunt, ex qbus integritas corporis totiꝰ cōſurgit. Conſtat aūt non eſſe integrum corpus, cui deeſt unus digitus.

Porrecta per totum. ¶Ad hoc dī, ꝙ cū mēbrū ſit proculdubio pars hñs actū, iuxta illud ad Rom. 12. Oīa aūt mēbra nō eundē actū habēt: & in iure canonico inter mēbra cōputentur non ſolū mēbra habētia actus ſeparatim, ſed coniunctim, ut patet de teſtibus, quorum officiū non niſi genitalibus exercetur. Eunuchi nāque iter mutilatos cōputātur, ut patet, & in Decretis diſtin. 55. & extra de corp. vitiatis, conſequens eſt, ut nomine mēbri i materia mutilationis appelletur nō ſolū mēbrū principale habēs ſeparatū officium, ſed etiā membrū acceſſoriū, & conſodale. Et qm̄ digitus eſt membrū habens ēt proprium officium euidētius, q̄ dicta utilia, ut patet in exercitio muſico, ubi digiti magis q̄ manus exercētur: iō inter mēbra computandi ſunt. Secus aūt de parte digiti, q̄ ita eſt pars, ut nulliꝰ membri appellatio nem habeat, ut patet extra, de corpo. uitiatis. c. De preſbytero. Vr̄ aūt mihi diſtinguendū de mutilante, uel mutilato quo ad irregularitatem: q̄ ad mutilātē ſufficit abſcindere digitū ſibi, uel alteri ad hoc ut ſit irregularis: ad mutilatū verò non, quia oportet ꝙ mēbrū abſciſſum inducat uel impotentiā, uel enormē defectū, uel deformitatē, ſeu ſcādalū &c. ut patet in iure & hoc ītellige quantū eſt ex parte membri. ut patet extra de clericis pugnantibus in duello, capit. Porro. Nam ex parte cauſæ, an. ſ. ex cā rōnabili, & neceſſaria, puta, pp ſanitatē, aut culpabiliter, aut pp iuſtitiā ut iudex, alia eſt cōſideratio. Cōſentiētes. n. ꝑpriæ mutilatiōi pp neceſſitatem medicinæ, nō ſunt irregulares, ut patet diſt. 50. ca. Quis culpabiliter

363

Lib. 2. c. 4. & 30. & libro 4. ca. 4.

Lib. 2. tex. 9. c. 2.

In decretis di. 55. ea. Si quis abſciderit, Et ca. Si quis ꝑ ægritudinem.

q. 61. ar. 1. & 2. & q. pręc. ar. 1. 2. & 5.

iniuriarū aggrauet̄ ex hoc, ꝙ committitur in perſonam coniunctam alijs.

ARTICVLVS I.

Vtrum mutilare aliquem membro ſuo, in aliquo caſu ſuo poſſit eſſe licitum.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ mutilare aliquē membro ſuo in nullo caſu poſſit eſſe licitū. Dam. n. dicit in 2. lib. ꝙ pctm̄ committit̄ ꝑ hoc, ꝙ recedit̄ ab eo, qđ eſt ſm̄ naturā in id, qđ ē contra naturā: ſed ſm̄ naturā à Deo inſtitutū eſt, ꝙ corpꝰ hoīs ſit itegrū mēbris, cōtra naturā aūt eſt, ꝙ ſit mēbris diminutū. ergo mutilare aliquē mēbro, ſemper videtur eſſe peccatum.

¶2 Præt. Sicut ſe hēt tota aīa ad totū corpꝰ, ita ſe habēt partes aīæ, ad partes corporis, ut dr̄ in 2. de aīa: ſed nō licet aliquem priuare aīa occidendo ipſum, niſi publica poteſtate. ergo ēt ñ licet aliquē mutilare mēbro, niſi forte ſm̄ publicā ptātem.

¶3 Præt. Salus aīæ ꝓferenda eſt ſaluti corporali: ſed nō licet aliquem mutilare ſe membro pp ſalutē aīæ, puniuntur. n. ſm̄ ſtatuta Niceni cōcilij, q ſe caſtrauerūt pp caſtitatē conſeruādā. ergo pp nullam cauſam aliam. licet aliquē membro mutilare.

SED CONTRA ē, qđ dr̄ Exo. 21. Oculū ꝓ oculo, dētē ꝓ dente, manū pro manu, pedē ꝓ pede.

RESPON. Dicēdū, ꝙ cū mēbrū aliqđ ſit pars totius humani corporis, eſt pp totum ſicut imperfectū pp ꝑfectū. Vñ diſponēdū eſt de mēbro humani corporis, ſm̄ qđ expedit toti. Mēbrū aūt humani corporis ꝑ ſe qdē vtile eſt ad bonū totius corporis: ꝑ accidens tñ pōt cōtingere, ꝙ ſit nociuū, puta, cū mēbrū putridum eſt totius corporis corruptiuū. Si ergo membrū ſanū fuerit, & in ſua naturali diſpoſitione cōſiſtēs, non pōt ꝑſcindi abſq; totius corporis detrimēto: ſed qa ipſe totus hō ordinat̄ vt ad finē, ad totā cōitatē, cuius eſt pars, ut ſupra dictū ē, pōt cōtingere, ꝙ abſciſio mēbri etſi vergat in detrimentum totius corporis, ordinatur tñ ad bonum cōitatis, inquantum alicui infertur in pœnam ad cohibitionem pctōrū. Et iō ſicut per publicā poteſtatem aliquis licitè priuat̄ totaliter uita pp aliquas maiores culpas: ita ēt priuatur membro pp aliquas culpas minores. Hoc aūt non eſt licitum alicui priuatæ perſonæ, ēt uolente illo, cuius eſt membrum quia per hoc fit iniuria cōmunitati, cuius eſt ipſe homo, & oēs partes eius. Si verò membrum pp putredinem ſit totius corporis corruptiuum, tunc licitū eſt de uoluntate eius, cuius eſt membrū putridum, membrū ꝑſcindere pp ſalutem totius corporis: quia unicuiq; commiſſa eſt cura propriæ ſalutis. Et eadem ratio eſt ſi fiat uolūtate eius, ad quē pertinet curare de ſalute eius, qui habet mēbrum corruptiuum. aliter aūt aliquē mēbro mutilare eſt omnino illicitum.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ nihil prohibet id, quod eſt contra particularem naturam, eſſe ſm̄ naturam uniuerſalem: ſicut mors, & corruptio in rebus naturalibus eſt cōtra particularē naturā eius, quod corrumpitur, cum tamen ſit ſm̄ naturā uniuerſalem. Et ſimiliter mutilare aliquem membro, etſi ſit contra naturā particularem corporis eius, qui mutilatur, eſt tamen ſecundum naturalem rationem in comparatione ad bonum commune.

AD II dicēdū, ꝙ totius hominis uita nō ordinatur ad aliquid propriū ipſius hoīs: ſed ad ipſam potius omnia quæ ſunt hominis ordinantur. Et iō priuare aliquem vita, in nullo caſu pertinet ad aliquem, niſi ad publicam poteſtatē, cui cōmittitur procuratio boni cōmunis: ſed præciſio mēbri poteſt ordinari ad propriam ſalutem unius hominis. & ideò in aliquo caſu poteſt ad ipſum pertinere.

AD III dicendum, ꝙ membrum non eſt prǽſcindendum propter corporalem ſalutem totius, niſi quando aliter toti ſubueniri non poteſt. Saluti autem ſpirituali ſemper poteſt aliter ſubueniri, q̄ ꝑ membri præſciſionem, quia pctm̄ ſubiacet uolūtati: & ideò in nullo caſu licet membrum præſcindere propter quodcumq; pctm̄ uitandum. Vnde Chryſoſt. exponens illud Mat. 19. Sunt eunuchi, q ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, dicit, Non per membrorum abſciſionem, ſed malarum cogitationū interemptionem. Maledictioni. n. eſt obnoxius, qui membrū abſcindit: etenim homicidæ ſunt, qui talia præſumūt. & poſtea ſubdit, Neq; concupiſcentia māſuetior ita fit, ſed moleſtior. Aliunde enim habet fontes ſperma quod in nobis eſt, & præcipuè à propoſito incontinenti, & mente negligente: nec ita abſciſio membri comprimit tentationes, ut cogitationis frænum.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat patribus verberare filios, aut dominis ſeruos.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ non liceat patribus uerberare filios, aut dominis ſeruos. Dicit enim Apoſ. ad Ephe. 9. Vos patres nolite ad

aūt, ſeu pp iuſtitiam ſe, uel alios mutilantes, ſunt irregulares, ut patere pōt ex allegatis hic, & in materia homicidij.

Conclu. m *Conclu.* p *Conclu.* s *Conclu.* u *Conc.* &

Homil. 63. I Mat. circa mediū to. 2.

SVPER QV. LXV. ART. II.

Porrecta per totum. 364

IN art. 2. & 3. eiuſdem quæſt. dubiū occurrit, quare Author tractans de iniurijs, quæ facto inferuntur in perſonam quatuor enumeratis, ſ. homicidio, mutilatione,

Inf. q. 72. ar. 2. ad 3

tione, verberatione. & incarceratione, omiſerit vulnerationē præſertim cū nec ad mutilationem reducatur, vt patet ex eo, ꝙ vulnerās nulli eſt cenſuræ ob noxius, nec ad uerberōnem vt patet ex eo ꝙ non licet patri vulnerare filium, cui tamen licet verberare eundē. ¶ Ad hoc dr̄, ꝙ vulneratio. ut diſtīguit̄ cōtra occiſionē, & mutilationem, ad uerberationem reducitur. Verbera .n. vulnera inferunt: nā continuitatem carnis ſoluunt, in qua diſſolutione vulnus cōſiſtit. Nec obſtat ꝙ patres, non pñt vulnerare filios: quoniam hoc de perfectis vulneribus intelligitur, ad q̄ non extendi œconomicā, ſed politicā ptātem ex miniſtris & inſtīs patet. Pater namq; manu, flagello, virga, aut ēt fuſte cædit: iudex āt ferro linguā vulnerat &c. Non fecit ēt author ſpecialem articulum de vulneratione, q̄a non eſt ſimplex iniuria, hñs ſeorſum propriā difficultatē. Hēt namq; in primis vulnus idē oppoſitum: opponitur .n. continuitati carnis, q̄ cū nouum cōīum ſenſibilium ſit, ad quietē, vel delectationē ſenſus ſpectat, cui opponitur verberatio. Eſt deinde effectus uerberationis q̄ſi acrior eſt, vñ nec differre vī à verberatione, ſed ſignificare excellentiā ei⁹ nihil nāq; refert ferro, vel ligno vulu⁹ infligere &c. Eadem demum rōne licitè, uel illicitè fit qua maior vel minor uerberatio licita uel illicita eſt. Vñ & patri inhibita dr̄ in 2. ar. immoderata uerberatio. Nec m̄ ſilentio p̄teriuit author vulnera, ſed ea comprehēdit ſubdens illa uerba in litera 3. art. Vel quolibet ſenſum dolore afficiens.

*Li. 10.c. vlt. ante medium tom.5.

*q.31.ar. 2.

Concl. m

Conclu. p

*Li. 2.ca. 23.parū a princ. to. 6.

iracūdiā ꝓuocare filios veſtros A & infra ſubdit, Et vos Dñi eadē facite ſeruis, remittētes minas: ſed ꝑ verba aliqui ad iracūdiā ꝓuocant̄, & ſunt ēt minis grauiora. ergo neq; patres filios neque dñi ſeruos dñt verberare.

¶ 2 Præt. Phil. dicit in 10.*Ethi. ꝙ ſermo paternus hēt ſolū admonitionē, nō āt coactionē: ſed q̄dā coactio ē ꝑ verbera. ergo parētibus ñ licet filios verberare.

¶ 3 Præ. Vnicuiq; licet alteri diſciplinā impēdere hoc .n. ꝑtinet B ad eleemoſynas ſpūales, vt ſ.* dictū eſt. Si ergo parentibus licet ꝑ diſciplinā filios verberare, pari ratione cuilibet licebit quemlibet verberare, quod patet eſſe falſum. ergo & primum.

Sed contra eſt, quod dr̄ Prouer. 13. Qui parcit virgæ, odit filiū ſuum. & infra. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam ſi .n. ꝑcuſſeris eū virga, nō morietur. Tu virga ꝑcuties eum & C animam eius de inferno liberabis. Eccleſ. 33. dicitur. Seruo maleuolo tortura. & compedes.

Respon. Dicendum, ꝙ ꝑ verberationē nocumentum quoddam infert̄ corpori ei⁹, qui verberatur aliter tñ q̄ in mutilatione. Nam mutilatio tollit corporis integritatē verberatio uerò tm̄modo afficit ſenſum dolore: vñ multò minus nocumentum D eſt, q̄ mutilatio membri. Nocumētū āt inferre alicui nō licet, niſi per modum pœnæ ꝑ iuſtitiam. Nullus aūt iuſtè punit aliquem niſi ſit eius iuriſdictioni ſubiectus: & iō m verberare aliquē non licet, niſi hñti ptātem aliquam ſuꝑ illum, qui verberatur licitè. n Et quia filius ſubdit̄ ptāti patris, & ſeruus poteſtati dñi, licitè pōt verberare pater filium, & dñs ſeruum cauſa correctionis, & diſciplinæ. q E

Ad primum ergo dicendū, ꝙ cū ira ſit appetit⁹ vindictæ p̄cipuè concitatur ira, cum aliq̄s ſe reputat læſum iniuſtè, vt patet p* Phi. in 2. Rhetoricæ. Et iō per hoc, ꝙ patribus interdicitur, ne filios ad iracundiam prouocent, non prohibetur quin filios verberēt cā diſciplinæ, ſed ꝙ nō immoderatè eos affligat verberibus. Quòd uero indicit dñis, ꝙ remittant ſeruis minas, pōt dupliciter intelligi. Vno mō, vt remiſſe minis vtant̄, quod ꝑtinet ad moderationem diſciplinæ. Alio modo, vt aliquis non ſꝑ impleat quod comminatus eſt, quod pertinet ad hoc, ꝙ iuditiū quo quis comminatus eſt pœnam, quādoq; per remiſſionis miſericordiam temperet̄.

Ad secundum dicendum, ꝙ maior ptās maiorem dēt hēre coactionem. Sicut āt ciuitas eſt ꝑfecta cōitas, ita princeps ciuitatis hēt perfectam ptātem coercendi: & iō pōt infligere pœnas irreparabiles. ſ. occiſionis, vel mutilationis. Pater autem, & dñs, qui præſunt familiæ domeſticæ quæ eſt imperfecta cōitas, habent imperfectam poteſtatem coercendi ſm leuiores pœnas, quæ, non inferunt irreparabile nocumentū: & hmōi eſt verberatio.

Ad tertium dicendū, ꝙ exhibere diſciplinā volenti cuilibet licet: ſed diſciplinam nolenti adhibere, eſt ſolum eius, cui alterius cura committit̄. Et ad hoc pertinet aliquem verberibus caſtigare.

Articvlvs III.

Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare.

Ad tertium ſic proceditur. Vr̄ ꝙ non liceat aliquem hoīem incarcerare. Act⁹ .n. eſt malus ex genere, qui cadit ſ. indebitam materiam, vt ſ.* dictum eſt: ſed homo hñs naturalem arbitrij libertatem indebita materia incarcerationis, q̄ libertati repugnat. ergo illicitum eſt aliquē incarcerare. Porrecta per totum. 365 *1.2.q.18 ar.2.

¶ 2 Præ. Humana iuſtitia regulari dēt ex diuina: ſed ſicut dr̄ Ecc. 15. De⁹ reliq̄t hoīem ī manu cōſilij ſui ergo vr̄ ꝙ ñ ē aliq̄s coercēdus vīculis, vł carcere.

¶ 3 Præt. Nullus eſt coercendus niſi ab opere malo à quo quilibet pōt alium licitè impedire. Si ergo incarcerare aliquem eſſet licitum ad hoc, ꝙ cohiberetur à malo, cuilibet eſſet licitum aliquem incarcerare: quod patet eſſe falſum. ergo & primū.

¶ Ad huius euidentiam ſcito, q cum uotum ſit promiſſio alicuius operationis, uel omiſſionis (oīs.n. uouēs promittit aut uelle, aut dicere, aut dare &c. aut non uelle, non facere, non dicere &c.) dupliciter poſſunt concurrere dictę conditiones ad uotum. Primo, q omnes ſint circa materiā uoti, hoc eſt, q illi tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere, circa illud idem obiectum uerſentur, quod eſt materia uoti. uerbi gratia, q aliquis deliberet ieiunare, proponat ieiunare, promittat ieiunare. Alio modo, q primi duo actus habeant pro obiecto tertiū actū, & non materiam uoti. uerbi gratia, q aliquis deliberat promittere ieiuniū, proponit promittere ieiunium: & tertius actus habeat pro obiecto ipſam uoti materiā. ſ. q promittat ieiunium. Iſto.n. modo nō deliberat quis ieiunare, nec ꝓponit ieiunare, ſed deliberat, & proponit promittere ieiunium, ita q ſ. ſ. tertius actus

*Q. 83. ar. 12.

do, propoſitū volūtatis. Tertio ꝓmiſſio, in qua perficit rō voti. Superaddunt verò quãq; & alia duo ad quādā voti cōfirmationē. ſ. ꝓnūtiatio oris, ſm illud Pſal. 65. Reddā tibi vota mea, q̄ diſtinxerunt labia mea. & iterū teſtimoniū aliorū. Vñ magiſter dicit. 38. diſ. 4. lib. ſent. ꝙ votum eſt teſtificatio q̄da ꝓmiſſionis ſpontaneæ, q̄ Deo, & de his q̄ ſunt Dei, fieri debet: quamuis teſtificatio poſſit ad interiorem teſtificationem propriè referri.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ cōceptio boni ꝓpoſiti ñ firmat ex ai deliberatione, niſi ꝓmiſſione deliberationē cōſequēte.

AD II. dicendū, ꝙ voluntas mouet rōnem ad promittēdū aliquid circa ea, quæ eius voluntati ſubduntur. Et pro tāto, votum à voluntate accipit nomen quaſi à primo mouente.

AD III. dicēdū, ꝙ ille q mittit manū ad aratrū, iā facit aliquid: ſed ille q ſolū proponit, nondū aliquid facit, ſed qñ ꝓmittit, iā incipit ſe exhibere ad faciendū, licèt nondū ipleat qđ promittit: ſicut ille qui ponit manū ad arandū, nondum arat, iam tñ ponit manū ad arandū.

ARTICVLVS II.

Vtrum votum ſemper debeat fieri de meliori bono.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ votum non ſemp debeat fieri de meliori bono. Dr̃. n. melius bonū, quod ad ſupererogationē ptinet: ſed votum non ſolū fit de his quæ ſunt ſupererogationis, ſed ēt de his q̄ pertinent ad ſalutem. Nā & in baptiſmo vouent hoies abrenūtiare diabolo, & pōpis eius, &

actus. ſ. promiſſio cadit ſupra materiā voti, puta, ieiuniū. In primo āt mō oēs tres act⁹ cadūt ſupra materiā voti, puta, ieiuniū. ¶ Scito ſecundo, ꝙ promiſſio votiua, ſicut aliæ promiſſiones, triplici animo fieri poteſt. Primo, cum animo promittendi, & ſeruandi promiſſum: & talis eſt vndique vera promiſſio. Secūdo, cum animo promittendi, ſed non cū animo ſeruandi ꝓmiſſum, & talis promiſſio eſt partim vera, & ptim mēdax. Vera quidē, q̄tū ad ipſū actū promittendi, quia intendit ſe verè obligare per promiſſionē. Mendax autē quantum ad rem promiſſam, quia promittendo, obligat ſe ad obſeruationē promiſſi, & cū hoc habet intētionē fallendi, quia intendit non ſeruare promiſſum: cuius ſignum eſt, ꝙ ſi alicui homini aliquis promitteret reddere depoſitā pecuniā cū intentione non obſeruandi promiſſum quantumcumq; intendat ſe verè obligare promittendo, deceptum illum qui deditdepoſitum dicimus, & deceptorem ab initio vocamus depoſitariū. Tertio autem modo fit promiſſio ſine animo obſeruandi promiſſum, & ſine animo promittendi: & hęc fit cum ſolo animo proferendi illa verba promiſſoria propter metum, vel quamcumq; aliam cauſam: & talis promiſſio eſt vndique mendax quo ad homines. Examinemus igitur ſingula, vt propoſitæ ſatisfiat quæſtioni. In primo modo promittendi. ſ. animo promittendi, & ſeruandi promiſſum plena voti ratio inuenitur, & omnes tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere, ſuper materiam voti cadunt, vt patet. In ſecundo vero modo. ſ. animo promittendi, ſed non animo ſeruandi promiſſum, diminuta, ſeu mōſtruoſa rō voti inuenitur. Eſt tamen ibi verè ratio eſſentialis voti, & illius vinculū cum peccato mortali tunc, & quandiu in tali voluntate non ſeruandi promiſſum perſeuerat. Patet enim ibi ſaluari voti eſſentiam, ex eo, ꝙ verè intenditur profiteri, ſeu promittere. Nec minus tenet̃ ſic profitēs, aut vouens ad obſeruandū promiſſum, q̄ ille qui vouit animo non ſolū promittendi, ſed ſeruandi. In hoc aūt modo liquet, ꝙ trium actuū requiſitorum ad votum, tertius tantum ſ. promiſſio fertur ſuper materiam voti. Promittit enim caſtitatem, vel ieiuniū, vel aliquid huiuſmodi. Duo verò antecedentes actus ſ. deliberare, & proponere, cadunt non ſupra materiam voti, quia nō intendit ſic promittens ſeruare caſtitatē, ſed ſupra ipſum tertiū actum. ſ. ꝓmiſſionem: quia ex deliberato propoſito promittit. In tertio autem modo voti. ſ. cum quis profitetur, aut vouet ſola voce, ſine animo promittendi, ratio aut vinculum voti non inuenitur ſecundū veritatem. vnde nō eſt ibi votum, ſed voti fictio. Quia tñ homo videt quæ foris ſunt, & ſecundum ea quæ foris aguntur, Eccleſiæ iudicium eſt, & eſſe debet, coram Eccleſia eſt ibi votum. ſ. cui cum aliquis ſuſcipit ordinem ſacerdotij ab epo ſecundum Eccleſiæ ritum, quamuis ſuſcipiens non intendat ſuſcipere, ſed ſimulare ſe ſuſcipere, apud Eccleſiam eſt ſacerdos, & habendus eſt, & tractandus vt ſacerdos, licèt in veritate non ſit ſacerdos. Vnde Eccleſia cogit omnes hmōi ad reddēdum vota ſua, quæ diſtinxerunt labia ſua. Et licèt ſic vouens nō tenetur ad obſeruandum promiſſum ratione voti, tenetur tñ ratione Eccleſiæ, & ſcandali. Eccleſiæ quidem, quia ſi fraus & dolus nulli debent patrocinari in præiudiciū vnius perſonę, multo minus in præiudicium Eccleſiæ. Conſtat autem, ꝙ ſi qs promittit alicui coram teſtibus vnde aliquid, ꝙ ſiuè habuerit animum promittendi, ſiuè non, cogitur à iudice humano obſeruare. Si quis igitur profiteatur miniſtris Eccleſiæ, aut vouet coram alijs ſiue habuerit animum, ſiue nō, cogendus eſt implere, qđ dixit: alioquin nullus poſſet cogi ad ſeruanda ꝓmiſſa, quæ ſemper ignoramus animū promittentis. Et ſi ipſi nō credendum eſt, qñ promiſit, quō eidem credendum erit, dicendo ſe non verè promiſiſſe? Quare magis tunc mendax q̄ nunc? Et ex his patet, ꝙ non eſt credendum ab eccleſia iuranti ſe nō eſſe profeſſum animo profitendi, niſi oſtendat ſufficientia indicia violentiæ, aut huiuſmodi. Sicut etiam non eſt credendum alteri coniugum iuranti ꝙ non aīo coniugij coniugium ſubijt. Et ſi contra hoc dicatur, ꝙ ab aliquibus Eccleſiæ miniſtris datur fides huiuſmodi iuramento religioſorum de ſuo animo in profitēdo, patet rñſio. ſ. non qđ fit. ſed quod fieri debet ſpectandum eſt. Pñt, ſi volunt, iſti miniſtri facilè videre errorem ſuum ad ſimilia reſpiciendo. Si. n. de proprio aīo contrario publicis factis ac dictis à ſe, fides dāda eſt iuranti, quotidie matrimonia diſſoluerentur, ſacerdotes fient laici, cōtractus oēs reſcindi poſſent, & breuiter vniuerſa nō ſolū eccleſiaſtica, ſed humana conuerſatio deſtrueretur. Et per hoc ēt patet, q̄tū ſcandalum daretur non ſeruando hmōi vota. Ex his autē haberi poteſt ſolutio quæſtionis, quod ſ. votum non monſtruoſum requirit illas tres conditiones ſic, ꝙ illi tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere cadant ſuper materiam voti. Vnde in litera dicitur, quòd promiſſio oritur ex propoſito faciendi, & non dicitur ex propoſito promittendi. Naturali namque ordine proponere aliquid, facere, aut omittere, deliberati animi circa illud actus eſt: & ſimiliter promittere aliquid ex propoſito, illud idem faciendi prouenit, vbi ſine fallacia agitur. Aſſignantur aūt huiuſmodi tres conditiones neceſſariæ ad votū perfectum non ad votum diminutum: ſicut ſi diceretur, quòd partes neceſſariæ ad perſonam humanam, ſunt manus, pedes, cor &c. verū diceretur de perſona humana pfecta intelligēdo: cum quo tñ ſtat, quòd humana pſona poſſet inueniri ſine manibus, & pedibus. Et hoc modo votum inuenitur cum ſola promiſſione cadente ſuper materiam voti abſque reliquis conditionibus, ſeu actibus cadentibus ſuper eandem. Diſtinctio igit̃ voti in votum perfectum, & monſtruoſum quæſtionē ſoluit. ¶ In rñſione ad ſecundum eiuſdem primi ar. nota vnde venit nomen voti, & tranſumptio ad ſignificandum deſideriū. Dicitur enim quis voti compos, cum deſiderium ſuum impleuit.

Gourl. n

Porrecta per totum. 476

SVPER Q. LXXXVIII. ART. II.

IN titulo art. 2. eiuſdē 88. q. aduerte, ꝙ quia in 1. ar. de forma voti determinatū eſt, conſequenter in hoc de materia voti qritur, & determinatur. Et quia materia voti dicitur eſſe bonū melius, hoc eſt, bonū ſupererogationis, propterea author quærens de materia voti, quærit, vtrum ſit de meliori bono.
¶ In corpore eiuſdem 2. art. aduerte, ꝙ eorum quæ aliquo modo noſtræ ſubſunt voluntati. ſeptem ſunt genera. Quædā neceſſaria ſimpliciter, vt mori. Quædā neceſſaria ad finē æternæ ſalutis, vt præcepta. ſ. diligere Deū, & proximū, non adulterari, non occidere &c. Quædam expedientia ad æternā ſalutem, vt conſilia, puta, dare eleemoſynam, ſeruire infirmis, mācipari diuinis obſequijs, & huiuſmodi. Quædā bona, nec tamen de præcepto, nec de conſilio, vt nubere. Quædā indifferentia, vt tranſire extra muros villæ, vti veſte alba, vel nigra, & huiuſmodi, q̄ ſiuè ſic, ſiuè aliter fiant, nihil refert ſcdm ſe rem. Quædam impedientia viam æternæ ſalutis, vt peccata venialia, vt dicere verbum otioſum, & huiuſmodi. Quædam contraria æternæ ſaluti vt peccata mortalia, homicidiū, adulteriū, blaſphemia &c. Horum autem ſeptem generū, quatuor extra qōnem ſunt: qm manifeſtè conſtat de illis. ſ. primo. 5. 6. & 7. Nam clarè patet primum genus. ſ. neceſſariorum abſolute non poſſe eſſe ma-

teriam

teriā voti. Nullus.n. uouere pōt ſe moriturū, niſi ſtultus. Tertiū autē genus.ſ. cōſiliorū, cōſtat eſſe materiā uoti. De bonis.n. melioribus, ad quæ nō tenemur, uota nos facere experimur. Sextū uerò & ſeptimū.ſ. impedimentū, & contrariorū æternæ ſalutis, nō poſſe eſſe materiā uoti patet, qa, ut in litera dr̄, nō eſſet promiſſio, ſed cōminatio, ſi q̄s ſe aliquid diſplicēs Deo facturum decerneret.

fidē ſeruare, vt dicit* glo. ſup illud Pſ. 75. Vouete, & reddite dño deo veſtro. Iacob ēt uouit q eſſet ei dñs ī Deū, ut hr̄ Gen. 28. hoc aūt eſt maximè de neceſſitate ſalutis. ergo [h] uotū nō ſolum fit de meliori bono.

¶ 2 Prę. Iephte ī catalogo ſctōrū ponit, ut patet Heb. 11. ſed ipſe filiā innocētē occidit pp uotū, vt hr̄ Iudic. 11. cū ergo occiſio inocētis nō ſit meli* bonū, ſed ſit ſm ſe illicitū, uī q uotū fieri poßit non ſolū de meliori bono, ſed etiam de [h] illicitis.

G ¶ 3 Præt. Ea q̄ redūdāt in detrimentū perſonæ, uel q̄ ad nihil [h] ſunt utilia, nō hñt rōnē melioris boni: ſed qñq; [h] fiunt aliqua uota de imoderatis uigilijs, & ieiunijs, q̄ uergūt ī periculū pſonæ: qñq; etiā fiunt aliqua uota de aliquibus indifferentibus & ad nihil ualentibus. ergo nō ſemper uotū eſt melioris boni.

SED CONTRA eſt, qđ dicitur Deuter. 23. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris.

* Sumit ex Caſſiod. & Auguſ. in hoc loco.

Tria autē genera.ſ. ſecūdūm, & ſimiliter quartū, ac quintū, q̄ōnē habēt, & ſimiliter tertiū genus quo ad ſua oppoſita.ſ. nō facere opera quæ ſunt de cōſilio, ut nō mutuare, nō fideiubere, & huiuſmodi. Et cū bona quoq; ſupererogationis malū habēt annexū, ſub dubio cadūt, ut uouere religionē pp auaritiā, & ſimilia. Vñ quinque ſunt tractāda dubia. Primū eſt, de neceſſarijs ad ſalutem. Secundum, de oppoſitis conſiliorum. Tertium, de bonis ſupererogationis propter malum finem. Quartum, de indifferentibus. Quintum, de bonis non ſub præcepto aut conſilio.

¶ Circa ea igitur quę ſunt de neceſſitate ſalutis, duplex occurrit dubitatio. Prima, An talia cadant ſub uoto propriè dicto. Secunda, An in baptiſmo fiat uerè uotū: & utriuſq; dubij rō eſt multiplex ſermo doctorū. In primo ſiquidē dicunt multi, q nō eſt propriè uotū, & tamē q qui uouet non fornicari, ſi fornicatur, peccat dupliciter.ſ. contra uotum, & contra præceptum. In ſecundo quoque quidam negant, quidam affirmāt eſſe uotum.

¶ Dicendū eſt ad primum, q ſine dubio neceſſaria ad ſalutem poſſunt eſſe materia uoti propriè dicti, & ratio in litera reddiť, qa ſunt uolūtaria. Effectus uerò uoti in huiuſmodi neceſſarijs ad ſalutē, eſt facere idē alio modo Deo debitū à ſeipſo uouente: ita ut non fornicari, quod erat debitū ſolūm, ut erat caſtitatis, modo eſt etiam debitum, quia eſt religionis. Manifeſtatur autem hæc ſic. Vouens non fornicari, ſi poſt fornicatur, nō ſolum peccat peccato luxuriæ, ſed etiā irreligioſitatis, agens contra uotum. Ergo eſt ibi uera ſpecies uoti. Non.n. circūſtantia mutaret ſpeciē, niſi eſſet ibi eſſentialis ratio illius ſpeciei. Vbi aūt ſaluatur eſſentialis ratio alicuius, ibi eſt propriè illud, ut patet diſcurrendo. Quia ergo in huiuſmodi tranſgreſſionibus inuenitur eſſentialis ratio ſpeciei, ad quam trahit circunſtantia cōtra uotum, manifeſtū fit q ibi propriè fuit uotū. Nec putes me cōtradicere authori in 38. diſt. 4. ubi uotum de neceſſarijs ad ſalutē nō propriè, ſed communiter uotum eſſe dicit: qm̄, ut ibidem patet, æquiuocamus de proprio. Nam nos accipimus in propoſito ly propriè, ut diſtinguitur contra tranſumptiuè, ut denotat ipſam eſſentiā uoti, quia.ſ. ibi ſaluatur eſſentia uoti. Author autē ibidem accipit propriè, non ex parte eſſentiæ uoti, ſed ex parte materiæ uoti, & ut diſtinguitur cōtra cōe ſimiliter ex parte materiæ. Et uocat uotum communiter, quia obligat ad ea, ad quæ communiter homines tenentuř. Votum uerò propriè, quod obligat ad ea, ad quæ alius non teneretur: unde nulla eſt in hoc controuerſia, ſed opus eſt intelligentia uocabulorum.

¶ Ad ſecundum uerò dubiū de uoto baptiſmi, dicendū eſt, q non eſt ibi propriè uotum: nec Chriſtianus qui fornicatur, peccat dupliciter.ſ. contra præceptum, & cōtra uotum, ſed ſimpliciter.ſ. contra præceptum, grauius tñ quàm infidelis, ut ſuperius didicimus, quia dignior eſt propter ſacramenta, quibus imbutus eſt. Quòd autem non fiat in baptiſmo uotum propriè, manifeſtatur dupliciter. Primo q non fit ibi uotum explicitè, ex uerbis quæ dicit baptizandus, quæ ſunt tria.ſ. Abrenuntio, Volo, & Credo. Nullum aūt horū ſignificat promittere, qđ eſt propriè uouere. Abrenunciare.n. diabolo, & pōpis, & operibus eius, ſignificat abdicationē, non promiſſionē. Vnde renuntians ſuo iuri, uel beneficio, nihil promittit, ſed ſpoliat ſe illo. Velle quoq; baptizari, nō eſt promittere. Credere in Deū patrē &c. nō eſt promittere. Secundo, manifeſtatur q nō fit ibi uotū implicitè. hoc.n. poſſet dupliciter contingere. Primò, rōne eccleſiaſtici ſtatuti, quemadmodum implicitè fit uotum continentiæ in ſuſceptione ſacri ordinis. Secūdò, ratione ipſius rei.ſ. aſſumptiones noui ſtatus, ac pfeſſionis fidei, quaſi hoc habeat uim uoti. Et quidem quod non inueniatur in baptiſmo uotum ex præcepto Eccleſiæ, manifeſtatur ex hoc, quod adultus qui baptizatur

F nullibi inuenit̄ preceptū q uoueat, ſicut præceptū eſt ſuſcipientibus ordinē ſacrū, q uoueāt caſtitatē: ac per hoc ſi adultus corde cōtrito ſuſcipiat baptiſmū, nō intēdēs niſi baptiſma ſuſcipere, & ad nihil aliud ſe obligare intēdens, niſi ad qđ baptiſmus obligat, cōſtat q nō uouet, & nullius eſt reus pcepti, nec eſt alio mō Chriſtianus iſte, q̄ alij. Et cōfirmař, qa Eccleſię nō eſt multiplicare laqueos in ſacramētis neceſſitatis. In cuius ſignū ī ſacramēto pęnitētiæ, q̄ eſt ſecūda poſt naufragiū tabula, pænitens renūtiat opibus diaboli per cōtritionē, ac cōfeſſionē, & uult ſuſcipere pænitentiā & ſuſcipit, & tñ nō uouet: immò inhibetur cōfeſſoribus inducere pænitētes ad uouēdū abſtinere a peccatis, ne multiplicentur laquei.ſ. pcepti; & uoti. Et cōfirmař, qa uouere eſt conſilij, baptizari eſt præcepti. Inconſonum eſt ergo annectere præceptum uoti præcepto baptiſmi: quoniam ſic uouere non eſſet conſilij, ſed præcepti uniuerſaliter, & ſimpliciter, non ſicut in ordine ſacro præcipitur uouere, quia ſuſcipere ordinem non eſt in præcepto. Quod autem non ſit in baptiſmo uotum implicitè ex natura facti, quia ſcilicet aſſumitur

H nouus ſtatus, ſcilicet, chriſtianitatis, & fit profeſſio fidei, quaſi hoc factum habeat uim uoti, uel habeat annexum uotum nouæ uitæ & fidei, ex eo patet, quòd ſecluſis Eccleſiæ ſtatutis cum quis ſuſcipit ſacerdotij ordinem, nouum ſtatum aſſumit, mancipatuŕque diuinis obſequijs, atque conſecratur ad illa ſine ullo uoto. Ad profeſſionem quoque fidei ſat eſt corde, & ore illam confiteri cum propoſito mutandi uitam. Vnde ſaluator docendos homines eſſe ante & poſt baptiſmum ſtatuit, non exigēdam promiſſionem, ſed exhibitionem ſui ad baptiſmum prædicandum, dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, non, Qui uouerit. Vnde licèt plus ſit exhibere ſe ad baptiſmum & fidem, quàm promittere, non tamen includit promittere: ſicut donare plus eſt quàm promittere, donans tamen nihil promittit. Im promptu autem ratio eſt, quare baptiſmo non oportet, nec expedit adiungere uotum propriè dictum, quia uotum eſt priuata lex à ſe ſibi uoluntariè impoſita. Cum autem quis baptizatur, legem Chriſti uoluntariè ſu-

I ſcipit, habentem ſufficientem uim coactiuam, & inductiuam ad obſeruantiam fidei, & præceptorum. Non eſt ergo opus quòd baptizatus addat ſibi aliam legem obligantem præciſè ad præcepta. Quòd uero non expediat, patet ex dictis, quia eſt multiplicatio laqueorum ad nihil quodammodo utilium: quoniam æquè cauemus, uel non cauemus à caſu cum tali uoto, & ſine tali uoto, ut experientia teſtatur. Sine dubio igitur non eſt uotum in baptiſmo, niſi largè uoti nomine utendo pro uoluntate nouæ uitæ in profeſſione fidei: & ſic fortè multi doctores exponi poſſunt. Quòd ſi aliqui aliter ſenſerint, ſanctum eſt præhonorare ueritatem. In litera tamen in reſponſione ad primum, author non affirmat in baptiſmo eſſe uotum, ſed ſupponendo hoc a Magiſtro ſentent. in 38. diſt. 4 & a Gloſ. dictum, ubi etiam ipſe approbauit, exponit modum quo hæc comprehenduntur ſub uoto, dicens, quòd hoc modo ſub uoto baptizatorum &c. Auguſt. quoque ad Neophytos, ut habetur

K de conſecr. diſtin. 4. cap. 1. dicens, quòd ſpopondiſtis abrenunciare diabolo &c. aut largè ſponſionem accepit, aut ritum forte, qui tunc apud eos erat, expreſſit.

¶ Circa oppoſita conſiliorum, dubium nō ſimpliciter, ſed quorundam uidetur eſſe, An poſſit quis uouere q non mutuabit, aut dabit eleemoſynam, non ingredietur religionem, & huiuſmodi. Et ratio dubij uidetur eſſe, quia quòd licitum eſt facere, licitum eſt uouere. Conſtat autem quòd licitum eſt non mutuare, non ingredi religionem, & huiuſmodi, quia hæc ſunt de conſilio, quod non tenemur ſequi. ergo.

¶ Sed huius opinionis error facilè deprehenditur, ſi conſideremus cui fit uotum, quia.ſ. fit Deo, ut inferius patet. Certum eſt enim, q etſi non diſpliceat Deo te nō ſequi conſilium ſuū, diſplicet tamē, ei quòd tu promittas ei, te conſilium ſuū non ſecuturum: quoniā hoc eſſet facere, quòd promiſſio ſibi facta eſſet uoluntati contra conſilium ſuum: ac per hoc Deus ipſe ex vna parte daret conſilium, & ex alia parte prohiberet conſiliū ſuum,

RESPON. Dicēdū, q̃ ſicut dictum * eſt, uotum eſt promiſſio Deo facta. Promiſſio autem eſt alicuius, qđ quis pro aliquo uoluntariè facit. Non.n. eſſet promiſſio, ſed cōminatio, ſi quis diceret ſe cōtra aliquem facturū. Similiter uana eſſet ꝓmiſſio, ſi aliq̃s alicui promitteret id, qđ ei non eſſet acceptū. Et iō cum oē peccatum ſit contra Deum, nec aliqđ opꝰ ſit Deo acceptū: niſi ſit uirtuoſum, [m] conſequēs eſt q̃ de nullo illicito, nec de aliquo indifferēti debeat fieri uotū, ſed ſolùm de aliquo actu uirtutis. [n] Sed quia uotum promiſſionem uoluntariam importat, neceſſitas autem uoluntatem excludit: [p] id quod eſt abſolutè neceſſarium eſſe, uel non eſſe, nullo modo ſub uoto cadit. [q] Stultum enim eſſet, ſi quis voueret ſe eſſe moriturum, uel ſe non eſſe uolaturum. [s] Illud verò quod non habet abſolutam neceſſitatem, ſed neceſſitatem finis, puta, quia ſine eo nō poteſt eſſe ſalus, cadit quidem ſub voto, inquantum uolūtariè fit, nō autem inquantum eſt neceſſitatis. [t] Illud autem quod neq; cadit ſub neceſſitate abſoluta, neque ſub neceſſitate finis, omnino eſt uolūtarium: & ideò hoc ꝓpriiſſimè cadit ſub voto. Hoc autem dicitur eſſe maius bonū in comparatione ad bonum, quod communiter eſt de neceſſitatē ſalutis: ideò [u] propriè loquendo, uotum dicitur eſſe de meliori bono. [x]

* ar. præc.

ſuam, dū acceptaret uinculum contra ſuū conſilium. Non eſt A ergo Deo acceptabilis promiſſio cōtra conſilia ſua, ac per hoc nō eſt uotū: ſed in hoc hēt locū illud, In turpi uoto muta decretū. Immò ſic uouentes, peccāt abutēdo promiſſione ad Deum.

¶ Sed tunc inſurgit q̃ō, quale pctm̄ eſt hoc, ueniale, ſ. an mortale. Vt.n. talis uouens nō ſolū irreuerentiā Deo exhibere īdiſcretè ei promittēdo, ſed ēt blaſphemiā incurrere, attribuēdo Deo qđ ei nō cōuenit, ſ. eſſe ſibi gratū uinculū cōtra ſua conſilia, & deliberat proponere cōtra ea q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis: qm̄ cōſilia in articulo neceſſitatis ſunt præcepta. hoc autē eſt peccare mortaliter.

¶ Si diligentius tñ cōſideretur, tria mala ī hmōi uotis inueniri contingit. (Conclu. m) Primum, ex parte rei ꝓmiſſę, q̃ quandoque, ſ. in articulo neceſſitatis, pōt eſſe in pcepto. Et ex hac parte ſi q̃s tā pertinaci animo uoueret nō mutuare, nō dare eleemoſynā, & huiuſmodi, (Conclu. p) ut ēt intendat in articulo neceſſitatis hæc non facere, ſine dubio peccat mortaliter. Secundum, ex parte incluſæ attributionis Deo, quia ſcilicet hic clauditur, q̃ Deo ſit gratum uinculum contra ſua conſilia. Et ſi quis hoc cognoſceret, animaduerteret, & non curaret, blaſphemia eſſet. Sed quoniam hoc magis ſupponitur, quàm fiat à uouente, ſupponit enim ſic uouens Deo acceptum eſſe ſuum uotum, iō hoc malum, niſi fieret ex induſtria, non induceret mortale. Tertiū ex parte abuſiuæ promiſſionis, quia ſcilicet fit Deo promiſſio ſibi diſplicēs, iuxta illud, Diſplicet ei ſtulta promiſſio: & in hoc formaliter conſiſtit peccatum iſtud. Et ſi quidem ex intentione aliquis eligeret formaliter diſplicet Deo, cum hoc de genere ſuo ſit mortale, contrarium directè charitati, ſine dubio peccaret mortaliter. Sed cum materialiter eligitur id, quod diſplicet Deo, non oportet eſſe mortale, ut patet cum quis deliberatè dicit uerbum otioſum. Conſtat autem quòd talis uouens nō D ſolum materialiter, ſed etiam ex ignorantia ſatis excuſabili, quia regnat etiam apud doctos, ut dicitur de Hoſtienſi, facit quod Deo diſplicet. Credit enim ſic uouens ſe obſequium præſtare Deo uouendo, & licitè uouere. Propter quod non niſi uenialiter peccant ſi uouentes, & non intendentes contra præcepta Dei uouere, ut communiter accidere uidetur.

¶ Circa bona ſupererogationis, dubium occurrit à Ricardo, in quarto diſt. 38. motum, ſed parum diſcuſſum, An uotum factū de bono ſupererogationis propter malum finem, ſit uere uotum. Et eſt ratio dubij: quia bonum ſupererogationis propter malum finem, non eſt bonum, ſed male formaliter, ut patet de eleemoſyna propter inanem gloriam. Quod autem eſt formaliter malum, non poteſt eſſe materia uoti.

¶ In oppoſitum eſt, quòd ſi quis profitetur religionem Hieroſolymitanam, ſeu aliquam eiuſmodi, ut habeat diuitias unde luxurioſè uiuat, & propter luxurioſè uiuere profitetur, uerè uotū E emittit boni ſupererogationis. ſ. religionis propter malum finem, ſ. luxurioſam uitam. Poteſt ergo de bono fieri uotū propter malum finem.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, diſtinguendus eſt ſenſus quæſtionis, & ſingula tractanda ſunt membra, cum ſuis incidētibus. Tripliciter igitur poteſt intelligi, quòd homo uoueat bonum ſupererogationis propter malum finem. Primo, ut malus finis ſit finis illius boni, quod dicitur uoueri: ſicut uana gloria eſt finis eleemoſynæ, cum quis uoueret dare eleemoſynā propter inanem gloriam. Secundò, ut malus finis ſit finis non boni quod promittitur, ſed applicationis hominis ad uouendum: ſicut luxurioſa uita eſt finis profeſſionis, cum quis profiteretur aliquam religionē ut luxurioſè uiueret. Tertiò, ut malus finis ſit finis ipſius uoti, ita quod ipſum uotū ordinetur ad malum finem, ut quod eſt ad finem, ordinatur ad finem. Sicut uictoria in bello iniuſto eſſet finis uoti, ſi q̃s pmitteret Deo q̃ ſi daret illi uictoriam in tali bello, offerret Deo mille aureos.

¶ In primo ergo ſenſu dicendū eſt, q̃ uotū nihil ualet, q̄a nō eſt uotū, ſed diabolica promiſſio: q̄a materia eius nō eſt aliqđ bonū, ſed formaliter malū, ut patet in exēplo dato, cum q̃s uouet dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Et ratio eſt, quia iuxta hūc ſenſum ordo promiſſę actionis ad malum finē cadit ſub uoto, non ſola actio ſupererogationis, v.g. ly, pp inanē gloriam, determinat ly, dare eleemoſynā, qm̄ eſt finis illius dare. (Conclu. s) Ac per hoc materia talis uoti non eſt ſolūmodo dare eleemoſynam, ſed totū hoc, ſ. dare eleemoſynam propter inanē gloriam, quod conſtat eē formaliter malū. Attēde ergo in huiuſmodi uotis, ſi malus finis ponit̃ finis actionis ſupererogatiuæ, quę eſt materia uoti, ut uides in exēplo dato. Et cum hoc inueneris, dicito promiſſionem talē non eſſe uotum: (Conclu. x) quia ſupererogationis bonū non nudum, ſed ueſtitum tali propter, ponitur materia uoti. In ſecundo autem ſenſu, quando ſcilicet malus finis ponitur finis ſolius applicationis ad vouēdū, vt patet in exemplo profeſſionis propter uitam luxurioſam, dicēdū eſt, quòd uotum eſt verè uotum & ualidum, q̄uis talis ſic vouēdo peccet mortaliter. Et in promptu ratio eſt, quia malus finis iuxta hunc ſenſum non eſt finis uoti, aut actionis, uel omiſſionis ſupererogatiuæ. Non.n. qui profitetur, ordinat ſuum obedire ad luxuriam, ſed eſt finis applicationis ad profitendū. Nā ſi quæratur, propter quid applicas te ad profitendū, & tot Deo promittendum, reſpondebis, ut uiuam luxurioſè. Ex fine autē applicationis ad uouendū non adimitur, aut datur natura uoti, aut illius vinculum. Diſcute igitur & hoc diligenter: quoniā multas quæſtiones inde ſolues de multis uouentibus propter malum finem, puta, ut complaceant alicui ſcelerato in hoc, qđ vouent: in omnibus.n. huiuſmodi verè uotum eſt & bonum, & ſanctum, ſed applicatio ad uouendum eſt diabolica: propter quam, ut dictum eſt, peccat ſic uouens.

¶ Et ex his patet, quòd obiectiones ad utramque partem allatæ concludunt uerum. Prima iuxta primum ſenſum: & ſecunda, iuxta ſecundum. In tertio verò ſenſu, quando finis malus ponitur finis ipſius uoti, diſtinguendum eſt, quia hoc poteſt dupliciter fieri. Primò, ut promittatur executio uoti ꝓ malo obtinendo fine, v.g. Vouet dux belli iniuſti, ſe an congreſſum belli oblaturum Deo mille aureos pro obtinenda a Deo uictoria. Et ſic cum talis oblationis miſſę aureorū finis ſit malus, redit caſus reprobatus in primo ſenſu. Clarè namque patet, quòd ipſa uoti executio, ſ. offerre mille aureos pro iniuſta uictoria, eſt actio formaliter mala, non minus q̃ dare eleemoſynam ꝑpter inanem gloriam. Non eſt ergo ſic facta promiſſio uotum. Secūdo, ut promittatur executio uoti poſt obtentum à Deo finem. Et in hoc ſenſu difficultas emergit: quia ex quo iſte eſt conſecutus uictoriā, licet iniuſtā, & uictoria iſta eſt à Deo, quia oē bonū eſt à Deo, licèt iniuſtitia eius nō ſit à Deo, cōſequens eſt, q̃ teneatur iſte ſeruare promiſſum bonum, ſ. offerre Deo mille aureos. Et confirmatur, quia plus tenetur ſeruare promiſſum homo Deo, q̃ alteri homini: ſed homo homini tenetur ſeruare promiſſum bonum, quamuis ex turpi cauſa, ut patet de ꝓmiſſa mercede meretrici. ergo homo tenetur ſeruare promiſſum bonum Deo, quàmuis ex turpi cauſa ſcilicet, uictoria iniuſta.

¶ Sed cum nemo, ut Auguſt. dicit, Deo authore fiat malus, aut peior, & quilibet in aſſequēdo ſuum malum finem fiat peior, conſequens eſt, quòd Deus non ſit author aſſecutionis mali finis: ac per hoc votum tale blaſphemia potius quam votum eſt, & ad nihil omnino obligat, niſi ad pœnitentiam. Blaſphemū eſt namque attribuere Deo, quòd ipſe concedat iniuſtam victoriam, non minus quàm quòd ipſe concedat concubitū alienæ uxoris. Par enim eſt ratio de quolibet malo fine: & con-

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ hoc mõ ſub uoto baptizatorũ cadit abrenũtiare põpis diaboli, & fidẽ Chr̃i ſeruare: q̃a uolũtariè fit, licèt ſit de neceſſitate ſalutis. Et ſiľr põt dici de uoto Iacob, q̃uis ẽt poſſit itelligi, ꝙ Iacob uouit ſe hr̃e dñm ĩ Deũ G p ſpãlẽ cultũ, ad quẽ non tenebať, ſicut p decimarũ oblationẽ, & alia hmõi q̃ ibi ſubdunť.

Ad II dicendũ, ꝙ quædam ſunt, q̃ in oẽm euentũ ſunt bona, ſicut opera uirtutis, & alia bona q̃ poſſunt abſolutè cadere ſub uoto. Quædã uerò ĩ omnẽ euentum ſunt mala. ſicut ea q̃ ſecundùm ſe ſunt peccata: & hęc nullo mõ poſſunt ſub uoto cadere. Quędã uerò ſunt q̃- H dẽ in ſe conſiderata bona, & ſecundũ hoc poſſunt cadere ſub uoto, poſſunt tñ habere malũ euentum, in quo non ſunt obſeruãda. Et ſic accidit ĩ uoto Iepte, qui ut dr̃ Iudicum 11. uotũ uouit Dño, dicens. Si tradideris filios Amon in manus meas, q̃cunque primus egreſſus fuerit de foribus domus meæ, mihiq́; occurrerit reuertenti in pace, eũ offeram holocauſtũ Domino. Hoc aũt poterat malũ euẽtum habere, ſi occurreret ei aliquod animal non immolandũ, ſicut aſinus, uel homo: quod ẽt accidit. Vñ & Hier. dicit: In uouendo fuit ſtultus, quia diſcretionẽ non habuit: & in reddendo, impius: Pręmittiť tñ ibidem

fiat, q si quis pmitteret Deo offerre ſibi mille aureos, ſi faceret F q cõcũberet cum uxore proximi ſui, blaſphemus eſſet, faciẽs quãtũ in ſe eſt, Deũ lenonẽ. Quòd aũt dr̃ uictoriã eſſe à Deo, verũ eſt: ſed iſte promittit p uictoria belli iniuſti, q̃ ut ſcit, non eſt à Deo. Sicut ẽt delectatio cõcubitus, & ipſe cõcubitus eſt à Deo, ſed nõ cũ uxore aliena, vt ſic p quali concubitu & delectatione ille voueret. Confirmatio quoq; nihil adiuuat: qm̃ ab hoĩe poteſt obtineri turpe obſequiũ, à Deo aũt nõ. Nec ppea minus ſolida eſt hæc doctrina, q̃a ſic uouens nõ credit ſe blaſphemare: qm̃ ſecundũ naturã uoti iudicium fit, non ſecundũ iſtius, aut illius ignorãtiã.

¶ Sed q̃d dicẽdũ eſt, ſi uotũ fieret ſub conditione talis euentus abſolutè, & non ſub conditione determinata ad patrocinitũ diuinũ? v.g. Dux ĩ tali bello uouet ſe oblaturum Deo mille aureos, ſi euenerit victoria, & nõ ſi De⁹ dederit, aut non dederit. Rñdeo, ꝙ q̃a ſub quacũq; uerborũ forma uotũ fiat, ſecũdũ cõtẽtũ & intẽtũ ſenſum iudicandum eſt: iõ cum in huiuſmodi votis bonũ promiſſum, puta, oblatio, aliquẽ ordinem ex intentione uouentis accipiat ad optatum malũ, puta, iniuſtam uictoriam: quoniam promittendo bonum, ſi malum eueniet, ordinat executionem illius boni ad euentum huius mali, oportet inſpicere qualis ſit iſte ordo promiſſi boni ad malum, & ſecundùm illum iudicare. Si enim promiſſum bonum ordinetur quaſi effectiuum, aut imperatiuum mali, puta, ſi dux ſic uouendo intenderet ut p hoc uotũ aſſequeretur uictoriã, iam patet ex dictis, quòd blaſphemia potius q̃ uotum eſt. Et eadem ratio eſt, ſi oblatio promiſſa ordinetur ad malum, quaſi recompenſatiuũ pro gratiarum actione. Vt ſi dux ſic uouẽdo, intẽdat ſe obligare ad gratiarum actiones Deo pro beneficio talis uictoriæ: continet enim hoc eandem blaſphemiam. Si verò promiſſum bonum ordinetur I ad malum ſolo euentu, puta, ſi erit uictoria, offerã mille: quod tñ difficile eſt accidere homini rationali, cuius eſt cõferre vnũ alteri, in tali caſu uotũ eſſet uerè uotum, & adueniente conditione tenetur ſeruare promiſſum. Et multò magis ualidum eſt votum ſimile, ſi bonum pollicitum ordinatur ad malũ, ut punitiuũ, aut ut præſeruatiuum. Exemplum primi. Si quis uoueret, quòd ſi committeret adulterium, offerret mille pro pœnitentia. Exemplum ſecundi. Si committam adulterium, ingrediar religionem, ut quia ſcit ſe nolle eſſe religioſum, & propterea reddat ſibi adulterium magis alienum, quàm ingreſſum religionis. In his namque, & ſimilibus, ubi nulla eſt mala relatio boni ad malum, aut ad Deum, uotum eſt uerè uotum, & ligat conditione extante. Aduerte tamen, quòd ſi quis diſcerneret in optato malo, puta, uictoria in bello iniuſto, bonum à malo, & uoueret offerre mille aureos pro conſequendo eo, quod eſt boni in iniuſta uictoria, cum hoc uerè ſit Dei donum, uota huiuſmodi eſſent uerè uota, & ualida: eſſemus enim tunc extra K caſum, quo promittitur bonum ſupererogationis ppter malũ finem, quoniam finis eſſet bonus. Et eadem rõne ualida ſunt uota de bono ſupererogationis propter aſſecutionẽ bonorum temporalium turpibus cauſis annexorum. v.g. Si quis uouet ſe oblaturum ſtatuam argenteã Deo, ſi ex concubina habuerit plem, ita quòd beneficium optatum ſit generatio, non illicitus concubitus: conſtat enim hoc eſſe Dei beneficium, & licitũ deſiderium. Et ſimiliter ſi quis uouet ſe oblaturum decimã partem turpis lucri, ita quòd beneficium optatum ſit lucrari, non cauſa eius, ut ſi quis luſurus ad hoc ut lucraretur, uoueret Deo daturum in eleemoſynam decimam partem lucri, uotũ eſſet ualidum: quia licet ludere propter lucrum, ſit malũ, ex quo tamen ludit, lucrari non eſt illicitum. Ex his aũt patet, quid dicẽdum eſt de uotis pugnantium illicitè in duello, quia ſcilicet ſi uoueret quis pro incolumitate, aut uita, aut quacunq; alia re, quam licitè optat, obtinenda, uotum uerum eſt. Si autem pro occiſione aduerſarij, aut quauis re illicite optata obtinẽda, blaſphemia potius q̃ uotum eſt. Nec te moueant quorundam verba contra uota cõditionalia pro tpalibus obtinendis, quaſi ſit illicitũ uouere pro tpalibus tanq̃ ſit emere tpalia p ſpũalibus, aut ſpũalia pro ſpũalibus: extranea nãq; ſunt hæc à propoſito. nulla eſt hic emptio, nulla cõmutatio. Sed oblatio q̃ eſt religionis actus conditionata, ſi diuina largitas tale beneficium conceſſerit. Stultũ enim eſt uotum emittere, quaſi cõmutãdo cũ Deo: bonorum ſiquidẽ noſtrorum nõ ſolũ non eget, ſed nec aliquid ex nr̃is bonis põt ſibi accreſcere.

¶ Circa indifferentia verò ad bonũ, & malũ moraliter, diſtinguendum eſt. Nam indifferentia dupliciter aſſumi poſſunt ĩ materiam voti, ſ. ſalua eorũ indifferẽtia, vel translata de indifferẽtiũ ordine ad ordinẽ bonorũ, ſeu expediẽtiũ ad bonũ. Et primo mõ votum nihil ualet: ſecũdo aũt mõ uotum ligat, v.g. Non filare in ſabbatho eſt indifferẽs: quia nec bonum, nec malũ morale importat. & propterea mulier uouens non filare in ſabbatho, nihil uouet. Et ſi adiungatur ad non filare in ſabbatho, nihil uouet. Et ſi adiungať ad non filare in ſabbatho, reuerentia beatæ Virginis, adhuc nõ filare ſ retinet ſuam indifferẽtiam: quia negatio filationis ob reuerentiam beatæ Virginis, nullum bonũ morale importat, quoniam nullam affirmationem habet annexam, quæ ſit materia reuerentiæ beatæ Virginis. Ordinare ſiquidem talem negationem in reuerentiã beatæ Virginis, eſt nihil ordinare, ſicut nec ordinare in eiuſdem reuerentiam filare. Nihil namque magis eſt in reuerentiã unũ, magis quam alterum. Secus autem eſt, cum quis uouet non facere opera ſeruilia in reuerentiam beatæ Virginis: quoniã hoc hẽt annexam expeditionem ad cultum diuinum, ſicut in diebus feſtis. Sed non filare ſtat cum operibus magis impediẽtib. mentem, & non ſit pp expeditionem mẽtis iſta negatio filandi. ſed ex ignorãtia uouendi. Nihil ergo ualent huiuſmodi vota, quorum materia relata ẽt ad aliud, indifferens remanet. Sed quando materia abſolutè eſt indifferens, relata aũt ad aliud eſt bona, aut expediens ad bonum, uotum ualet, ut dictum eſt. uerbi gratia. Ire Pariſium eſt quoddam indifferens, & ſi quis uouet ire Pariſium, nullo uoti uinculo aſtringitur: ſed ſi addatur ad ire Pariſium ob uiſitandum beatum Dionyſium, tunc ire Pariſium non eſt indifferens, ſed actus uirtutis, puta, religionis, & propterea uotum ualet. Et ſimiliter ire domũ talis uiri, eſt act⁹ indifferens, ſed ſi meum ire ad illam domum eſt mihi in ſcandalum propter frequentem abuſum ludi, aut occurſum alicuius mulieris, aut aliquid huiuſmodi, tunc non ire domum illam relatum ad ſecuritatem animæ meæ, eſt de genere expedientium, ac per hoc bonorum, & conſultorum à Domino: iuxta illud. Si manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam &c. Et propterea ſi quis ob hui cautelam uouet non ire illuc, uotum ualet. Sed tunc inſurgit quæſtio, An ceſſante illa ſuperaddita relatione, quæ habet rationem expedientis mihi, ceſſet votum. v.g. Vouit quis non ire ad talem domum, ut fugeret ludũ malum, uel mulierem ibi &c. poſt lapſum temporis in domo illa non eſt amplius huiuſmodi mulier, aut non amplius luditur ibi, an tunc etiam ceſſet uoti uinculum, ita quòd liberè poſſit ille ire in domum illam. Et reſpondendum eſt quod licitè poteſt ire in domum illam, quia non ire ad domum illam non eſt amplius materia uoti. Ex hoc namq; nõ ire ad illã domũ erat materia uoti, quia relata erat ad euitandum ſcandalum. Ceſſante ergo fundamento relationis, puta, muliere aut ludo ibi, ceſſat relatio, & mutatur materia illa de relata in non relatã, ac per hoc de expediente in indifferentem, quæ non eſt materia uoti. Sine ergo diſpenſatione aliqua licitè põt ire ad domũ illam in hoc caſu. Et qm̃ de ſimilibus idẽ eſt iudiciũ, docti uiri erunt in huiuſmodi uotis indifferentiũ ſecundũ dicta iudicare.

¶ Circa

ꝙ factus eſt ſuper eum ſpiritus dñi: qa fides & deuotio ipſius, ex qua motus eſt ad vouendũ, fuit à Spiritusſancto. Propter qđ ponit̃ in catalogo Sanctorũ, & pp victoriã quam obtinuit: & qa probabile eſt eũ pœnituiſſe de facto iniquo, quod tñ aliquod bonum figurabat. B

Ad iii dicẽdũ, ꝙ maceratio proprij corporis, puta, per uigilias & ieiunia, nõ eſt Deo accepta, niſi inquantũ eſt opus virtutis: qđ quidem eſt inquãtum cum debita diſcretione fit, ut ſ. concupiſcentia refrænetur, & natura non nimis grauetur. Et ſub tali tenore poſſunt hmõi ſub uoto cadere: propter quod & Apoſtolus Rom. 12. poſtq̃ dixerat, Exhibeatis corpora ueſtra hoſtia uiuẽtẽ, ſanctã, Deo placentem: addidit, Rõnabile obſequiũ veſtrum. Sed quia in his q̃ ad ſeipſum ptinẽt, de facili fallit̃ hõ in iudicãdo talia uota, cõgruentius ſcḿ arbitriũ ſuperioris ſunt vel ſeruanda, vel ptermittẽda, ita tñ ꝙ ſi ex obſeruatione talis uoti magnum, & manifeſtũ grauamẽ ſentiret, & nõ eſſet facultas ad ſuperiorẽ recurrẽdi, nõ dẽt homo tale uotũ ſeruare. Vota verò q̃ ſunt de rebus uanis & inutilib⁹, ſunt magis deridenda, q̃ ſeruanda.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne uotum obliget ad ſui obſeruationem.

AD TERTIVM ſic pcedit̃. Vr̃ ꝙ non oẽ uotũ obliget ad ſui obſeruationẽ. Hõ.n. magis indiget his, q̃ per alium hominem fiunt, q̃ Deus, qui bonorũ noſtrorum non eget: ſed promiſſio ſimplex homini facta, C

¶ Circa bona quæ non ſunt præcepta, nec conſulta, ut nubere, A dubium occurrit, An vouens nubere, uerum votum emittat, & conſequenter teneatur nubere. Videtur enim primò, quòd ſic. Primo, quia votum non minus obligat, quàm iuramẽtum: ſed iurans nuptias, tenetur ad illas, niſi ingrediatur religionẽ. ergo eodẽ modo uouens. Et confirmatur: quia votum de minori bono, dummodo nõ ſit excluſiuũ maioris, tenet: alioquin votum nõ poſſet fieri niſi de optimo, aut cõpoſſibili cũ optimo, & ſic multa vota perirent, vt patet de uouentibus ppetua ſeruitia hoſpitalibus, & huiuſmodi, q̃ non ſunt cõpoſſibilia cũ optimo. Scriptum eſt.n. Optimam partẽ elegit ſibi Maria. In oppoſitum eſt: quia uoti materia eſt bonum ſupererogationis: cõſtat autem matrimoniũ nõ eſſe bonũ ſupererogationis. ergo. ¶ Ad euidentiã huius difficultatis aliter oportet pcedere, q̃ in indifferẽtibus, q̃ vana ſunt reſpectu Dei & q̃ in formaliter oppoſitis cõſiliorum, q̃ non ſunt de genere bonorũ, quorũ vinculum diſplicet Deo, vt oſtenſum eſt: qm̃ hæc, de quibus eſt q̃ſtio, ſunt bona moraliter, & ut patet, primæ ad Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem ſuã non ſolũ nõ peccat, ſed bene facit. Cõſiderandũ itaq; eſt, ꝙ quoddã eſt boni genus, quod non ſolũ eſt tale bonũ opus, ſed cõtinet in ſe ſtatus mutationem, ut patet de matrimonio. Qui.n. matrimoniũ cõtrahit, ſtatũ mutat: qm̃ de ſtatu cõtinentiũ ad ſtatũ tranſit coniugatorũ. Mutatio aũt ſtatus poteſt eſſe duplex, ſ. deſcenſiua, & aſcẽſiua. Et qa mutatio de ſtatu continentiũ ad ſtatum coniugatorum nõ eſt mutatio aſcẽſiua, ſed deſcenſiua, ut patet primæ ad Cor. 7. conſequens eſt ꝙ per ſe loquẽdo, nubere eſt deſcendere à ſtatu meliori ad ſtatum minus bonum. Sed qm̃ ſtatus non ſemper conſonat perſonæ, quoniam multi ſunt in ſtatu continentium q non ſunt continentes, quibus dicitur ab Apoſtolo, Melius eſt nubere quàm uri: ideò diſtinguendum eſt, ꝙ uotum nubendi dupliciter fieri poteſt. Primò abſolutè & ſic non ualet: quia eſt votum de declinando à ſtatu continentium ad ſtatum coniugatorum, quæ declinatio etſi ſit licita, eſt tamen minus grata Deo, cui ſit promiſſio uotiua, quàm perſeuerantia in ſtatu continentium, in quo manet vouens. Conſtat enim quòd promiſſio de minus grato alicui, quàm id quod habet nõ obligat illi: quia mallet perſeuerare in eo, quod habet. Hæc autem eſt huiuſmodi, qa eſt promiſſio de declinando à meliori. Et de Deo ſcriptum eſt, ꝙ mouet ad diſponendum aſcenſiones in corde hominis, quem adiuuat. Non eſt igitur, abſolutè loquendo, uotum, cum quis uouet nubere. Secundo, poteſt dictum uotũ fieri propter fornicationem uitandam, quia ſcilicet cognoſcit ſe labilem, & niſi nubat, cadet in crimina multa: & ſecundum antedicta uotum uidetur ualidum: Quia ſi uotum pro indifferẽti abſolutè, differenti autem quo ad cautelã a malo, obligat, ut dictum eſt, à fortiori votum de bono remedium daturo tot periculis obligat. Et hæc quidem ratio concluderet, niſi eſſet differentia in hoc, quòd indifferens relatum ad cautelam, nullã implicat culpam. Matrimonium autem relatum ad uitandam propriam fornicationem, culpam cõtinet uenialem apud Authorem in quarto ſententiarum. diſt. 31. ratione ſuperfluitatis. Nullum autem culpabile poteſt ſub uoto cadere: & propterea hoc ſequẽdo diceretur, quòd nec ſic uotum nubẽdi ualet. Ego autem non uideo ſuperfluitatẽ aliquam in tali remedio reſpectu humanæ naturæ ſic infirmæ, ut eſt. Quoniã ſi in carne præter carnẽ uiuere, angelicum potius eſt, quàm humanum, conſequens eſt ꝙ communiter loquendo, ſuperare ac domare cõcupiſcentias ſub perpetua continentia, angelicum quoq; ſit, & heroicæ virtutis, nõ humanæ: ac p hoc humana rõne utendo, ſapientis uiri, qui non pōtſe continere, eſſe vr̃ vti tali remedio. & quicquid detrimẽti actualis rõnis in huiuſcemodi matrimonio cõtinget, recõpenſatur nõ ſolũ ex bono euaſionis tot periculorũ, ſed ẽt ex quiete multò maiore paſſionũ concupiſcẽtiæ, vt experiẽtia teſtatur. Et ſic opinor uotũ nubendi factũ pp fornicationẽ uitandam ab impotente ſe continere pp ſuã fragilitatẽ &c. eſſe ualidũ: qa nulla culpa hmõi matrimonio eſſe vr̃. Nec ppterea arguo Authorẽ, qui abſolutè loquitur de matrimonij uſu propter fornicationem uitãdam. Hoc tamen in loco pprio, Deo dante, dicetur reſolutè examinando matrimonij bona, vt ẽ officium, ut eſt contractus, ut eſt remediũ, vt eſt ſacramentum. ¶ Ad rõnes igitur in oppoſitũ pro quanto inferũt, ꝙ uotum nubẽdi eſt abſolutè validũ, rñdendũ eſt. Et ad primam dr̃, ꝙ licet non minus obliget uotum, quàm iuramentũ, tamen alij obligat uotũ, & alij iuramentum. Nã uotum ſoli Deo fit, iuramẽtum aũt homini præſtatur. Ac per hoc ſicut alios cõtractus rerũ iuramento inter hoĩes firmatos, tenetur qs ſeruare, ita contractũ pſonarum. Licet Deo minus grata ſit promiſſio matrimonij, q̃ perſeuerantia in ſtatu continentiæ, homini tñ cui facta eſt pmiſſio matrimonij, magis grata, ac p hoc debita eſt obſeruatio promiſſi, q̃ recedere a pmiſſo. ¶ Ad ſecundam dicitur, quòd uotum de minori bono põt dupliciter intelligi, ſcilicet in genere, uel abſolutè. Si in genere bonorũ ſupererogationis, ſic uerũ eſt, quòd ualidum eſt, ut obijciendo probatur. poteſt enim ſub uoto cadere quodlibet ſupererogationis bonũ, quantũcumq; vnum ſit minus alio. Si abſolutè, ſic non eſt uerum vniuerſaliter, ut patet ex dictis.

Porrecta per totum.
471
4. d. 38. q. 1. art. 3. q. 1. & ar. 4. q. 1. cor. & ad 3.

D ¶ In reſponſione ad ſecundum, nota, quòd Author non dicit, Quædã ſunt q̃ poſſunt bonum, uel malum euentum habere: ſed dicit, Quædam bona in ſe ſunt, q̃ poſſunt bonum, uel malum euentum habere. Nota autem hoc, quia oportet uotum, ſi votum eſt, habere ppriam materiam, ſcilicet bonum, ſicut uotum Iepte, cuius materia propria fuit immolare Deo: ſed quia materia remota voti, q̃ erat materia ſacrificij, ſcilicet animal immolatum, erat incerta, potuit habere bonum, uel malũ euẽtum, ut habuit. Præſuppone igitur ſemper in uoti materia bonitatem, & deinde ſcrutare euẽtus; quoniam ubi deeſſet bonitas, uotum non eſſet. Et propterea dictum eſt, quòd nec illicita, nec oppoſita conſiliorum, nec indifferentia poſſunt eſſe materia uoti: nihil enim horum eſt bonum.

E ¶ In rñſione ad tertium in articulo ſecundo, nota duo. Primò, ꝙ litera non dicit, ꝙ qñ obſeruatio uoti eſt manifeſtè nociua notabiliter, requiratur recurſus ad ſuperiorem, ẽtiã in promptu habitũ: ſed dicit, ꝙ cõgruẽtius talia uota ſecundũ ſuperioris arbitriũ &c. Et rõ eſt, quia deſinit in tali caſu res promiſſa, ſ. abſtinere, eſſe pro tunc materia uoti, ex quo non eſt pro tũc actus uirtutis talis maceratio corporis, ut in litera habes. Secundò, ꝙ vota de uanis & inutilibus, qualia ſunt indifferentia, ſunt deridenda, & non ſeruanda: & ratio eſt, quia non placent Deo uana, aut inutilia, cui ſola bona placent. Vniuerſaliter quippe uerum eſt, ꝙ oportet materiam uoti bonã eſſe moraliter: quàmuis, ut patet ex dictis, hoc non ſufficiat ad uoti materiam.

SVPER QV. LXXXVIII. ART. III.

IN articu. tertio quæſt. 88. nota, quòd fides in morali theologiæ doctrina dupliciter ſumitur. Primò, p uirtute theologali, de qua in principio huius libri, tractatum eſt. Secundo, pro uirtute morali, qua (vt Auguſtinus ex Cicerone in quarto de rep. inquit) fiunt dicta, ſeu pollicita, quæ decus eſt principium

quę etiam hoſti ſeruatur, quod dictum eſt. Et de hac modo eſt ſermo, cum fideles, aut infideles in promiſſionibus ſeruandis dicimus. F

¶ In eodem 1 ar. in rñſione ad primũ, caue ne fallaris, neſciens vſum vocabulorũ apud authoré, & putes q̃ ſimplex promiſſio obliget ſecũdum honeſtaté, hoceſt, congruitatem. error eſt iſte. Vtitur ſiquidé author honeſtatis nomine cõtra legé exterius coactiuã, ut patet ſuperius in q. 80. Intẽdit nãq; author, q̃ debitũ eſt duplex, ciuile, & morale. Et hoc vocat alio nomine debitũ ex honeſtate: & hoc morale, ſeu ex honeſtate debitũ, ſubdiuiditur in debitũ morale ſine quo honeſtas morũ ſeruari nequit, & qđ eſt pp melius, vt patet ibi. Ex hoc igit̃ q̃ ſimplex promiſſio obligat ex honeſtatis debito, intellige q̃ obligat ſecundum debitum morale, quod ſpectat ad forum conſcientiæ. Vnde & in litera dr̃, q̃ obligat ex naturali iure: quàmuis non poſſit ciuiliter cogi, hoceſt, à iudice damnari. & ex his patet doctrinã in primo articulo traditam de obligatione ſimplicis promiſſionis, eſſe conſonam authori.

nõ obligat ad obſeruãdum ſm̃ inſtitutionẽ legis humanæ: qđ eſſe vr̃ inſtitutũ pp mutabilitatem humanæ uoluntatis. ergo multò minus ſimplex promiſſio Deo facta, quæ dicitur uotum, obligat ad obſeruandum.

¶ 2 Præt. Nullus obligat̃ ad impoſſibile: ſed qñq; id quod quis vouit, fit ei impoſſibile uel quia dependet ex alieno arbitrio, ſicut cũ quis vouet aliqđ monaſterium intrare, cuius monachi eũ nolũt recipere: vel pp emergentem defectum, ſicut mulier G quæ uouit virginitatẽ ſeruare, & poſtea corrumpitur: vel uir, qui uouet pecuniã dare, & poſtea amittit pecuniam. ergo nõ ſemper uotum eſt obligatoriũ.

¶ 3 Præt. Illud ad cuius ſolutionẽ eſt aliqs obligatus, ſtatim ſoluere tenet̃: ſed aliqs non ſtatim ſoluere tenetur illud, qđ vouit, præcipuè cum ſub conditione futura uouet. ergo uotũ non ſemper eſt obligatorium.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Eccl. 5. Quodcumq; uoueris, redde. Multoq; melius eſt nõ uouere,

H ¶ Aduerte quoq; quantum à ſeipſo in 38. diſt. quarti ſentẽtiarum, differat author hic, dum alius naturam, uimq; promiſſionis contemplatus, ex ipſa uim obligatoriam ad Deũ intulit.

¶ In rñſione ad ſecundum in eodẽ tertio articulo, dubium occurrit, An ille qui uouit hanc religionẽ in hoc monaſterio determinatẽ, & principaliter, & ſine ſua noua culpa repulſus eſt, teneat̃ ſeruare caſtitatẽ. Et eſt ratio dubij, quia in uoto religionis, ét huius, includitur uotum continentię: ac per hoc ſi nõ poteſt ſeruare uotũ religionis, q̃a hoc nõ eſt in poteſtate ſua, tenetur ſeruare uotũ cõtinentiæ, quia hoc eſt in poteſtate ſua, ſicut dr̃ in litera de ea quæ uouit uirginitatẽ, & poſtmodum eſt corrupta, q̃ tenetur ſeruare quod põt, ſ. continentiam. Et confirmatur, quia in litera dr̃, q̃ ſi illud, quod quis uouet ex quacumque alia, hoceſt, non culpabili cã impoſſibile reddatur, dẽt homo facere quod in ſe eſt, ut ſaltem habeat promptam uoluntatem faciendi quod põt. Iſte igitur qui ſic repulſus eſt, ex quo religio quam uouit, facta eſt ſibi impoſſibilis ex aliorum uolũtate, debet habere promptam uoluntatem faciendi quod põt: conſtat autem q̃ poteſt continere ergo tenetur continere. I

¶ In oppoſitũ aũt eſt, q̃a cũ quis uouet quod eſt in alterius poteſtate, ſi ille in cuius eſt poteſtate, non vult, vouens eſt abſolutus ipſo facto, tamquàm uotum conditionaliter factũ non extante conditione: ſed hoc eſt huiuſmodi. ergo. & confirmatur, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis: continẽtia autem acceſſoria eſt ad religionem. ſi ergo ille eſt abſolutus à uoto religionis, ergo & à uoto continentiæ in religione incluſæ.

¶ Ad hoc dici poteſt, negando quòd in tali uoto claudatur uotum continentiæ. Poteſt enim uotum religionis dupliciter intelligi, ſcilicet ut ſit religionis conſtitutiuẽ, uel obiectiuẽ. Nam ſi eſt uotũ religionis conſtitutiuẽ, hoceſt, conſtituens religionem, conſtat quòd includit tria eſſentialia religionis uota. Et hoc eſt uotum, quod in profeſſione emittitur. Si verò eſt uotum religionis obiectiuẽ hoceſt, habens religionem pro obiecto tantum, quia ſcilicet uouet ſe futurum religioſum, in tali uoto non clauditur uotum continentiæ: cuius ſignum eſt, quòd ſi antequàm fiat religioſus, fornicaretur, non facit contra uotum caſtitatis. K

F ¶ Ex his patet ſolutio primæ obiectionis, & ſimiliū, aſſumēdo p regula, q qñ actus eadē ſub voto nō eſſet neceſſarius, ceſſante voto, tūc tráſgreſſio vnius eſſet ſpeciei: qñ verò eſſet neceſſari⁹, tūc vltra traſgreſſionē voti fieret cōtra illā virtutē. Et indè eſt, q licet coniugatus, & nō cōiugatus haberēt votū caſtitatis, ſi cōiugatus vtat̄ vxore ſua, vel votū petendo debitū, peccat contra votū, & nō cōtra caſtitatē. Nō cōiugatus verò, ſi cognoſcat mulierē, peccat contra votum, & contra caſtitatem. *D. 1175.*

¶ Sedę quoq; obiectionis patet ēt ſolutio, q. ſ. nō eſt par rō de præcepto, & voto, licet votum quædā ſingularis lex ſit, qñ præceptum ordinatur ad virtutē illā, cuius actū præcipit, cuius ſignū manifeſtū eſt, q qui dex capiēs in eccleſia homicidā, eſt ſacrilegus. Homo aūt capiēs noctur nū populatorē, & cognoſcēs cōſanguineā quarto gradu cōmittit inceſtū, quē tñ nō cōmitteret, ſi Eccleſia reſtringeret cōſanguinitatē ad tertiū ſolū gradū. Cōmittentes ſiquidē hæc, ſacrilegij, & inceſtus rei dnr̄, & nō rebellionis, aut inobedientiæ: hoc enim reſtatur, q præcepta ordinant actū ad virtutē illā, cui ſubſternit. Votum verò ordinat actū ad religionis virtutē, cuius actū quē pro materia aſſumit, ſubſternit: qñ nihil aliud votū facit, niſi qa aſſumit talē actū in materiam religionis: ſicut præceptū, vt dictū eſt, aſſumit talē actum in materiā talis, vel talis virtutis. Nō eſt ergo in voto ſupererogationis, niſi ſimplex tráſgreſſio voti: in pcepto aūt eſt tranſgreſſio virtutis, & ſi cōtēptus pcepti addit, eſt ēt tráſgreſſio obediētiæ debitæ ſuperiori, cui contemptus opponitur; quod in voti tranſgreſſione nō habet locum: quia nō à ſuperiore, ſed à ſeipſo votū eſt, niſi forte ad eſſet contemptus diuini præcepti de voto ſeruando.

• Ca 3. circa princ. tom. 6.

• Ca. 84.

• Ar. pc. ad. 2.

• Li. 2 c. 4. tomo. 5.

• Q. 14. ar. 1.

vouet Deo ſe impleturū, quod ſanctis, vel prælatis promittit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum magis ſit laudabile, & meritorium facere aliquid ex voto, quàm ſine voto.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videt̄ q magis ſit laudabile & meritoriū facere aliquid ſine voto, q̄ cum voto. Dicit. n. *Proſper in ſecūdo de vita cōtēplatiua. Sic abſtinere, vel ieiunare debemus, vt nō nos h neceſſitati ieiunādi ſubdam⁹, ne iā nō deuoti, ſed inuiti rē voluntariā faciamus: ſed ille qui uouet ieiunium ſubdit ſe neceſſitati ieiunandi. ergo melius eſſet ſi ieiunaret ſine uoto.

¶ 2 Præt. Apoſt. dicit 2. Corint. 9. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo h nō ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarē. n. datorē diligit Deus: ſed qdā ea q̄ uouēt ex triſtitia faciūt, & hoc uī̄ pcedere ex neceſſitate, q̄ uotū imponit, qa neceſſitas cōtriſtās ē, ut dr̄ 5. † Metap. ergo meli⁹ ē aliqd facere ſine uoto, q̄ cū uoto.

¶ 3 Præt. Votū neceſſariū eſt ad hoc, q h firmetur uolūtas hominis ad rē quam uouet, ut ſupra *habitū eſt: ſed non pōt firmari melius uolūtas ad aliquid faciēdum, q̄ cū actu facit illud. ergo non melius eſt facere aliquid cum uoto, quàm ſine uoto.

SED CONTRA eſt, q ſup illud Pſal. 75. Vouete, & reddite, dicit glo. Vouere uolūtati cōſulitur: ſed conſiliū nō eſt niſi de meliori bono. ergo melius eſt facere aliqđ melius opus ex uoto, q̄ ſine uoto, quia q facit ſine uoto implet tñ unū conſiliū, ſcilicet de faciēdo: qui autē facit cum uoto. implet duo conſilia, ſcilicet & uouendo, & faciendo.

RESPON. Dicēdū, q m triplici ratione facere idē op⁹ cū uoto eſt meli⁹, & magis meritoriū, q̄ facere ſine uoto. n Primo quĩ, qa uouere ſicut *dictū eſt, eſt actus latriç, q̄ eſt pcipua inter uirtutes morales. Nobilioris at uirtutis eſt op⁹ melius, & magis meritoriū, uñ d actus inferioris uirtutis eſt melior, & magis meritorius ex hoc, q imperat̄ à ſuperiori uirtute, cuius actus fit p imperiū: ſicut act⁹ fidei, uel ſpei melior eſt ſi imperet̄ à charitate. G Et ideò actus aliarū uirtutū moraliū, puta, ieiunare, qđ eſt actus abſtinētiæ & cōtinere, qđ ē act⁹ caſtitatis, ſunt meliora, & magis meritoria ſi fiāt ex uoto, qa ſic iā pertinēt ad diuinū cultū, quaſi quædā Dei ſacrificia. Vñ* Auguſt. dicit in lib. de virginitate, q neq; ipſa uirginitas, qa uirginitas eſt, ſed qa Deo dicata eſt, honorat̄, q̄ fouet, & cūſeruat cōtinētia pietatis. H Secūdo, qa ille q uouet aliquid, & facit, plus ſe Deo ſubijcit, q̄ ille q ſolūm facit. Subijcit. n. ſe Deo nō ſolūm quantū ad actū, ſed ēt quantū ad poteſtatē, qa de cætero non pōt aliud facere: ſicut plus daret homini, qui daret ei arborē cū fructibus, q̄ qui daret ei fructus tñ, ut dicit* Anſelmus in libro de ſimilitudinibus: & inde eſt, q ēt promittētibus gratiæ agunt̄, ut • dictū eſt. I Tertio, qa per uotū immobiliter uoluntas firmatur in bonū. Facere aūt aliquid ex uolūtate firmata in bonū, pertinet ad perfectionē uirtutis, ut patet p * Philoſ. in 2. Ethic. Sicut ēt peccare mēte obſtinata, aggrauat peccatū, & dr̄ peccatum in Spiritum ſanctum, ut ſupra • dictum eſt.

AD PRIMVM ergo dicendū, q authoritas illa eſt intelligēda de neceſſitate coactionis, q̄ inuoluntariū cauſat, & deuotionem K excludit. Vñ ſignanter dicit: Ne iā nō deuoti, ſed inuiti rē uoluntariam faciamus. Neceſſitas autem uoti per immobilitatem fit uolūtatis, undè & uoluntatem cōfirmat, & deuotionē auget: & ideò ratio non ſequitur.

AD 2m. dicendum, q neceſſitas coactionis, inquātū eſt cōtraria uolūtati, triſtitiā cauſat, ſm * Philoſ. Neceſſitas aūt uoti in his, q ſunt benè diſpoſiti, inquantum

SVP. Q. LXXXVIII. ARTIC. VI.

IN 6. eiuſdem q. 88. nota, quòd cum in 4. art. de vtilitate voti, & in quinto de ſpecie bonitatis voti, in textu comparatiua ſecundum

Loco citato in arg.

cundum bonitatem quæſtio agitur, an. ſ. ſit melius opus cũ voto, quàm ſine. Et additur in titulo magis meritorium in habẽtibus charitatem, quorum ſolũmodo opera ſunt meritoria.

¶ In reſponſione ad ſecũdum eiuſdem 6. art. dubium occurrit, An ille quem pœnitet vouiſſe, ita q̃ diſplicet ei vouiſſe, et ſi eſſet in ſtatu libertatis, ſicut erat antequã vouiſſet, nollet vouere, ex quo tñ voto aſtringitur, vult ſeruare votum ſuũ, peccet, & ſi peccat, an peccet mortaliter. Videtur enim q̃ nõ peccet, quia velle ſuũ fertur in obiectum licitum abſque aliqua mala circunſtantia. Manifeſtatur aſſumptũ, quia idẽ eſt obiectum iſtius, & obiectum volũtatis non habentis votũ, qui refutat obligare ſe voto quem conſtat non peccare. Differẽtia nãque inter iſtos duos non eſt ex parte obiecti, ſed ex parte modi volendi: qa habẽs votum fertur in liberta tem à voto conditionaliter, ſ. ſi eſſet in ſtatu libero: non habens vero votum fertur in libertatem abſolutè, quia eſt in ſtatu libero.

¶ In oppoſitũ autem eſt, quia actus cadens ſuper materia repugnante, eſt malus: ſed actus pœnitendi in propoſito cadit ſup materia repugnante, quia ſuper bono. ſ. voto emiſſo, pœnitẽtia enim non debet eſſe niſi mali præteriti. ergo hmõi pœnitentia peccatum eſt. Et q̃ ſit mortale, tum quia ex hoc ipſo q̃ habet materiam repugnantem, eſt actus malus ex ſuo genere: tũ quia alioquin religioſus dolens ſe eſſe, fuiſſe, & fore religioſum paratus tñ viuere religioſè ex quo eſt, eſſet in bono ſtatu. Dolor enim ille nihil aliud eſt, quàm pœnitentia voti religionis, cum voluntate non vouendi religionem, ſi eſſet liber.

¶ Ad euidentiam horũ, tria videnda ſunt. Primò, quid dicendum ſit de pœnitentia voti abſolutè. Secundò, quid de pœnitentia voti talis, puta, religionis, vel peregrinationis. Tertiò, quid de pœnitentia ſubſecutorum bonorum operum.

¶ Quo ad primum ſciendũ eſt, q̃ aliud eſt loqui de pœnitentia voti, & aliud de pœnitentia eius qđ eſt feciſſe votum. Nam pœnitentia voti eſt dolere de promiſſione: qui aũt dolet de promiſſione promiſſionem non ſeruat, vt patet in his qui de malis pmiſſionibus propoſitis & deliberationibus dolentes, propoſitũ deliberationemq́; mutant, & promiſſionem non ſeruant. Propter quod pœnitentia voti peccatum mortale eſt manifeſtè. Sed de tali pœnitentia non eſt præſens qõ. Pœnitentia autem eius qđ eſt feciſſe votum, eſt dolor de præterita applicatione ſui ad vouendum, & non de voto ipſo. Dolet. n. talis pœnitens, q̃ ſe ſubiecit voto, & non mutat propoſitum adimplendi promiſſa ppoſita, & deliberata. Et de hac pœnitentia eſt præſens qõ, quæ vocatur abuſiuè de voto, quia eſt de voto quo ad eius omiſſionẽ. De huiuſ igitur pœnitentia abſolutè loquendo, dicendum eſt, q̃ eſt de genere actuum, qui abſolutè ſumpti malè ſonant, qui tñ adiunctis quibuſdã conditionibus honeſtantur. Sicut occidere hoiem, malè ſonat: ſed ſi adiungantur debitæ conditiones. ſ. pp iuſtitiam &c. eſt actus honeſtus. Non ſolum namq; votũ, ſed ẽt applicare ſe ad vouendum, eſt actus bonus, ac per hoc malè ſonat q̃ ſit materia pœnitentiæ, quoniam pœnitentia malorum eſt: ſed ſi cauſæ aliquæ rationabiles adiungantur, poterit actus honeſtari. Neq; enim emiſſio voti eſt ita de gñe bonorũ, vt non poſſit benè eſſe materia actus nolitionis, vt patet in eo, qui vult non vouere, ſeu refutat vouere. Nec obſtat q̃ remiſiſſe votum eſt præteritum, quia eiuſdem rationis eſt actus præteritus, & futurus. Eiuſdem ſiquidem rationis eſt velle occidere hominem, & velle occidiſſe hominem. Similiter non obſtat, q̃ actus præteritus eſt iam acceptatus: qñ ipſa acceptatio præterita, & futura eiuſdem eſt rationis, & idem eſt de ipſa iudiciũ, & applicatione ad vouendum. Ratio autem quare aliqđ bonũ poteſt licitè eſſe materia nolitionis, ac per hoc pœnitentiæ, eſt quia tale bonũ non eſt neceſſarium ad ſalutem. Quæ enim sũt neceſſaria ad ſalutem, non pñt licitè refutari; & ſimiliter non poteſt eorum eſſe pœnitentia ſine peccato mortali, vt patet.

¶ Quo ad ſecundum differentia eſt inter vota maximorum, & diuturnorum bonorum, & alia vota. Nam pœnitentia votorũ maximorum ac diuturnorum ratione ſuæ materiæ, infert remiſſiorẽ voluntatem in bono, quàm fuerit, q̃ ſine detrimẽto virtutis pſeuerantiæ non eſt. Nã vbi prius iſte, quẽ modo pœnitet feciſſe votũ religionis aut continentiæ, perſeuerabat in complacẽtia inchoata vtriuſque. ſ. eius quod eſt facere tale votum, & ipſius voti, modo mutata volũtate circa primũ, nõ pſeuerat in illo, qđ eſt quaſi radix tanti boni. Et conſequenter magis ex neceſſitate, q̃ amore pſeuerat in conſeruãdo continentiam, & religionem, quod ſine peccato veniali non eſt, nec paruũ periculi ad diſponendum ad mortale. Cui enim minus cõtinentia, aut religio placet, non facilè tot pericula euadet, aut remedia oportuna ſuſcipiet, caſtigando corpus &c. Pœnitentia aũt aliorũ votorum, vt peregrinationis, ieiunij, & hmõi, rõne materiæ non inferunt remiſſionẽ voluntatem in bono, qm ſunt particularia quædam parua bona: & conſtat facilè aliquẽ iſta bona refutare pp meliora. Vnde hmõi votorum pœnitentia nec ratione formæ nec ratione materiæ, eſt peccatum, ſi ex rationabili cauſa ſit: alioquin veniale peccatum eſt.

¶ Quo ad tertium, diſtinguendũ eſt, q̃ aut pœnitẽtia eſt de operibus bonis factis ex voto, præſuppoſito uoto, & ſic eſt manifeſtè peccatũ mortale. Hoc. n. nihil aliud eſt, quam dolere de præterita obſeruatione voti, quam conſtat fuiſſe de neceſſitate ſalutis. Aut pœnitentia eſt de ipſis eiſdem operibus non pſuppoſito voto, ſed magis cũ eradicatiue voti. v. g. Plantauit quis arborem fructiferam in horto ſuo, multo tpe fructus protulit, pœnitet poſt multum temporis dominum plantaſſe in ſuo horto arborem illam, velletque caruiſſe ſemper illa arbore, & fructibus perceptis, potius quàm habere illam cum fructibus. Sic in propoſito, pœnitet aliquem ſe profeſſum eſſe, velletque nunq̃ profeſſum eſſe, non curans q̃ etiam non feciſſet tot bona, quæ fecit ſeruando profeſſionem ſuam &c. Pœnitentia ſiquidẽ iſta non eſt de obſeruatione voti, ſed de ipſa applicatione ad votũ cum ſubſecutis, nullo præſuppoſito vinculo. Et talis pœnitẽtia eiuſdem eſt rationis, cum pœnitentia talis voti ſecundo loco diſcuſſa. Ac per hoc, ſi habet pro materia maxima diuturnaq́ue bona, vt caſtitatem, vel religionem, peccatum tãto grauius eſt, quanto remotioris a bono voluntatis eſt, dum oĩa refutaret bona peracta ſi poſſet, infra latitudinem tamen venialium valde proximorum caſui ad mortale. Si vero habet pro materia, particularia parua bona, poſſet eſſe ſine peccato, ſi rationabilis cauſa ſubſiſteret. Et ex his patet reſponſio ad obiecta.

voluntatẽ confirmat, nõ cauſat triſtitiã, ſed gaudiũ. Vnde † Aug. dicit in epla ad Armentariũ, & Paulinã. Nõ te vouiſſe pœniteat immò gaude iã tibi ſic non licere, qđ cũ tuo detrimento licuiſſet. Si tñ ipſum opus ſm ſe conſideratum, triſte, & inuoluntarium redderetur poſt uotũ, dũ tñ remaneat uoluntas uotũ implendi, adhuc ẽ magis meritorium, q̃ ſi fieret ſine uoto: quia ĩpletio voti eſt act⁹ religionis, q̃ eſt potior uirtus quàm abſtinentia, cuius actus eſt ieiunare.

Ad III. dicẽdum, q̃ ille q facit aliquid ſine uoto, hẽt immobilẽ uoluntatem reſpectu illius opis ſingularis qđ facit, & tũc qñ facit: non aũt manet uoluntas eius omnino firmata in futurum, ſicut vouẽtis, qui ſuam uoluntatem obligauit ad aliquid faciẽdum, & antequam faceret illud ſingulare op⁹, & fortaſſe ad pluries faciendum.

† Epi. 45. tõ. remota fine, to. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum votum ſolemnizetur per ſuſceptionem ſacri ordinis, & per profeſſionem ad certam regulam.

Porrecta per totum.

175

AD SEPTIMVM ſic procedit. Vr̃ q̃ uotum non ſolemnizetur per ſuſceptionẽ ſacri ordinis, & p profeſſionem ad certam regulã. Votum. n. ut* dictũ eſt, eſt promiſſio Deo facta: ea uerò quæ exterius aguntur ad ſolennitatẽ ptinẽtia, non uidẽ

Infr. ar. 9 co. Et 4. d. 38. q. 1. artic. 2. q. 3. Et quol. 3 ar. 18. co. Et quol. Ratu. 10. cor.

At. 1. huius qſt.

SVPER Q. LXXXVIII. ART. VII.

IN ar. 7. q. 88. dubium occurrit, in quo cõſiſtit ſolemnitas voti. Et eſt ratio dubij, tum ipſa res obſcuritas, tum diuerſitas opinionum, tum neceſſitas ſciendi hoc: quoniam hinc multarum quæſt. ſolutiones pendent. Et ne in æquiuoco laboremus, quid nominis præponamus. Solemnitatis nomine in propoſito nuncupamus illud, vnde votum habet quòd dirimat matrimonium. In hoc enim ſecundum omnes differt votum ſolẽne à voto ſimplici, quòd votum ſolemne non ſolum impedit, ſed ẽt dirimit matrimonium ſi cõtrahatur, ita quòd matrimoniũ poſt contractum, eſt nullum: votum autem ſimplex impedire ſolummodo matrimonium poteſt.

¶ Eſt igitur triplex de hoc opinio. Prima eſt, q̃ ſolẽnitas voti cõſiſtit in benedictione, ſeu conſecratione vouentis. Dupliciter enim ſolẽnizatur votum. ſ. per profeſſionem religionis approbatæ, & per ſuſceptionem ſacri ordinis, & in ſuſceptione ſacri ordinis manifeſtè interuenit conſecratio vouentis. In profeſſio-

tur ordinari ad Deũ, ſed ad homines. ergo ꝑ accidẽs ſe habẽt ad uotum. non ergo ſolemnitas talis eſt propria conditio uoti.

¶ 2 Præt. Illud qđ ꝑtinet ad cõditionẽ alicuius rei, vr̃ poſſe cõpetere oib⁹ illis, in quib. res illa inuenitur: ſed multa pñt ſub voto cadere, q̃ non ꝑtinent neque ad ſacrũ ordinẽ, neq; ꝑtinẽt ad aliquã certam regulã, ſicut cũ quis vouet peregrinationẽ, aut aliquid hmői. ergo ſolẽnitas q̃ fit in ſuſceptione ſacri ordinis, vel in profeſſione certæ regulę non ꝑtinet ad cõditionẽ uoti. h

¶ 3 Præt. Votũ ſolẽne idẽ h ur̃ eſſe, qđ votũ publicũ: ſed multa alia uota pñt fieri in publico, q̃ uotũ, qđ emittitur in ſuſceptione ſacri ordinis, uel profeſſione certæ regulæ, & hmői ẽt uota pñt fieri in occulto. ergo nõ ſolum hmői uota ſunt ſolemnia.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſolũ huiuſmodi uota impediũt matrimoniũ contrahendũ, & dirimũt iam contractũ: quod eſt effect⁹ voti ſolemnis, ut infra* dicetur in tertia huius operis parte.

* Nõ cõpleuit morte ꝑuentus.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ unicuiq; rei ſolẽnitas adhibet̃ ſm illius rei conditionẽ, ſicut alia ẽ ſolẽnitas nouæ militiæ. ſ. in quodã apparatu equorũ, & armorũ, & cõcurſu militũ: & alia ſolẽnitas nuptiarũ, q̃ cõſiſtit in apparatu ſpõſi, & ſpõſæ, & cõuentu propinquorũ; uotũ aũt eſt promiſſio Deo facta. G Vñ ſolẽnitas uoti attendit̃ ſm aliquid ſpũale, qđ ad Deum ꝑtineat. i. ſm aliquam ſpũalem benedictionẽ, uel conſecrationem, q̃ ex inſtitutione Apoſtolorũ adhibetur in ꝓfeſſione certæ regulę, ſcđo gradu poſt ſacri ordinis ſuſceptionẽ, ut dicit Dion. 2. c. Eccleſiaſticę Hier. Et huius rõ eſt, q̃a ſolẽnitates nõ cõſueuerunt adhiberi, niſi qñ aliquis totaliter mãcipat̃ alicui rei. H Nõ eñ ſolẽnitas nuptialis adhibet̃, niſi in celebratione matrimonij, qñ uterq; cõiugũ ſui corporis poteſtatẽ alteri tradit. Et ſilr̃ m uoti ſolẽnitas adhibetur, qñ aliquis ꝑ ſuſceptionẽ ſacri ordinis diuino miniſterio applicat̃. Et in ꝓfeſſione certę rłæ, qñ ꝑ abrenũtiationẽ ſęculi, & ꝓpriæ uolũtatis aliqs ſtatũ ꝑfectionis aſſumit. n

Concl. m

ne verè interuenit benedictio, vt patet ex 6 c. Eccleſiaſticæ Hierar. vbi ritus conſtituendi monachum ponitur, & in pontificali ſeu ordinario Romanæ Eccleſiæ, vbi etiam ordo conſtituendi monachũ habetur, licèt aliter quàm tempore Dionyſij fiebat.

¶ Sed hæc opinio falſa eſt, tum quia ſolemnitas voti non conſiſtit in eo, ſine quo votum ſolẽne inuenitur: ſed votũ ſolẽne religionis ſine omni benedictione vouentis inuenitur ergo ſolemnitas eius nõ conſiſtit in benedictione vouẽtis. Patet minor dupliciter. Primò, quia profeſſio tacita, voluntate deliberata, acceptata eſt verè votum ſolẽne, non præſumptum, ſed vere actũ, & tñ ſine omni benedictione fit. Secundò quia profeſſio explicita non fit in oĩbus religionibus approbatis cum benedictione, vt patet in ordine Prædicatorũ, ubi ſolæ veſtes benedicũtur poſt profeſſionẽ immediatè, ita q ẽt hoc fit poſtq̃ eſt ſolẽni voto alligatus ille cuius veſtes benedicuntur. Tum, quia ſolemnitas voti non cõſiſtit in eo, cum quo ſtare poteſt, q votum coniunctum ſit ſimplex: ſed conſecratio ſacri ordinis eſt huiuſmodi, q cum ipſa ſtare põt, q votũ continentiæ illi annexũ ſit ſimplex. ergo ſolẽnitas talis voti nõ cõſiſtit in conſecratione. Patet minor ex hoc, q eccleſia poſſet ſtatuere, q de cætero ſuſcipientes ordinem ſacrum, nõ niſi ſimplex votũ continentię emittant. Tunc.n. quilibet vouere caſtitatẽ ſuſcipiendo ſacrũ ordinẽ, & tñ nõ niſi ſimplex votũ hñet. Tum quia concurrentib. ſimul voto, & conſecratione, ſeu voto religionis, & benedictione, remota eccleſiæ inſtõne, aut approbatione, non conſtituitur votũ ſolẽne, vt patet ex eo, ꝙ ſi quis ſecluſo Eccleſiæ ſtatuto ſuſcipiens ſubdiaconatũ, vt totaliter ſacris mãciparet, voueret continentiã, non ꝓpterea aſtringeret voto ſolẽni, & tñ concurrerent ſimul cõſecratio, & votum rõne cõſecrationis emiſſum. Et ſimiliter, ſi quis profiteretur aliquam religionẽ, quæ nunc eſt approbata remota approbatione, puta, ꝙ deſineret eſſe approbata, & poſt aliquis eã profiteretur, & benediceretur, ut de monachis eſt ordinatũ, non propterea aſtringeret̃ voto ſolẽni. Non habet ergo votũ continentiæ ex hoc, q ſit cũ ſuſceptione ſacri ordinis, q ſit ſolẽne: neq; votum religionis ex hoc quòd fit cum benedictione, quòd ſit ſolemne.

¶ Secunda aũt opinio eſt, q ſolemnitas voti conſiſtit in exhibitione ſui ipſius, ita quòd votũ ſimplex habet ſolã promiſſionẽ: votum aũt ſolemne habet promiſſionẽ & exhibitionẽ, nõ promiſſorum in ſeipſis, ſed in ſua radice: quia habet exhibitionẽ ſui ipſius in nouo ſtatu, in quo radicaliter continentur oĩa ꝓmiſſa. Nam & qui profitetur religionẽ, & qui ſuſcipit ſacrũ ordinẽ, non ſolũ promittit ſeruire &c. ſed ipſo facto mutat ſtatũ, q̃uis nõ mutaret veſtes, habitationẽ, & conuerſationẽ, vt patet.

¶ Sed nec hæc opinio eſt vera: quia mutatio ſtatus, mãcipando hoĩem ad diuinum cultũ & religioſa opera, ſtare põt cum voto ſimplici, vt patet, ſi Eccleſia inſtitueret, q in ſacro ordine, & religione aliqua votum ſimplex fieret. Et rurſus in ſacro ordine mancipatur homo ad diuinum cultum ſine dependentia ab annexo uoto, ut patet in Eccleſia primitiua, & orientali vſq; in hodiernum diem. In religionibus verò quantumcumq; aliquis exhiberet ſeipſum, & voueret, niſi Eccleſiæ authoritas interueniret, nunquam votum religionis eſſet ſolẽne, vt patet de votis profitentium religionẽ nõ approbatam, quãtumuis ſanctã.

F ¶ Eſt igitur tertia opinio, quæ eſt veritas, q ſolemnitas voti conſiſtit in hoc, q Eccleſiæ authoritate ſtatutum eſt tale votum eſſe ſolẽne. ſ. per quod homo inhabilis eſt ad matrimoniũ, vt in uoto ſacri ordinis, & in voto regularis obedientiæ, caſtitatis paupertatiſque, vt eſt votũ religionis. Probatur aũt hoc eſſe verum tam ex eo q Eccleſia poſſet ſtatuere q quicumque coram tribus voueret continentiam, faceret votum ſolemne continẽtiæ, ita quòd ipſo facto eſſet voto ſolemniter aſtrictus: ſicut ſtatuit, q quicunq; ſuſcipit ordinẽ ſacrũ, emittat votum continentię, quod voluit eccleſia eſſe ſolẽne. Conſtat autẽ q in cauſa dicti ſtatuti nulla benedictio, nulla conſecratio, nulla mutatio ſtatus, niſi conſequẽs dictum votũ interueniret. Sola ergo eccleſię authoritate præueniente votum, quod in ſe eſſet ſimplex, eſt ſolemne.

¶ Et cõfirmatur hoc ex ꝓfitentib. tria vota de facto, hoc eſt ſine Apoſtolica authoritate. ſ. obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis in religione nõ approbata ad hoc q ſit ſimpliciter religio. vt multis perſonis tertij habitus ex deuotionis feruore inuẽtum eſt cõtigiſſe. Huiuſmodi enim vota nõ excedunt vim voti ſimplicis ex hoc ſolo, quòd authoritas Eccleſiæ deeſt. Secus autem hoc eſſe de eiſdem perſonis tertij habitus tria religionis vota profitentibus de licentia ſedis Apoſtolicæ, Sixtus quartus per bullam declarauit. Et hoc eſt, quod in textu Bonifacius octauus determinauit dicens, quòd ſolemnitas voti ſola Eccleſiæ inſtitutione eſt inuenta. Et propterea Apoſtolica authoritate decreuit duo tantũ vota eſſe ſolemnia. ſ. religionis approbatæ, & ordinis ſacri. Et ſi contra dictam doctrinam obijciatur, quòd contradicit authori in litera, quo ad primæ opinionis reiectionem, & in 4. ſent. diſt. 38. tam quo ad ſecũdæ opinionis refutationem, q̃ quo ad tertiæ opinionis aſſertionem: Reſpondeo q quantũ ad primã opinionem ſpectat, in æquiuoco ſumus quia author de ſolemnitate cæremoniali de facto ordinata in huiuſmodi votis adhibenda loquitur: ego aũt de ſolemnitate, qua ipſum votum abſolutè in ſe habet, quòd ſit ſolemne. Veruntamen de benedictione cuius meminit in litera, latior erit ſermo.

¶ Quantũ verò ad ſecundã, & tertiã opinionẽ, nõ cõtradico authori. Ad cuius euidentiã ſciẽdũ, q exhibitio ſui ipſius, & ſtatutũ Eccleſiæ, pñt dupliciter conſiderari. i. ſeorſum: & ſic neutrũ ſufficit ad ſolemnitatẽ voti. Et propterea ſecunda opinio ponẽs in ſola exhibitione conſiſtere ſolemnitatẽ, refutata eſt, & ab ipſo authore refutatur. 4. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 2. q. 3. dum dicit, q quantumcumq; aliquis profiteatur, niſi ſeruato poſitiuo iure hoc faciat, non eſt votum ſolemne. Propterea quoque tertia opinio ab authore ibidem refutatur, q ſ. ſuper ſimplici ſtatuto Eccleſiæ fundatur. Oportet namque iuxta ſcdm diſtinctionis propoſitæ membrum, ambo ſimul concurrere. ſ. & Eccleſiæ authoritatem, & ex parte vouentis impotentiam tradendi ſe ipſum alteri, quæ impotentia, quia negatio eſt, fundatur ſuper ... tione aut approbatæ exhibitionis ſui ipſius, vt author uoluit, & rõni conſonat, quaſi Eccleſia ꝓpter hoc inhabilitet ad carnis, ſeu mundi opera, quia approbat exhibitionem ad Dei cultum, ſeu famulatum, aut approbat ſic voti, ut ex hoc ipſo, q votum eſt ſic, hoc eſt, cum inhabilitatione vouentis ad matrimoniũ &c. approbatũ prius ab Eccleſia, impotentia illa cõſequat̃. Vtroque

ſiquidem

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ hmōi ſolēnitas ptinet nō ſolū ad hoīes, ſed ad Deū, inquantū hēt aliquā ſpirituale cōſecrationē, ſeu benedictionē, cuius Deus eſt author, etſi hō ſit miniſter, ſ̄m illud Num. 6. Inuocabunt nomē meum ſuper filios Iſrael, & ego bñdicā eis: & ideò votū ſolēne hēt fortiorē obligationē apud Deū, quàm uotū ſimplex, & grauius peccat, qui illud trāſgredit̄. Quod aūt dr̄, ꝙ uotū ſimplex non minus obligat apud Deū, quam ſolemne, intelligendum eſt quantum ad hoc, quòd utriuſque tranſgreſſor peccat mortaliter.

B AD SECVNDVM dicendū, ꝙ particularib⁹ actibus nō cōſueuit ſolēnitas adhiberi, ſed aſſūptioni noui ſtat⁹, ut * dictū eſt. Et ideò cū qs uouet aliqua particularia opera, ſicut aliquā peregrinationē, uel aliqđ ſpeciale ieiunium, tali uoto non congruit ſolēnitas, ſed ſolùm uoto, quo aliqs totaliter ſe ſubijcit diuino miniſterio, ſeu ſamulatui, in quo tn̄ uoto quaſi uniuerſali multa particularia opera comprehenduntur.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ uota ex hoc ꝙ fiunt in publico, pñt habere quādā ſolēnitatē humanā, nō aūt ſolēnitatē ſpirituale, & diuinā, ſicut hñt uota præmiſſa, etiā ſi coram paucis fiāt. Vnde aliud eſt uotum eſſe publicum, & aliud eſſe ſolemne. C

*In corp. art.

A ſiquidē modo Eccleſia facere pōt, ex quibus patet primò, ꝙ ad ſolēne votū duo exiguntur. Nā ex parte vouētis requirit ꝙ vocat, ex parte aūt Eccleſiæ, ꝙ votū ſit inhabilitās hoīem ad matrimoniū &c. Hanc n. inhabilitantē vim nō poſſe votū ex priuata poteſtate habere, ſed ab Eccleſia ſolū, manifeſtè patet ex eo, ꝙ ſublata Eccleſiæ approbatione, & inſtitutione, quātumcunq; aliqs ſuſcipiēdo ſubdiaconatū voueret caſtitatem, & quicūq; alius pſeſſionē alicuius religionis faceret, numquā ſolēni voto ligaret̄, numq̄ inhabilis eſſet ad matrimoniū, ſ̄q̄uis peccaret cōtrahēdo, vt pote contra votū ſimpliciter agens: & in hac vi cōſiſtit ſolēnitas voti. Patet ſecundò, ꝙ hæc vis inhabilitans ſecūdùm præſentes Eccleſiæ inſtitutiones conuenit voto rōne exhibitionis ipſius vouentis ad cultū ordinis ſacri, vel famulatū religionis approbatæ. Cuius ſignum euidēs eſt, ꝙ ſi quis ſuſciperet ordinem ſacrum à non epiſcopo, ac per hoc non ſuſciperet vere in veritate ſacrum ordinē, nō aſtringeretur voto ſolēni ad caſtitatem. Hoc n. ideò eſt, quia Eccleſia vim inhabilitātem ſtatuit in voto mediante ordine: & ſimile eſt de profeſſione omnino inualida. Et propterea ius canonicum, & omnes dicunt, quòd votum ſolemnizatur per ſuſceptionem ordinis ſacri, vel per profeſſionem religionis approbatæ. Patet tertiò, ꝙ hæc vis inhabilitans nō neceſſario exigit talem exhibitionem ad hoc, ꝙ poſſit ineſſe voto ex noua conſtitutione Eccleſiæ: quā poſſet Eccleſia ſtatuere, ꝙ vouens coram tribus continentiam emittere, intelligatur votum inhabilitans ad matrimonium, ſeu votum ſolemne continentiæ, quod idem eſt. Et ex his omnibus apparet, ꝙ omnes opiniones aliquid veri dixerunt, & ꝙ doctrina hæc non contrariatur authori.

¶ In eodem 7. artic. tam in corpore, q̄ in reſpōſione ad primū, aduerte, ꝙ in voto ſolemni per ſuſceptionē ſacri ordinis, manifeſtè inuenitur aliquid aliud à voto ſpectans ad Deū. ſ. ipſe ordo ſacer. In voto autē profeſſionis, benedictio ſpiritualis, cuius meminit author, non inuenitur vniuerſaliter, vt cōſuetudo Eccleſiæ teſtatur. Non enim miniſtri Eccleſiæ inuocant, vt Deum benedicere putemus, iuxta authoritatem literæ, quæ nō adducitur ab authore ad probādum, ꝙ in profeſſione fiat benedictio, ſed ad hoc, ꝙ qñ per miniſtros Eccleſiæ fit benedictio, Deus eſt qui benedicit. Quare autem author benedictionem ad votum ſolemne omnis approbatæ religionis extenderit, ratio eſſe vr̄, quia attendit ad id, qđ de iure fieri debere debet̄, & non ad id quod fit: quaſi præſumatur, ꝙ profitentes abſq; benedictione, intelliguntur profiteri cū benedictione, ſicut ab Apoſtolis, & Eccleſia inſtitutū eſt de monachis. Sicut profitentes tacitè per habitus geſtationem poſt annū &c. præſumuntur vouere ſolenniter ſicut ab Eccleſia inſtitutum eſt. Ratio verò, quare benedictionem huiuſmodi tanti fecerit, videtur eſſe, quia aliter ſtabiliter fundare indiſpenſabilitatem voti ſolemnis religionis iuxta decretalem allatam inferius in arti. 11. non poterat. E

¶ Ad cuius clariorē notitiā ſcito, ꝙ in votis ſolēnibus, q̄ habet Eccleſia, vidit author tria inueniri. ſ. votū, mancipationem ad diuinum cultum, ſeu famulatum: & conſecrationē ſeu benedictionem. Et ſupponit, vt inferius patet, ꝙ votū religionis eſſet indiſpenſabile per quācūq; Eccleſiæ authoritatē: & propterea oportuit quòd indiſpenſabilitatem fundaret ſuper aliquo, qđ non ſubijceretur eccleſiaſticæ authoritati quoad illius mutationem. Et qm̄ tàm votum, quàm mancipatio ad Dei famulatum, vt pote hominū opera, ab eccleſia mutari poſſunt, ad opus Dei recurſum habuit. ſ. conſecrationē, & benedictionem, vt in his conſtituendo ſolemnitatem voti, indiſpenſabile concluderet votum ſolemne quo ad id, quod per ſe ad ſolemnitatē ſpectat, vt in dicto articulo inferius patet. Hæc eſt radicalis ratio, quæ coegiſſe videtur authorem ad ponendum, ꝙ ſolēnitas voti cōſiſtit in conſecratione, vel benedictione diuina. Altera autē rō, quæ in hac litera affertur ex ſimilitudine ſolēnitatū talib⁹ actibus, ſeu ſtatibus ſ. militiæ, & nuptiarū, ſ. fundata ſuper rōne cōmuni, q. a. ſ. ſolēnitas vnicuiq; rei adhibet̄ ſecūdùm illius rei conditionē, efficaciter infert ꝙ ſolēnitas cæremonialis in voto debet fieri ſecundùm aliqđ ſpectans ad Deū, puta, ſcdm puritatem mentis, cōfeſſionem, & cæremonias eccleſiaſticas ad Dei cultū pertinentes: ſicut etiā ipſum votū ad Dei cultū pertinet, cū ſit religionis actus. Hoc enim optimè infertur ex ratione, & ſimilitudine militiæ, & nuptiarū: ſed toto conceſſo, non habetur ꝙ ſolēnitas, qua votū habet vim dirimendi matrimoniū, conſiſtat in his cæremonijs, aut diuino effectu per eas. Videt̄ ſiquidē mihi, ꝙ hoc in loco diſtinctio illa locum habeat. ſ. de prima impoſitione nominis, de trāſlatione eius ad aliud ſignificandū. Solēnitas nāque ſi ſecūdùm propriā ſignificationē ſumitur, cæremonialia, & præcipue ſacra importare videt̄, quæ ſingulari quodā tpe fiunt: & indè tranſlatū eſt ad alia, Et à conſuetudine Eccleſiæ factū eſt, vt cū de voto agit̄, ſignificet in voto vim dirimēdi mr̄imoniū, ſeu id vndè votū habet vim talem. Vnde author ad propriā vocabuli ſignificationē more ſuo aſpiciēs, & in cæremonialibus ſignificatis noīe ſolemnitatis, diuinū opus cōtemplatus, ad ipſum diuinū opus ſ. ſpiritualem benedictionē, ſolemnitatis nomen applicauit, volens ꝙ ex tali diuino opere votum habeat vim dirimendi matrimonium &c. Vt autē ex dictis patet, hęc benedictio non inuenitur in omni vero voto ſolemni. Et vbi inuenitur, per accidens ſe habet ad ſolemnitatem voti non cæremonialem, ſed legitimam, de qua eſt qō: quæ voti ſolemnitas ideò vocari pōt legitima, quia legi ſancita, & hoc nomine nuncupata, legis vim habet. Hæc autem ideò dicta ſint, vt mens literæ percipiatur, & vt ſcias ſolemnitatem duplicem eſſe in voto. ſ. cæremonialē, & legitimam: quæ ratione cæremoniarum adiunctarum ſortita videtur nomen ſolēnitatis. Sed de nomine non eſt qō, ſed de re. D

¶ In eadem reſponſione ad primum eiuſdem ſeptimi articuli, dubiū occurrit. An diſtinctio voti ſimplicis, & ſolēnis ſit ſpecifica. ſic, ꝙ tranſgreſſor vtriuſq; ſimul incurrat deformitates duarum ſpecierum. verbi gratia. Habens votum ſolemne & ſimplex continentiæ, ſi fornicatur, peccet cōtra continentiā latriā voti ſimplicis, & latriam voti ſolemnis. Apparet enim ex dictis authoris in 4. di. 38. ꝙ diſtinguantur hæc vota ſpecie, ſicut vegetatiuum, & ſenſitiuum: & cōſequenter, quod duarum ſpecierum mala incurrat tranſgreſſor vtriuſque.

¶ In oppoſitū videtur eſſe, quia nihil eſt vinculi, nihil virtutis in voto ſimplici, quod non ſit in ſolemni. Et ſimiliter quicquid tranſgreſſionis eſt in voti ſimplicis violatione, clauditur in violatione ſolemnis. Nulla ergo alia additur deformitas ex violatione ſimplicis voti de eodem.

E ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quemadmodum oculus hominis, & oculus leonis ſunt eiuſdem ſpeciei, inquantum ſunt potētiæ viſiuæ propter identitatem formalē obiecti vtriuſq;, puta, coloris: potentiarū n. diuerſitas, vel identitas formalis, penes obiecti formalis diuerſitatem, vel identitatē attenditur. Et ſunt diuerſarū ſpecierū, inquātum ſunt naturalia membra hominis, & leonis, iuxta illud Auer. in 2. de anima. Membra hominis, & mēbra leonis differunt, quia anima hominis differt ab anima leonis. Hęc ſiquidem diſtinctio ex parte ſubiecti, ſeu habētis, ſe tenet: ita votum ſolemne, & votum ſimplex, ſi ad actus referantur, præſuppoſitā identitate materiæ, eiuſdē ſunt ſpeciei, qm̄ vtrūq; cultū Deo affert promittendo idem. Si autem referantur ad vouentem, ſic claudunt in ſe diuerſitatem ſpecificam, ſaltem propter inhabilitatem vouentis ad oppoſita, puta, ad matrimoniū, ad habendum proprium &c. Propter quod votum ſolēne dicitur habere plenè vim obligatiuā, ſimplex autem non: quoniā ſimplex votum cōtinentiæ ſic obligat ad cōtinentiam, ꝙ relinquit

poten-

potentiam ad matrimonium, & eius opus. Solēne autē ſic obligat, ꝙ vouens eſt inhabilis ad matrimoniū, & eius opus, ita ꝙ ſi contrahat, matrimonium eſt nullum: & ſi vtatur illo, peccat mortaliter, etiam reddendo debitum. Et quoniā diſtinctio ſpecifica vitiorū ex parte obiecti attenditur (vnde non eſt hic diuerſitas) ideò eiuſdē ſpeciei eſt tranſgreſſio voti ſolemnis ſolum, & coniuncti cū voto ſimplici præcedente, vel ſequente. Immò eiuſdem eſt ſpeciei tranſgreſſio ſolemnis & ſimplicis, & differunt ſolū ſecundùm magis & minus graue, Vndè in litera dicitᷣ, quòd grauius peccat, qui ſolemne tranſgreditur. Ad obiectionem autem ex 4. ſentent. dicitur, ꝙ diſtinctio ſpecifica, qua ſenſitiuū in homine differt ſpecie à ſenſitiuo puro, puta, in leone, non eſt ex parte obiecti, vt patet de oculis, & cæteris ſenſibus, ſed ex parte habentis. Vnde ex hoc non habetur aliquid contra determinationem factam.

Porrecta per totum. 476. Inf. q. 189 ar. 5. Et 4. di. 32. ar. 4 & di. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. Et opuſc. 17. c. 12.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum illi, qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti, impediantur à vouendo.

AD OCTAVVM ſic procedit. Videtur ꝙ illi qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti, nō impediantur à vouēdo. Minus.n. vinculū ſuperatᷣ à [h] maiori: ſed obligatio qua quis ſubijcitur homini, eſt minus vinculum, q̄ votum per quod aliquis obligatur Deo. ergo illi, qui ſunt alienæ poteſtati ſubiecti, non impediuntur à vouendo.

¶ 2 Pręt. Filij [h] ſunt ī poteſtate pr̄is: ſed filij poſſunt ꝓfiteri ī aliqua religione ēt ſine volūtate parentū. ergo nō impeditur aliquis à vouendo per hoc. ꝙ eſt ſubiectus poteſtati alterius.

¶ 3 Pręt. Maius eſt [i] facere, q̄ ꝓmittere: G ſed religioſi q ſunt ſub ptāte p̄latorū, pn̄t aliqua facere ſine licētia ſuorū p̄latorū, puta, dicere aliquos pſalmos, vł facere aliquas abſtinentias. ergo vr̄ ꝙ multò magis poſſint hm̄ōi Deo vouendo promittere.

¶ 4 Prę. Quicūq; facit, qđ de iu-

SVPER QVAEST. LXXXVIII. ART. VIII.

D. Bon. 4. 5. d. 38. q. 3. a. 1.

IN ar. 8. eiuſdem 88. q. dubium occurrit, An votū ſubditi de eo, in quo ſubijcitur, obliget ſubditum ad mortale antequā innoteſcat ſuperiori. Verbi gratia. Vouet religioſus quotidie dicere ſeptem pſalmos pœnitentiales, nec hoc votum indicat prælato ſuo, ſi interim trāſgreditur tale votum, an peccet mortaliter. Videtur enim ꝙ non peccet, ſaltem mortaliter, quia tale votum vſquequo innoteſcat prælato, nō eſt firmū, vt patet, & in litera dicitur in reſponſione ad tertium & ad quartum. Et ſi nō eſt firmum. ergo nō eſt votum, quoniam de ratione voti eſt firmitas. Et ſi non eſt votum, ergo non habet vim obligatiuam ad mortale. In oppoſitum eſt, quia votum conditionatū extante conditione obligat ad mortale: ſed huiuſmodi votum eſt cōditionatum, vt in litera dicitur in reſponſione ad vltimū, & conditio extatᷣ: nā conditio ſubintellecta eſt, ſi ſuperior nō contradixerit, & hæc extat quandiu ſuperior neſcit tale votū. ergo huiuſmodi votum obligat ad mortale neſciente ſuperiore.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis ſciendum eſt, quòd bonū ſupererogationis quod ſubditus vouet, pōt dupliciter ſe habere ad ſubditum vouentem. ſ. vt inhibitum in cōmuni, vel in particulari vel vt non inhibitum. Habet enim ſe ad religioſum, vt inhibitum in communi, opus peregrinàtionis, quia nō pōt ſine licentia exire clauſtrum: vt inhibitum vero in particulari, opus mortificationis verberando ſe, & huiuſmodi, ſi à pręlato prohibentur fieri ſine ſua licentia. Vt nō inhibitū vero opus orationis, quando ſibi vacat. Si igitur ſubditus vouet opus ſupererogationis inhibitum, ſubintelligitur conditio affirmatiua. ſ. ſi ſuperior conſenſerit, quoniam aliter materia voti nō eſſet opus virtuoſum. Opus enim inhibitum ſtante inhibitione cōſtat nō eſſe opus virtuoſum. Votum autem eſt promiſſio facta Deo, & nō debet eſſe ridiculoſa. Vnde tenetᷣ ſubditus conſenſum ſuperioris requirere, anteqàm ſit in mora perſoluēdi votum. Niſi enim ipſe ſuperiorem teneretur requirere de relaxando inhibitione, ſeu concedenda licentia, vana & ridiculoſa eſſet promiſſio.

¶ Et confirmatur, quia in promiſſione quæ fit homini cū conditione, ſi cōſenſerit amicus, vel cognatus &c aut implicitè ſubintelligitᷣ quis debeat requirere cōſenſum, aut ſpecificatur quis teneatur, ſi inter rationales homines fit cōtractus. In voto autē inter hominem & Deum fit quaſi contractus quidā, & cū non expectetur qđ Deus ꝓcurare debeat cōſenſum ſuperioris, reſtat vt vouens teneatur ad ſuperioris conſenſum requirendū. Tempus autem requirendi, vt dictum fuit, eſt antequam ſit in mora implendi promiſſum. Si autē ſubditus vouet Deo opus ſupererogationis nō inhibitum, tunc conditio ſubintellecta eſt negatiua. ſ. ſi non cōtradicat ſuperior. Et ratio eſt, quia actus ſupererogationis, qui eſt in poteſtate ſuperioris nō inhibitus, eſt vere actus virtutis, & ſtāte conditione non inhibitionis, eſt in poteſtate vouentis durāte cōditione. ergo pōt eſſe materia voti. Nō requiritur ergo ad hoc, ꝙ tale votū ſit vere votum cōditionatū, cōſenſus ſuperioris: quoniam in nullo poteſtatem ſuperioris lædit.

F ¶ Et propterea ad dubium motū dicitᷣ, ꝙ ſi ſubditus quicunq;, puta, puella, vxor, religioſus &c. voueat non inhibita, quæ ſunt in poteſtate ſuperioris, tenetᷣ ea implere, ſuperiore nihil de hoc ſciente, & peccat mortaliter tranſgrediendo, durante cōditione non contradictionis ſuperioris. Et ad obiectionem in oppoſitū dicitur, ꝙ votum tale non eſt firmū ſimpliciter & abſolutè, quia non habet materiam quæ abſolutè ſit in poteſtate vouētis, ſed in poteſtate alterius, eſt tamen firmum durante conditione, & propterea obligat durante conditione, & non obligat abſolutè. Et ex his patet ſenſus literæ: & quare author ſua diſtinctione ponat conditionem affirmatiuam, & negatiuam dicendo, Si ſuperiori placuerit, vel non renitatur. Facta eſt. n. hæc diſiunctio propter diuerſam diſpoſitionem materiæ promiſſæ ſecundum eſſe inhibitum, vel non eſſe inhibitum, vt declaratum eſt.

¶ Sed hic occurrit dubiū nō pertranſeundū ſilētio, An ſuperioris cōſenſus, vel contradictio in votis ſubditorum referatur ad opus, qđ eſt materia voti: an ad vinculū voti. Eſt nāq; dubitare H de hoc, quærere, cū quis ſit ſubditus vouet, verbi gratia, Peregrinationem vel ieiunium, ſi ſuperior negat licentiam peregrinādi, aut inhibet ieiuniū, an teneatur manifeſtare ſuperiori vinculū facti voti de hoc, an ſufficiat, ꝙ ſuperior neſciens contradicat operi. Ex hac ſiquidem cogitatione multa dependent. Vr̄.n. ꝙ contradictio, vel diſſenſus referatur ad vinculū voti: qm̄ contradictio ſuperioris nihil aliud eſt, quàm irritatio voti: non irritatur autem uotum à ſuperiore neſciente. Et confirmatur qa Numeri trigeſimo, vbi de hm̄ōi votis eſt ſermo, conſenſus, vel cōtradictio ſuperioris refertur manifeſtè ad votum, vt patet ibi in litera de patre reſpectu puellæ, & viro reſpectu vxoris.

¶ In oppoſitū aūt eſt, quia oppoſitorū eadē eſt rō: ſed ad conſtituendū uotū conditionatū validū, ſufficit ſuperioris cōſenſus ad opus, vt patet ex dictis. ergo ad deſtruendam obligationem huiuſmodi voti ſufficit ſuperioris diſſenſus reſpectu operis.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ quia conſenſus, vel diſſenſus ſuperioris exigitur ad votū rōne materiæ, quia. ſ. id qđ voto promittitur, eſt in po- I teſtate ſuperioris, & ad hoc ꝙ ſit materia voti, oportet ꝙ ſit actus virtutis, nec pōt eſſe actus virtutis, niſi ſit à ſuperiore non inhibitus, idō cōtradictio, vel cōſenſus ſuperioris directè ad opus reſpicit, qđ eſt uoti materia. Et propterea ſi opus inhibetᷣ, deſinit eſſe materia uoti, durāte inhibitione. Et obligatio uoti nō ſe extēdit ad illud: & ſi opus nō inhibetᷣ, tn̄ hr̄ materia uoti, & obligatio uoti extēdit ſe ad illud, durāte nō inhibitione. Ex eo aūt ꝙ ceſſat obligatio uoti rōne materiæ ſubtractæ ab eo cuius eſt, ſequitur ꝙ nō tenetur indicare uoti ſui uinculū ſuperiori: qm̄ indicatione opus eſt, qn̄ obligatio remaneret reſpectu illius operis tunc exequendi, non aūt qn̄ deſinit eſſe. Sicut nec habēs uotum ſimplex continentiæ, tenetur coniugi indicare uotū ſuū: ſed pōt licitè reddere debito eadem rōne, quia. ſ. actus concubitus reddendo debitū, deſinit eſſe materia uoti caſtitatis, durante cōiugio. Nec obſtat ſi dicatur, quia ſi indicaret uoti ſui uinculū ſuperiori inhibenti opus, fortè concederet illud, qm̄ K licèt hoc fortè accideret, nō tn̄ ad hoc tenetur ex ui uoti. Sicut nec talis coniux tenetur petere à coniuge, ꝙ nō teneatur reddere debitū, uel ꝙ non petat debitum. Et rō eadē eſt quæ iā dicta eſt, quia. ſ. obligatio uoti deficit pp ſubtractionē materiæ, durāte tali ſtatu, ſeu inhibitione. Dixi aūt ex ui uoti, quia ſecus eſſet qn̄ intentio alicuius uouētis fuiſſet obligare ſe ad manifeſtandū uotū illi, in cuius poteſtate eſt materia quā promittit.

¶ Ad obiectionem uerò in oppoſitum dr̄, ꝙ aliud eſt uotū irritare, & aliud eſt uotū deſinere ab obligatione totaliter, uel nūc pp defectum materiæ totaliter, uel ad tempus. Irritatio namque requirit notitiam uoti, aut ſaltem ſuperioris uoluntatem irritatiuam uotorū ſubditi. Et de irritatione loquitur ſcriptura, quæ notitiā ſuperioris pōderat. Deſitio aūt ab obligatione defectu materiæ non exigit niſi materię defectū ſiue ſcienter, ſiue ignorāter dn̄s materiæ illā auferat. Et de hac eſt ſermo in pręſentiarū. Sed qm̄ idē nō eſt petere aliquā rē, uel aliquod opus abſolute, & petere hæc eadē ut exſoluenda Deo ex ſuſcepto beneficio

re facere non h pôt, peccat: ſed ſubditi ñ peccãt uouẽdo, q hoc numq̃ inuenit̃ prohibitũ. ergo uĩ ꝙ de iure poſsint uouere.

SED CONTRA eſt, qđ Nume. 30. mandatur, ꝙ ſi mulier in domo patris ſui, & adhuc in puellari ætate aliquid uouerit, nõ tenetur rea uoti, niſi pr̃ eius conſenſerit: & idẽ dicit de muliere habẽte uirũ. ergo pari rõe nec aliæ perſonæ alterius poteſtati ſubiectæ põt ſe uoto obligare.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupra • dictũ eſt, uotũ eſt promiſſio quædã deo facta. Nullus aũt põt p promiſſionẽ ſe firmiter obligare ad id, qđ eſt in poteſtate alterius, ſed ſolũ ad id quod eſt oĩno in ſua poteſtate. Quicunq; aut eſt ſubiectus alicui, B q̃tũ ad id, in quo eſt ſubiectus, nõ eſt ſuę poteſtatis facere qđ uult, ſed dependet ex uolũtate alterius, & ideò non põt ſe per uotum firmiter obligare in his, in quibus alteri ſubijcitur, ſine conſenſu ſui ſuperioris. •

ficio per votũ, & vniuerſaliter vt promiſſa Deo, & negat qñque A quis concedere aliquid abſolutè ſubdito, qđ vt Deo exoluendũ concederet: ideò tutius eſt dicere, ꝙ tenetur petere rẽ, vel opus vt promiſſa Deo. Nec eſt ſimile de coniuge habente votum caſtitatis, quia nõ eſt vti actu venereo reddẽdo debitũ, nec ẽt ſub cõditione cadit ſub voto caſtitatis. Votũ aũt ſubditi cõditionaliter cõprehendit opus ẽt inhibitum, & hæc via eſt regulariter amplectenda. In caſibus aũt prima via ſufficeret, non tamen ad irritandũ votum, vt dictum eſt.

¶ In eodem art. circa vota ſubditorum occurrit aliud dubiũ, An ſubditus vouens cũ licentia ſuperioris, qui poſt votum factum reuocat licẽtiam, teneatur adimplere votum. Et vĩꝙ nõ. Primo, quia hæc Auguſtini ſnĩa ſumpta ex 30. c. Numeri, vt patet p ipſum Auguſtinũ in eodẽ loco, cuius verba in parte allegãtur à Magiſtro ſententiarũ in 32. diſt. 4. & habentur in Decretis. 33. q. 5. c. Manifeſto. Vbi gratianus in fine c. Mulierẽ. expreſsè hoc explicat.

¶ In oppoſitum aũt eſt, quia ſuperior reuocans peccat, vt patet ex eo ꝙ Nume. 30. di de viro reuocante, ꝙ portabit iniquitatẽ ſuam. Et conſtat ꝙ ideò peccat, quia iniuſtè inhibet rem deo cũ ſuo conſenſu promiſſam, nõ dari. Iniuſtis aũt inhibitionibus non eſt obediendũ, ſed contradicendũ. Igitur ſubditus tenetur fidẽ pmiſſam Deo ſeruare contra volũtatẽ ſuperioris iniuſtã.

¶ Ad tertium dubiũ dr̃, ꝙ aliud eſt eſſe magnitudines diuerſarũ rõnum, vt ſunt linea, & ſuperficies: & aliud eſt magnitudines attendi ſm̃ diuerſa, vt magnitudo caloris attendatur ſm̃ ſubiectũ, vel ſm̃ agens. Et in propoſito duæ magnitudines, ſ. rei in ſe, & in comparatione ad alterũ, non ſunt diuerſarũ rõnũ ſic, ſed attenduntur ſm̃ diuerſa, ſ. ſm̃ quantitatẽ ſuã, & ſm̃ proportionẽ ad alterum: & vna iſtarũ ſuperueniẽs alteri facit maius, vel minus. Ducatus. n. aureus ſm̃ ſe eſt quoddam bonũ vtile paruæ quantitatis, relatus aũt ad pauperem mendicũ fit de paruo magnum, & fortè maximum bonũ vtile illi: relatus aũt ad regem, pro nihilo hr̃. Nullus ergo eſt error, ſi paruum in ſe D donum, magnũ dr̃ relatũ ad malemeritũ de Deo: nec eſt verũ, ꝙ donũ innocentiæ, nullam habeat magnitudinem relatũ ad eum cui datur, qm̃ gratis datur huic, ac per hoc habeat duas magnitudines, alterã in ſe, ſm̃ quam eſt tantæ bonitatis: alterã in proportione ad eum cui datur pro quanto gratis, & non ex debito datur illi, cui datur. Nullum igitur ſophiſma in litera committitur, nec mutatur maius in multa, aut econuerſo: ſed quantum proportionatum ſic vni, comparatur quanto ſic proportionato alteri in ratione doni, quod eorum maius.

¶ Ad quartum dubium dr̃, ꝙ falſa eſt imaginatio in argumento, dum quærit, ꝙ magnitudo innocentiæ abſolutè debeat excedi ab vtraq; ſimul iuncta magnitudine pęnitentiæ. Nam verſatur hoc in q̃one, vt patet in exemplo allato de oblatione viduæ. Nam cum dr̃, ꝙ vidua plus obtulit q̃ alij, non comparatoris vtramq; quantitatẽ oblationis viduæ quantitati abſolutè pecunię oblatę ab alijs, ſed vtranq; vnius vtriq; alterius, vt vna E informatur altera, hoc eſt, quãtitatẽ minutæ, vt ſubſternitur relationi ad viduã quantitati aurei, vt ſubſtat relationi ad diuitẽ, vt patet ex verbis Dñi, Luc. 21. Reddit. n. rõnem, quare vidua obtulit plus, quia obtulit ſibi neceſſarium, alii aũt minus, quia ſibi ſuperfluũ obtulerunt: vbi apparet ꝙ quantitas exceſſa eſt quantitas aurei non abſolutè, ſumpta, ſed vt relata eſt relationi ſuperflui ad dantem. Et ſic in propoſito donum innocentiæ non abſolutè, ſed relatum ad eum cui datur, dicitur excedi à dono pęnitentię non abſolutè, ſed relato ad male meritũ de Deo, cui datur: & hoc eſt verũ. Nec obſtat exemplũ de præſeruatione beatæ Virginis, tum quia perſona illa, cui donũ pręſeruationis cõceſſum ſm̃ aliquos fuit, erat obnoxia peccato ex vi carnis ſuæ per propagationẽ immediatè genitã, & cõſequẽter donũ tale fuit ẽt redemptiuũ, & liberatiuũ perſonæ. Ac per hoc ex cõditione miſerabili perſonę donũ illud redditur maius, q̃ in ſe ſit. Non ſic aũt in innocentia accidit, vbi perſona non ſupponitur obnoxia peccato, quàmuis potens peccare tum qa

cõtingit, ꝙ bñfactor mutatur de virtute in vitium, & ſic vr̃, ꝙ ei honeſte recõpẽſari non põt. Qñq; ẽt ille q accepit bñficiũ, pauper eſt, & oĩno recõpenſare non põt. ergo vr̃ ꝙ non ſp teneatur homo ad gratiarum recompenſationem. B

¶ 6 Præt. Nullus debet ꝓ alio facere, qđ ei non expedit, ſed eſt ei nociuũ: ſed qñq; cõtigit. ꝙ recõpenſatio bñficij eſt nociua, vel inutilis ei, cui recõpẽſatur. ergo nõ eſt ſp bñficiũ recõpenſandũ ꝑ gratiarũ actionẽ.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ primæ ad Theſ. vlt. In omnibus gratias agite.

B RESP. Dcdm, ꝙ oĩs effectus naturaliter ad ſuã cãm cõuertitur. Vñ Diony. dicit 3. c. de diu. no. ꝙ * Deus oĩa in ſe cõuertit.

A in caſu illo diceretur, ꝙ beata Virgo accepiſſet maius bñficium ſ. a quãtitatẽ bñficij, ſed nõ maius ſibi, ita ꝙ mũdata à pctõ recepit maius ſibi, præſeruata aũt recepiſſet maius nõ ſibi, ſed abſolutè: & ideo fuiſſet melior, dignior, & magis dilecta à Deo.

¶ Ad quintũ dubiũ dr̃, ꝙ nulla interuenit ęquiuocatio, ſed codẽ mõ ſumitur hic ſm̃ ſe, & ſumitur in tertio. Ethicorum. Eſt. n. ſenſus literæ, ꝙ dona innocentiæ, & pęnitentiæ cõparantur dupliciter. Vno modo, ſm̃ ſe, hoc eſt nuda, ſm̃ id tm̃, quod ſunt: & ſic donum innocentiæ inuenitur maius, & qđ conuenit alicui hoc mõ, vocatur in 3. Ethicorum conuenire illi abſolutè. Alio mõ, prout actualiter in rerum natura exercentur, hoc eſt, vt ſunt veſtita tali relatione, ſeu proportione ad talem perſonam, vel finem: & ſic donum pęnitentiæ inuenitur maius, qm̃ ſumendo ex vna parte donum innocentiæ veſtitũ proportione ad eum cui datur. ex alia parte donum pęnitentiæ veſtitum proportione ad eum cui datur, inuenitur, ꝙ donum pęnitentiæ eſt maius huic, q̃ donum innocentiæ illi, quia maius eſt male merito donum charitatis, vt quatuor, quàm non male merito idem donum cum dignitate innocentiæ, qm̃ ille eſt in contraria diſpoſitione ad tale donum, iſte non. Et qm̃ hoc eſſe maius donum huic, q̃ illud illi, eſt eſſe maius C donum conſideratis donis, prout ſunt actualiter in actu exercito veſtita ſuis relationibus ad ſingularia: iõ concluditur donũ pęnitentiæ eſſe maius, ſimpliciter loquendo. Et quia qđ conuenit alicui hoc mõ, diſtinguitur in 3. Eth. contra id, qđ cõuenit ei abſolutè conſiderato, ideo optimus eſt proceſſus literæ.

¶ Ad ſextum dubium, quod eſt principale, dr̃ ꝙ verum eſt ꝙ innocens, cæteris paribus, eſt magis dilectus à Deo, & melior, & in ſuperiori ſede locandus, & habet maius bonum à Deo, q̃ pęnitens, & maius donum ſm̃ ſe, q̃ pęnitens: ſed quia habet minus donũ ſibi, iõ minus tenetur ad gratiarũ actiones, q̃ pęnitẽs. Ita ꝙ penes aliud attenditur quãtitas vinculi ad gratiarũ actiones, & penes aliud quãtitas bonitatis, & dilectionis Dei in iſtis ſ. innocente, & pęnitente. Nã quantitas bonitatis, & dilectionis Dei attẽditur penes magnitudinẽ rei, quam in ſe habet: ille. n. eſt melior, qui maiorẽ habet bonitatẽ, & idẽ magis diligitus à Deo, ſed q̃titas gratitudinis attẽditur penes magnitudinẽ doni D relati ad eum, cui datur. Ille. n. tenetur eſſe plus gratus, qui plus ſibi recipit. Et quia magnitudo iſta in proportione conſiſtens, creſcit ex demerito perſonę cui datur, ideo non eſt mirandũ. ſi minus bonus magis tenetur ad gratiarum actiones, cuius ſignũ manifeſtũ eſt, ꝙ quanto quis ad æqualem charitatem ex peiore ſtatu reſurgit, tanto maius donum recipit, & tanto magis tenetur ad gratiarum actiones, & non tñ ꝓpea eſt melior. Notanter aũt dixi, in iſtis, quia ſimpliciter loquendo, quanto quis eſt melior, tanto magis tenetur ad gratiarum actiones Deo, à quo eſt omne bonum: ſed in iſtis, ſ. pęnitente, & innocente, inuenitur aliter per accidens, ſeu ratione materiæ, quia. ſ. pęnitentiæ donum augetur ex demerito ꝑſonæ cui datur. Et ꝓpea author ſpecialem quæſtionẽ mouit de gratitudine maiore inter iſtos: & hinc patet quàm bona fuerit diſtinctio præpoſita de his quę dantur, vt ſunt in genere bonorum, vel vt ſunt in genere donorum. Non ergo contradicunt ſibi inuicem dicta authoris. E Sed alibi docuit innocentem ſimpliciter eſſe meliorem, & magis dilectum q̃ pęnitentem, cæteris paribus: hic verò docet pęnitentem recipere maius donum ſimpliciter, & plus teneri ad gratiarum actiones Deo, quæ ſtare ſimul patet. Et ꝓpea nomine doni hic authorem vſum fuiſſe perſpice, & vide q̃ doctior ſeipſo author fuerit hic, q̃ in 4. ſententiarum diſt. 22. q6. 1. ar. 2. q. 2. vbi adhuc non penetrauerat pęnitentiam eſſe ſimpliciter maius donum pęnitenti, q̃ innocentiã huic. Cum his tñ intellige, ꝙ propriè, & exactè loquendo, innocens tenetur minus ad gratiarum actionem, ſic tamen, ꝙ tenetur ad maiores gratias agendas. Pęnitens verò ſic tenetur magis ad gratiarum actionem, ꝙ tamen non tenetur ad maiores gratias agendas. Vt ſic ex parte beneficiati modus vinculi reſpondeat modo dandi ex parte dantis: & quantitas gratiarum reſpondeat quantitati rei datæ à donante. Patet namque in litera, quòd ſecundum hæc duo magnificatur gratia donantis, & quòd pęnitenti magis gratis datur, innocenti verò maior gratia datur.

tamq̃ omnium cã. Sp.n. oportet ꝙ effectus ordine F tur ad finẽ agentis. manifeſtum eſt ãt ꝙ bñfactor, (Concluſio) inquantum hmõi eſt cã bñficiati. Et ideo nal.s ordo requirit, ut ille q̃ ſuſcepit bñficium, per grãrum recompẽſationẽ conuertat̃ ad bñfactorem ẽm modum utriuſq;. Et ſicut de pr̃e dictum eſt s̃, *bñfactori quidem inquantũ hmõi debet̃ honor & reuerentia, eo ꝙ habet rationem principij: ſed per accidẽs debetur ei ſubuentio, vel ſuſtentatio, ſi indigeat. (Q. 101. ar. 1. & q. 31. ar. 3.)

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ſicut Seneca dicit in lib. de Benef. * Sicut non eſt liberalis qui ſibi donat; nec clemẽs qui ſibi ignoſcit, nec miſericors q̃ malis ſuis tangit̃, ſed qui alijs: ita ẽt nemo ſibiipſi bñficium dat, ſed naturæ ſuę paret, q̃ mouet ad G refutanda nociua, & ad appetenda proficua. Vñ in his, quę ſunt ad ſeipſum, non habet locum gratitudo, & ingratitudo. Non.n. põt hõ ſibi aliquid denegare, niſi ſibi retinendo. Metaphorice tamen illa, q̃ ad alterum proprie dicuntur, accipiuntur in his q̃ ſunt ad ſeipſum, ſicut de iuſtitia dicit Philoſ. in 5. Eth.* inquantum, ſ. accipiũtur diuerſæ partes hominis, ſicut diuerſæ perſonæ. (lib. 5. ca. 9. parum a principio.) (lib. 5. e. vl. to. n. 5.)

Ad ii dicendum, ꝙ boni animi eſt, vt magis attendat̃ ad bonum, q̃ ad malum. Et ideo ſi aliquis bñficium dedit non eo modo quo debuit, nõ ideo H debet recipiens a grãrum actione ceſſare: min⁹ tñ, q̃ ſi modo debito præſtitiſſet, quia etiam bñficium min⁹ eſt: quia ut Seneca dicit in lib. de Beneficijs. * Multum celeritas fecit, multum abſtulit mora. (Nota.) (lib. 2. c. 5. in prin.)

Ad iii dicẽdum, ꝙ ſicut Sen. dicit in 6. de Benef. † Multum intereſt, verum aliquis bñficium nobis det ſua cã, an ſua & nr̃a. Ille qui totus ad ſe ſpectat & nobis prodeſt, quia & aliter ſibi prodeſſe non poteſt, eo mihi loco hñdus vr̃, quo qui pecori ſuo pabulum proſpicit, ſi me in cõſortium admiſerit: ſi duos cogitauit, ingrat⁹ ſum & iniuſtus, niſi gaudeã hoc illi profuiſſe, quod proderat mihi. Summæ malignitatis eſt non vocare hoc beneficium, I niſi quod dantem aliquo incommodo afficit. († lib. 6. c. 12. circa medium.) (Nota.)

Ad iiii dicẽdum, ꝙ ſicut Sen. dicit in 3. de Benef. * Quamdiu ſeruus præſtat quod a ſeruo exigi ſolet, miniſterium eſt: vbi pluſq̃ a ſeruo neceſſe eſt, beneficium eſt. Vbi enim in affectum amici trãſit, incipit uocari bñficium. Et ideo etiam ſeruis ultra debitum facientibus gratiæ ſunt habendæ. (lib. 3. c. 21. in prin.)

Ad v dicẽdm, ꝙ ẽt paup ingratus non eſt, ſi faciat q̃d poſſit. Sicut.n. bñficium magis in affectu conſiſtit, q̃ in effectu: ita ẽt recompẽſatio magis in affectu conſiſtit. Vñ Sen. dicit, in 2. de Benef.* Qui grate bñficium accipit, primam eius penſionẽ ſoluit. K Quòd grate aũt ad nos bñficia peruenerint, indicemus effuſis affectibus: q̃d non ipſo tñ audiente, ſed vbiq; teſtemur. Et ex hoc patet, ꝙ q̃tumcunq; in fęlicitate exiſtenti põt recõpenſatio bñficij fieri per exhibitionem reuerentiæ, & honoris. Vñ Philoſ. dicit, in 8. Eth.* ꝙ ſuperexcellenti quidem hẽt fieri honoris retributio, indigenti aũt retributio lucri. Et Sen. dicit in 5. de Benef. † Multa ſunt p q̃ quicquid debemus, reddere & fœlicibus poſſum⁹, fidele conſilium, aſſidua conuerſatio, ſermo cõis, & ſine adulatione iocundus. Et iõ non oportet, vt (lib. 2. c. 22. in ti. illius.) (lib. 8. e. ul. circa medium, to. 5. † videtur inferri ex c. 13. lib. 5.)

F hõ optet indigẽtiã eius, ſeu miſeriã, qui bñficium dedit ad hoc, ꝙ bñficium recõpenſet̃: quia ut Sen. dicit in 6. de Benef.* Si hoc ei optares, cuius nullũ bñficium haberes, inhumanum erat uotum: quantò inhumani⁹ ei optas, cui bñficium debes? Si aũt ille qui bñficium dedit, in peius mutatus eſt, debet tñ ſibi fieri recompenſatio ẽm ſtatum ipſius, ut. ſ. ad virtutem reducat̃, ſi ſit poſſibile. Si aũt ſit inſanabilis pp malitiam, tunc alter eſt effectus q̃ prius erat: & ideo non debetur ei recompenſatio beneficij ſicut prius, & tamen quantum fieri põt ſalua honeſtate, memoria debet haberi præſtiti bñficij, G ut patet per Philoſ. in 9. Ethic. † (lib. 6. c. 25. in fi. illius.) (lib. 9. ca. 3. tom. 5.)

Ad vi dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* recompẽſatio beneficij præcipue pendet ex affectu: & ideo eo modo debet recompenſatio fieri, quo magis ſit vtilis. Si tñ poſtea per eius incuriam in damnũ ipſius vertatur, non imputatur recõpenſanti, ut Sen. dicit in 6. de Benef. * Reddendum mihi eſt, nõ ſeruandum cum reddidero, ac tuendum. (* In ſolut. ad præced. 5. arg.) (lib. 6. c. 19. paulo a princ. p.)

Articvlvs iiii.

Vtrum homo debeat ſtatim beneficium recompenſare. (Precedens ſuum.) (§§§)

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd homo debeat ſtatim beneficium recompenſa H re. Illa enim quæ debemus ſine certo termino, tenemur reſtituere ſtatim: ſed non eſt aliquis terminus præſcriptus recompenſationi beneficiorum, quæ tamen cadit ſub debito, vt dictum eſt.* ergo tenetur homo ſtatim beneficium recompenſare. (Art. præc.)

¶ 2 Prẹt. Quanto aliqd̃ bonum fit ex maiori animi feruore, tanto vr̃ eſſe laudabilius: ſed ex feruore animi vr̃ procedere, quòd homo nullas moras adhibeat in faciendo quod debet. ergo vr̃ eſſe laudabilius, quòd ſtatim homo beneficium reddat.

¶ 3 Prẹt. Seneca dicit in 2. de Benef.* ꝙ proprium benefactoris eſt libenter, & cito facere: ſed recõpenſatio debet beneficium adæquare. ergo debet ſtatim recompenſare. (lib. 2. c. 5. circa.)

Sed contra eſt, quod Sen. dicit in 4. de Benef. * Qui feſtinat reddere, non animum habet grati hominis, ſed debitoris. (lib. 4. in f. illius.)

Resp. Dicendum, ꝙ ſicut in beneficio dando duo conſiderantur, ſ. affectus, & donum: ita etiam hæc duo cõſiderantur in recompenſatione beneficij, & quantum quidem ad affectum recompẽſatio ſtatim fieri debet. Vnde Senec. dicit in 2. de Benef.* Vis reddere beneficium? accipe benigne. Quãtum aũt ad donum, debet expectari tp̃s, quo K recompenſatio ſit bñfactori opportuna. Si autẽ non conuenienti tp̃e ſtatim velit aliquis munus pro munere reddere, non vr̃ eſſe virtuoſa recompenſatio, ſed inuita. Vt enim Senec. dicit in 4. de Benef.* Qui nimis cito cupit ſoluere, inuitus debet, & qui inuitus debet, ingratus eſt. (Concluſio.) (lib. 2. c. 35. in fi. illius.) (Concluſio.) (lib. 4. in fi. illius.)

Ad primvm ergo dicẽdm, ꝙ debitum legale eſt ſtatim ſoluẽdum, alioquin nõ eſſet conſeruata iuſtitiæ æqualitas, ſi vnus retineret rem alteri⁹ abſq; eius uoluntate: ſed debitũ morale depẽdet ex honeſtate debentis. Et iõ oportet reddi debito tempore ſecundum quòd exigit rectitudo virtutis.

Ad secvndvm dicẽdum, quòd feruor volun-

tatis

tatis non eſt virtuoſus, niſi ſit ratione ordinatus. Et ideò ſi aliquis ex feruore animi præoccupet debitum tempus, non erit laudandus.

Ad III dicendum, ꝙ beneficia ẽt ſunt opportuno tp̃e danda: & tunc non eſt amplius tardandũ, cum opportunum tempus aduenerit. Et idem etiã obſeruari oportet in beneficiorũ recõpenſatione.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratiarum act o ſit attendenda ſ.cundùm affectum beneficiantis, an ſecundùm effectum.

AD QVINTVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ beneficiorum recõpenſatio non ſit attendẽda ẽm affectum beneficiantis, ſed ẽm effectum. Recompenſatio.n. beneficijs debetur: ſed beneficiũ in effectu[h] cõſiſtit, vt ipſum nomen ſonat. ergo recompẽſatio debet attendi ẽm effectum.

¶2 Pręt. Gr̃a q̃ recompenſat beneficia, eſt[i] pars iuſtitię: ſed iuſtitia reſpicit ęqualitatẽ dati & accepti. ergo in gr̃arum recompenſatione attendendus eſt magis effectus, q̃ affect[9] bñficiãtis.

¶3 Pręt. Nullus põt attendere ad id, qđ ignorat: ſed ſol[9] De[9] cognoſcit[k] interiorem affectũ. ergo non põt fieri gratiæ recõpenſatio ſecundum affectum.

SED CONTRA eſt, qđ Seneca dicit in primo de Beneficijs.* Nonnunq̃ magis nos obligat q dedit parua magnificè, q exiguum tribuit, ſed libenter.

RESP. Dicendum, ꝙ recõpenſatio beneficij põt ad tres uirtutes pertinere, ſ. ad iuſtitiam, ad gratiã, & ad amicitiam. Ad iuſtitiam quidem pertinet, qñ recompenſatio hẽt rõnem debiti legalis, ſicut in mutuo, & alijs hmõi: &[m] in tali recõpẽſatione dẽt attendi ẽm quantitatem dati.[n] Ad amicitiam aũt pertinet recõpenſatio beneficij, & ſimiliter ad virtutem gr̃æ ẽm ꝙ hẽt rõnem debiti moralis, aliter tñ & aliter. Nam in recompenſatione amicitiæ oportet reſpectum haberi ad amicitiæ cãm. Vndè[p] in amicitia vtilis dẽt recompẽſatio fieri ẽm vtilitatẽ, quam quis ex beneficio conſecutus eſt. In amicitia autem honeſti dẽt in recõpenſatione hr̃i reſpectus ad electionẽ, ſiuè ad affectum dantis,[q] quia hoc p̃cipuè requiritur ad virtutem, vt dr̃ in 8. Ethic.* Et ſimiliter, q gr̃a reſpicit beneficium ẽm ꝙ eſt gratis impenſum, quod quidem pertinet ad affẽctũ: iõ ẽt gratiæ recompenſatio attendit magis affectum dãtis, q̃ effectũ.

Ad PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ oĩs actus moralis ex voluntate depẽdet. Vñ bñficium ẽm ꝙ eſt laudabile, prout ei gr̃æ recõpenſatio dẽtur, materialiter quidem conſiſtit in effectu, ſed formaliter & principaliter in voluntate. Vñ Seneca dicit in primo de Beneficijs.* Beneficium ñ in eo qđ fit, aut dat conſiſtit, ſed i ipſo dãtis, aut faciẽtis aĩo.

Ad II dicendũ, ꝙ gr̃a eſt pars iuſtitię, non quidẽ ſicut ſpẽs generis, ſed ꝑ quandam reductionẽ ad genus iuſtitiæ, ut ſ. dictũ eſt.† Vñ non oportet ꝙ eadẽ rõ debiti attẽdat i utraq; uirtute.

Ad III. dicendum, ꝙ affectum hominis per ſe quidem ſolus Deus uidet, ſed ẽm ꝙ per aliqua ſigna manifeſtatur, põt ẽt ipſum hõ cognoſcere. Et hoc modo affectus beneficiantis cognoſcit ex ipſo modo, quo beneficium tribuitur, puta, quia gaudenter, & promptè aliquis beneficium impendit.

SVP. QVÆST. CVI. ART. V.

Porrella ꝑ totum.

556 IN artic. 5. eiuſdem 106. q. dubiũ occurrit, quia diuerſæ virtutes oportet. ꝙ habeant actus ſub diuerſis formalibus rõnibus. Ac per hoc malè in lr̃a dr̃, ꝙ recompẽſatio bñficij ſm eandem rõnem, ſ. affectũ dãtis, ſpectat ad duas virtutes, ſ. gratiam, & amicitiam honeſti. *(Sup. art. 3. ad 5. & 6. & inf. ar. 8. ad 8.)*

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ aliud eſt loqui de rõnibus formalibus adęquatis ipſis virtutib[9], & aliud de aliqua vna particularitate rõne contenta ſub adæquata. Oportet namq; oẽm actũ vnius virtutis eſſe alterius rõnis ab actu alterius, loquẽdo de rõne formali adæquata virtutis. Sed nõ oportet hoc, loquendo de aliqua rõne particulari. tamẽ ſtat ꝙ vna particularis rõ contineat materialiter ſub formali rõne vtriuſque virtutis. *(Lib. 1. c. 7. circa prin.)* Vnde in ꝓpoſito, quãuis gr̃a & amicitia conueniant in hac cauſa recompenſandi beneficium videlicet i affectu dãtis, ſub diuerſa tñ rõe vtraq; hoc facit. Nã amicitia honeſti hoc facit in ordine ad amicum ſimpliciter, & abſolutè: gratia autem ad benefactorem vt ſic. *(Concl. ...)* Amicitiæ nãq; obiectum eſt ipſe ꝓximus abſolutè: gratiæ aũt nõ, ſed beneficiẽs, ſeu benefactor vt ſic. Nec te moueat, ꝙ author amicitiam virtutẽ appellauit, loquens non de amicitia q̃ ponitur inferius pars iuſtitiæ, vocata affabilitas, ſed de amicitia honeſti, de qua eſt dubium an ſit virtus, ut patet 8. Eth. *(Concl. ꝑ)* Vtitur.n. author in verbis poſitione dicente, ꝙ amicitia eſt virtus. Vel q amicitia ſaltẽ eſt cum uirtute, idem protulit iudicium de uirtute, & de conſequente ad virtutem. *(Li. 8. c. 13. tom. 5.)* Amicitia namq; eſt uirtus, aut cum uirtute. Ꝓpterea põt dici uirtus concomitanter, quia uirtutem conſequit. *(Concl. ſ)* Et nota demum ex litera practicam negotiatorum, q ſi grati eſſe debent, quantũ lucri ſibi acceſſerit ex beneficio amicitię utilis, conſiderare debet. Quo fit ut qui ad quantitatem lucri reſpiciendo remunerãt ſupponant benefactorem vtilitatis gratia beneficium pręſtitiſſe abſque pacto &c. *(In quo cõſiſtat beneficium.)* Nã ſi honeſti gratia beneficium collatum ſupponerent, non metirentur proprium lucrum in recompẽſando beneficium, ſed affectũ benefactoris. *(Lib. 1. c. 6. circa prin.)* Et hæc de tota hac q̃ſt. & ſequenti dicta ſufficiãt. *(Q. 80.)*

ARTICVLVS VI.

Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in recompenſatione, quàm ſuſceperit in beneficio.

Porrella ꝑ totum.

557 AD SEXTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ non oporteat aliquem plus exhibere in recompenſatione, q̃ ſuſceperit in beneficio. Quibuſdã.n. ſicut parentibus, nec ẽt æqualis[u] recompenſatio fieri poteſt, ſicut Philoſophus dicit in 8. Ethic.* ſed uirtus non conatur ad impoſſibile. non ergo gratiæ recompenſatio tendit ad aliquid maius. *(Inf. q. 107. ar. 2. cor.)* *(Li. 8. circa fin. li. to. 5.)*

¶2 Pręt. Si aliquis plus recompẽſat, q̃ in beneficio acceperit, ex hoc ipſo quaſi aliquid de nouo dat: ſed ad bñficium de nouo datum tenetur hõ gr̃am recõpenſare. ergo ille q primò bñficium dederat, tenebit aliqd maius recompẽſare, & ſic ꝓcederet in infinitũ: ſed[x] uirt[9] non conat ad infinitũ, q infinitũ aufert nãm boni, ut dr̃ in 2. Meta.* ergo gr̃æ recompenſatio ñ dẽt excedere acceptũ bñficium. *(Lib. 2. tex. 8. tom. 3.)*

¶3 Pręt. Iuſtitia in ęqualitate conſiſt.t: ſed maius ẽ qdã[a] æqualitatis exceſſus. cũ ergo i qualibet uirtute exceſs[9] ſit vitioſus, vr̃ ꝙ recõpenſare aliqd mai[9] accepto bñficio ſit vitioſũ, & iuſtitię oppoſitum.

SED CONTRA eſt, qđ Philoſ. dicit in 5. Eth.* Refamulari oportet ei qui gratiam fecit, & rurſum ipſum recipere: quod quidem fit, dum aliquid maius retribuitur. ergo recompenſatio debet tendere ad hoc, quòd aliquid maius faciat. *(Lib. 5. c. 5. paulo poſt princip. tomo 5.)*

RESP. dicendum, ꝙ ſicut dictum† eſt, recompenſatio gr̃æ reſpicit bñficium ẽm uoluntatem bñfacientis. In quo quidẽ pręcipuè hoc commendabile vr̃, quòd gratis beneficium contulit, ad quod non tenebatur: & ideo qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honeſtatis, vt ſilr aliquid *(Art. præc. & ar. 3.)*

SVPER QVÆSTIO. CVII. ARTIC. I.

Nic.de Nyſſ.trac.3.p3. part. 3.q.10.

IN quæſt. 107.& ſpâliter in art. 3. dubium occurrit circa dictum authoris ibi videlicet. Pōt tñ contingere, q̄ talis ingratitudo ſit peccatū mortale, vel pp interiorē contemptū, vel pp conditionē eius quod ſubtrahit̃. Et eſt dubij rō multiplex. Tū qa ly talis ingratitudo refert ingratitudinē, de qua imediatè añ ſermo hr̃. ſ. q̄ illud non tribuit debitū, ad qđ non tenet̃. Conſtat nāque, q̄ hō non peccat mortaliter ex hoc, q̄ non addit bñficio recepto. Satis eſt.n. ad euitandum mortale peccatum reddere æquiualens. Tum quia ēt reddere æquiualēs particulari benefactori nō obligat, pluſquā reddere debitam obedientiā ſuperiori: ſed non adimplens præceptum ſuperioris citra contemptum, nō peccat mortaliter peccato inobedientiæ. ergo non gratus citra contemptum beneficij, & benefactoris, quãuis omittat reddere qđ dēt, multò minus peccat mortaliter peccato ingratitudinis. Cōſiſtit.n. formaliter ingratitudo in contemptu beneficij, ſicut inobedientia in contēptu p̄cepti. Tū qa per illa verba literę, videlicet, Propter cōditionem eius quod ſubtrahit̃, qđ ex neceſſitate dētur bñficio ſimpliciter, vel in caſu: author intēdit, q̄ omiſſio oīs rei, q̄ ex neceſſitate debetur beneficio ſimpliciter, aut in caſu, eſt peccatū mortale, & hoc vr̃ valdè abſonum: qm̄ ſequeretur q̄, ſiqs omitteret honorare, aut reuereri benefactorē, peccaret mortaliter. Et tenet ſequela ex artic. 3. præcedentis qōnis, vbi dr̃, q̄ benefactori inquantum hmōi, debetur honor & reuerentia, eo q̄ hēt rōnem principij, per accidens aūt ſubuentio, ſi indigeat. Falſitas aūt conſequentis ꝓbatur ex eo, q̄ ſiquis ēt omittit honorare patrem, aut Principē, abſq; contēptu tñ, ſic.n. loquimur, non peccat mortaliter. Et tñ conſtat q̄ peius eſt pietatem, aut obſeruantiam omittere, quam gratitudinem, vt patet ex 1. art. præcedētis qōnis. Aut author non intendit quod concluſic oīs rei debitæ ex neceſſitate beneficio, ſed q̄ omiſſio alicuius rei neceſſário debitæ beneficio illius. ſ. quæ talis eſt conditionis, q̄ eius omiſſio priuationē charitatis infert, mortale peccatū eſt. Et tūc reſtat ſub dubio q̄ eſt iſta conditio rei ex neceſſitate beneficio debitæ ſimpliciter; puta, honoris, aut reuerentiæ. Non.n. apparet. Tum quia ingratitudo, vt in litera dr̃ in rñſione ad ſm̄ articu. 1. qōnis præcedentis, non eſt contra debitū legale, ſed ſolūmodo contra debitū honeſtatis. Sed omittere id qđ ſolū ex honeſtate eſt debitum, quãuis minus bonum ſit, peccatum tñ mortale non vr̃. Et confirmatur, quia ſi eſſet mortale peccatū, eſſet peccatū contra ꝓximū: & cum conſiſtat in ſubtractione, oporteret q̄ conſiſteret in læſione ꝓximi in aliquo notabili ad hoc, q̄ eſſet peccatū mortale ex ſuo gñe: ſicut cętera vitia, q̄ ꝓximū lædunt, vt patet de cōtumelia, detractione, &c. In nullo aūt notabili apparet lędi ꝓximū ab īgrato p ſolā omiſſionē citra ɔtēptū.

¶ In eodem articulo dubium aliud occurrit, circa ſubiunctam dr̃iam, videlicet, qđ ingratitudo prouenieus ex peccato mortali habet perfectam ingratitudinis rōnem, quæ vero prouenit ex veniali, imperfectam, quod intendit author. Nam aut loquitur de ingratitudine formaliter, aut materialiter, ſi formaliter, nulla eſt dr̃ia, quia ex qualicumq; peccato ꝓueniat ingratitudo formalis, habet perfectam rōnem ingratitudinis, vt patet, ſi materialiter, falſum dr̃ q̄ ingratitudo ꝓueniens ex mortali hēt perfectā ingratitudinis rōnem. Nam perfecta ingratitudinis rō non hr̃ ſine eo quod complet rōnem formalē ingratitudinis. Sicut nec hr̃ pfecta rō nauis, ſi materia tñ habeat̃ ſine forma ipſius nauis. vt patet.

¶ Ad horum euidentiam ſciēdū eſt, q̄ ingratitudo dupliciter ſumitur, ſ. formaliter & ſic eſt ſolummodo cōtemptus beneficij, ſeu benefactoris; ſicut inobedientia eſt contemptus præcepti, vt ex artic. 2. in rñſione ad primum habes. Et ꝓpterea ingratus formaliter ille ſolus eſt, qui ex contemptu omittit retribuere, aut laudare, aut reminiſci, vel committit aliqd cōtra benefactorē. Et hoc membrum, ſ. ingratitudo formaliter exprimit̃ in lr̃a hac ibi, Propter interiorē contemptum. Et quia cōtemptus beneficij, vel benefactoris directè contrariatur virtuti gratitudinis, & tollit charitatem, ex qua tenemur diligere benefactorem, ideò ingratitudo formaliter vr̃ de gñe ſuo peccatū mortale. Pōt tñ eſſe veniale pp imperfectionem actus vel ex parte actus, puta, quia primus motus, vel ex parte materiæ, puta, quia in rem minima, vt de furto dicimus. Cōtemptus.n. in re minima, non eſt contemptus, ſicut furtum rei minimæ, cuia minima, non eſt furtum. Secus aūt ſi nō iō qa minima res eſt, furat̃ qs, aut contemnit, iuxta illud Luc. Qui infidelis eſt in minimo, & in magno infidelis erit. Alio modo ſumitur materialiter, & tam omiſſio triplex in litera numerata, ſ. retributionis in opere, locutione, & memoria, quā cōmiſſio etiam triplex in opere, locutione, & æſtimatione, ingratitudo eſt. Et hoc membrum in litera hac tangitur per totum reſiduū corporis articuli, vt diſtinguitur contra cōtemptū interiorē. Ita q̄ author in hoc huius articuli corpore ſp loquitur de ingratitudine materialiter, niſi cum loquitur de contemptu: qa tunc loquitur de ingratitudine formaliter, & intendit q̄ ingratitudo formaliter eſt peccatum mortale, vt dictum eſt: materialiter autem non, niſi ex cōditione omiſſi, aut commiſſi, hoc eſt, ſi omiſſum eſt talis conditionis, vt eius ſubtractio ſit mortale peccatum contra proximū v.g. Socrates expoſuit ſe mortis periculo, vt me liberaret. Ego autem eundem in mortis periculo poſitum poſſum eruere, & negligens ipſum eruere, ſine ipſum occidi. Et ſimiliter ſi benefactorem meum vulnero, aut contumelia afficio.

¶ In his.n. & ſimilibus omiſſionibus, & commiſſionibus, ea quæ omittuntur, aut committunt̃, ſunt talis conditionis, q̄ ingratitudinem, materialiter tñ, manifeſtè ingerunt: ſicut quodlibet peccatū mortale reſpectu Dei, ingratitudinem annexā hēt peccatoris. Vnde ſicut ſuperius dictum eſt, q̄ detrahēs materialiter tm̄, nō peccat mortaliter, niſi ex cōditione mali prolati, qđ videlicet eſt notabiliter lęſiuū famę ꝓximi: vt ſiqs de bñ reputata muliere, ex loquacitate publicaret eius ſecretū adulteriū: ita nūc dr̃, q̄ īgrat⁹ mãliter, ſi peccat mortaliter, niſi ex cōditione omiſſi, aut cōmiſſi, qđ videlicet notabiliter lędit ꝓximū. Et qa hæc erat intentio authoris, iō ſtatim ſubiungit differentiā inter ingratitudinē cōſequentem peccatum mortale, & veniale.

Concl. m

in corp. & art.3.ad 5. & 6.

Li.8. Ethi. c.vlt. to.5.

†Li.3.c.11 & 17.

Porrecta 8 rorum,

558

Inf.q.162. art.4.ad 3.

gratis impendat. Nō aūt vr̃ gratis, aliquid impēdere, niſi excedat quantitatem accepti beneficij: qa quamdiu, recompenſat minus, vel æquale, non vr̃ facere gratis, ſed reddere qđ accepit: & ideo[m] gratiæ recompenſatio ſemper tendit, vt pro ſuo poſſe aliquid maius retribuat.[n]

G

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ſicut dictū eſt,* in recōpenſatione bñficij magis eſt conſiderandus affectus, q̄ effectus. Si ergo conſideremus effectū bñficij, qđ filius à parentibus accepit. ſ. eſſe, & viuere, nihil æquale filius recōpenſare pōt, vt Philoſophus dicit.* Si aūt attendamus ad ipſam voluntatē dātis, & retribuentis, ſic pōt filius aliqd mai⁹ patri retribuere, vt Seneca dicit in 3. de Bñficijs. † Si tñ nō poſſet, ſufficeret ad gratitudinē recōpenſandi volūtas.

AD II dicendum, q̄ debitum gratitudinis ex charitate deriuatur, quæ quanto plus ſoluit̃, tanto magis dētur, ſm̄ illud* ad Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicē diligatis: & iō non eſt inconueniens, ſi obligatio gratitudinis interminabilis ſit.

AD III dicendum, q̄ ſicut in iuſtitia, quæ eſt uirtus cardinalis, attenditur æqualitas rerū, ita in gratitudine attenditur, æqualitas voluntatum, vt. ſ. ſicut ex promptitudine voluntatis beneficium aliqs exhibuit, ad quod non tenebatur, ita etiam ille qui ſuſcepit beneficiū aliquid ſ. debitū recompenſet.

QVÆSTIO CVII.

De ingratitudine, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de ingratitudine. Et circa hoc quæruntur quatuor.

1: ¶ Primò, Vtrum ingratitudo ſemper ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ingratitudo ſit peccatum ſpeciale.

¶ Tertiò, Vtrum omnis ingratitudo ſit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum ingratis ſint beneficia ſubtrahenda.

ARTICVLVS I.

Vtrum ingratitudo ſit ſemper peccatum.

1 AD PRIMVM ſic ꝓcedit̃. Videtur q̄ ingratitudo

Hæc namq; diſa ad materiã ingratitudinis ſpectat, de qua author rócinatur in lřa, alio tñ ordine: quia primò diſtinxit modos ingratitudinis, ſ. vel per omiſſioné, vel p cõmiſſionem. Et ſubdiuiſit ly p omiſſionem, rõe materiæ, q̃ omitti põt in duo membra. ſ. vel p omiſſionem debiti, ad qđ tñ gratus non tenet̃ ex neceſſitate vt adæquet bñficium, ſed vt abundet, iuxta determinata in art. 6. q. præced. vel p omiſſionem debiti, ad qđ gratus tenet̃ ex neceſſitate vt adæquet beneficiũ. Et primò qdé, author determinat ſimpliciter, q̃ ingrat⁹ per ſolam omiſſioné debiti ſuper excreſcétis non peccat mortaliter, ſed venialiter. Secũdò, q̃ ingratus p omiſſionem debiti neceſſarij ad adequãdũ, peccare poteſt mortaliter dupliciter vel pp interiorem cõtemptum, vel pp conditionem omiſſi. Tertio, q̃ ingratus p cõmiſſioné põt peccare mortaliter pp conditionem commiſſi. Et tu ſubintellige, q̃ multò magis pp cõtemptum põt peccare mortaliter q̃ omittens, quantò contemptus ducens ad committendum, peior eſt omittente tñ. Et quia hoc manifeſtè ſequebat̃ ex dictis de contemptu omiſſionis, ideò tacuit hoc litera.

*Li. 3. c. 1. circa medium.

Li. 5. de li. arb. c. 17. Et li. 1. retracta. c. 9. ante mediũ, to. 1.

non ſemper ſit peccatum. dicit enĩ Seneca in 3. de beneficijs,* q̃ ingratus eſt, qui non reddit [a]beneficiũ: ſed qñq; aliquis nõ poſſet recõpenſare bñficiũ, niſi peccãdo, puta, ſi auxiliatus eſt homini ad peccandum. cum ergo abſtinere à peccato non ſit peccatum, videtur, q̃ ingratitudo non ſemper ſit peccatum.

¶2 Præt. Omne peccatum eſt in ptãte peccantis, qa ſm Aug.* nullus peccat in eo, quod vitare nõ põt: ſed qñq; [b] non eſt in ptãte peccantis ingratitudiné vitare, puta, cũ non hẽt vnde reddat, obliuio ẽt nõ eſt in poteſtate noſtra, cum tamen Seneca dicat in 3. de beneficijs,* q̃ ingratiſſimus omnium eſt qui oblitus eſt. ergo ingratitudo non ſemper eſt peccatum.

¶3 Pręt. Non vř peccare, q non vult aliquid [h] debere, ſecundũ

Li. 3. c. 1. ſ med. illi⁹. Ingratiſſimus qui.

¶ Ad primã ergo obiectionem dř, q̃ ly talis ingratitudo, nõ refert ingratitudinem ſuperexcreſcentiæ, de qua negauerat litera mortale, & concluſerat veniale peccatum: ſed refert primũ membrum diuiſionis, ſ. ingratitudinem per ſolã omiſſioné, de qua quia dixerat, & manifeſtauerat, q̃ non ſemper eſt peccatũ mortale, modo ſubiungit, q̃ põt eſſe mortale peccatum vel propter contemptum interiorem, vel propter conditionem &c.

¶ Ad ſecundam aũt obiectionem, dř q̃ vtrq; verum eſt, q̃ ſicut inobedientia formaliter conſiſtit in contemptu, ita & ingratitudo: ſed quemadmodum inobedientia materialiter inuenit̃ mortale peccatum pp conditionem eius quod prȩteritur, puta, quia eſt contra Deum, uel proximũ, vt patet in periurio, & adulterio: ita ingratitudo inuenitur materialiter quandoque mortale peccatum propter conditionem eius qđ omittitur, vel committitur: ſimile namque accidit vtrobique.

¶ Ad tertiã verò obiectionem dř, q̃ author p illa verba intendit ſecundã partem diſiunctiuæ propoſitæ, videlicet, q̃ omiſſio alicui⁹ neceſſarij debiti benefactori põt eſſe peccatũ mortale. Et determinatur in litera, qđ eſt illud aliqđ, cum dř, Propter cõditionem eius &c. Pro cuius pleniori notitia, nota, q̃ qa particularis bñfactor eſt etiam nobis proximus, iõ debet̃ ei, & qđ proximo, & qđ benefactori. Ita q̃ tria ei dẽt qui ſuſcepit beneficiũ, ſ. id quod debet ei vt pximo, & qđ ei debet vt benefactori, vt adæquet beneficium ſuſceptum, & id qđ eidem dẽt vt aliqd plus exhibeat, vt ſic fiat qdã adæquatio voluntatum. Hoc tertium in lřa dř ſuperexcreſcens debitum, & diſtinguitur cõtra neceſſario debitum: qđ ex neceſſitate debitum continet tã primum, q̃ ſm. Quemadmodum. n. ea q̃ cõiter pximis debemus, filius magis dẽt patri, q̃ alijs, ita bñficiatus magis debet benefactori ea, quæ cõiter debentur proximis, q̃ alijs. Et quemadmodum impietatis materialiter eſt commiſſum in patrem quodcunq; crimen: ita ingratitudinis materialiter eſt omiſſum quodcũq; debitum benefactori, qũocunq; ei debeatur. Non intendit ergo author ſpãliter de honoris & reuerentiæ omiſſione, q̃ debentur per ſe benefactori, ſed de omiſſione cuiuſcunq; ex neceſſitate q̃ulibet debiti benefactori. Et docet, q̃ talis conditionis põt eſſe, id qđ omittit̃, q̃ erit pctm mortale, vt patet cum omittit illud bonum pximi, ad qđ de neceſſitate ſalutis tenetur quis exhibendũ benefactori ſimpliciter, vt eſt cõis amor: vel in caſu, vt eſt ſubuentio. Declaratur aũt hanc eſſe intentionem literȩ & ex eo, q̃ de ingratitudine materialiter loquitur, & conſtat hęc oia eſſe materiam ingratitudinis: & ex eo q̃ par iudicium in litera ſubiungit̃ de ingratitudine p commiſſionem aliomõ &c. & concludit. Et hoc ẽt ſecundum conditionem eius quod a git̃, qñq; eſt peccatum mortale, & qñq; veniale. Leuis. n. offenſa benefactoris ingratitudinem venialem habet annexam.

¶ Ad quartam demum obiectionem dř, q̃ vt in q. 80. ſuperius didicimus, debitum morale eſt duplex, quoddã ſine quo honeſtas morum nõ ſaluatur: quoddam ad bene eſſe. Et vt ibi patet, gratitudo ſpectat ad debitum morale primo modo, ſicut ẽt veritas, & fidelitas. Violatio aũt hmõi debiti, vt pdictũ eſt, põt fieri dupliciter, materialiter, vel formaliter. Et materialiter, quidem non eſt pctm mortale, niſi cõditio eius qđ debetur, trahat in mortale, puta, qa eſt in notabile pximi nocumentũ. Formaliter aũt non vř regulã gñalem hře: quia qñq; conſiſtit in actu contra dilectioné proximi, & qñq; non, vt patet de mendacio. In propoſito tñ, qa ingratitudo formaliter conſiſtit in actu contemptus benefactoris, iõ ex gñe ſuo vř mortale peccatum. Vñ ſuperius, cũ de iudicio temerario tractaret̃, didicimus q̃ inquantum non eſt ſine contemptu proximi, peccatum mortale eſt. Ex hoc ergo q̃ contemptus benefactoris contrariat̃ dilectioni, quã ex neceſſitate charitatis illi debemus, ingratitudo formaliter peccatum mortale ẽt in litera ponit̃, dum dř, q̃ pp interiorem contemptum omiſſio eſt peccatum mortale. Et cum quæritur, qđ tollit pximo ingratitudo formaliter, rñdetur q̃ tollit amoré illi debitum, & honorem. Et hæc non qualitercunq; tollit, ſed contemnendo, quo contemptu comittit in benefactorem actu interiore, dum ſaltẽ iõ non vult retribuere, vt velit contra bñfactorem. Sicut. n. contemptus pcepti eſt velle facere, vel omittere vt ſit contra pceptum, ita contemptus beneficij, vt ſic, ac pin de benefactoris eſt velle facere, vel omittere vt ſit contra bñfactorem, qđ ex ſuo gñe ſonat contrariũ actũ dilectioni bñfactoris, ac p hoc Dei, vel proximi iniuriã importare vř, q̃ bñfactor eſt. Ad idem. n. uitium ingratitudinis ſpectat contemptus bñficij, & bñfactoris, ſicut ad eãdem virtutem gratitudinis ſpectat vtrũque, cuius oppoſitũ dictũ eſt contingere in obedientia, qa contemptus pcepti ſpectat ad inobedientiam: contemptus aũt illius q̃ pcipit, ſpectat ad obſeruantiæ, vel pietatis contraria, & hmõi. Et rõ eſt, qa illi qui præcipiunt, ſpeciali gaudent prærogatiua, vt Deus, pr, princeps, qbus proprias ſibi vendicant uirtutes maiores, virtute reſpiciente eorum præceptum: ſed particulares pſonæ quæ benefaciunt, nullam ſupponuntur hře ſpãlem prærogatiuam ultra hoc, quòd beneficium conferunt.

¶ Ad dubium ſecundum põt dici, q̃ vtroq; mõ ſumitur ingratitudo, & ſenſus in idem redit. Nã põt dici q̃ ſumit̃ ingratitudo materialiter, & q̃ ingratitudo materialiter tunc dř hic pfectam rõem ingratitudinis, qñ habet pfectè materiam ingratitudinis. Et qa pctm mortale eſt pfecta materia ingratitudinis, veniale aũt non: iõ ingratitudo cõſequens mortale dř pfecta, alia imperfecta, & ſm quid. Et poteſt dici, q̃ ſumitur ingratitudo formaliter, ſed non ſimpliciter, ſed quo ad materiam: quia ex peccato mortali hř pfecta rõ ingratitudinis ex parte materiæ, ex ueniali non. Prima tñ expoſitio magis literæ conſonat. Et debes ſcire, q̃ ingratitudo formaliter, dupliciter inuenit̃, vel in ppria ſpecie, vel eleuata in ſuperiori ſpecie: ſicut potentia calefactiua inuenit̃ formaliter in calore, & in luce. Ingratitudo formaliter in propria ſpecie eſt uitiũ, quo qs ingratus eſt particulari bñfactori, & opponit̃ directè uirtuti gratiæ. Ingratitudo ãt formaliter eleuata in pluribus uitium continetur mõ ſub vno, mõ ſub altero vitio. Nã reſpectu bñficij diuini continet̃ ſub irreligioſitate, q̃ opponit̃ religioni, ad quã ſpectat gratias agere Deo. Reſpectu verò bñficij paterni continet̃ ſub impietate, quę opponit̃ pietati, cuius eſt patri debitas gratias agere. Reſpectu verò principũ ſpectat ad vitiũ cõtrariũ obſeruantiæ, cuius eſt principalibus gratias debitas reddere. Vñ quicũq; horũ contẽnit bñficiũ, ingratus formaliter dř, & eſt, ſed non ſm vnã rõem qa alius ſm rõnem irreligioſitatis, alius ſm rõnem impietatis &c. Et hãc doctrinã colligere potes ab authore pluries repetẽte q̃ religio eſt excellẽter pietas &c. Et ſpãliter in 1. artic. præcedentis quæſtio. vbi loquens de his quatuor virtutibus, ſ. religione, pietate, obſeruantia, & gratia, dixit quòd poſterior diſtinguitur à priori, vt deficiens ab ea: qm̃ prior includit quod eſt poſterioris. Nam religio dum colit Deum vt patrem, habet qđ eſt pietatis: & pietas dum colit patrem vt principium gubernationis, habet quod eſt obſeruantiæ: & obſeruantia dum colit principes vt benefactores habet quod eſt gratiæ & per conſequens dum cõtemnuntur beneficia Dei, patris, principis, aut particularis benefactoris diuerſæ ſunt ingratitudines formaliter, vt declaratũ eſt. Ingratitudo quoq; materialiter in oĩbus, q̃ materia ingratitudinis, qũolibet ſumpta, eſſe põt, inuenit̃. Et talis ingratitudo, circunſtantia ponitur peccati illius, qd materia eſt ingratitudinis, & non ad ſpeciem ingratitudinis, ſed ad ſpeciem

ciem illius peccati, cuius eſt circunſtantia ſpectat, vt in art. vlt. q. 88. tertiæ partis, author docet. Li. 4. in fine. Notare quoq; debes, quantũ profecerit author, q in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 2. q. 1. poſuit ingratitudinem opponi iuſtitiæ. Hic autẽ in art. 2. opponi dicit eá gratię. Cum. n. gr̃a ſit pars potentialis iuſtitiæ, id quod ibi toti attribuit, hic propriè illi⁹ parti tribuit, quia ad diſtinctã cognitionem partis peruenit.

q. præc. ar. 4. ad 1. & art. 6.

Concl. in

illud Apoſtoli ad Ro. 13. Nemini q̃c̃q̃ debeatis: ſed q inuitus debet, ingratus eſt, vt Seneca dicit in 4. de Beneficijs.* ergo nõ ſp̃ ingratitudo eſt peccatum.

SED CÕTRA eſt, ꝙ 2. ad Tim. 3. ingratitudo cõnumerat̃ alijs peccatis, cum dr̃. Parẽtibus nõ obedientes, ingrati, ſceleſti.

RESP. dicendũ, ꝙ ſicut dictũ eſt.* debitũ ingratitudinis eſt quoddã debitum honeſtatis, q̃ virtus req̃rit. Ex hoc autem aliquid eſt peccatum, ꝙ repugnat virtuti: vñ manifeſtum eſt ꝙ omnis igratitudo eſt peccatũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gratitudo reſpicit bñficium. Ille aũt qui alicui auxiliatur ad peccandum, non confert beneficium, ſed magis nocumentum: & iõ non debetur ei gr̃arum actio, niſi fortè ꝓp voluntatem bonam ſi ſit deceptus, dum credidit adiuuare ad bonum, & adiuuit ad peccandum. Et tunc non debetur talis recompenſatio, vt adiuuetur ad peccandum: quia hoc non eſſet recopẽſare bonũ, ſed malũ, q̃d cõtrariatur gratitudini.

AD II dicendum, ꝙ nullus ꝓp impotentiam reddendi, ab ingratitudine excuſatur, ex quo ad debitũ ingratitudinis reddendum ſufficit ſola voluntas, vt dictum eſt.* Obliuio aũt beneficij ad ingratitudinem pertinet, nõ quidem illa, quæ prouenit ex naturali defectu, qui nõ ſubiacet voluntati, ſed illa quæ ex negligentia prouenit. Vt. n. dicit Seneca in 3. de benefi.* Apparet illum non ſæpe de reddendo cogitaſſe, cui obrepſerit obliuio.

q. præc. ar tic. 6. ad 1.

Li. 6. c. 1. I in illius.

AD III. dicendum, ꝙ debitum gratitudinis ex debito amoris deriuatur, à quo nullus debet velle abſolui. Vñ ꝙ aliquis inuitus hoc debitum debeat, videtur prouenire ex defectu amoris ad eum, qui beneficium dedit.

Debitum amoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum ingratitudo ſit ſpeciale peccatum.

Nic. de Nyſſ. tr. 3. p. 3. pert. 3. q. 10.

Porrecta ꝑ totum.

559 3. q. 88. ar. 4. & 4. diſ. 22. q. 1. ar. 2. q. 1.

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ ingratitudo non ſit ſpeciale peccatũ. Quicunq;. n. peccat, contra Deum agit, q eſt ſummus benefactor: ſed hoc pertinet ad ingratitudinem. ergo ingratitudo non eſt ſpeciale peccatum.

¶2 Præt. Nullum ſpãle peccatum ſub diuerſis peccatorum gñibus continetur: ſed diuerſis peccatorum generibus poteſt aliquis eſſe ingratus, puta, ſi quis benefactori detrahat, ſiquis furetur, vel aliq̃d aliud huiuſmodi contra eum committat. ergo ingratitudo non eſt ſpeciale peccatum.

Li. 3. c. circa mediũ.

¶3 Præt. Seneca dicit in 3. de beneficijs.* Ingratus eſt qui diſſimulat, ingratior eſt qui non reddit, & ingratiſſimus oĩum qui oblitus eſt: ſed iſta non videntur ad vnam peccati ſpeciem pertinere. ergo ingratitudo non eſt ſpeciale peccatum.

SED CONTRA eſt, ꝙ ingratitudo opponitur gratitudini, ſiuè gratiæ, quæ eſt ſpecialiſ virtus. ergo eſt ſpeciale peccatum.

F RESP. Dicendum, ꝙ oẽ vitium ex defectu virtutis nominat̃, q̃ magis virtuti opponit̃: ſicut illiberalitas magis opponit̃ liberalitati, q̃ prodigalitas. Põt aũt virtuti gratitudinis aliq̃d vitiũ opponi ꝑ exceſſum, puta, ſi recõpenſatio beneficij fiat vel ꝓ quibus non dꝫ, vel citius, q̃ dẽt, vt ex dictis patet: ſed magis opponit̃ gratitudini vitium, quod eſt per defectũ, q̃a virtus gratitudinis, vt ſ. habitum eſt,* in aliq̃d amplius tendit: & iõ ꝓpriè ingratitudo nominat̃ ex gratitudinis defectu. Oĩs aũt defectus, ſeu priuatio ſpẽm ſortit̃ ſm habitum oppoſitum. Differunt. n. cęcitas, & ſurditas ſm dr̃iam viſus, & auditus. G Vñ ſicut gratitudo, vel gr̃a eſt vna ſpãlis virtus, ita ẽt igratitudo eſt vnũ ſpãle peccatum: hẽt tñ diuerſos gradus ſm ordinem eorũ q̃ ad gratitudinem req̃runt̃. In qua primum eſt, ꝙ hõ acceptum bñficium recognoſcat: ſm̃ eſt, ꝙ laudet & gr̃as agat: tertiũ eſt, ꝙ retribuat pro loco, & tp̃e ſm ſuã facultatẽ. Sed q̃a q̃d eſt vltimũ in gñatione, eſt primũ in reſolutione, iõ primus ingratitudinis gradus eſt, vt hõ beneficium nõ retribuat: ſecundus eſt, vt diſſimulet, quaſi non demonſtrans ſe bñficiũ accepiſſe: tertiũ & grauiſſimũ eſt, ꝙ non recognoſcat ſiuè ꝑ obliuionẽ, ſiuè quocunq; alio mõ. H Et q̃a in affirmatione oppoſita intelligit̃ negatio, iõ ad primũ ingratitudinis gradũ ꝑtinet, ꝙ aliq̃s retribuat mala ꝓ bonis: ad ſm ꝙ bñficiũ vituperet: ad tertiũ, ꝙ bñficium, quaſi maleficiũ reputet.

Art. præc. & q. 106. artic. 4.

*q. præc. art. 6.

Concl. in D. 677.

Grad⁹ gratitudinis, & contra.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in quolibet peccato eſt materialis ingratitudo ad Deũ, inquãtũ ſ. facit hõ aliquid, q̃d põt ad ingratitudinem pertinere. Formaliter aũt ingratitudo eſt, q̃n actualiter beneficium contemnitur, & hoc eſt ſpãle peccatum.

AD II dcd̃m, ꝙ nihil ꝓhibet formalẽ rõnẽ alicui⁹ ſpecialis peccati in pluribus peccatorum generibus materialiter inueniri: & ſm hoc in multis I generibus peccatorum inuenit̃ ingratitudinis ratio.

AD III. dicendum, ꝙ illa tria non ſunt diuerſæ ſpecies, ſed diuerſi gradus vnius ſpecialis peccati.

ARTICVLVS III.

Vtrum ingratitudo ſemper ſit peccatum mortale.

Nic. de Nyſſ. tr. 3. p. 3. pert. 3. q. 10.

Porrecta ꝑ totum.

560

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ ingratitudo ſemper ſit peccatum mortale. Deo. n. maxime debet aliq̃s eſſe gratus: ſed peccando venialiter homo non eſt ingratus Deo, alioquin omnes homines eſſent ingrati. ergo nulla ingratitudo eſt peccatum veniale.

K ¶2 Præt. Ex hoc aliq̃d peccatum eſt mortale, quòd contrariatur charitati, vt ſ. dictum eſt:* ſed ingratitudo contrariatur charitati, ex qua procedit debitum gratitudinis, vt ſ. dictum eſt. ergo ingratitudo ſemper eſt peccatum mortale.

q. 24. ar. 12.

q. præc. ar. 1. ad 3. & art. 6. ad 2

¶3 Præt. Seneca dicit in 2. de beneficijs.* Hæc beneficij eſt lex, alter ſtatim obliuiſci debet dati, alter memor eſſe accepti: ſed propter hoc, vt videtur, debet obliuiſci, vt lateat eum peccatum recipientis, ſi contingat eum eſſe ingratum, quod non oporteret ſi ingratitudo eſſet leue peccatum. ergo ingratitudo ſemper eſt peccatum mortale.

*Li. 2. c. 10 in fine illius.

Lex beneficij.

SED CONTRA eſt, quòd nulli eſt danda uia peccandi

Lib. 2.c.9. in fi.illius.

cādi mortaliter: ſꝫ ſicut Sen.dicit ibidē.* Interdū q iuuat, fallendus eſt vt habeat, nec à quo accepit ſciat, qd̄ vr̄ uiam ingratitudinis recipienti pbere. ergo ingratitudo non ſemper eſt pctm̄ mortale.

Art. præc. & art.1.ad 2.

Resp. Dicendum, ꝙ ſicut ex ſ̄dictis patet,* ingratus dr̄ aliquis dupliciter. Vno mō, per ſolā omiſſionem, puta, qa non recognoſcit, vel nō laudat, vel non retribuit vices ꝓ bn̄ficio accepto. Et^m hoc non ſp eſt pctm̄ mortale:ᵃ qa, ut ſ̄ dictum eſt,* debitum gratitudinis eſt, vt hō et aliquid liberaliter tribuat, ad qd̄ non tenet̄: & iō ſi illud ꝑtermittit, non peccat mortaliter. Eſt tñ pctm̄ veniale: quia hoc ꝓuenit ex negligentia quadam, aut ex aliqua indiſpoſitione hoīs ad uirtutem. Pōt tñ contingere, ꝙ etiam talis ingratitudo ſit mortale pctm̄ vel pp interiorem contemptum, vel etiam pp conditionem eius quod ſubtrahit̄, quod ex neceſſitate debet̄ bn̄ficio ſiue ſimpliciter, ſiue in aliquo neceſſitatis caſu. Alio mō, dr̄ aliquis ingratus, quia nō ſolùm ꝑtermittit implere gratitudinis debitū, ſed ēt contrarium agit: & ᵖ hoc etiam ſm̄ conditionē eius quod agitur qn̄que eſt peccatum mortale, quandoque veniale.ᑫ Sciendum tamen quòd ingratitudo, quæ prouenit ex peccato mortali, habet perfectam ingratitudinis rationem: illa uerò, quæ prouenit ex peccato veniali, imperfectam.

Concl.... q.... ar.6.

Concl. p

Ingratitudo pfecta, imperf.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ per pctm̄ veniale non eſt aliquis ingratus Deo ſm̄ perfectam ingratitudinis rōem. Habet tñ aliquid ingratitudinis, inquantum pctm̄ veniale tollit aliquem actū virtutis, per quem homo Deo obſequitur.

Ad ii dicendum, ꝙ ingratitudo, quę eſt cū pctō veniali, non eſt contraria charitati, ſed eſt præter ipſam: quia non tollit habitum charitatis, ſed aliquem actum ipſius excludit.

Ad iii dicendum, ꝙ idem Sen. dicit in 7.de bn̄ficijs.* Errat, ſiquis æſtimat cum dicimus eū qui bn̄ficium dedit, obliuiſci oportere, excutere nos illi memoriam rei, ꝓſertim honeſtiſſimæ. Cum ergo dicimus, meminiſſe non debet, hoc volumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare.

Lib.7. cap. 2. parum a princ.

Ad iiii dicendum, ꝙ ille qui ignorat bn̄ficiū, non eſt igratus ſi bn̄ficium non recompēſet, dummodo ſit paratus recompenſare ſi noſſet. Eſt autē laudabile qn̄que, vt ille cui prouidetur, bn̄ficium ignoret, tum propter inanis gloriæ uitationem, ſicut beatus Nicolaus aurū furtim in domū proijciens uitare uoluit humanū fauorem: tum etiam quia in hoc ipſo amplius bn̄ficium facit, ꝙ conſulit verecundiæ eius, qui beneficium accipit.

Occulte benefacere alicui, quiq; melius.

Articvlvs iiii.

Vtrum ingratis ſint beneficia ſubtrahenda.

Porrecta ꝑ totum.

561 Inf.q.122. art.5.ad 4.

Ad qvartvm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ ingratis ſint bn̄ficia ſubtrahēda. Dr̄.n. Sap.16.ʰ Ingrati ſpes tanquā hibernalis glacies tabeſcet: non aūt eius ſpes tabeſceret, ſi non eſſet ei bn̄ficium ſubtrahendum. ergo ſunt ſubtrahenda beneficia ingratis.

¶ 2 Præt. Nullus debet alteri pbere occaſionē ʰ peccādi: ſed igratus bn̄ficiū recipiēs ſumit occaſionē ingratitudinis. ergo non eſt ingrato bn̄ficiū dādū.

¶ 3 Pręt. In quo quis peccat, per hoc & torquet̄, ut dicitur Sap.11. ſed ille qui ingratus eſt beneficio accepto, peccat contra beneficium. ergo eſt beneficio priuandus.

Sed contra eſt, quod dr̄ Luc.6. ꝙ Altiſſim⁹ benignus eſt ſup igratos, & malos: ſed eius p imitationem nos filios eſſe oportet, ut ibidem dr̄. ergo non debemus ingrātis beneficia ſubtrahere.

Resp. Dicendū, ꝙ circa ingratum duo conſiderāda ſunt. Primo, qd eſt ꝙ ipſe dignus ſit pati, & ᵐ ſic certum eſt, ꝙ meret̄ beneficij ſubtractionem. ⁿ Alio mō, conſiderandum eſt, qd oporteat bn̄ficium facere. Primo nāq; non debet eſſe facilis ad ingratitudinem iudicandā: quia frequenter aliqs ut Sen. dicit,* qui non reddidit, gratus eſt, qa forte non occurrit ei facultas, aut debita opportunitas reddendi. Scdo, ᵖ debet tendere ad hoc, ꝙ de ingrato gratū faciat, ꝙſi non pt primo bn̄ficio ſatiſfacere, forte faciet ſecundo. Si uero ex bn̄ficiis multiplicatis igratitudinem augeat, & peior fiat, debet à beneficiorum exhibitione ceſſare.ᑫ

Concl. no Officium bn̄facientis duplex.

Li.3. de bn̄fic.c.7.1.& procul à fine.

Concl. p

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ authoritas illa loquit̄ q̄tum ad id, quòd ingratus dignus eſt pati.

Ad ii dicendū, ꝙ ille q ingrato bn̄ficiū exhibet non dat ei occaſionē peccādi, ſed magis gratitudinis, & amoris. Si uero ille q accipit, igratitudinis exinde occaſionē ſumat, nō eſt dāti imputādum.

ſic manifeſtum eſt, ꝙ eſt peccatũ mortale. ᵒNullus enim totaliter priuatur ſanctitate, niſi per peccatum mortale.ᵖ Si aũt dicatur hypocrita ille, q intendit ſimulare ſanctitatem, à qua deficit ꝑ peccatum mortale, tunc q̃uis ſit in peccato mortali, ex quo priuat̃ ſanctitate, non tñ ſemper ipſa ſimulatio eſt ei peccatum mortale, ſed qñq; veniale. ᑫ qđ diſcernendum eſt ex fine, qui ſi repugnat charitati Dei, vel proximi erit peccatum mortale, puta, cum ſimulat ſanctitatẽ, vt falſam doctrinã diſſeminet, vel ut adipiſcatur eccleſiaſticã dignitatẽ indign⁹, vel quæcumq; alia tpalia bona, in quibus finẽ cõſtituit. Si verò finis intentus non repugnet charitati, erit peccatum veniale, puta, cum aliqs in ipſa fictione delectatur, de quo dr̃ 4. Eth.* ꝙ magis vr̃ vanus, q̃ malus: eadem. n. ratio eſt de mendacio, & ſimulatione.ʳ Contingit tñ qñq; ꝙ aliquis ſimulat perfectionem ſanctitatis, quæ non eſt de ſalutis neceſſitate: & talis ſimulatio nec ſemper eſt peccatum mortale, nec ſemper eſt cũ peccato mortali.ˢ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Concl. p

Lib. 4. c. 7. a medio.

Concl. ſ

QVÆSTIO CXII.

De iactantia, in duos articulos diuiſa.

POSTEA conſiderãdum eſt de iactantia, & ironia, q̃ ſunt partes mẽdacij ſm Phil. in 4. Eth. Primo autem circa iactantiam quæruntur duo.

¶Primò, Cui uirtuti opponatur.

¶Secundò, Vtrum ſit peccatum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iactantia opponatur uirtuti veritatis.

Porrecta per totum.

578

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ iactantia non opponatur uirtuti veritatis. Veritati. n. opponitur mendacium: ſed quaudoque poteſt eſſe ʰiactantia ẽt ſine mendacio, ſicut cum aliquis ſuam excellẽtiam oſtentat. dr̃. n. Heſter 1. ꝙ Aſſuerus fecit grande conuiuium, vt oſtẽderet diuitias gloriæ ſuæ, ac regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ. ergo iactantia nõ opponitur virtuti veritatis.

¶2 Præt. Iactantia ponit̃ à Grego. 21. Moral. vna de quatuor ſpeciebus ſuperbiæ, cum. ſ. q s iactat ſe habere, quod non habet. vnde dr̃ Hier. 48. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperb eſt valde. ſublimitatem eius, & arrogãtiam, & ſuperbiam, & latitudinẽ cordis eius ego ſcio, ait Dominusᶦ, iactantiam eius, eo ꝙ non ſit iuxta eã virtus eius. Et 31.* Moral. Grego. dicit̃, ꝙ iactãtia oritur ex inani gloria: ſupbia aũt, & inanis gloria opponunt̃ virtuti humilitatis.ᵏ ergo iactãtia nõ opponitur ueritati, ſed humilitati.

* Libr. 21. Mor. & citatur a Magiſt. lib. 2. diſt. 41. Et lib. 23. c. 7 circa prin cip.

Lib. 31. c. 31 a medio.

F ¶3 Præt. Iactantia ex diuitiis cauſari vr̃. vnde dr̃ Sapien. 5. Quid nobis ꝓfuit ſupbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? ſed ſuperfluitas diuitiarum uidetur pertinere ad peccatum auaritiæ, quod opponitur iuſtitiæ, uel liberalitati.ʰ non ergo iactantia opponitur ueritati.

c 5: & quoniam ſcilicet vt cã, & eff. ctus, ideò vnum poni inducitur pro alio.

SED CONTRA eſt, quod Philoſ. dicit in 2. & 4. Ethic.* iactantiam opponi veritati.

Li. 2. c. 7. & lib. 4. c. 7.

G RESP. Dicendum, ꝙ iactantia propriè importare vr̃ ꝙ hõ verbis ſe extollat. Illa. n. quæ uult hõ longè iactare in altum eleuat. Tunc aũt propriè aliquis ſe extollit, qñ de ſe ſupra ſe aliquid dicit: quod quidem contingit dupliciter. Qñq; enim aliquis loquitur de ſe non quidem ſupra id, quod in ſe eſt, ſed ſupra id, quod de eo homines opinant̃: quod Apoſt. refugiens, dicit 2. ad Corint. 12. Parco, neqs exiſtimet me ſupra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Alio modo, aliquis ꝑ uerba ſe extollit, loquẽs de ſe ſupra id, quod in ſe eſt ſecundùm rei veritatem. Et quia magis eſt aliquid iudicandum ſecundùm ꝙ in ſe eſt, quàm ſecundũ H quod eſt in opinione aliorum, inde eſt, quòd magis propriè dicitur iactantia, quando aliquis effert ſe ſupra id, quod in ipſo eſt, quam quando effert ſe ſupra id, quod eſt in opinione aliorum, quamuis utroque modo iactantia dici poſſit. Et ideòᵐ iactantia propriè dicta opponitur ueritati per modum exceſſus.ⁿ

Concl. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de iactantia, ſecundùm ꝙ excedit opinionem.

I AD II. dicendum, quòd iactantiæ peccatum conſiderari poteſt dupliciter. Vno modo, ſecundum ſpeciem actus: & ſic opponitur veritati, ut dictum eſt.* Alio modo, ſecundùm cauſam ſuam, ex qua etſi non ſemper, tamen frequentius accidit: & ſic procedit quidem ex ſuperbia, ſicut ex cauſa interius motiua, & impellente. Ex hoc enim quod aliquis interius per arrogantiam ſupra ſeipſum eleuatur, ſequitur plerumque, ꝙ exterius maiora quædam de ſe iactet: licet quandoque non ex arrogantia, ſed ex quadam uanitate aliquis ad iactãtiam procedat, & in hoc delectetur, quia talis eſt ſecundùm habitum. Et ideò arrogantia, per quam aliquis ſupra ſeipſum extollitur, eſt ſpecies K ſuperbiæ, non tamen eſt idem iactantię, ſed, ut frequentius, eius cauſa: & propter hoc Gregor *. iactantiam ponit inter ſuperbiæ ſpecies. Tendit enim iactator plerumque ad hoc, quòd gloriam conſequatur per ſuam iactantiam: & ideo ſecundum Gregor.* ex inani gloria oritur ſecundum rationem finis.

In corp. art. & q. 100. art. 1.

Loc. cit. in argu. 2. in princ.

Li. 31. c. 31

AD III dicendum, ꝙ opulentia ẽt iactantiã cauſat dupliciter. Vno modo occaſionaliter, inquãtũ de diuitiis aliquis ſupbit: vndè & ſignanter Prou. 8. opes dicuntur ſuperbæ. Alio mõ, per modum finis, quia vt dicitur in 4. Ethic.* aliqui ſeipſos iactan. non ſolũ ꝑꝑ gloriam, ſed etiam propter lucrum, qui de ſeipſis fingũt ea, ex quib. lucrari poſſunt, puta, ꝙ ſint medici, uel ſapientes, uel diuini.

Li. 4. c. 7. a med. to. 5.

SV. QVÆST. CXII. ART. I.

IN art. 1. q. 112. nota duo. Primo, ꝙ iactãtia, licet quo ad vocabuli vſum dicatur ẽt de oſtentatione veri ſupra opinionem, ſeu cognitionẽ aliorum, vt de Aſſuero dr̃ tñ ſm rem, prout eſt nomen vitij ex ſuo gñe (ſic enim tm̃ propriè ſumitur) non dr̃ niſi de oppoſito veritatis ꝑ modũ exceſſus: q̃m ſic tñ eſt nomen vitij ex ſuo gñe. Oſtentatio namq; veri ſupra cognitionẽ aliorũ, nõ eſt mala ex ſuo gñe, ſed qñque bona, iuxta neceſſitatem, aut vtilitatẽ exigẽtẽ hmõi manifeſtationẽ: & qñq; mala ꝑꝑ malũ, aut vanũ finem. Et ꝑꝑea in calce corporis art. concluditur, ꝙ iactantia propriè dicta opponit̃ veritati ꝑ modũ exceſſ⁹: & ſic de iactantia eſt in litera reliquus ſermo. Secũdò, ꝙ ex rñſione ad ſm̃ diſcas & diſcernere, & propriè loqui. Nã ſpẽs ſuperbiæ non iactantia, ſed arrogantia intus eſt, q̃ frequenter cauſa eſt iactantiæ, quæ ſpecies eſt menda

ARTICVLVS II.

Vtrum iactantia ſit peccatum mortale.

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ iactantia ſit peccatum mortale. Dr̃.n. Prou. 28. Qui ſe iactat, & dilatat, iurgia concitat: ſed concitare iurgia eſt pctm̃ mortale. deteſtatur.n. Deus eos, qui ſeminant diſcordias, vt hr̃ Prouerb. 6. ergo iactantia eſt peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Omne quod prohibet̃ in lege Dei eſt peccatum mortale: ſed ſup illud Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, dicit gl.* iactantiam, & ſuperbiam prohibet. ergo iactantia eſt peccatum mortale.

¶ 3 Præt. Iactantia eſt mendaciũ quoddam: non eſt autem mendacium officioſum, vel iocoſũ, qđ patet ex fine mendacij, quia vt Phil. dicit in 4. Eth.* Iactator fingit de ſe maiora exiſtentibus, qñque nullius gratia, qñque gratia gloriæ, vel honoris, qñque autem gratia argenti. & ſic patet, ꝙ neq; eſt mendacium iocoſum, neq; officioſum. Vnde relinquit̃, ꝙ ſemper ſit pernicioſum. vr̃ ergo quòd ſemper ſit peccatum mortale.

SED CONTRA eſt, ꝙ iactãtia orit̃ ex inanigloria, ſm Greg. * 31. mor. ſed inanis gloria nõ ſemper eſt peccatum mortale, ſed qñque veniale, quod uitare eſt valde perfectorum. Dicit.n. Greg. ꝙ ualde eſt perfectorum ſic ex oſtenſo opere, authoris gloriam q̃rere, ut de illata laude priuata neſciant exultatione gaudere. ergo iactantia non ſemper eſt peccatum mortale.

RESP. dicẽdum, ꝙ ſicut ſ. dictum eſt,* peccatũ mortale eſt, quod charitati contrariatur. Duplicitet ergo iactantia cõſiderari poteſt. Vno modo, ſm ſe, prout eſt mendacium quoddam: & ᵐ ſic qñque eſt peccatũ mortale, qñque veniale.ⁿ Mortale quidem, qñ aliquis iactanter de ſe ꝓfert, qđ eſt cõtra gloriam Dei: ſicut ex perſona regis Tyri dr̃ Ezech. 28. Eleuatũ eſt cor tuum, & dixiſti. Deus ego ſum. Vel ẽt contra charitatem proximi: ſicut cum aliquis iactando ſeipſum, prorumpit in contumelias aliorum, ſicut hr̃ Luc. 18. de Phariſæo, qui dicebat, Nõ ſũ ſicut cæteri hoĩum, raptores, iniuſti, adulteri, velut ẽt hic Publicanus. Qñque vero eſt peccatum ueniale, qñ.ſ. aliquis de ſe talia iactat, quæ neq; ſunt contra Deum, neq. contra proximum. Alio mõ, põt conſiderari ſm ſuam cauſam, ſ. ſupbiam, vel appetitum lucri, aut

G inanis gloriæ. Et ᵖ ſic ſi ꝓcedat ex ſuperbia, uel inani gloria, q̃ ſit pctm̃ mortale, etiam iactantia erit pctm̃ mortale: alioquin erit pctm̃ ueniale. ᑫ Sed qñque aliquis prorumpit in iactantiã ꝓpter appetitum lucri: & hoc videtur iam pertinere ad proximi deceptionem, & damnum. Et ideo talis iactantia magis eſt peccatum mortale. ᶠ Vnde & Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ tur-

H pior eſt, qui ſe iactat cauſa lucri, q̃ qui ſe iactat cauſa glorię, vel honoris. Non ᵘ tamen ſemper eſt peccatum mortale: ˣ qa poteſt eſſe tale lucrum, ex quo alius non damnificatur.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ille q iactat ſe ad hoc, ꝙ iurgia cõcitet, peccat mortaliter: ſed qñq. contingit, ꝙ iactantia eſt cã iurgiorum non per ſe, ſed p accidens. Vnde ex hoc iactãtia

I non eſt peccatum mortale.

AD II dcm̃, ꝙ gl. illa loquit̃ de iactantia, ſm quòd procedit ex ſuperbia prohibita, quæ eſt peccatum mortale.

AD III dcm̃, ꝙ non ſp iactantia importat mendaciũ pnicioſum, ſed ſolum qñ eſt contra charitatẽ Dei, aut proximi, aut ſm ſe, aut ſm ſuam cauſam. Quòd ãt aliquis ſe iactet quaſi ex hoc ipſo delectat̃, eſt quod

K dã uanũ, ut Phil. dicit.* Vnde reducit̃ ad mendaciũ iocoſum, niſi forte hoc diuinæ dilectioni p̃ferret, vt pp hoc Dei pręcepta cõtemneret. Sic.n. eſſet cõtra charitatem Dei, in quo ſola mẽs noſtra debet qeſcere, ſicut in ultimo fine. Videtur autẽ ad mendacium officioſum ptinere, cum aliquis ad hoc ſe iactat, ut gloriam, uel lucrum acq̃rat, dummodo hoc ſit ſine damno aliorum: quia hoc iam pertineret ad mendacium pnicioſum.

SVP. QVÆST. CXII. ART. II.

Porrecta s totum. 579 IN ar. 2. eiuſ. q. 112. collige primo q̃ ſint que caſus, in quib⁹ iactãtia eſt mortale peccatum. Primus, qñ iactator de ſe profert id qđ eſt contra charitatem Dei, vt de rege Tyri dr̃. Secundus, qñ ꝓfert id qđ eſt cõtra charitatem proximi, vt Phariſæus fecit. Tertius, qñ ex ſupbia uel inani gloria mortali, ut cũ qs quaſi nõ acceperit a Deo, ſe iactat. Quartus, qñ ex cupiditate lucri cum dãno ꝓximi, itus, vel extra, ut cum quis iactat ſe doctorem, aut

Gl. interlinear. ibid. medicum, & inde falſã doctrinã ſeminat, vel pecuniã exhaurit, aut corpora lędit. Quintus, cum qs uſq; adeo delectat̃ iactantia, vt in ea finem poneret, puta, qa non curat de pceptis Dei, vt ipleat

Lib. 4. c. 7. circa me. tom. 5. appetitum ſuũ in ſe iactando. Et hic caſus cõis eſt omnibus uanis, quæ de genere ſuo ſunt uenialia.

¶ Aduerte ſecundo, ꝙ quia iactantia ꝓprie dicta, de quo eſt ſermo, eſt ſpecies mẽdacij: iõ in primis duobus caſib⁹, in quib⁹ iactantia ſm ſe eſt pctm̃ mortale, interuenit mendaciũ pnicioſũ, vel directe cõtra Deũ vt in primo, dũ dixit

Li. 31. c. 32 a med. hõ, De⁹ ego ſũ: vel cõtra ꝓximũ, dũ ſuperbus dixit, Non ſum ſicut cęteri hoĩm, uelut ẽt hic Publicanus. In reliqs aũt caſib⁹ mendacium iactantiæ ſit pnicioſum ex cã. Iõ .n. pernicioſe mentit̃ qs ſe medicum, quia pp damnum proximi, uel pp talem ſupbiam, & huiuſmodi, vt patet.

q. 100. ar. 4 ¶ Circa p̃ntem articulum, dubiũ occurrit: qa diminuta videtur doctrina hæc de iactantia. Nam contingit, ꝙ quis iactet ſe de malo perpetrato, & tũc conſtat, quòd nõ

Concl. ... mẽtitur, & tñ peccat mortaliter iactando ſe. Et ſimiliter contingit, ꝙ aliquis abſque mendacio iactet ſe medicum ex ſupbia mortali, & cupiditate nocendi: & tunc ſimiliter iactantia eſt peccatum mortale. Et hęc in l̃ra p̃termittũtur. In quã ẽt prætermittit̃, cum qs iactat ſe de malo, quod non fecit: qm̃ iactantia oppoſita ueritati per exceſſum plus dicit de bono, non de malo. Nam dicere plus de malo ſpectat ad ironiam, quæ dicit min⁹ de bono. Eiuſdẽ namque rõis eſt dicere minus boni, & plus mali: qm̃ minus bonũ mali rationem habet.

¶ Ad hoc dicit̃, quòd

Concl. p doctrina præſentis articuli eſt ſufficiens, nec aliquid prætermiſſũ opportunum. Nã quòd aliquis iactet ſe de perpetrato malo, non eſt actio iſta iactãtiæ uitij: ſed inanis glorię, iuxta illud Pſalmi, Quid gloriaris in malitia? Iactantia enim mendacium exigit: quoniam ſpe-

Concl. ſ cies non eſt ſeparabilis à ſuo genere. Inanis autem gloria non

Li. 4. cap. 7 a med. to. 5. requirit mẽdacium. Similiter, quòd iactet ſe quis cum ueritate medicum, aut confeſſorem &c. ani-

pars ... ... mo nocendi, aut ex ſuperbia, & huiuſmodi, non eſt actus iſte iactantiæ uitij, ſed ſuperbiæ, aut iniuſtitiæ, aut ſacrilegij, aut luxuriæ, & huiuſmodi, iuxta naturam uitij imperantis hanc manifeſtationem veri. Quando autem aliquis iactat ſe de malo, quod non fecit, hic veræ iactantiæ actus eſt, habens mendacium pernicioſum pro quanto ſeipſum infamat. Et quoniam talis iactator accipit malum ſub ratione

Epilogus p̄dictarũ concl. boni, & differt nihil bonum, uel apparens bonum, ut dicitur in ſecundo Phyſicorum ideo non ad ironiã, quæ declinationem

Lib. 4. Eth. c. 7. parũ a med. to. 5. a bono, ſed ad iactantiam, quę exceſſum in bono uero, vel apparenti dicit, talis loquutio ſpectat. Nec prętermiſſa eſt ab authore, ſed comprehenſa eſt in ſecundo caſu, in quo iactator profert aliquid contra charitatem proximi. Scriptum enim cum ſit, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, ſub charitate proximi præintelligitur charitas ſuipſius.

SVPER QVÆSTIONEM CXIII.

IN q. 113. nihil in ſpecie de ſola ironia occurrit dicēdū. Sed vniuerſaliter de oppoſitis veritatis virtuti quærendū, an virtuti veritatis ſint ſufficienter aſſignata oppoſita vitia. Vi. n. qđ non, Tum quia ad veracem ſpectat dicere verum nō ſolum circa conditiones perſonæ ſuæ, ſed in quacunq; materia: iactātia aūt, & ironia ſolum important exceſſum, & defectum veritatis circa conditiones perſonæ propriæ. Multa ergo relinquuntur ſub veritate, quo non pollui poſſunt per hæc vitia: Tum quia ad veracem ſpectat verificare dicta, ſeruando promiſſa, vt in q. 80. habitum eſt. Sed obſeruationi promiſſorū neque mendacium, neque ſimulatio, neque iactantia, neque ironia opponitur, ſed perfidia, cuius nulla fit in litera mentio. Inſufficienter ergo determinatum hic videtur de oppoſitis veritati, & de ipſa veritate quo ad actum fidei.

QVÆSTIO CXIII.

De Ironia, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de ironia.

Circa quam quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum ironia ſit peccatum.

¶ Secundò, De comparatione eius ad iactantiam.

¶ Ad primum horum dr̄, ꝙ quia veritas per ſe primò reſpicit conditiones perſonæ dicentis, & alia non reſpicit, niſi prout ſunt in dicēte, vt patet ex dictis: ideo veritati & aſſignatū eſt vniuerſaliter oppoſitū, qđ ſe extendit ad primò, & ſecundariò reſpecta à veritate, ſ. mēdaciū tā verbo, q̄ facto, & aſſignata ſunt F ſpecialia oppoſita circa per ſe primò materiam veritatis, conditiones ſcilicet perſonæ dicentis, videlicet iactantia, & ironiā.

¶ Ad ſecundā aūt non facilè patet ſatisfactio. Oportet ſiquidē hic multa diſcutere. Primo, an fides coincidat cum veritate: & ſi non, quò prætermiſſa eſt fides: Si ſic, quare nō eſt determinatū de actu fidei, & eius oppoſitis. Secundo, an fides habeat propriā materiā, & quam. Tertio, an ſit ad oēs. Quarto, an habeat vim obligatiuam, & quantum peccat frangens fidem. Et primi quidem dubii rō eſt, quia veritas conſiſtit in conformitate ſignorum exteriorum ad ea, quæ ſunt intus in nobis: fides autē cōſiſtit in conformitate factorū ad dicta. Hæ aūt diuerſæ ſunt cōformitatū ſpecies, nō eſt ergo fides idē quod veritas. Et confirmatur hoc ex oppoſitis, quia ſ. veritati opponitur directè mendacium: fidei autem directè opponitur infidelitas.

¶ In oppoſitum autem eſt authoritas literæ ſuperius in q. 80.

¶ Secundi verò dubii rō eſt, quia fides eſt, qua fiunt dicta: ſed I oīa poſſunt dici. ergo oīa poſſunt eſſe materia fidei. Præterea. Quæcunq; poſſunt promitti, poſſunt eſſe materia fidei: ſed omne poſſibile fieri ab aliquo, poteſt promitti. non ergo eſt aliqđ certum genus eorum, quæ ſunt materia fidei.

¶ In oppoſitum autem eſt, quia ſpecialis virtus habet ſpecialē materiam: fides autem eſt ſpecialis virtus ergo.

¶ Tertii aūt dubii rō eſt, q̄a fides nō eſt ad infideles, iuxta illud Atrei i Actio poeta. Neq; dedi, neq; do infideli fidē. Præterea. Fides nō eſt ad latrones, & vniuerſaliter ad extorquētes vi, metu aut dolo ꝓmiſſiones, vt patet ex Tullio in primo de officiis.

¶ In contrarium aūt eſt, quia fides etiam hoſti ſeruanda eſt, vt dicitur 23. q. 1. ca. Noli. Præterea. Niſi eſſet fides mutua inter homines, non poſſemus conuiuere ſed cum omnibus contingit conuiuere ergo ad omnes eſt fides.

¶ Quarti demū dubii rō eſt, quia ſeruare fidem eſt de præcepto iuris naturæ: quod aūt eſt hmōi, obligat de neceſſitate, ac per K hoc ſi non fiat, incurrit peccatum mortale. Præterea. Infidelitas tollit conuictum ſocietatis humanę, qm̄ niſi fidem ſibiinuicem ſeruarent hoīes, non poſſent conuiuere. ergo contrariatur charitati, qua homo animal ſociale debet cum aliis cōuiuere, ac per hoc opponitur charitati quantum ad delectationem proximi. ergo eſt mortale ex ſuo genere.

¶ In oppoſitum eſt, quia ſimplex promiſſio non obligat ex neceſſitate, ſed de honeſtate. non eſt ergo huiuſmodi infidelitas mortale, ſed veniale peccatum.

¶ Ad horū euidētiam ſciendum eſt, ꝙ fides qua fiunt dicta, de qua eſt ſermo, ſumit̄ tripliciter. Primo, vt ex debito legali, ſeu ciuili implet promiſſa, iuxta Tullii diffinitionem in 1. de Officiis. Fides eſt dictorum, conuentorumq; conſtantia, & veritas.

¶ Secundò, vt ex debito morali implet promiſſa.

¶ Tertiò, vt ex debito implet promiſſa non determinādo quale ſit illud debitum, an morale, an ciuile. Et ſi primo mō ſumitur fides, non eſt ſpecialis virtus, ſed coincidit cū diuerſis virtutibus. Seruando namque promiſſum, qui reddit debitū creditori, iuſtitiæ actum exercet: qui implet iuſiurandum, religionis opus complet. Similiter ſi tertio modo ſumit̄, non eſt unius ſpālis virtutis nomen, ſed cōe nomen eſt ad oēm fidem, qua fiunt dicta. Scđo aūt mō ſi ſumat̄, eſt ſpālis uirtutis moralis nomen.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ironia, per quā aliquis de ſe fingit minora, ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Vr̄ ꝙ ironia, per quā aliqs de ſe fingit minora, non ſit pctm̄. G Nullum enim pctm̄ procedit ex diuina confortatione [b] ex qua procedit ꝙ aliquis de ſe minora dicat, ſecundum illud Prou. 30. Viſio quā locut[a]

Sigāat. n. uirtutem illam, quā hō bn̄ ſe hēt ad alterum in hoc, ꝙ facit ut dixit in his, ad q̄ non tenetur ex debito legali, ſed morali tm̄. Actus nāque iſte humanus bonus moraliter eſt, ſpecialem hn̄s laudē ex hoc ipſo, ꝙ facit, qđ dixit, ſeruata debita materia, & circunſtātiis, & ad alterum eſt, nec ex debito eſt ciuili. Vñ non pōt cogi a iudice ſi non facit qđ dixit, ſed ex debito morali procedit, ſine quo moris honeſtas non ſaluatur. Nam uiolando fidem non reſtat moris honeſtas, vt patet: & propterea exigit ſpecialem uirtutem adiunctam iuſtitiæ. Videtur autem uirtus iſta eadem eſſe uirtuti ueritatis ea rōne, quia eiuſdem moris eſſe videtur, vt homo verum dicat, & ut dicta uerificet. Veritatis quippe eſt verum dicere: fidei uero dictum uerificare. Vnde & Tullius fidem per veritatem diffinit, dicendo, ꝙ eſt dictorum ueritas, cuius ſignum eſt, ꝙ veraces illos appellamus, qui implent quod dicunt. Vocatur ergo uirtus ueritatis fides, pro quanto eſt principium uerificandi dicta. & propterea dictum eſt, ꝙ fides reducitur ad veritatem. Actus aūt proprius eius ut ſic, non eſt uere ſignificare, hic enim eſt actus proprius veritatis: ſed eſt uerificare quod dictum eſt. Vnde patet, quòd materia eius propria eſt materia promiſſionis, ita ꝙ quicquid non poteſt eſſe materia promiſſionis, longe abeſt a materia fidei. Quo fit, vt quicquid aut malum, aut maioris boni impeditiuum eſt, ſub fide cadere non poſſit. Propter quòd 22. q. 4. dicitur. In malis promiſſis reſcinde fidem. Et ſi diligenter conſiderauerimus, eoſdem exigit comites fides, quos iurm promiſſorium, videlicet iuſtitiam, iudicium, & veritatem. Oportet nāque quod faciendum eſt pro fide ſeruanda, eſſe iuſtum, hoc eſt, non malum eſſe: diſcretum, hoc eſt, rationabile. Et hinc excluduntur indifferentia, & ſtulta: in verificatione autem fides ipſa conſiſtit. Et quoniam tam promiſſio, quàm eius uerificatio, uoluntarius actus eſt, & primus quidem gratuitus, ſecūdus ex morali procedens debito, ideo quicquid repugnat gratuitæ, ſeu uoluntariæ promiſſioni, tollit morale debitum fidei. Et propterea, ſi quis vi, metu, aut dolo promiſit, cum promiſſio gratuita non fuerit, quàmuis fuerit uoluntaria, loquendo de uoluntario mixto, non tenetur verificare dictum ſuum. Nō enim morum honeſtas exigit, ut gratuita fiant coacte. Nec honeſtati cōuenit, ut ex iniquitate reportet quis commodum ſibi, vel ſuis: reportaret autem, ſi teneretur coactus ui, metu, aut dolo, implere promiſſum.

Porrecta § totum.

580

Sup. q. 100 ar. 2. cor. & 3. diſt. 39. art. 2. ad 6.

¶ Quibus viſis, ſingillatim ad qōnes motas dicendum eſt. Et ad primam quidem dr̄, ꝙ fides coincidit in idem ſpecie, & numero cum ueritate, & ſola ratione ab ea differt: qm̄ ueritas dr̄ pro quanto conformat ſigna ſignatis apud ſe, fides autē pro quanto conformat facta dictis. Ab authore autem non oīno prætermiſſa eſt: quoniam & ſuperius de promiſſione determinauit, & in q. 110. art. 3. ad quintum, declarauit ꝙ dupliciter aliquis ab infidelitate excuſatur, vt ibi patet.

¶ Ad primam autē obiectionem in oppoſitum dicitur, ꝙ licet conformitas ſigni ad ſignatum, & facti ad dictum, ſint diuerſarum rationum in genere naturæ: ſunt tamen eiuſdem rōnis in genere moris.

¶ Ad ſecundam uero dr̄, ꝙ cum conſtet vni virtuti multa uitia opponi ſm̄ diuerſos modos corrumpendi actus illius uirtutis, vt patet de charitatis oppoſitis vltra odiū, qđ directe illi opponit̄, nullum inconueniens eſt, ꝙ ueritati inquantū ueritas eſt, directe, & adæquate opponat̄ mendacium: & eidem inquantū fides eſt, opponat̄ infidelitas, quæ & ſi non ſit proprie mendacij ſpecies, ſapit tn̄ nonnihil mendacij, dum infidelis aliud habet ex debito in mente, licet non de facto, quia mutauit uoluntatem, & aliud in opere: ac per hoc mentitur debitum.

¶ Ad ſecundam uero quæſtionem dicitur, ꝙ fides habet propriam materiam, ſcilicet opus bonū alias non debitum, poſſibile fieri a promittente. Nullus enim promittit, niſi id quod in ſua eſt poteſtate. Nec ualet promiſſio, niſi ſit alicuius boni.

est uir, cū quo est Deus & qui Deo secū morante cōfortatus, ait, Stultissimus sum virorū. & Amos 7 dr̄. Respōdit Amos, Non sum ꝓpheta. ergo ironia. per quam aliquis minora de se dicit, non est peccatum.

¶2. Præt. Greg.* dicit in epistola ad Augustinum Anglorum episcopum. Bonarū mentiū est suas ibi culpas agnoscere, ubi culpa non est: sed oē peccatum repugnat bonitati mētis. ergo ironia non est peccatum.

¶3 Præt. Fugere superbiam non est peccatū: sed aliq̄ minora ď seipsis dicunt fugientes tumidū, ut Philos. dicit in 4. Ethic. *ergo ironia non est peccatū.

Sed contra est, q̄ Aug. dicit in libro de uerbis Apostoli.* Cū humilitatis cā mentiris si non eras peccator antequàm mentireris, mētiendo efficeris.

Respon. Dicendū, q̄ hoc q̄ aliqui minora de se dicant, pōt cōtingere dupliciter. Vno mō, salua veritate, dum. s. maiora, q̄ sunt in seipsis, reticent: quędā vero minora detegunt, & de se proferunt, q̄ in tñ in se esse recognoscunt, Et sic minora de se dicere non pertinet ad ironiā, nec est pctm̄ secūdū genus suū, nisi per alicuius circunstātiæ corruptionē. Alio mō, aliq̄s dicit minora à veritate declinās, puta, cū asserit de se aliqd uile, qd̄ in se nō recognoscit: aut cū negat de se aliquid magnū, quod tñ percipit in seipso esse. Et sic pertinet ad ironiam, & est semper peccatum.

Ad primvm ergo dicēdū, quòd duplex ē sapiētia, & duplex stultitia. Est. n. qdā sapientia ſm Deū, q̄ humanā, vel mūdanam stultitiam hēt anunctā ſm illud 1. ad Corint. 3. Siquis inter uos sapiens vr̄ esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiēs Alia verò est sapiētia mundana, quę ut ibidem subdit stultitia est apud Deū. Ille ergo qui à Deo confortatur, confiteť se esse stultissimū secundū reputationē humanā, q. s. humana contemnit, quæ hominum sapientia quærit, vnde & ibidem subdit. Et sapientia hominum nō est mecum. & postea subdit: Et noui sanctorū scientiā. Vel potest dici sapientia hominum q̄ humana rōe acquiriť: sapientia verò sanctorū, q̄ ex diuina inspiratione habeť. Amos aūt negauit se esse prophetā origine, quia s. non erat de genere ꝓphetarū: unde & ibidē subdit: Nec filius prophetæ.

Ad ii dicendum, q̄ ad bonitatē mētis pertinet ut hō ad iustitiæ perfectionē tendat: & iō in culpā reputat non solum si deficiat à cōi iustitia, quod verè culpa est, sed ēt si deficiat à iustitiæ perfectione; quod qñ que culpa non est. Non aūt culpam dicit, qd̄ ꝓ culpa non recognoscit, quod ad ironiæ mēdacium pertineret.

Ad iii dicendū, q̄ hō non dēt vnū p̄ceptū facere, ut aliud vitet: & iō non dēt mētiri qualitercumq;, ut vitet superbiam. Vñ Aug.* dicit super Joan. Nō ita caueať arrogantia, ut veritas relinquatur. & Greg. dicit. * q̄ incautè sunt humiles, qui se mentiendo illaqueant.

Et q̄a affirmatio, & negatio vnius sunt generis, appellatione operis boni intellige ēt vel omissionē bonā, vt cū q̄s ꝓmittit non ire venatum tali die, ne impediat illius venationē. Et si aliàs tale bonum esset proximo debitum ab hoc, iam non ex sola fide deberetur.

¶Ad primā autē obiectionem in opposituī dr̄, q̄ non est ca. iē rō de materia uerbi, & de materia fidei: q̄a ēt mala, & turpia possunt bene dici, nō tñ possunt benè ꝓmitti: & iō nō oīa quæ possunt dici, cadunt sub fide. Secunda uero obiectio vna limitatione excluditur, ut. s. fides æquetur in materia nō promissioni, sed promissioni spōtaneę & ſm rectā rōem. Cōstat. n. quod recta ratio non cōcedit promittere, nisi bonum possibile fieri per promittentem &c.

¶Ad tertiā autem q̄ōnē dr̄, q̄ fides, absolutè loquendo, est ad oēs hoīes: qñ omni homini promittit aliqd pōt, q̄ seruandū est. Verū sicut ex parte materiæ cōtingūt impedimenta, ut patet ex dictis, ita ex parte illius cui seruanda ē fides. Nā ñ cōpulit, aut decepit, non meretur ut sibi fides seruetur, ut superius dixit author in q. 89. ar. 7. ad tertium, Et hoc vult Tullius. Et similiter si infidelis est i eodē negotio: et sic uerificatur dictū Actii, loquendo uidelicet d infideli ut sic. Na infidelis ut sic, non minus, q̄ dolosus meretť nō sibi seruari fidē: ve si mutua fuit quasi cōuentio, altero non seruante fidē, absolutus est alter: Quamuis Tullius dicta Actii tā q̄ ab Atræo prolata suscipienda non putat in libro 3. de officiis. Et p hęc patet solutio obiectorum.

¶Ad quartam demū dubitationem dr̄, q̄ violare fidem procul dubio peccatum est. Nā ex qualibet ꝓmissione hō obligať in foro cōsciētiæ ad verificandū dictū. Hoc. n. naturalis rō sic dictat, ut eius oppositū manifestè noceat trāq̄llitati humanę societatis. Discernere. ät oportet qñ ē veniale, uel mortale pctm̄, mortale illud solū est, qd charitati cōtrariať. Sicut ät de mēdacio in litera distinctū ē, ita & de infidelitate distinguendum est, nam quædā est perniciosa, quædam non. Et perniciosa quidem mortale peccatum est, cæteræ venialia peccata non transcendunt. Est aūt perniciosa, si cōtra dilectionem Dei, aut proximi est: ut si quis promittat alicui succurrere primo mane inchoato bello, & non seruet. Et similiter si quis promittit tenere aliquod secretum, quod magni refert, si reuelaretur: si medicus promittat periclitanti infirmo subuenire, qui spe frustratus notabiliter læsus est. Et vniuersaliter ad conditionem rei ꝓmissæ spectare oportet, an sit utilis, seu necessaria proximo, ita q̄ oppositum sit nociuum proximo, qñ tunc contra eius charitatem est. Nam ex sola ratione promissionis violatæ, licèt rō peccati habeatur, quia est cōtra rōis naturalis rectitudinem, nō tñ habetur rō peccati mortalis, nisi ad aliqd contra charitatem Dei, aut proximi descendatur. Violare nāque promissionem ñ nisi fallere importat. Fallere ät proximum ex genere suo nō est mortale, ut patet de mentiente, q ad hoc mentiť ut fallat. Et cōstat, q̄ non peccat mortaliter, nisi grātia [illegible] perniciose. Sūt ät duo ſm Tulliū casus, in q̄bus sine oī peccato [illegible] rectè ꝓmissa non seruať. Primus est, cū seruare fidem factū est inutile ei cui seruanda est: vt si q̄s ꝓmisisset alicui ensem, & interī efficeret furiosus, nō est ei seruanda fides. Secundus, cum seruare fidem, factū est magis nociuū mihi, q̄ ibi esset vtilis obseruatio ut si quis ꝓmisisset se iturum aduocatum [illegible] eius cras, & accidit proprii filii infirmitas exigens paternā curā, nō teneť tunc ad seruandā fidem. Author ät sequens Senecam vnum vniuersalem casū posuit in q. 110. s. mutationem, dum dixit, q̄ omnia debent esse immutata, si pacta seruanda sunt. Oportet ergo considerare impedimenta superuenientia, & cōferre cum re promissa, & collatione facta, qd̄ recta tūc rō suadet, pensatis cōditionib⁹ locorū, psonarū, temporū, & negotiorum, honestum exequi.

¶Ad primam ergo obiectionem in opposi tum dr̄, q̄ non quicquid est contra ius naturæ, est peccatū mortale, ut patet de mendacio, q̄ est secundū se prauum, ut dicitur in 4. Ethi. Plus enim requiritur ad peccatū mortale. s. q̄ sit contra dilectionem Dei, aut proximi. Vndè ex hoc, q̄ natura ei⁹ violatur, non aliud habetur, nisi q̄ fidei violatio peccatum est.

¶Ad secundam autem obiectionem dr̄, q̄ fides, ut extendit se ad debitum ciuile, benè obligat ad mortale: quia eius oppositum tolleret, & ius, & socialem vitam. Sed fides, ut concludiť infra limites debiti moralis, oportet q̄ consideret iuxta materiā subiectam, & distinguendo dicatur, q̄ ut concernit ea, quorum pfidia vergeret contra Deū, aut proximū obligat ad mortale, quia talis perfidia tollit societatis diuinæ, & humanæ bonum: ut uerò concernit illa, quorum perfidia parum, aut nihil alicui nocet, non obligat ad mortale. Nec huiusmodi perfidia tollit bonum conuictus humanæ societatis, quamuis aliqualiter impediat trāquillitatem illius: est enim præter tale bonum potius quàm contra. Et hæc de toto tractatu de veritatis uirtute, & illius oppositis dicta sufficiant.

In fine registri in epist. Ad Aug. episc. Angl. cap. 10. ante medium.

Li. 4. ca. 7. circa med. & a medio, to. 5.

In ser. 29. parū ante me. & ser. 31. to. 10.

Concl. m

Concl. p

Sapiētia, & stultitia, duplex.

Bonæ mētes.

Referť 22. q. 2. c. cauea

Humilitas cautus.

Li. 26. Moral. c. 2. nō procul a fi ne.

Porrecta per totum.

581

ARTICVLVS II.

Vtrum ironia ſit minus peccatum, quàm iactantia.

Locus ſup. ar. 1. inductus.

AD SECVNDVM ſic pcedit. Vr̃ q̧ ironia non ſit minus peccatum, q̃ iactantia. Vtrumque.n.eſt peccatum, inquantum declinat à veritate, quæ æqualitas eſt quędam: ſed ab æqualitate non magis declinat qui excedit, q̃ qui diminuit. ergo [h] ironia non eſt minus peccatum, quàm iactantia.

¶2 Præt. Secundum Phil.* ironia quandoque iactãtia eſt: iactantia autẽ non eſt ironia. [h] ergo ironia non eſt minus peccatum, quàm iactantia.

¶3 Præt. Prouer. 26. dr̃. Quando ſubmiſerit uocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius: ſed ſubmittere vocem pertinet ad [h] ironiã. ergo in ea eſt multiplex nequitia.

Lib. 4. c. 7. tom. 5.

SED CONTRA eſt, q̧ Phil. dicit in 4. Ethic. q̧ irones, & minus dicentes, gratiores ſecundum mores videntur.

q. 100. art. 2. & 4.

RESP. Dicendum, q̧ ſicut dictum eſt,* vnum mẽdacium eſt grauius altero, quandoque quidem ex materia de qua eſt, ſicut mendacium, qđ fit in doctrina religionis, eſt grauiſſimum. Quandoq; autẽ ex motiuo ad peccandum, ſicut mendacium pernicioſum eſt grauius, q̃ officioſum, vel iocoſum. Ironia aũt & iactantia circa idem mentiuntur vel verbis, vel quibuſcumque exterioribus ſignis, ſ. circa conditionem perſonæ, undè [m] quantum ad hoc æqualia ſunt: [n] ſed vt plurimum iactantia ex turpiori motiuo procedit, ſ. ex appetitu lucri, vel honoris: ironia verò ex hoc, q̧ fugit licet inordinatè, per elationem alijs grauis eſſe: & p̃ſm̃ hoc Philoſ.* dicit, q̧ iactantia eſt grauius peccatum, quàm ironia. [q] Contingit tamen quandoque, q̧ aliquis minora de ſe fingit ex aliquo alio motiuo, puta, ad doloſè decipiendũ, & [r] tunc ironia eſt grauior. [r]

Concl. m. Concl. p Li. 4. Eth. c. 7. to. 5. Concl. ſ

AD PRIMVM ergo dicendum, q̧ ratio illa procedit de ironia, & iactantia ſecundùm quòd mendacij grauitas conſideratur ex ſeipſo, vel ex materia eius. Sic.n. dictum eſt, quòd æqualitatem hñt.

AD II dicendum, q̧ duplex eſt excellentia. Vna quidem in tpalibus rebus: alia verò in ſpiritualibus. Contingit autem quandoque, q̧ aliquis p verba exteriora, uel ſigna prætendit quidem defectũ in exterioribus rebus, puta, p aliquam ueſtẽ abiectam, aut per aliquid hmôi: & per hoc ipſum intendit oſtendere aliquam excellentiam ſpiritualem, ſicut Dominus de quibuſdam dicit Matth. 6. q̧ exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Vndè iſti ſimul incurrunt uitium ironiæ, & iactantiæ, tñ ſecundum diuerſa, & propter hoc grauius peccant. Vnde & Philoſ. dicit in 4. Ethi.* q̧ & ſuperabundantia, & ualde defectus iactantium eſt. Propter quod & de Auguſt. legitur, quòd neque ueſtes nimis pretioſas, neque nimis abiectas habere uolebat, quia in utroque homines ſuam gloriam quærunt.

Lib. 4. c. 7. ad fi. to. 5.

AD III dicendum, q̧ ſicut dicitur Eccleſ. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo: & ſecundùm hoc Salomon loquitur de eo, qui ex doloſa humilitate nequiter uocem ſuam ſubmittit.

QVÆSTIO CXIIII.

De amicitia, quæ affabilitas dicitur, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de amicitia, quæ affabilitas dicitur, & de eius uitijs oppoſitis, quæ ſunt adulatio, & litigium.

Circa amicitiam autem, ſeu affabilitatem, quæruntur duo.

¶Primò, Vtrum ſit ſpãlis uirt᷑.

¶Secũdò, Vtrũ ſit pars iuſtitię.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum amicitia ſit ſpecialis uirtus.

AD PRIMVM ſic pceditur. Vr̃ q̧ amicitia non ſit ſpãlis uirtus. Dicit.n. Philoſ. in 8. Eth.* q̧ amicitia perfecta eſt, q̃ eſt pp uirtutem: quælibet autẽ uirtus eſt amicitię cauſa, quia bonum omnibus eſt amabile, ut Dio. dicit in 4. c. de diui. no.† ergo [h] amicitia non eſt ſpecialis uirtus, ſed conſequens omnem uirtutem.

¶2 Pręt. Philoſ. dicit in 4. Eth.* de tali amico, q̧ non in amando, uel inimicando recipit ſingula ut oportet: ſed ſi aliquis ſigna amicitiæ oſtendat ad eos, [h] quos non amat, uidetur pertinere ad ſimulationem, quæ repugnat uirtuti. ergo huiuſmodi amicitia non eſt uirtus.

¶3 Præt. Virtus immediatè conſtituitur, prout ſapiẽs determinabit, ſicut dicitur 2. Ethi.* ſed Eccleſ. 7. dr̃, Cor ſapientũ ubi triſtitia, & cor ſtultorum ubi lætitia. Vñ ad vitioſum ptinet maximè à delectatione ſibi cauere, ut dr̃ 2. Ethic.* Hęc autem amicitia per ſe quidem deſiderat [h] condelectare, contriſtare autem [h] reueretur, vt Philoſ. dicit in 4. Ethic. ergo amicitia non eſt uirtus.

SED CÕTRA. Præcepta legis dantur de actib. uirtutum*: ſed Eccl. 4. dr̃. Congregationi pauperum affabilem te facio. ergo affabilitas, quæ hic amicitia dr̃, eſt quædam ſpecialis uirtus.

RESP. Dicendum, q̧ ſicut dictum* eſt, cum uirtus ordinetur ad bonũ, ubi occurrit ſpãlis rõ boni, ibi oportet eſſe ſpecialẽ rationem uirtutis. Bonum autem in ordine conſiſtit, ſicut ſupra dictum* eſt. Oportet autem hominẽ conuenienter ad alios homines ordinari in communi conuerſatione tam in factis, quàm

SVP. QVÆ. CXIIII. ART. I.

IN art. 1. q. 114. notã tria. Primum eſt, q̧ virtus iſta apud græcos inominata eſt, vt vr̃ in 4. Eth. ſed quia ſimilis vr̃ amicitiæ, idõ amicitia vocaẽ. Apud latinos aũt vocaẽ affabilitas, vt authori placet, & merito, qa circa colloqa delectabilia principaliter verſaẽ, ut dr̃ in 4. Eth. Affabilium aũt eſt colloqui delectabiliter. Vel appellatur comitas, quaſi ad oẽs ſe comitẽ hẽt, ſuauem cum oĩbus conuerſationem habendo.

Porrecta per totum. 582 Sup. q. 23. ar. 3. ad 1. Et 3. d. 27. q. 2. ar. 1. ad 1. Et d. 34. q. 1. ar. 2. corp. Et vir. q. 1. ar. 5. ad 3. & q. 2. ar. 1. ad 8. * Li. 8. c. 3. † Ca. 4. parte 1. non remote ante medium. * Li. 4. c. 6. parum ante med. tom. 5.

¶Secundum eſt, q̧ affabilitatis materia eſt conuerſatio hominum cum alijs non in quibuſcumque, ſed in his quæ ſerio fiunt, aut dicuntur. Et per hoc diſtinguitur ab eutrapelia, ſeu urbanitate, quæ circa delectabilia uerſatur in his, quæ ioco fiunt.

¶Tertium eſt, q̧ affabilitas duo exigit, quorum vnum ſe hẽt vt finiſ, alterũ vt medium ad finem. Nam finis eius eſt delectabilem ſe alijs exhibere in ſerijs: medium aũt eſt componere verba motuſq; ſuos in ſerijs vt decet ipſum reſpectu illorum cum quibus conuerſatur, conſiderata qualitate negotiorum, & tẽporũ. Ita q̧ ſicut iuſtitia in his quæ fiunt, facit ut ſine iniuria alicuius uerba, negotiaq; fiãt: ita affabilitas efficit, ut in his q̃ dñr, & fiũt hõ non ſit homini, cũ quo conuerſaẽ, moleſtus, nec ẽt in modo dicendi, ſed ei delectabilẽ ſe in omnibus ſerijs exhibeat: ſecundum tñ qđ eundẽ, negotium decet: & hi vulgariter gratioſi appellantur. Non arcet tñ affabilitas hominem, quin q̃nq; ingerat quis triſtiam illi cum quo conuerſaẽ, qñ .ſ. oportet, ut dr̃ in 4. Ethic.

Lib. 2. c. 6. tom. 5. Li. 2. c. vlt. tom. 5. Lib. 4. c. 6. tom. 5. q. 109. ar. 3 & 1. 2. q. 55 art. 3. q. 109. ar. 3 & 1. 2. q. 5. art. 3.

q̃ in dictis, ut.ſ.ad unumquemq; ſe habeat, ſm qđ decet. Et ideo oportet eſſe quandam ſpecialem uirtutem, quę hanc conuenientiam ordinis obſeruet: & hæc uocatur amicitia, ſiue affabilitas.

Concl. ad D.87.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Philoſ.in lib. Eth.de duplici amicitia loquitur, quarũ una conſiſtit principaliter in affectu.quo unus alium diligit: & hæc poteſt cõſequi quamcumque uirtutẽ. Quæ autem ad hanc amicitiam pertinent, s̄ de charitate dicta ſunt. Aliam uero amicitiam ponit, quæ conſiſtit in ſolis exterioribus uerbis, uel factis, q̃ quidem non habet perfectam rationem amicitiæ, ſed quãdam eius ſimilitudinẽ, inquantum aliquis decenter habet ſe ad illos, cum quibus conuerſat̃.

Loco citato in arg. to.5. — q.23.ar.1. & art.3.ad 1.

Ad II dicendũ, ꝙ oĩs hõ naturaliter oĩ homini eſt amicus quodam gñali amore, ſicut ẽt dicitur Eccl.13. ꝙ omne animal diligit ſimile ſibi. Et hunc amorem repræſentant ſigna amicitiæ, quæ quis exterius oſtendit in verbis, vel factis, etiã extraneis, uel ignotis: unde non eſt ibi ſimulatio. Non enim oſtendit eis ſigna perfectæ amicitiæ, quia non eodẽ modo ſe habet familiariter ad extraneos, ſicut ad eos, qui ſunt ſibi ſpeciali amicitia iuncti.

Ad III dicendum, ꝙ cor ſapientum dr̃ eſſe ubi triſtitia, non quidem ut ipſi proximo triſtitiam inferat. dicit.n. Apoſt. ad Rom. 14. Si propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſm charitatẽ ambulas: ſed ut contriſtantibus conſolationem conferat, ſm illud Eccl.7. Non deſis plorantibus in cõſolatione, & cum lugentibus ambula. Cor autem ſtultorum eſt ubi lætitia, non quidem ut ipſi alios lætificent, ſed ut ipſi aliorum lætitia perfruantur. Pertinet ad ſapientem, ut condelectationem afferat his, cum quibus conuerſatur, non quidem laſciuam, quam uirtus cauet, ſed honeſtam, ſecundum illud Pſ.132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Quandoque tamẽ pp aliquod bonum conſequens, uel propter aliqđ malum excludendum, non refugiet uirtuoſus eos, quibus conuiuit, contriſtare. ut Philoſ. dicit in 4. Eth. Vnde & Apoſt.dicit 2.ad Cor.7. Si contriſtaui vos in epiſtola, non me pęnitet. & poſtea: Gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pniam. Et iõ his, qui ſunt proni ad peccandum, non debemus hilarẽ vultum oſtẽdere ad eos delectandum, ne videamur eorum peccato conſentire, & quodãmodo pc̃ti audaciã miniſtrare. Vnde dicitur Eccl.7. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus earum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.

Lib.4. c.6. to.5.

ARTICVLVS II.

Vtrum huiuſmodi amicitia ſit pars iuſtitiæ.

Porrecta ꝑ totum. 583

ADSECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ hmõi amicitia non ſit pars iuſtitię. Ad iuſtitiã .n. pertinet reddere debitum alteri: ſed hoc non pertinet ad hãc virtutẽ, ſed ſolũ delectabiliter aliis cõuiuere. ergo hmõi uirtus non eſt pars iuſtitiæ.

¶ 2 Pręt. Secundũ Philoſ. in 4. Eth. Hmõi uirtus cõſiſtit circa delectationẽ, uel triſtitiã, q̃ eſt in cõuictu: ſed moderari maximas delectationes ꝑtinet ad tẽperantiã, ut ſupra habitum eſt. ergo hæc uirtus eſt magis pars tẽperantiæ, quàm iuſtitiæ.

Lib.4. c.6. to.5. — Elicit̃ ex 1.2. q. 60. art.5. & q. 61. art.3.

¶ 3 Pręt. Aequalia inæqualibus exhibere, cõtra iuſtitiã eſt, vt ſupra habitũ eſt: ſed ſicut Phil. dicit in 4. Eth. Hæc uirtus ſimiliter ad notos & ignotos, et cõſuetos & icõſuetos operatur. ergo hæc uirt⁹ nõ ẽ pars iuſtitiæ, ſed magis ei cõtrariatur.

q.59.ar.1. — Lib. 4.c.6. ante med. to.5.

Sed contra eſt, ꝙ Macr. ponit amicitiã partẽ iuſtitiæ.

Li.1. in ſ. f. ad med. lib.

Resp. Dcẽm, ꝙ hæc uirtus eſt pars iuſtitiæ, inquantũ adiũgit̃ ei, ſicut principali uirtuti. Conuenit.n. cũ iuſtitia in hoc, ꝙ ad alterum eſt, ſicut & iuſtitia. Deficit autem a rõe iuſtitię, quia non habet plenam debiti rõem, prout aliq̃s alteri obligatur vel debito legali, ad cuius ſolutionem lex cogit, uel etiã aliquo debito proueniente ex aliquo beneficio ſuſcepto: ſed ſolum attendit quoddã debitũ honeſtatis, qđ magis eſt ex parte ipſius uirtuoſi, q̃ ex parte alterius, ut.ſ. faciat alteri, quod deceat eum facere.

Concl.

Ad primvm ergo dcẽm, ꝙ ſicut s̄ dictũ eſt, qa hõ naturaliter eſt aĩal ſociale, debet ex quadã honeſtate ueritatis manifeſtationẽ aliis hoĩbus, ſine qua ſocietas hoĩum durare nõ poſſet. Sicut aũt non poſſet hõ uiuere in ſocietate ſine ueritate, ita nec ſine delectatione: quia ſicut Phil. dicit in 8. Eth. Nullus põt per diem morari cũ triſti, nec cũ non delectabili. Et iõ hõ tenet̃ ex quodã naturali debito honeſtatis, ut aliis delectabiliter conuiuat, niſi propter aliquam cauſam neceſſe ſit aliquando alios utiliter contriſtare.

q.109.ar.3 ad 1. — Lib.8. c.5. to.5. Morari cũ triſti quã graue.

Ad II dicendum, ꝙ ad temperantiam pertinet refrænare delectationes ſenſibiles: ſed hæc uirtus conſiſtit circa delectationes in conuictu, quæ ex ratione proueniunt, inquantum unus ad alterum decenter ſe habet. Et has delectationes non oportet refrænare tamquàm noxias.

Ad III dcẽm, ꝙ verbũ illud Philoſophi nõ eſt intelligendum, ꝙ aliquis eodẽ mõ debeat colloq, & cõuiuere notis, & ignotis: qa ut ipſe ibidem ſubdit, non ſimiliter conuenit cõſuetos, & extraneos curare, aut triſtare: ſed in hoc attendit̃ ſimilitudo, quòd ad omnes oportet facere quod decet.

Li. 4. Eth. ca.6. circa med. to.5

SVP. QVÆS. CXIIII. ARTIC. II.

IN art. 2. eiuſd. q. nota primo, ꝙ affabilitas non attendit, ut in lr̃a dr̃, rõem debiti moralis ex parte debentis, & eius cui debet̃, ſed magis ex parte debentis. Cum eñi hõ ſit nãliter aĩal ſociale, debitũ naturali rõe eſt, vt vnuſquiſq; conuerſet̃ cum altero prout ſocium, & uniuerſaliter, prout conuerſantem hoiem decet. Et qm̃ cum triſti, aut nõ delectabili perſona eligibilis nõ eſt conuerſatio, iõ & unicuiq; debet̃, q conuerſatio cum ipſo fiat delectabilis, & quilibet q conuerſat̃, debet delectabiliter conuerſari: ſed qa debitum hoc non fundat̃ ſuꝑ inæqualitate aliqua ex eo ꝙ hic aliqđ acceperit ab eo, ac ꝑ hoc debeat recompenſare ut ad æqualitatem reducantur, vt accidit in debito iuſtitię commutatiuæ, & in uirtute gratitudinis: ſed ſuꝑ commẽſurabilitate actuũ hoĩs ad alium in conuerſando. ex hoc nãque ꝙ actus mei ſunt ſm̃ rõem commenſurabiles ſociali uitę, debeo ego cõponere eos ꝓut me decet, in ordine ad uitam ſocialẽ: Ideo debitũ hoc magis ſe tenet ex parte ipſius uirtuoſi debẽtis facere quod eũ decet ad omnes.

¶ Nota ſcđo, ꝙ quia affabilitas ex debito morali eſt, ſine quo honeſtas moris in cõuerſatione humana ſaluari poteſt, ſed nõ bene, ut patet ex his, q̃ in lr̃a habes, & ex qõ. 80. vbi diſtinctæ ſunt partes iuſtitię: iõ omiſſio affabilitatis extra peccata uenialia non eſt.

QVÆSTIO. CXV.

De adulatione, in duos art. diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de uitiis oppoſitis prædictæ uirtuti.

¶ Primò, De adulatione.

¶ Secundò, De litigio.

Circa adulationẽ q̃runt̃ duo.

¶ Primò, Vtrum adulatio ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ſit peccatũ mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum adulatio ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ adulatio nõ ſit peccatum. Adulatio.n.conſiſtit in quodã ſermone laudis alteri[h] exhibito intentione placendi: ſed laudare aliquem nõ eſt malum ſcd̃m illud Pro.vlt. Surrexerunt filii eius, & beatiſſimam prędicauerunt, uir eius & laudauit eã. Similiter & uelle placere aliis nõ eſt malũ, ſcd̃m illud 1.ad Cor.10. Per oĩa oĩbus placeo. ergo adulatio nõ eſt pctm̃.

¶ 2 Pręt. Bono malũ eſt contrarium, & ſimiliter uituperium laudi: ſed uituperare malum, non eſt peccatum. ergo neque laudare bonum, quod uidet̃ ad adulationem pertinere. ergo adulatio non eſt peccatum.

¶ 3 Pręt. Adulationi detractio cõtrariat̃. Vñ Gre.* dicit, ꝙ remediũ cõtra adulationẽ eſt detractio. Sciẽdũ eſt, inquit, ꝙ ne imoderatis laudib⁹ eleuemur, plerunq; nr̃i rectoris moderamine detractionib⁹ lacerari permittimur, vt quos uox laudãtis eleuat, lingua detrahẽtis humiliet: ſed detractio ẽ malũ, ut ſ. habitũ* ẽ.[h] ergo adulatio ẽ bonũ.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſup illud Ezec.13. Vę qui conſuunt puluillos ſub oĩ cubito manus, dicit glo.* ideſt, ſuauem adulationem. ergo adulatio eſt peccatũ.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, amicitia prędicta, uel affabilitas etſi principaliter delectare intẽdat eos, quibus cõuiuit, tñ ubi neceſſe eſt, pp aliquod bonum exequendum, uel malum uitandum, nõ ueretur contriſtare. Si ergo aliquis in omnibus uelit ad delectationẽ alteri loq, excedit modũ in delectando, & iõ peccat per F exceſſum. Et ſiquidẽ hoc faciat ſola intentione delectãdi, vocatur placidus, ſcd̃m * Philo. Si aũt faciat hoc intentione alicuius lucri conſequendi, vocat̃ blãditor, ſiue adulator.[m] Cõiter tñ nomen adulationis attribui ſolet oĩbus, qui ſupra debitũ modum uirtutis volunt alios uerbis, uel factis delectare in communi conuerſatione[n].

G AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ laudare aliquẽ contingit & bene, & male, prout ſ. debitæ circunſtantiæ vel ſeruant̃, uel pretermittuntur. Si.n.aliquis aliquẽ uelit delectare laudãdo, ut ex hoc eũ conſolet̃ ne in tribulationibus deficiat, uel ẽt ut in bono proficere ſtudeat aliis, debitis circunſtantiis obſeruatis, pertinebit hoc ad prędictã virtutem amicitiæ. Pertinet aũt ad adulationem ſiquis uelit H aliquẽ laudare, in quibus non eſt laudandus, quia fortè mala ſunt, ſcd̃m illud Pſal.9. Laudatur peccator in deſideriis aĩę ſuæ: vel quia non ſunt certa, ſcd̃m illud Eccl.27. Ante ſermonem non laudes uirum. Et iterum Eccl.11. Non laudes uirum in ſpecie ſua: uel ẽt ſi timere poſſit ne humana laude ad inanẽ gloriã prouocetur. Vñ dr̃ Eccl.11. Ante mortẽ ne laudes hoiem. Similiter ẽt uelle placere hoĩbus pp I charitatẽ nutriendã, ut in ea hõ ſpũaliter proficere poſſit, laudabile eſt. Quòd aũt aliquis velit placere hoĩbus pp inanẽ gloriam, uel pp lucrũ, uel ẽt in malo, hoc eſſet peccatum, ſcd̃m illud Pſ.52. Deus diſſipabit oſſa eorum, qui hominibus placent. Et Apoſt. dicit ad Galat.1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

AD II dicendum, ꝙ ẽt vituperare malũ, ſi non adhibeantur debitæ circunſtantiæ, eſt vitioſum: & ſimiliter laudare bonum.

AD III dicendum, quòd nihil prohibet duo uitia eſſe contraria: & ideo ſicut detractio eſt ma- K lum, ita & adulatio, quæ contrariatur ei quantum ad ea quæ dicuntur, non autem directè quantum ad finem: quia adulator quærit delectationem eius, cui adulatur, detractor autem non quęrit eius contriſtationem, cum aliquando occultè detrahat, ſed magis quærit eius infamiam.

Li.4.Ethi. c.6. in fin. tom. 5. — Concluſio. — laudare aliquem. — Velle placere hominibus. — In regiſt. lib.9. epiſt. 39. ante med. Et 22 mor. ca.9. — Glo. interliner. ibid. — q. præceden.

SVP. QVÆ. CXV. ARTIC. I.

Porrecta per totum.

584

IN arti.1.q.115. in reſponſione ad primum, dubium occurrit circa illud uerbũ, Quod peccatum eſſet, ſiquis uellet placere hominibus propter lucrum, uidetur hoc falſum: Tum quia in 4. Ethic. de affabili dicit, quod conſectabit non contriſtare, uel placere, referens ad honeſtum, uel utile, non eſt ergo peccatum referre hoc ad utile ex quo eſt actus uirtutis. Tum quia iſte finis, ſcilicet propter lucrum, non importat aliquid malum ſicut importat ly propter inanem gloriam: & placere hominibus, nec importat malum, nec aliquod ſpirituale non ordinabile ad lucrũ. ergo placere hominibus non ſit malum moraliter ex hoc, quòd ſit propter lucrum. Præterea, in ludicris placere hominibus propter lucrum non eſt peccatum, ut patet in his qui de huiuſmodi arte uiuunt in curiis principum, qui hiſtriones uocantur. ergo nec in ſeriis placere hominibus propter lucrum eſt peccatum. Et tenet ſequela, quia utrobique placere hominibus ordinatur ad eorum delectationem in materia temporali.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia in ſeriis quilibet ex debito oportet quod ſe habeat in cõuerſatione, ut ipſum decet, ideò turpe eſſet ſi ſub pretio hoc poneretur. Quemadmodum ſiquis uellet ſibi ſolui hoc ipſum quod in conuerſando, & colloquendo uerum diceret. Aliena ſiquidem hęc à ratione ſunt: & propterea turpem hominem redderent, qui propter lucrum hoc faceret.

q.72. arti. 2. & 3.

¶ Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd ly honeſtum, & utile non dicit finem affabilitatis, ſed finem actuum, qui ſunt affabilitatis materia, ita quod intendit Ariſt. ꝙ colloquia, & opera, in quibus affabilitas conſectat delectabile vt ſuum finẽ, ordinant̃ ad honeſtum, vel vtile: quaſi diceret, ꝙ ſunt ſeria, & non ludicra ſcd̃m genus ſuum. Quæ.n. ſeriò dicimus, aut facimus, rectè pp honeſtũ, vel vtile aliqd dicimus, aut facimus.

In ar. 2. hoc ſolum notandũ occurrit ꝙ noĩe pecuniæ, vt ẽ materia auaritiæ, nõ intelligiẽ q̃cqd eſt pecunia cõparabile, ſed ſolũmõ quicquid hẽt rõnẽ boni vtilis. Ita ꝙ, cũ pecunia ſua rõne hẽat rõnem boni utilis, vt principale ſui gñis. ſ. boni utilis, ponitur obiectũm auaritiæ, ducens ſecũ totum ſuũ genus. Cũ ãt audis auari obiectũ eſſe bonum vtile tñ memento, ut intelligas id, qđ per ſe eſt de gñe bonorum vtilium, ut ſunt agri, ouilia, armenta, & hmõi: q̃in per accidens ẽt honor, & uoluptas pñt ſpectare ad utilia. ſ. ex intentione alicuius appetentis hæc, & non propter ſe, ſed ꝑꝑ lucrum. Obiecta namque & materiæ uirtutum, & vitiorum penes ea q̃ per ſe ia ſunt diſtinguuntur, & non penes ea quæ ſunt per accidens.

Eſt Aug. in lib. de ſpiritu & lra. c.4. a med. tom. 3.

dicit * gl. Bona eſt lex, quæ dum concupiſcentiam prohibet, omne malum ꝓhibet: videtur autẽ lex ſpecialiter prohibere concupiſcẽtiam auaritię. vnde dicitur Exod. 20. Non concupiſces rem proximi tui. ergo concupiſcentia auaritię eſt omne malum. Et ita auaritia eſt generale peccatum.

Sed cõtra eſt, qđ ad Ro. 1. Auaritia cõnumeratur inter alia ſpecialia peccata, vbi dr̃. Repletus omni iniq̃tate, malitia, fornicatione, auaritia &c.

1. 2. q. 72. artic. 2.

Resp. Dicendũ, ꝗ peccata ſortiunẽ ſpeciem ſm̃ obiecta, vt ſupra * habitum eſt: obiectum autẽ peccati eſt illud bonum, in quod tendit inordinatus appetitus. & iõ vbi eſt ſpecialis ratio boni, quod inordinatè appetitur, ibi eſt ſpecialis ratio peccati. Alia autem eſt ratio boni vtilis, & boni delectabilis: diuitiæ autem ſecundùm ſe habent rationem vtilis. Ea enim ratione appetuntur inquantũ in vſum hominis cedunt: & ideò [m] ſpeciale quoddam peccatum eſt auaritia, ſecundum ꝗ eſt immoderatus amor habendi poſſeſſiones, quæ nomine pecunię deſignanẽ [n], ex qua ſumiẽ auaritię nomẽ. Verum quia verbum habendi ſm̃ primariam impoſitionem ad poſſeſſiones pertinere uĩ, quarum ſumus totaliter domini, ad multa alia deriuaẽ. Sicut dr̃ homo habere ſanitatem, vxorem, ueſtimentum, & alia huiuſmodi, vt patet in prædicamentis per conſequens etiam, & nomen auaritiæ ampliatum eſt, ad omnem immoderatum appetitum habendi quamcunque rem, ſicut * Greg. dicit in quadam Homi. ꝗ auaritia eſt non ſolum pecuniæ, ſed etiam ſcientiæ, & altitudinis, cum ſupra debitum modum ſublimitas ambitur: & [o] ſecundum hoc auaritia non eſt ſpeciale peccatum: Et hoc etiam modo loquiẽ * Aug. de auaritia in authoritate inducta. Vndè patet reſponſio ad primum.

Concl. m

Homo. 6. in Euãge. inter prin. & med.

Concl. p

Citata in argu. 1.

Ad ii dicẽdũ, ꝗ omnes res exteriores, quæ ueniunt in vſum humanæ uitæ, nomine pecuniæ intelliguntur, inquã tum habent rationem boni utilis. Sunt autem quædam exteriora bona, quæ põt aliquis pecunia conſequi, ſicut uoluptates, & honores, & alia hmõi, quæ habent aliam rationẽ appetibilitatis: & iõ illorum appetitus non propriè dr̃ auaritia, ſecundum quòd eſt vitium ſpeciale.

Ad iii dicendum, ꝗ gl. illa loquitur de concupiſcentia inordinata cuiuſcunque rei. Põt. n. intelligi, ꝗ per prohibitionem concupiſcentiæ rerum poſſeſſarum, prohibeantur quarumcunque rerum concupiſcentiæ, quæ per res poſſeſſas haberi pñt.

Porrecta g rerum.

596

Sup. q. 117 art. 2. cor. & q. 118. art. 5. ad 3. Et ma. q. 13. ar. 2. ad 10. Et 4. Eth. lec. 4. per & to ... hu.

Articvlvs iiii.

Vtrum auaritia opponatur liberalitati.

Ad tertivm ſic proceditur. Videẽ ꝗ auaritia non opponatur liberalitati, quia ſuper illud Matth. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã, * Chryſ. dicit, ꝗ duplex eſt iuſtitia, una gñalis, & alia ſpãlis, cui opponiẽ [h] auaritia, & idẽ † Phi. dicit in 5. Eth. ergo auaritia nõ opponitur liberalitati.

¶ 2 Præt. Peccatum auaritiæ in hoc conſiſtit, ꝗ homo tranſcendit [k] menſuram in rebus poſſeſſis: ſed hmõi menſura ſtatuitur per iuſtitiã. ergo auaritia directè opponitur iuſtitiæ, & non liberalitati.

¶ 3 Præt. Liberalitas eſt uirtus media inter duo uitia contraria, ut patet per † Phil. in 2. & 4. Ethic. ſed [h] auaritia non habet pctm̃ contrariũ, & oppoſitũ, & ut patet ꝑ * Phyl. in 5. Eth. ergo auaritia nõ opponiẽ liberalitati.

* Homil. 6 ex uariis locis Matth. tom. 2.

† lib. 5. ca. 1. & 2. to. 5

Sed cõtra ẽ, ꝗ ſicut dr̃ Ec. 5. Auar⁹ nõ implebiẽ pecunia, & q̃ amat diuitias, fructũ ñ capiet ex eis: ſed ñ ipleri pecunia & inordinate eas amare, ẽ cõtrariũ liberalitati, q̃ i appetitu diuitiarũ medium tenet. ergo auaritia opponiẽ liberalitati.

G

Resp. Dcd̃m, ꝗ auaritia importat immoderãtiã quandã circa diuitias dupliciter. Vno mõ, immediate circa ipſam acceptionẽ. & conuerſationẽ diuitiarum, inquantũ. ſ. aliqs acq̃rit pecuniã vltra debitũ aliena ſurripiẽdo, uel retinẽdo, & ſic [n] opponiẽ iuſtitię. * Et hoc mõ accipiẽ auaritia Ezec. 22. ubi dr̃. Princepſeius in medio eius quaſi lupi rapientes ꝑdã ad effundẽdũ ſanguinẽ, & auara lucra ſectãda. Alio mõ, importat immoderantiam circa interiores affectiones diuitiarũ, puta, cum quis nimis amat vł d̃ſiderat diuitias, aut nimis delectaẽ i eis, ẽt ſi nolit rapere aliena: & [p] hoc mõ, auaritia opponiẽ liberalitati, q̃ moderaẽ hmõi affectiones, [q] ut * dcĩm̃ ẽ. Et ſic accipitur auaritia 2. ad Cor. 6. Præparẽnt repromiſſã bñdictionẽ hãc paratã eſſe, & ſic quaſi bñdictionẽ, nõ quaſi auaritiam. gl. ſ. ut doleant pro dato, & parũ ſit quod dent.

H

I

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝗ Chryſ. & Phy. loquunẽ de auaritia primo mõ dicta. Auaritiam ãt ſcđo mõ dictam noiat Philoſophus illiberalitatem

K

Ad ii dcd̃m, ꝗ iuſtitia ꝓprie ſtatuit mẽſurã i acceptionib⁹, & cõſeruationib. diuitiarũ ſm̃ rõnẽ debiti legalis, ut ſ. hõ nõ accipiat, nec retineat alienũ, ſđ liberalitas cõſtituit mẽſurã rõnis, prĩcipaliter qdẽ i iteriorib⁹ affectionib⁹, & ꝑ ꝯſequẽs i exteriori acceptione, & cõſeruatione pecuniarũ, & emiſſione earum, ſm̃ ꝗ exteriori affectione ꝓcedũt, nõ obſeruãdo rationẽ debiti legalis, ſed debiti moralis, quod attenditur

Svp. Qvae. CXVI. Art. III. et IIII.

Nic. de Nyſſ. trac. 3. p. 3. for 2. q. 5.

In arti. 3. & 4. ſimul nota, ꝗ auaritia, ut opponitur liberalitati, non eſt ex ſuo gñe pctm̃ mortale, ſed ex fine, ſi ſ. pecunia amaretẽ vt vltim⁹ finis. Et iõ in lr̃a dr̃, ꝗ tũc eſt pctm̃ mortale, cũ ꝑponiẽ amori Dei, ꝗ ꝑp eã, trãſgredi qs ñ curaret ꝑcepta Dei. Hæc. n. declaratio ex cõib. tacite iſinuat ꝗ ex ꝓpria auaritia iſta ñ ẽ pctm̃ mortale, ſed ex cõitbẽ, qua cæteri amores bonorũ tã naliũ, q̃ fortunę &c. ſũt mortalia pctã ſi excedũt diuinũ amorẽ. ex quo patet, ꝗ imoderat⁹ appetit⁹ lucri in iſi mtũ, vt cõtigit negotiatorib. abſolute, ñ ẽ mort. pec. ex ſuo gñe.

† lib. 2. ca. 7. & lib. 4. ca. 1. to. 5.

* lib. 5. cap. 1. & 2.

¶ In eiſdẽ articulis dubiũ occurrit, An hñs de ſupfluo poſſit cogi ad dãdũ pauperib. Et ẽ rõ dubii, qa in ar. 4 in rñſione ad 2. dr̃, ꝗ ex debito legali teneẽ hñs de ſupfluo dare pauperib. Conſtat ãt, ꝗ id, ad qđ hõ teneẽ ex legali debito, põt homo à iudice cogi, vt patet ſuperi⁹, q. 80 ¶ In oppoſitũ ãt ẽ, qa nulli cõpetit agere cõtra talẽ diuitẽ ꝑ iure ſuo, qa nulli paupi q̃ſitũ ẽ ius ſup ſupfluis diuitiis, cũ ñ ſit maior rõ d̃ uno, q̃ d̃ alio ¶ Ad hui⁹ euidẽtiam ſciẽdũ eſt, ꝗ in lr̃a dr̃ non ſolum de hñte ſupfluum, ſed ẽt abſolutè d̃ uidẽte pauperẽ in piculo neceſſitatis extremæ, ꝗ ex legali debito teneẽ erogare ſua pauperib⁹. Et de ſcđo qdẽ caſu, hoc eſt rõne piculi neceſſitatis extremæ, non eſt difficile pſpicere, ꝗ interueniat legale debitũ. Nã tpe extremæ neceſſitatis oĩa ſunt cõia. Ac ꝑ hoc bona, q̃ alter poſſidet, fiunt mea ſi patior extremã neceſſitatẽ. Et ſi poſſidẽs ñ ſpõte vult mihi ſubuẽire, poſſet iudex cogeẽ. Et ſi hęc via dficeret, poſſũ occulte quaſi ꝑ modũ furti, vel manifeſte, quaſi ꝑ viã rapinę accipere qđ mihi op⁹ ẽ, quĩ ñ accipio aliena, ſed cõia negata, & impoſſibilia aliter haberi in extrema neceſſitate.

Concl. m

Concl. p

q. præce. ar. 6. & art. 2. ad 1. & art. 5. ad 3.

ate. Apparet ergo hic, q. qa extrema necessitas facit res alterius mihi cões, q. ex debito legali mihi debent, & cogi põt à iudice, & in casu defectu à meipso ꝑꝑ necessitatis articulum. Sed i primo casu, cũ qs hẽt de superfluo naturæ, & ꝑsonæ, & nullus apparet in extremæ necessitatis periculo, nõ ita apparet legale debitũ. Verũ si inspexerimus q. dupliciter aliquis põt à iudice cõpelli: Vno mõ, ꝑꝑ debitũ alicui certæ ꝑsonæ, vt si furatus qs fuerit bona alterius, vel aliàs ei debitor fuerit rõe depositi, vel mutui &c. Alio mõ, rõne debiti non alicui singulari personæ, sed ꝑꝑ cõe bonũ, vt si qs homicidiũ cõmiserit, & nullus conqueratur, põt iudex ex officio ꝑꝑ cõe bonũ iustitię seruandũ punire hominẽ: Si hoc, inquã, inspexerimus, nõ apparebit difficile, q. habẽs de superfluo, nec volens spõte impartiri indigẽtibus, põt à principe cogi ad subuẽtionẽ indigẽtiũ. Itaq; põt princeps ex officio, vt iustitia in diuitiis seruetur, à nolente sup fluũ naturæ, & personæ dispensare, distribuere illud indigẽtibus, tamq̃ auferẽdo dispensatiõnẽ diuitiarũ cõmissam diuiti ab ipso indigno. Nã iuxta sanctorum doctrinã, diuitiæ superfluæ non sunt diuiti nisi vt dispensatori concessæ à Deo, vt habeat meritũ bonæ dispensationis. Fundat ergo legale debitũ in hoc casu sup ipsã diuitiarũ iustitiã, q̃ cum in gñe boni vtiles sint, supfluitas non dispensata, sed retenta cõtra vtrusq; vtilitatẽ, occupat. Nã & contra retinentẽ occupat, qa sua est vt sibi prosit dispensatio. Et contra indigentium vtilitatẽ occupatur, quia quod in commune vsum cedere debet, occupatur. Et vt Basilius dixit, ipsorum indigentium est ex debito, licet non de facto. Et iõ indigentibus fit in-

Porrecta per totum.

597 Mal. q. 13. art. 2.

In serm. ad diuites auaros declinando ad finem. Nota Basilium tu diues.

Elicit ex Homil. 15 in Math. i opere imperfecto declinando ad finem, tom. 2.

†Est Aug. in li. de fide & operibus. ca. 16. to. 4.

Ar. prece.

secundum regulam rationis.

AD III dicendũ, q. auaritia ẽm q. opponitur iustitię, nõ habet vitiũ oppositũ, qa auaritia consistit i plus habẽdo q̃ debeat ẽm iustitiã. Et huic opponit minus habere, qđ nõ habet rõem culpę, sed pęnæ: sed auaritia ẽm q. opponit liberalitati, habet vitium prodigalitatis oppositũ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum auaritia semper sit peccatum mortale.

A AD QVARTVM sic ꝓcedit. Vr q. auaritia sp sit peccatũ mortale. Nullus.n. est dignᵒ morte, nisi ꝓ peccato mortali: sed ꝑꝑ auaritiã hoĩes digni sunt morte. Cũ.n. Apost. ad Ro. 1. ꝓmisisset, Repletos oĩ iniquitate, fornicatione, auaritia &c. subdit, qui talia agunt, digni sunt morte. ergo auaritia est peccatum mortale.

¶ 2 Pręt. Minimũ in auaritia ẽ, q. aliqs inordinatè retinet sua: sed hoc vr [h] esse pctm̃ mortale. dicit.n. *Bas. Est panis famelici quẽ tu tenes, nudi tunica q̃ cõseruas, idigẽtis argẽtũ qđ possides. Quocirca tot iniuriaris, quot exhibere valeres: sed iniuriari alteri est peccatũ mortale, qa contrariatur dilectioni proximi. ergo multò magis omnis auaritia est peccatum mortale.

¶ Pręt. Nullus excecat spũali cęcitate, nisi ꝓ peccatũ mortale, quod aĩam priuat lumine grãæ: sed ẽm [h] Chrys. tenebra aĩæ est *pecuniarũ cupido. Ergo auaritia, quæ est pecuniarũ cupido, est peccatum mortale.

SED CONTRA est, q. 1. ad Corinth. 3. sup illud, Si qs ædificauerit sup hoc fundm̃ &c. dicit † gl. q. lignũ, fęnũ, & stipula superędificat ille qui cogitat quę mundi sunt quõ placeat mundo, quod pertinet ad peccatũ auaritiæ. Ille aũt qui ædificat lignũ, fęnũ, & stipulã, non peccat mortaliter, sed venialiter. De eo.n. dr̃ quod saluus erit sic quasi p ignẽ. ergo auaritia quandoq; est veniale peccatũ.

RESP. Dicendũ, q. sicut *dictum est auaritia dupliciter dr̃. Vno mõ, ẽm q. opponitur iustitię: & hoc [m] mõ ex gñe suo est peccatũ mortale. [n] Sic.n. ad auaritiã ꝑtinet q. aliqs iniustè accipiat, vel retineat res alienas, qđ ꝑtinet ad rapinam, vel furtum, q̃ sunt peccata mortalia, vt supra *habitum est. [m] Cõtingit tñ in hoc gñe auaritię aliqđ esse peccatũ veniale ꝑꝑ imperfectionẽ actus[n], sicut supra† dictũ est, cũ de furto agerei. Alio mõ põt accipi auaritia ẽm q. opponit liberalitati: & ẽm hoc importat inordinatũ amorẽ diuitiarum. Si [p] ergo in tm̃ amor diuitiarum crescat, q. pferat charitati, vt.s. ꝑꝑ amore diuitiarum aliqs nõ vereat facere contra amorẽ Dei, & ꝓximi, sic auaritia erit peccatum mortale.[q] Si [r] aũt inordinatio amoris intra hoc sistat, vt.s. hõ, q̃uis sup fluẽ diuitias amet, nõ tñ pferat earũ amorẽ amori diuino, vt si ꝑꝑ diuitias nõ velit aliquid facere cõtra Deũ, & proximum, sic auaritia est peccatum veniale.[r]

AD PRIMVM ergo dicendm, q. auaritia connumerat peccatis mortalib. ẽm illam rationem, qua est peccatum mortale.

AD II dicendm, q. Basi. loquit i illo casu, in quo aliquis tenet ex debito legali bona sua pauperibus erogare vel ꝑꝑ periculum necessitatis, vel et propter superfluitatem habitorum.

AD III dicendm, q. cupido diuitiarũ obtenebrat aĩam ꝓpriè, qñ excludit lumẽ charitatis, pferendo amorem diuitiarum amori diuino.

ARTICVLVS V.

Vtrum auaritia sit maximum peccatorum.

AD QVINTVM sic ꝓcedit. Vr q. auaritia sit maximũ pctõrum. Dr̃.n. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. & postea subdit. Nihil est iniquius q̃ amare pecuniã. Hic.n. & aĩam suã venalẽ hẽt. & * Tullius dicit in 1. de offic. nihil est tã angusti aĩ, tãq; parui, q̃ amare pecuniã: sed hoc ꝑtinet ad auaritiam. ergo[u] auaritia est grauissimũ pctõrũ.

¶ 2 Pręt. Tãtò aliqđ pctm̃ est grauius, quãtò magis charitati cõtrariat: sed auaritia [h] maximè cõtrariat charitati. dicit.n. *Aug. in li. 83. q. q. venenum charitatis est cupiditas. ergo auaritia est maximum peccatorum.

¶ 3 Pręt. Ad grauitatẽ pctĩ pertinet q. sit [h] incurabile

niaria non dispẽsando impensis ... princeps, qui in illos iustitiæ est ex officio auferre põt, & debet, si constat eũ debere.

¶ Ad obiectionẽ aũt in oppositũ dĩ, q. licet iuris determinato pauperi sit acquisitũ ius vt debeatur sibi id q. diues habet de superfluo, quia ex arbitrio diuitis pẽdet dispensatio vt huic, vel illi indigenti det: quia tñ cõi bono hoĩum acquisitũ est ius, vt eæ superfluæ sunt vni, dentur indigẽtibus: iõ princeps, cuius est curam habere de cõi bono, põt ex officio ad hoc cogere tales diuites. Et q̃uis violatio legalis debiti in diuitiis iustitiam violat, non liberalitatẽ, vt patet ex litera, iniustitia aũt ex suo gñe est peccatũ mortale, vtpote contra bonũ proximi, vt ex superius habitis dicimus: tũ diues non dispensans superflua, sed cumulãs ad emendũ sibi dominiũ, ex sola ascendẽdi libidine non solũ illicite agit ꝑꝑ libidinem dñandi, & inordinatũ amorẽ pecuniæ: sed mortaliter peccat contra ꝓximorũ indigentium occupãdo superflua, q̃ pauperibus debentur ex hoc ipso q. superflua sunt, vt habes ex Basilio, & litera &c. Et per hoc patet solutio dubii in principio articuli.

Q. 66. art. 6. & 8.

Concl. m

†Q. 66. art. 6. ad 3.

Concl. p

Concl. r

SVP. QVAE. V III. ART. V.

IN arti. 5. caue ne in verbis literæ erres, & aut fluctues, legẽs q. priuatio boni formaliter se habet in peccato: conuersio autem ad commutabile materialiter. Memento q. de pctõ in gñe mali simpliciter sermo est: cũ cõparantur inter se, qđ eorũ sit prius, vt hic fit, cõstat ãt formale peccati in gñe mali simpliciter cõsistere in priuatione, vt superius plures dictum est.

Porrecta per totum.

598 Psal. 25.

Li. 1 c. cap. tituli est: Vera magnanimitas in dispensatione est.

Q. 26. ... lo ... p... tom. 4.

bile. Vndè & peccatum in Spiritumſanctū dr̄ grauiſſimū, quia eſt irremiſſibile: ſed auaritia eſt peccatum inſanabile. uñ dicit* Philo. in 4. Eth. ꝙ ſenectus, & omnis impotentia auaros facit. ergo auaritia eſt grauiſſimum peccatorum.

Lib. 4. c. 1. declinādo ad fi. to. 5.

¶ 4. Prę̄t. Apoſt. dicit ad Epe. 5. ꝙ auaritia[h] eſt idolorū ſeruitus: ſed idolatria computatur inter grauiſſima peccata, ergo & auaritia.

D. 84. SED CONTRA eſt, ꝙ[d] adulteriū eſt grauius pc̄tm̄ q̄ furtum, vt hr̄ Prou. 6. furtum āt pertinet ad auaritiā. ergo auaria non eſt grauiſſimum peccatorū.

RESP. Dicēdum, ꝙ oē peccatum ex hoc ipſo qđ eſt malum, conſiſtit in quadam corruptione, ſiuè priuatione alicuius boni. Inquantum aūt eſt uoluntarium, conſiſtit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo peccatorum poteſt attēdi. Vno modo, ex parte boni qđ per peccatū cōtemnitur, uel corrumpitur, qđ quantò maius eſt, tātò peccatum grauius eſt: &[m] ſm̄ hoc peccatū qđ eſt contra Deum, eſt grauiſſimum, & ſub hoc eſt peccatū, qđ eſt contra perſonam hoīs, ſub quo eſt peccatū, qđ eſt contra res exteriores, quæ ſunt ad uſum hoīs deputatæ: qđ vr̄ ad auaritiam pertinere. Alio modo pōt attendi gradus peccatorum ex parte boni, cui inordinatè ſubditur appetitus humanus, qđ quantò minus eſt, tātò peccatū eſt deformius. Turpius eſt. n. ſubeſſe inferiori bono, quàm ſuperiori. Bonum aūt exteriorum rerum eſt infimū inter humana bona: eſt. n. minus q̄ bonū corporis, qđ ēt minus ē q̄ bonum aīę, qđ exceditᷓ à bono diuino. Et[p] ſm̄ hoc peccatum auaritiæ, quo appetitus humanus ſubiicitur ēt exterioribus rebus, habet quodammodo deformitatem maiorem. Quia tñ corruptio, uel priuatio boni, formaliter ſe habet in peccato: conuerſio aūt ad bonū cōmutabile materialiter, magis eſt iudicanda grauitas peccati ex parte boni qđ corrumpitur, q̄ ex parte boni, cui ſubiicitur appetitus. Et ideò dicendum eſt, ꝙ auaritia non eſt ſimpliciter maximum peccatorum[t].

Concl. m

Concl. p

Concl. ſ

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ authoritates illæ loquuntur de auaritia ex parte boni, cui ſubditᷓ appetitus. Vñ & in Eccſiaſt. ꝓ rōne ſubditur, ꝙ auarus ſuā aīam hēt uenalē, quia uidelicet aīam ſuā. i. uitā ſuā exponit periculis ꝓ pecunia. & ideò ſubdit, Qm̄ in uita ſua proiecit. i. contempſit, intima ſua, ut. ſ. pecuniā lucraretur.* Tullius ēt addit hoc eſſe anguſti animi, ut ſcilicet uelit pecunię ſubijci.

Loco citato in arg.

AD II dcđm, ꝙ Aug. ibi accipit cupiditatē gñaliter cuiuſcunq; tp̄alis boni, non ſm̄ ꝙ accipitur ſpāliter ꝓ auaritia. Cupiditas. n. cuiuſcunq; tp̄alis boni eſt uenenū charitatis, inquantū. ſ. hō ſpernit bonum diuinum ꝑꝑ hoc, ꝙ inhæret bono tp̄ali.

D. 1005. AD III dcđm, ꝙ aliter eſt inſanabile peccatū in Spm̄ ſc̄tm̄, & aliter auaritia. Nam peccatum in

D. 1019. Spm̄ ſc̄tm̄ eſt[l] inſanabile ex parte cōtēptus, puta, quia hō contemnit, vel miſericordiam, vel iuſtitiā diuinā, aut aliquid horū, per quæ hoīs peccata ſanantur. ideò talis inſanabilitas pertinet ad maiorem grauitatem peccati. Auaritia uerò habet inſanabilitatē ex parte defectus humani, in quē. ſ. ſp ꝓcedit humana natura, qa quo aliquis eſt magis

F deficiens, eò magis indiget adminiculo exteriorū rerū: & iō magis in auaritiā labitᷓ. Vnde per talem inſanabilitatē non oſtenditur peccatum eſſe grauius, ſed quodammodo per hoc eſt perículoſius.

Ad IIII dcđm, ꝙ auaritia cōparatᷓ idolatriæ per quandam ſimilitudinē, quā hēt ad ipſam: qa ſicut idolatra ſubiicit ſe creaturæ exteriori, ita ēt auar*, non tñ eodem modo: ſed idolatra quidem ſubiicit ſe creaturę exteriori ut exhibeat ei cultum diuinū: auarus autem ſubiicit ſe creaturę exteriori immoderatè eam concupiſcendo ad uſum, non tamē ad

G cultum. Et ideo non oportet ꝙ auaritia habeat tantam grauitatem, quantam habet idolatria.

ARTICVLVS VI.

Vtrum auaritia ſit peccatum ſpirituale.

AD SEXTVM ſic ꝓcediᷓt. Vr̄ ꝙ auaritia non ſit peccatum ſpirituale. Peccata. n. ſpiritualia uidentur eſſe[k] circa ſpiritualia bona: ſed materia auaritiæ ſunt bona corporalia, ſ. exteriores diuitiæ. ergo auaritia nō eſt peccatum ſpirituale.

H ¶ 2 Præt. Peccatum ſpūale contra carnale diuiditᷓ: ſed auaritia[E] videtur eſſe peccatū carnale. Sequitur enim corruptionem carnis, vt patet in ſenibus, qui ꝑꝑ naturæ carnalis defectū in auaritiam incidunt. ergo auaritia nō eſt peccatum ſpirituale.

¶ 3 Præt. Pc̄tm̄ carnale eſt per qđ etiam corpus hominis deordinatᷓ, ſm̄ illud Apoſtoli 1. ad

I Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuū peccat: ſed auaritia ēt[b] corporaliter hoīem uexat. vñ &* Chryſ. Mar. 5. Comparat auarum dæmoniaco, q in corpore uexatur. ergo auaritia nō videtur eē peccatū ſpirituale.

SED CONTRA eſt, ꝙ † Greg. 31. Moral. computat auaritiam cum uitijs ſpiritualibus.

RESP. Dicendum, ꝙ peccata pręcipue in affectu conſiſtunt.

K Oēs āt affectiones aīæ, ſiue paſſiones terminantᷓ ad delectationes, & triſtitias, ut patet p* Philoſ. in 2. Eth. Delectationū aūt q̄dā ſunt carnales, & q̄dam ſpirituales. Carnales quidē delectationes dñr, q̄ in ſenſu carnis complētur, ſicut delectationes ciborū, & uenereorum. Delectationes uero ſpirituales dñr, quę complentur in ſola aīę apprehenſione. Illa ergo peccata dicunᷓt carnalia, quæ pficiunᷓt in delectationibus carnalibus:

SVP. QV. CXVIII. ART. VI. VII. ET VIII.

Parالš 3 num. 599

IN articulis reliq. ſ. 6. 7. & 8. eiuſd. q. ſola rn̄ſio ad 4. vlt. articuli, tractanda occurrit quo ad quatuor. Primò, ꝙ auaritia habere dr ſpēs: & hoc non ſic accipiendum vr, vt ſingula enumerata in lr̄a ſint diuerſarum ſpērum. Nā parci, & tenaces eiuſdem vñt rōis differentes ſm̄ magis & minus: ſed quia q̄dam eorum differūt ſpecie, vt aleatores, latrones, lenones, & hmōi, ꝑꝑ quod lr̄a non ſimpliciter dr, ꝙ ſunt ſpēs, ſed quòd magis ſunt ſpecies q̄ filiæ, quia magis accedunt ad naturam ſpecierum, recipiendo p̄dicationem auaritię, vt ſuperioris. Et ſuper 4. Ethi. author modo hęc noiat ſpēs, modo noiat modos illiberalitatis. Secundò, ꝙ litera vr̄ corrupta, cum dicit, vel qa lucratur multa cum paruo labore: qm̄ ex 4. Eth. (vñ hæc recitat author) nō hr̄ hęc ſpēs: ſed oppoſita, ſ. quia lucratur parum ex multo. Ad auaritiam ſiquidē ſpectat valde laborare ꝓ paruo lucro. qm̄ minus decet hoc, & nimiam lucri cupiditatē oſtēdit. Vñ lr̄a corrigenda vr̄ ad tex. 4. Ethic. & legi, Quia lucratur parum cum multo labore. Eſt. n. hic vnus auaritiæ modus. Tertiò, ꝙ primum membrum turpis lucri. ſ. vilia, & ſeruilia opera exercendo per illiberales operationes licet non habeat exemplum in litera, nō ꝓpterea eſt obſcurum, quia in promptu exēpla ſunt auarorum: ꝙ ciuib

*Homi. 14. & 13. i 15. a med. to. 2

†Lib. 31. c. 31.

*Lib. 2. c. 3. cir. pr. to. 5

ſunt diuites cũ ſint, non verentur vilibus, & ſeruilibus ſe occupare operib. propter lucrũ, vt patet in his qui ſequuntur iumẽta, laborant manibus &c. vt pleniores fructus percipiant pecorum, aut agrorũ &c. Quarto, ꝙ cum in litera aleatores ponuntur ſub iniuſto lucro tam hic, q̃ in 4. Ethi. ab auctore, licet non ab Ariſtotele, intellige hoc dictũ de aleatoribus in caſibus, in quibus tenentur ad reſtitutionem, de quib. ſupra dictum eſt: nam alias aleatores nõ iniuſti, ſed auari ſunt, lucrari quærentes ab amicis quibus liberalitas dandum cenſet. Inde enim turpes ſũt ꝙ cupiunt lucrari vnde nõ debent. ſ. ex amicorum bonis: quĩ deberent cupere vt illa conſeruentur: non vt diminuantur.

Correct.

illa uerò dñr ſpũalia, quæ perficiuntur in ſpũalibus delectationibus abſq; carnali delectatione: & hmõi eſt auaritia. Delectatur. n. auarus in hoc, ꝙ cõſiderat ſe poſſeſſorẽ diuitiarũ: & ideò auaritia eſt pctm̃ ſpũale. A

Ad primvm ergo dcdm, ꝙ auaritia circa corporale obiectũ non q̃rit delectationẽ corporalẽ, ſed ſolùm aialem, put. ſ. hõ in hoc delectatur, ꝙ diuitias poſſideat: & ideò non eſt peccatũ carnale. Rõne tñ obiecti mediũ eſt inter peccata purè ſpũalia, quæ quærunt delectationem ſpũalẽ circa obiecta ſpũalia, ſicut ſuperbia eſt circa excellẽtiã: & uitia purè carnalia, q̃ q̃runt delectationẽ purè corpalẽ, circa obiectũ corpale. B

Ad ii. dicendũ, ꝙ motus recipit ſpẽm ſm̃ terminũ ad quẽ, non aũt ſecundũ terminum à quo. Et ideo uitium dr̃ carnale ex hoc, ꝙ tendit in delectationem carnalem, non aũt ex eo, ꝙ procedit ex aliquo defectu carnis. C

Loco citato in arg. 1. Ad iii dcdm, ꝙ Chriſ.* comparat auarum dæmoniaco, non quia uexetur in carne ſicut dæmoniacus, ſed per oppoſitum: quia ſicut dæmoniacus ille, de quo legitur Mar. 5. ſe denudabat, ita auarus ſe ſuperfluis diuitiis onerat.

Porrecta per totum.

Articvlvs vii.

Vtrum auaritia ſit uitium capitale.

600 2. diſt. 42. q. 2. art. 3. Et mal. q. 8. ar. 1. co. & q. 13. ar. 3.

AD septimvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ auaritia non ſit uitium capitale. Auaritia. n. opponitur liberalitati, ſicut medio, & prodigalitati, ſicut extremo: ſed neque liberalitas eſt principalis uirtus, neque prodigalitas uitium capitale.[b] ergo etiam auaritia non debet poni uitium capitale. D

¶ 2 Præt. Sicut ſ.* dictum eſt, illa dñr eſſe uitia capitalia, quæ hñt principales fines, ad quos ordinanẽ fines aliorũ vitiorũ: ſed hoc[k] non competit auaritiæ, quia diuitiæ non habent rationem finis, ſed magis rationem eius quod eſt ad finem, ut dr̃ in 1.* Eth. ergo auaritia non eſt uitium capitale.

1. 2. q. 84. art. 3. & 4. Li. 1. Eth. c. 5. cir. fin. to. 5 †Li. 15. Moral. c. 12. & c. 14. in pr.

¶ 3 Præt. †Greg. dicit 15. Mor. ꝙ auaritia quandoq; oritur ex elatione, quandoque per timorem. Dum enim quidam deficere ſibi ad ſumptum neceſſaria æſtimant, mentem ad auaritiam relaxant. Sunt alij qui dum potentiores uideri appetunt, ad alienarũ rerum ambitum ſuccenduntur. ergo[h] auaritia magis oritur ab aliis vitiis, quàm ipſa ſit vitium capitale reſpectu aliorum. E

Li. 31. c. 31. Sed cõtra eſt, ꝙ* Greg. 31. Mor. ponit auaritiam inter uitia capitalia.

1. 2. q. 84. art. 3. & 4. D. 302. Resp. Dicendũ, ꝙ ſicut ſ.* dictum eſt, Vitium[d] capitale dicitur ex quo alia uitia oriuntur ſm̃ rõnem finis, qui cũ ſit multum appetibilis, propter eius appetitum homo procedit ad multa faciẽnda uel bona, uel mala. Finis aũt maximè appetibilis eſt beatitudo, vel felicitas, q̃ eſt vltim⁹ finis humanæ vitæ, ut ſupra* habitum eſt: & iõ quantò aliquid magis participat cõditiones fęlicitatis, tãtò magis eſt appetibile. Eſt aũt una de conditionibus fęlicitatis, ut ſit p ſe ſufficiẽs, alioquin nõ quietaret appetitũ tanq̃ ultimus finis: ſed p ſe ſufficiẽtiã maximè repromittũt diuitiæ, vt* Boet. dicit i 3. de Con. cuius rõ eſt, quia ſicut† Phil. dicit in 5. Ethic. denario utimur quaſi fideiuſſore ad oĩa habẽda. & Eccle. 10. dr̃ ꝙ pecuniæ obediunt oĩa. & ideò auaritia, q̃ cõſiſtit i appetitu pecuniæ, ẽ uitiũ capitale. 1. 2. q. 1. ar. 4-7. & 8. Li. 3. proſa 3. cir. m ed. †Li. 5. Eth. c. 5. to. 5

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ uirtus perficitur ſm̃ rõnem. Vitium aũt perficitur ſm̃ inclinationẽ appetitus ſenſitiui. Non aũt ad idem genus principaliter reſpicit rõ, & appetitus ſenſitiuus: & ideò nõ[d] oportet ꝙ principale uitium opponatur principali uirtuti. Vñ licèt liberalitas ñ ſit principalis uirtus, quia nõ reſpicit ad principale bonũ rõnis: auaritia tñ eſt principale uitiũ, quia reſpicit ad pecuniam, quæ habet quandam principalitatem inter bona ſenſibilia rõne iam * dicta. Prodigalitas aũt non ordinatur ad aliquem finem principaliter appetibilem, ſed magis uĩ procedere ex defectu rõnis. Vndè* Phil. dicit in 4. Ethico. quòd prodigus magis dicitur uanus, quàm malus. D. 1005. & 1028. & 1179. In cor. art. Lib. 4. c. 1. a med. to. 5.

Ad ii dcdm, ꝙ pecunia ordinatur quidẽ ad aliũ finẽ: inquantũ tñ utilis eſt ad oĩa ſẽſibilia acquirẽda, cõtinet quodãmodo uirtute oĩa. Et ideò habet quandam ſimilitudinẽ fęlicitatis, ut* dictum eſt. In cor. ar.

Ad iii dicendum, ꝙ nihil prohibet uitium capitale interdũ à quibuſdã aliis oriri, vt * dictũ eſt, dum tñ ex eo alia uitia ſoleant plerumque oriri. Q. 36. art. 4 ad 1. & 1. 2. q. 84. art. 4.

Articvlvs viii.

Vtrum proditio, fraus, fallacia periuria, inquietudo, uiolentia, & contra miſericordiam obduratio, ſint auaritiæ filiæ.

Porrecta per totum

Nic. de Nyſſ. trac. 3. p. 3. ter. 2. q. 5.

601 Sup. q. 55. art. 8. Et 2. diſt. 42. q. 2. a. 3. Et ma. q. 8. art. 1. cor. & q. 13 art. 3. * Art. 3.

AD octavvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ non ſint auaritiæ filiæ quæ dñr, ſ. proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, uiolentiæ, & cõtra miſeriordiam obduratio. Auaritia. n. õpponitur liberalitati, ut dictum eſt: proditio aũt, fraus, & fallacia, opponuntur prudentiæ, periuria religioni, inquietudo ſpei, uel charitati, quę quieſcit in amato uiolentiæ opponunẽ iuſtitię, obduratio miſericordiæ. ergo hmõi uitia nõ pertinent ad[h] auaritiam.

¶ 2 Præt. Proditio, dolus, & fallacia, ad idẽ pertinere vñr, ſ. ad proximi deceptionem. ergo non debent oĩa enumerari tanq̃ diuerſæ filiæ auaritiæ.

¶ 3 Præt. Iſido. ponit nouem filias, uidelicet, mẽdaciũ, fraus, furtum, periurium, & turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, uiolẽtia, inhumanitas, rapacitas. ergo prima aſſignatio filiarũ fuit inſufficiẽs.

Lib. 4. c. 1. declinãdo ad fin. ¶ 4 Præt. * Phil. in 4. Eth. ponit multa gña vitiorũ ptinẽtiũ ad auaritiã, quã noiat illiberalitatẽ, uidelicet parcos, tenaces, chimibiles, liberales opationes operantes, & de meretricio paſtos, & uſurarios, aleatores, & mortuorũ ſpoliatores, & latrones. ergo vr̃ ꝙ prędicta enumeratio ſit inſufficiẽs.

Li. 4. Eth. c. 1. cir. ſi. ¶ 5 Præt. Tyranni maximè violẽtias ſubditis inferũt. Dicit aũt* Phil. ibidẽ, ꝙ tyrannos ciuitates de

ſolátes, & ſacta prædátes non dicimus illiberales, ſ. auaros. ergo [h] uiolétia nõ dẽt poni ſilia auaritię.

Li. 31. c. 31. D. 203. SED CONTRA eſt, ꝙ * Greg. 31. Moral. aſſignat auaritiæ ſilias prius enumeratas.

RESP. Dicendum, ꝙ filię * auaritiæ dñr uitia, quę ex ipſa oriunť, & ꝑcipue ſꝫm appetitum finis. Quia uero auaritia eſt ſuperfluus amor hñdi diuitias, in duobus excedit. Primo. n. ſuperabundat in retinẽdo: & [n] ex hac parte oriť ex auaritia obduratio cõtra miſericordiam, [n] quia. ſ. cor eius miſericordia non emollit, vt de diuitijs ſuis ſubueniat miſeris. Scđo, ad auaritiã pertinet ſuperabundare in accipiendo: & ſꝫm hoc auaritia põt conſiderari dupliciter. Vno mõ ſꝫm ꝙ eſt in affectu: & ſic [p] ex auaritia oriť inquietudo, [q] inquantum ingerit hoĩ ſolicitudinẽ, & curas ſuperfluas, Auarus. n. non implebiť pecunia, vt dr̃ Eccl. 5. Alio mõ, põt conſiderari in effectu: & ſic in acquirendo aliena utitur q̃nque quidem vi, [p] quod pertinet ad uiolentias: [p] q̃nque aũt dolo, quod quidẽ ſi fiat in uerbo, [p] fallacia erit quantum ad ſimplex verbum, [p] periurium autem, ſi addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus committitur in opere, ſic quantũ ad res erit fraus: [p] quãtum autem ad perſonas, erit proditio, ut patet de Iuda, qui ex auaritia prodidit Chriſtum.

Concl. in prõ filia prima.

Concl. ꝙ pro 2.

Cõcluſionis ſecunda pars. pro 3. pro 4. pro 5. pro 6. pro 7.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ nõ oportet filias alicuius pc̃ti capitalis ad idem genus uitij pertinere: quia ad finem vnius vitij poſſunt ordinari etiã peccata alterius gñis. Aliud eſt enim peccatum habere filias, & peccatum habere ſpecies.

AD II dicendum, ꝙ illa tria diſtinguuntur, ſicut * dictum eſt.

In cor. ar.

AD III dcđm, ꝙ illa nouem reducũtur ad ſeptẽ prędicta: nam mendacium, & falſum teſtimonium continenť ſub fallacia. Falſum. n. teſtimonium eſt q̃dã ſpecificatio mendacij, ſicut & furtum eſt q̃dã ſpecificatio fraudis, vnde ſub fraude continetur. Appetitus autẽ turpis lucri pertinet ad inquietudinem. Rapacitas autem cõtinetur ſub uiolentia, cum ſit ſpecies eius. Inhumanitas autem eſt idem quod obduratio contra miſericordiam.

AD IIII dcđm, ꝙ illa q̃ ponit Ariſt. ſunt liberalitatis, uel auaritiæ ſpecies magis, q̃ filiæ, põt. n. aliquis dici illiberalis, vel auarus ex eo ꝙ deficit i dãdo, & ſi quidem parum det, vocať parcus: ſi aũt nihil tenax: ſi cũ magna difficultate det, vocať chimibilis, quaſi chimini uẽditor, quia de paruis magnã uim facit. Q̃nque aũt aliquis dr̃ illiberalis, vel auarus, quia excedit in accipiendo. & hoc dupliciter. Vno modo, quia turpiter lucrať uel uilia, & ſeruilia opera exercendo, per illiberales opationes, vel q̃a de aliquibus uitioſis actibus lucratur, ſicut de meretricio, vel de aliquo hmõi, vel quia lucrať de eo quod gratis oportet concedere, ſicut uſurarij, vel quia lucratur parua cum magno labore. Alio modo, quia iniuſtè lucratur uel uiolentiam inferendo, ſicut latrones, uel mortuos ſpoliando, vel ab amicis, auferendo, ſicut aleatores.

AD V dcđm, ꝙ ſicut liberalitas ẽ circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Vñ tyrãni q̃ magna p uiolentiã auferunt, nõ dñr illiberales, ſed iniuſti.

QVÆSTIO CXIX.

De prodigalitate, in tres art. diuiſa.

E DEINDE conſiderandum eſt de prodigalitate. Et circa hoc quęruntur tria.

¶ Primò, Vtrum prodigalitas auaritię opponatur.

¶ Secundò, Vtrum prodigalitas ſit peccatum.

¶ Tertiò, Vtrum ſit grauius peccatum quàm auaritia.

ARTICVLVS I.

G *Vtrum prodigalitas opponatur auaritiæ.*

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ prodigalitas nõ opponatur auaritię. Oppoſita. n. nõ pñt ſimul eſſe in [h] eodẽ: ſed aliq̃ ſũt ꝓdigi, & illiberales. ergo ꝓdigalĩ opponiť auaritię.

¶ 2 Præt. Oppoſita ſunt [h] circa idẽ: ſed auaritia ſꝫm q̃ opponiť liberalitati, eſt circa paſſiones quaſdã, q̃b. hõ afficiť ad pecuH niã: ꝓdigalitas aũt non vr̃ eſſe circa aliquas aiæ paſſiones, nõ n. afficiť circa pecunias, nec circa aliquid aliud hmõi. nõ ergo prodigalitas opponiť auaritię.

¶ 3 Præt. Pc̃m principaliter recipit ſpẽm [h] a fine, vt ſ. * habitũ eſt: ſed ꝓdigalitas ſp vr̃ ordinari ad aliquem finem illicitum, ꝑp quem ſua bona expendat, & ꝑcipuè ꝑp voluptates. vñ & Luc. 15. dr̃ de filio ꝓdigo, ꝙ diſſipauit ſubſtantiã ſuã luxurioſe viuẽdo. ergo vr̃ ꝙ ꝓdigalitas magis opponať I tẽpãtiæ, & iſéſibilitati, q̃ auaritię, & liberalitati.

SED CONTRA eſt, ꝙ * Philoſ. in 2. & in 4. Ethic. ponit prodigalitatem oppoſitam liberalitati, & illiberalitati, quam nunc auaritiam dicimus.

Lib. c. 7. & 4. c. 1. tom. 5.

RESP. dicẽdũ, ꝙ in moralib. attendiť oppoſitio vitiorum adinuicem, & ad virtutẽ ſꝫm ſuperabundantiam, & defectum. Differunt ãt auaritia, & ꝓdigalitas ſꝫm ſupabundantiam, & defectum diuerſimodè. Nam in affectione diuitiarum auarus ſupabundat, plus debito eas diligens: ꝓdigus ãt deficit, minꝰ debito earum ſolicitudinem gerés. Circa K exteriora verò ad ꝓdigalitatem pertinet excedere quidẽ in dando, deficere ãt in retinendo, & acq̃rẽdo. Ad auaritiã autẽ ptinet ecõtrario deficere q̃dẽ in dando, ſupabundare autẽ in accipiendo, & retinẽdo: vñ patet, ꝙ [m] prodigalitas auaritię opponiť.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ nihil ꝓhibet eidẽ ineſſe oppoſita ſꝫm diuerſa, ab illo tñ aliqd magis denoiať, qđ ineſt principaliꝰ. Sicut ãt in liberalitate, q̃ medium tenet, ꝑcipua eſt datio, ad quã acceptio, & retentio ordinanť: ita ẽt auaritia, & ꝓdigalitas ꝑcipuè attenduť ſꝫm dationem. Vñ illi q̃ ſupabundat in dando, vocať ꝓdigus: q̃ ãt deficit in dando, vocať auarus. Contingit autẽ q̃nq; ꝙ aliq̃s deficit in dando, qui tamen nõ excedit in accipiendo, vt Phi-

Concl. in

SVP. QVÆ. CXIX.

IN q. 119 tria no. Primũ eſt, q. qlbo iſta mota eſt in prio. ri lib. q. 84. ar. 1. An cupiditas pro auaritia ſumpta ſit radix omniũ malorum. Et ꝓptea nõ aliter eſt hic in art. 2. i reſponſione ad 1. d. ſicut ẽda. Secũdũ eſt, ꝙ ꝓdigalitas clericorum, nõ ſimplex eſt prodigalitas, ſed habet annexam auaritiam oppoſitam iuſtitiæ, qm̃ clericus accipit pecuniã à pauperibus, q̃a pecunia Eccleſiæ eſt pauperũ & dat q̃ñ, cui &c. nõ oporteret. Tertium eſt, ꝙ peccata quę ex minori ſenſu fiunt ab his q uocant ſimplices, vt contingit in multis actibus bonarum mulierum & hominum deuotorum, qui non pollent prudentia, tantò leuiora ſunt quãtò ſoli prudentiæ opponuntur, ut in reſponſione ad tertium articuli tertii dicitur. Et ratio eſt quia ſequantur in iſtis effectus ſecundum ſcilicet diſpoſitionẽ dũ putant ſe nõ malefacere. Et hæc de toto hac quę. ſufficiat.

Parrhis. prima.

602

ſup. q. 18. art. 3. & 4. Et infra ar. 2. & 3. tar.

1. 2. q. 73. art. 5.

Lib.4. c.1. com.5. Phi.* dicit in 4. Eth. Similiter ét contingit, ꝙ aliqs A
excedat in dando, & ex hoc eſt prodigus, & ſimul
cũ hoc excedat in accipiendo vel ex quadã neceſſi
tate, quia dũ ſuperabundat in dãdo deficiũt ei ꝓ-
pria bona, vñ cogit indebitè acquirere qđ ptinet
ad auaritiam, vel ẽt ꝑꝑ animi inordinationẽ. Dũ
n. nõ dat ꝑꝑ bonum, quaſi contempta uirtute, nõ
curat undecunque, & qualitercunque accipiat. Et
ſic non ſecundum idem eſt prodigus, & auarus.

Ad II dicendum, quòd prodigalitas attenditur
circa paſſiones pecuniæ, non ſicut ſuperabundãs
in eis, ſed ſicut deficiens.

Ad III dicendum, ꝙ prodigus non ſp abũdat B
in dando ꝑꝑ uoluptates circa quas eſt intemperã
tia, ſed qñque quidem ex eo ꝙ taliter diſponitur,
ut diuitias non curet: quandoque aũt ꝑꝑ aliquid
aliud. Vt frequentius tñ ad intemperantias decli-
nant, tum quia ex quo ſuperflue expẽdũt in alijs,
ẽt in rebus uoluptuoſis expendere non uerenť. ad
quas magis inclinat cõcupiſcentia carnis: tum ẽt
quia non delectãtur in bonis uirtutũ, quærũt ſibi
Lib.4. c.1. corporales delectationes. Et inde eſt ut Phil. i* 4.
a me. to.5. Eth. dicit, ꝙ multi prodigorum fiũt intemperati.

ARTICVLVS II.

Porrecta 8 ſequ.m. *Vtrum prodigalitas ſit peccatum.*

603 ADSECVNDVM ſic proceditur. Vr ꝙ prodiga
Inf. art.3. litas non ſit peccatum. Dicit. n. Apoſtol. 1. ad
ad 1. Timo. vlt. Radix omnium malorum eſt cupiditas:
ſed[h] non eſt radix prodigalitatis, quæ ei opponi-
tur. ergo prodigalitas non eſt peccatum.

¶2 Pręt. Apoſt. 1. ad Tim. ult. dicit. Diuitib. huius
ſęculi ꝑcipe, facile[h] tribuere, cõicare: ſed hoc maxi
mè faciunt ꝓdigi. ergo ꝓdigalitas non eſt pctm̃.

¶3 Pręt. Ad prodigalitatem pertinet ſuperabun-
dare ĩ datione, & deficere in ſolicitudine diuitia-
rum: ſed hoc maximè conuenit viris perfectis im
plentib. quod Dñs dicit Matt. 6. Nolite ſoliciti eſ-
ſe in craſtinum; & Matt. 19. Vende oĩa q̃ hẽs, & da
pauperibus. ergo prodigalitas non eſt peccatum.

Sed contra eſt, ꝙ filius prodigus vitupera
tur de ſua prodigalitate.

Art. præc. Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut dcm̃ eſt, prodigali
tas opponitur auaritiæ ſm̃ oppõnem ſuperabun-
dantiæ & defectus: mediũ ãt virtutis per vtrunq;
horum corrumpiť. Ex hoc ãt eſt aliquid vitioſum
& peccatum, ꝙ corrumpit bonum virtutis: vnde E
Concl.m [m]relinquitur, ꝙ prodigalitas ſit peccatum.[n]

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ illud verbũ Apoſt.
quidã exponunt non de cupiditate actuali, ſed de
D.619 quadã habituali cupiditate, q̃[d] eſt concupiſcentia
fomitis, ex qua oĩa peccata oriunť. Alij vero dñt,
ꝙ loqť de cupiditate gñali reſpũ cuiuſcũq; boni:
& ſic manifeſtũ ẽ, ꝙ ꝓdigalitas ex cupiditate oriť.
Prodigus. n. aliqđ bonũ tꝑale cupit cõſeq inordi-
natè, vel placere aliis, vel ſaltẽ ſatisfacere ſuæ vo-
luntati in dãdo: ſed ſi quis rectè cõſideret, Apoſt.
loqť ibi ad lr̃am de cupiditate diuitiarũ. Nã ſ. ꝑmi
D.56. & ſerat, Qui volũt diuites fieri &c. Et ſic[d] dr̃ eſſe aua
154. & ritia radix oĩũ malorũ, non quia oĩa mala ſp ex
1144. auaritia oriãť: ſed q̃a nullũ malũ ẽ, qđ ñ interdũ
oriať ex auaritia. Vñ & ꝓdigalitas qñq; ex auaritia
A naſciť: ſicut cũ aliqs ꝓdigè multa cõſumit intẽtio
ne captãdi fauorẽ aliquorũ, a q̃b. diuitias accipiat

Ad II dcđm, q Apoſt. monet diuites vt facilè
tribuãt, & cõicẽt ſua ſm̃ ꝙ oportet, qđ nõ faciunt
ꝓdigi, q̃a ut Phi.* dicit in 4. Eth. dationes eorũ nõ Lib.4. c.1.
ſunt bonæ, neq; boni gr̃a, neq; ſm̃ ꝙ oportet: ſed poſt med.
qñq. dant multa illis, quos oporteret pauperes eſ to.5.
ſe. hiſtrionib. & adulatorib. bonis ãt nihil dant.

Ad III dcđm, ꝙ ſuperexceſſus ꝓdigalitatis nõ
attẽdiť principlr ſm̃ q̃titatẽ dati, ſed magis in q̃tũ
excedit id quod fieri oportet. Vñ qñq; liberalis ma
iora dat q̃ ꝓdigus, ſi neceſſariũ ſit. Sic ergo dcđm
B eſt, ꝙ illi qui intentione ſequendi Chr̃m, oĩa ſua
dant, & ab aĩo ſuo oĩm tꝑalium ſolicitudinẽ re-
mouent, non ſunt prodigi, ſed perfectè liberales.

ARTICVLVS III.

Vtrum prodigalitas ſit grauius peccatum, quàm auaritia. Porrecta 8 ſequm.

ADTERTIVM ſic ꝓceditur. Vr ꝙ ꝓdigalitas 604
ſit grauius peccatum q̃ auaritia. Per auaritiã Sup. q.197
. n. aliquis nocet proximo, cui bona ſua nõ cõicat: ar. 2. co. &
per prodigalitatem ãt quis ſibiipſi nocet. Dicit. n. q. 118. a.5.
Phil. in* 4. Eth. ꝙ corruptio diuitiarum, per quas art 3. Et
hõ uiuit, eſt quædam ipſius eſſe perditio: grauius ma. q. 13.
autem peccat qui ſibiipſi nocet, ſm̃ illud Eccle. 14. a.2. ad 10.
C Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? ergo[h] prodiga Et 4. Eth. lect. 4. per
litas eſt grauius peccatum, quàm auaritia. to. & lec.5 ſi.

¶2 Præt. Inordinatio, q̃ ꝓuenit cum aliqua cõdõe *Lib.4. c.5
laudabili, minus eſt[h] uitioſa: ſed inordinatio aua- cir. princ.
ritiæ qñq; eſt cum aliqua laudabili cõdõe, ut patet to.5.
in illis, q nolunt ſua expendere, ne cogant aliena
accipere: ꝓdigalitatis ãt inordinatio ꝓuenit cum
cõdõne uitupabili. uñ & ꝓdigalitatẽ attribuimus
intemperatis hoibus, ut Phil. dicit in* 4. Eth. ergo Lib.4. c.5.
prodigalitas eſt grauius peccatum, q̃ auaritia. to.5.

¶3 Præt. Prudentia præcipua eſt inter morales uir
D tutes, ut ſ. habitũ* eſt: ſed ꝓdigalitas magis oppo- q.56. ar.1.
niť prudentię q̃ auaritiæ. dr̃. n. Prou. 21. Theſaurus ad 1. & 1.2
deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti, & im- q.61. art.2 ar. 1.
prudẽs hõ diſſipabit illud. & Phil. dicit in† 4. Eth. Lib.4. c.1.
ꝙ inſipiẽtis eſt ſuperabundãter dare, & nõ accipe to.5.
re.[h] ergo ꝓdigalitas eſt grauius pctm̃ q̃ auaritia.

Sed contra eſt, quòd Phil.* dicit in 4. Ethi. Lib.4. c.1.
quòd prodigus multum uidetur melior illiberali. poſt med. to.5.

Resp. Dcđm, ꝙ[m] prodigalitas ſm̃ ſe cõſiderata Concl.m
minus pctm̃ eſt, q̃ auaritia: & hoc triplici rõe*. Pri
E mò quidem, quia auaritia magis differt a uirtute
oppoſita. Magis. n. ad liberalem pertinet darè, in[k]
quo ſuperabũdat ꝓdigus, q̃ accipere, vel retinere
in quo ſuperabũdat auarus. Secũdò, q̃a prodigus
eſt multis utilis quib. dat, auarus ãt nulli, ſed nec
ſibiipſi, ut dr̃ in* 4. Eth. Tertiò, quia prodigalitas Li. 4. c.1. a
eſt facilè ſanabilis, & per hoc ꝙ declinat ad ętatẽ med. to.5.
ſenectutis, quæ eſt contraria prodigalitati, & per
hoc ꝙ peruenit ad egeſtatem de facili, dum multa
inutiliter conſumit, & ſic pauper factus non pt in
dando ſuperabundare: & ẽt quia de facili pduciť
ad uirtutẽ ꝑꝑ ſimilitudinem quam hĩt ad ipſam:
ſed auarus non de facili ſanatur rõe* ſupradicta. In iſto art.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ dr̃ia prodigi, & q. prec.
& auari non attenditur ſm̃ hoc, quod eſt peccare art.5. ad 1
in ſeipſum, & in alium. Nam prodigus peccat in

ſeipſum, dũ bona ſua conſumit vñ uiuere deberet. Peccarẽt in alterũ, conſumẽdo bona ex q̄bus, aliis deberet prouidere: & præcipuè hoc apparet in clericis, qui ſunt diſpenſatores bonorum eccleſię quę ſunt pauperũ, quos defraudant, ꝓdigè expendendo. Similiter ẽt auarus peccat in alios, inquãtũ deficit in dationib⁹: peccat & in ſeipſum, inquantũ deficit in ſũ pt.b⁹. Vñ dr̃ Eccl. 6. Vir cui De⁹ dedit diuitias, nec tribuit ptãtẽ ut comedat ex eis: ſed tñ in hoc ſupabũdat ꝓdigus, q̃a ſic ſibi & q̄buſdã aliis nocet, ꝙ tñ aliq̄b⁹ ꝓdeſt. Auar⁹ aũt nec aliis, nec ſibi ꝓdeſt: q̃a ñ audet vti ẽt ad ſuã utilitatẽ bonis ſuis.

AD II dicendum, ꝙ cum de uitiis cõiter loquimur, iudicamus de eis ſm propriã rõnẽ ipſorum. Sicut circa prodigalitatẽ attẽdimus, ꝙ ſuperfluè cõſumit diuitias: circa auaritiã verò, ꝙ ſupfluè eas retinet. Quòd aũt quis pp intemperantiã ſuperfluè cõſumat, hoc iã noĩat ſimul peccata multa unde & tales ꝓdigi ſũt peiores, vt dr̃* 4 Eth. Quòd aũt liberalis ſiue auar⁹ abſtineat ab accipiẽdis alienis, etſi i ſe laudabile videatur, tñ ex cã pp q̃ facit, vitupabile ẽ, dũ ideò nõ uult ab aliis accipere, ne cogatur aliis dare.

AD III dcẽm, ꝙ oĩa uitia prudentię opponunt̃, ſicut & oẽs virtutes à prudentia dirigunt̃: & iõ uitiũ ex hoc ipſo ꝙ opponit̃ ſoli prudẽtię leui⁹ reputat̃.

QVÆSTIO CXX.

De Epijcia ſeu æquitate, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de epijcia.

Circa quam quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrũ epiicia ſit uirt⁹.

¶ Secũdo, Vtrũ ſit pars iuſtitię.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum epiicia ſit uirtus.

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ epiicia non ſit uirtus. Nulla.n.virtus aufert aliã uirtutẽ: ſed epiicia aufert aliã uirtutẽ, quia tollit id qđ iuſtũ eſt ſm legẽ, & opponi ur̃ ſeueritati. ergo epiicia nõ eſt uirt⁹.

¶ 2 Pręt. Aug. dicit* in libro de uera religione. In iſtis tpalib⁹ F legim⁹ quanq̃ de his hoĩes iudicent, cum eas inſtituũt, tñ cũ fuerint inſtitutę, & firmatę nõ licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſm ipſas: ſed epiicia[h] vr̃ iudicare de lege qñ eã exiſtimat non eſſe ſeruãdã i aliquo caſu. ergo epiicia magis eſt uitium quam uirtus.

¶ 3 Pręt. Ad epiiciã vr̃ ptinere vt attẽdat ad intẽtionẽ legiſlatoris, ut Phil. dicit in 5.* Eth. G ſed [h] interptari itẽtionẽ legiſlatoris ad ſolũ principẽ ptinet. Vñ imperator dicit† in codice de legibus & cõſtitutionibus prin. Inter æquitatẽ iuſq́; iterpoſitã interpretationem nobis ſolis, & oportet, & licet iſpicere. ergo actus epiiciæ non eſt licitus. ergo epiicia nõ eſt uirt⁹.

SED CONTRA eſt, ꝙ Phil. in † 5. Eth. ponit eam uirtutem.

RESP. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra H dictũ* eſt, cum de legib⁹ ageret̃. Quia humani actus de q̄bus leges dant̃ in ſigularibus cõtingẽtibus cõſiſtunt, q̃[d] inñitis modis uariari põt, nõ fuit poſſibile aliquã regulã legis iſtitui, q̃ in nullo caſu deficeret: ſed legiſlatores[e] attẽdunt ad id qđ in pluribus accidit, ſm hoc legem ferentes: quã tñ in aliq̄bus caſibus ſeruare, eſt cõtra æqualitatẽ iuſtitiæ, & contra cõe bonũ, qđ lex intẽdit. Sicut lex inſtituit, ꝙ depoſita reddãtur, quia hoc, ut in pluribus iuſtum eſt. Cõtingit tñ aliqñ eſſe nociuũ, puta, ſi furioſus depoſuit gladium & eum repoſcat dum eſt in furia: uel ſi aliquis repoſcat depoſitum ad patriæ impugnationẽ. In his ergo & ſimilibus caſibus, malũ eſt ſeq legẽ poſitã. Bonũ aũt eſt ꝑtermiſſis verbis legis, ſequi id qđ K poſcit iuſtitiæ rõ, & cõis utilitas: & ad hoc[f] ordinat̃ epiicia, quæ apud nos dr̃ æquitas. Vnde patet ꝙ [m] epiicia eſt uirt⁹*.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ epiicia nõ deſerit iuſtũ ſimpliciter, ſed iuſtũ qđ eſt lege determinatũ: nec ẽt opponit̃ ſeueritati, q̃ ſequit̃ veritatẽ* legis in q̄b⁹ oportet. Seq aũt uerba legis i q̄b⁹ nõ oportet, uitioſũ ẽ. Vñ dr̃ i codice đ leg.b. & pſti. prin. Nõ dubiũ eſt i legẽ cõmit

SVP. QV. CXX.

IN q.120. nota primo, ꝙ qui eſt epiiciæ, ſeu æquitatis, vt latinè loquamur in lingua latina. Vt.n. ex 5. Eth. patet, ęquitas eſt directiuo legis, vbi deficit pp vniuerſale. Dr̃.n. in primis directio, quia cõſiſtit actus eius in hoc qđ ẽ rectificare, & rectum facere opus. Dr̃, legis tam poſitiuæ, q̃ naturalis: vniuerſalis tñ & defectiuæ in aliquibus. Dr̃, vbi deficit ad moſtrãdã propriã materiam æquitatis eſſe actus illos, in quibus lex deficit. Dr̃ pp uniuerſale, quia cauſa defectus eius ad hoc ut æquitas habeat locũ, nõ eſt, quæcũque, ſed ſola iſta. ſ. pp uniuerſale deficit, hoc eſt, ſi ideò deficit quia qđ uniuerſaliter ſtatutũ eſt hoc particulari caſu deficit. Ad quorũ pleniorem intellectũ ſcire oportet, ꝙ lex poſitiua cõtinet duo gña ſtatutorũ. Quædam quæ uocãtur, & ſunt iuris poſitiui, q. ſ. à principio nihil differt ſic uel aliter ſtatuere, ut ꝙ hoĩes ſic, uel aliter veſtiant̃, & hmõi. Quædam verò, q̃ vocantur iuris naturæ, ſeu gentium, quæ lex poſitiua magis monſtrat, q̃ ſtatuat. Hæc autem quæ ad naturale ius ſpectãt, ſunt duorum ordinum. Nam quædã ſic ſunt vniuerſaliter vera, vt in nullo caſu deficiant, vt non eſſe mentiendũ, non eſſe adulteriũ perpetrandum, & hmõi: & in iſtis, qui deficere nequeunt, nullum locũ habet ęquitas. Quædam vero ſunt, quæ vt in pluribus rectitudinem continent, in aliquo tñ caſu a rectitudine, declinarent ſi ſeruarentur, vt depoſita reddenda eſſe, rectum eſt vt in plurib. Quia tñ q̄nq; ſi redderetur depoſitum, eſſet iniquum, oportuit aliquod aliud directiuum inueniri horum operũ, in quib. lex naturalis depoſitorum deficit: & hoc directiuum vocat̃ virt⁹ æquitatis: & ſimiliter in ſtatutis, quæ ſunt pure poſitiui iuris, oportet ſimile directiuum adeſſe: qñ leges de ſingularib. ſingulariter, vtpote ignotis, non dant̃, ſed oportet ꝙ de ſingularib. vniuerſaliter dent̃; puta, ꝙ quicunq; aſcendit ſine licẽtia muros ciuitatis decapitetur, & ſic de aliis. Cõtingũt aũt ſingulares caſus, in quib. hmõi leges deficiunt, ita ꝙ iniquum eſſet eas ſeruare, vtpote ſi hoſtes ſubito inuadunt ciuitatem, & per ſubitum aſcenſũ eorũ, qui ſunt intus, poteſt auxilium ferri & ſaluari. Decernit ſi quidẽ ęquitas in hoc caſu non eſſe legẽ ſeruandã, & in his actibus ipſa æquitas dirigit. Patet ergo, ꝙ vtriuſq; legis. ſ. pure poſitiuæ, & naturalis defectiuæ, æquitas directio eſt i his operibus, in quibus deficiũt nõ quõlibet, ſed pp uniuerſaliter eſſe poſitas. Nã ſi deficeret lex in caſu aliquo pp priuilegium aliter pcipiẽs, q̃ lex cõis, non ſpectat directio actuum priuilegii ad æquitatem: quia non deficit tunc lex propterea q̃a erat uniuerſalis, ſed quia legiſlator derogauit legi quoad hos priuilegiatos: & ſimile eſt ſi ex quacunq; alia cauſa lex deficiat. Nunq̃.n. ſpectat directio ad æquitatem niſi deficiat propter uniuerſale: & propterea nõ ſpectat ad æquitatem ſi lex propter obſcuritatem, aut ambiguitatẽ, ſenſuum deficiat, aut deficere dubitetur. Interpretari enim leges authoritatiuè ſpectat ad principem: doctrinaliter autem ad legiſperitos. Propter qđ in litera dicitur in arti.1. in reſponſione ad tertium, quòd æquitas non habet locum niſi ubi manifeſte deficit̃ lex, ubi non conſolatione, ſed exceptione ne opus eſt. Et hoc bene notent ſapientes in oculis ſuis, qui etiã quæ iuris ſunt diuini interpretari præſumunt in caſu non eſſe intelligenda, & dicũt ſe uti epiicia. Nõ. enim æquitatis eſt interpretari, an in hoc caſu ſeruanda ſit lex, ſed ubi manifeſte lex deficit propter uniuerſale, dirigere. Diligẽtiſſimè quod Non arca. que notandum eſt, dubium quod

Prodigi peiores qui. Li.4.ca.1. nõ multo poſt principium, to.5

Porrecta § totum.

605

Inf.q.128. ar.1.ad 6. & 3.di.37. ar.4.cor.fi. & 5.Ethic. lib.16. Cap.31 nõ remote a ſtu, to 1.

*Li.5.Eth. ca.10.to.5

†in codice lib.1.tit. 17.c. inter æquitatem

†Li.5.cap. 10.to.5.

1.2.q.96 art.6.

D.718.

D.918.

D.556.

Conclu.

*Alias non ba.

Li.& titu. locitatus I

tere cũ, q verba legis amplex⁹, ꝑ legiſlatoris nitit̃ uoluntatẽ.

Ad II dicẽdũ, ꝙ ille de lege iudicat, q dicit eam non eſſe bene poſitã: qui uero dicit uerba legis nõ eẽ i hoc caſu ſeruãda, ñ iudicat de lege, ſed de aliquo negotio particulari ꝙ occurrit. B

Ad III dicẽdũ, ꝙ interpretatio locum hẽt in dubiis, in quib⁹ nõ licet abſq; determinatione pricipis a verbis legis recedere: ſed i manifeſtis ñ ẽ opus iterpretatione, ſed executione.

ARTICVLVS II.

Vtrum epiicia ſit pars iuſtitię.

IN ar. 5. dubium occurrit ex Martino q. 3. circa illud dictũ literæ ſ. Fortitudo ẽ ẽt circa pericula mortis in bello particulari, cũ .ſ. quis vt deſerat virtutẽ, impugnat̃ vſq; ad mortẽ. Vult ſiquidẽ Martinus hoc eſſe falſum, affertq; cõtra hoc plura motiua. Primo igit̃ arguit ſic. Fortitudo eſt tm̃ circa illa mortis pericula, in quibus eſt contrapugnatio ſm̃ vires exteriores contra mortẽ, ſed in ſolis periculis mortis, q̃ eſt in bello cõiter dicto, eſt hmõi contrapugnatio. ergo in his ſolis eſt fortitudo, & conſequenter non eſt in illis, quæ ſuſtinentur pp virtutẽ ſeruandã ſine exteriori defenſione. Maior probat̃, inquit, per rõem Ari. in 3. Ethi. dicẽtis, Similiter aũt & viriliter agunt, in quibus eſt fortitudo, & bonũ mori. Deinde probat̃ rõe. In illis ſolis mortis periculis, in quibus eſt contrapugnatio, de qua loquimur, reperit̃ timor, & audacia. ergo in illis ſolis eſt fortitudo. Cõſequẽtia patet, & añs probatur, quia in actibus illis, in quibus pro iuſtitia, aut fide ſeruanda ſine contrapugnatione ſubimus pericula mortis, audere ſp eſt laudabile, q̃a audere ibi fit tm̃ per actũ, quo malumus ſubire mortẽ q̃ relinquere virtutẽ. Timere aũt, ſeu fugere, ſp eſt inhoneſtũ, quia timere fit per actũ contrariũ audaciæ rectæ. In illis verò in quibus eſt contrapugnatio, cadit actus audendi hõneſtè. ſ. in contrapugnatione aſſumenda &c. Et præterea in executione huius actus cadit audacia, cadit timor, cadit fortitudo media, & rurſus põt ẽt ſtante imperio executiones ad contrapugnandũ peccare peccatis oppoſitis fortitudini per audaciã aggrediendo, vel expectando, cũ vtilius eſſet cedere his, qui longẽ proculdubio numero & robore, & armis validiores ſunt, ita vt certa ſit eorũ victoria, ſi expectentur. ergo &c. Tertio, In ſubeũdis periculis mortis cõtingentibus aliter q̃ in bello contrapugnatiuo dirigunt̃ hoĩes ſufficienter per alios habitus a fortitudine. ergo fortitudo non eſt circa illa, cõſequẽtia patet, & añs probatur longo proceſſu, diſtinguendo ſecundum Ariſtote. vt ipſe dicit, virtutem in ipſam ſimplicem, & in eius gradus tres, quorum primus eſt continentiæ & A perſeuerantiæ, ſecundus, temperantiæ, tertius heroicus, ita ꝙ ad virtutem liberalitatis ſimpliciter ſpectat expendere, & donare prout oportet, & quem oportet abſolutè. Ad liberalitatem vero vt continentem ſpectat donare, & expendere ſuperando blanditias, vel quæcunque oblectamenta in oppoſitum. Et ſimiliter ad liberalitatem vt perſeuerantem, pertinet donare, & expendere ſuperando quęcũque triſtitia ab hoc abducentia. Ad liberalitatem verò vt temperantiam, ſeu temperãtem ſpectat donare, & expendere, domitis iã triſtitijs, delectationibus ac cupiditatibus, & vniuerſaliter paſſionibus in oppoſitum. Ad liberalitatem demum heroicam ſpectat donare, & expendere, ẽtſi periculum mortis immineat, inhibente aliquo ſub pœna mortis & cruciatuum ne expendat, aut donet, quoniam permanere in huiuſmodi virtutis opere, non obſtãte cruciatu, aut morte, communem hominum facultatem excedit. Quibus prælibatis dicit, ꝙ perſiſtere in virtute contra mortis pericula cum contrapugnatione cõtra mortẽ ipſam ſpectat ad fortitudinem. Sine contrapugnatione verò dicta ſuſcipere, & tolerare mortem potius q̃ à virtute recedere, ſpectat ad illam met virtutẽ, in qua perſiſtitur, puta, fidem, iuſtitiam, liberalitatem, caſtitatem &c. ſub gradu tamen heroico. Et adeo ſic eſſe dicit, vt etiam ſubire pericula mortis ſine contrapugnatione in mortem illam propter actum fortitudinis, puta, ſiquis comminetur militi mortem, ſi in bello defendat patriam, miles pugnando quidem fortis ſit: ſed ſubeundo periculum mortis propterea comminatæ, fortis heroicè ſit. Deinde allato exemplo Buridani de muliere coniugata tentata de adulterio quadrupliciter ſcilicet primo per blanditias & laſciuias: ſecundò, per terrores verberum & mortis, tertiò, per pretium, quartò, per falſas ſuaſiones, probare nititur quòd huiuſmodi mulier in caſtitate, non obſtante periculo mortis, perſiſtit per temperantiam heroicam, & non fortitudinem: quod eſt probare aſſumptum ſcilicet quòd per alias virtutes ſufficienter diriguntur homines in ſubeundis periculis mortis propter virtutem ſine contrapugnatione. Arguit contra ſic. Contingit aliquando quòd mulier illa pudica vincat huiuſmodi timorem mortis, & non per fortitudinem, nec per E iuſtitiam. ergo per temperantiam. Probatur ſecunda pars aſſumpti, quia poſſibile eſt, quòd quæ ſic impugnatur, numquàm ſe exercuit in materia iuſtitiæ, & fortitudinis ſpectantis præcipuè ad pudicitiam, ac per hoc nec iuſtitiam, nec fortitudinem habeat, & conſequenter defendendo, ſe non niſi per temperantiæ virtutem ſe defendit. Secundò quia dato etiam ꝙ talis mulier cum temperantia habeat iuſtitiam & fortitudinem, non tamen ſic ſe defendet per illas virtutes, q̃ actus eliciti, quo mauult ſubire mortem, q̃ adulterari, ſit actus fortitudinis, & non actus temperantiæ: immò temperantia huius mulieris eſt gñatiua fortitudinis, ita, ꝙ temperãtia, mediãte actu ſuo elicito eſt pductiua actus fortitudinis formaliter. Nã inter cõminõnes pudica illa mulier apud ſe dicit, pudicè viuã, deinde, malo cruciatũ q̃ impudicitiã, & deinde cruciatũ ſuſtinendum non refugit. Ecce quò temperantia parit fortitudinem. ¶ Ad huius difficultatis euidentiam, qm̃ iſte homo dicat ſic ſe habere fortitudinem, quam inter virtutes ponit Ariſt. idcirco

ex

intẽtione pacis bella gerunt: ſed ꝓ pace tẽpali reip. non vr̃ ꝙ aliquis dẽat ſe periculo mortis exponere, cũ talis pax ſit multarũ laſciuiarũ occaſio. ergo vr̃ ꝙ virt⁹ fortitudinis nõ cõſiſtat circa mortis bellicæ pericula.

SED CONTRA eſt, ꝙ Phil.* dicit ĩ 3. Ethi. ꝙ maxime eſt fortitudo circa mortẽ, q̃ eſt ĩ bello.

G RESP. Dcd̃m, ꝙ ſicut dictũ* eſt, fortitudo cõfirmat aĩum hoĩs contra maxima pericula quæ ſunt pericula mortis. Sed quia fortitudo virtus eſt, ad cuius rationẽ ꝑtinet ꝙ ſp̃ tẽdat in bonũ, conſequens eſt, vt hõ pericula mortis nõ refugiat pp aliquod bonũ conſequendũ. Pericula aũt mortis q̃ ſũt ex ęgritudine, vel ex tẽpeſtate maris, vel ex incurſu latronum, vel ſi qua alia ſunt hmõi, non vñr alicui directe imminere ex hoc, ꝙ proſequat̃ aliquod bonũ: ſed pericula mortis, q̃ ſunt in bellicis directe imminent hoĩ pp aliquod bonũ, inquantũ videlicet defendit bonũ cõe ꝑ iuſtũ bellum. Põt aũt aliqd̃ eſſe iuſtũ bellũ dupliciter. Vno mõ gñale ſicut cũ aliqui decertant in acie: alio mõ particulare, puta, cum aliquis iudex, vel ẽt priuata perſona non recedit à iuſto iudicio timore gladii imminẽtis, vel cuiuſcunq; periculi, ẽtſi ſit mortiferum. Pertinent aũt ad fortitudinẽ firmitatẽ animi præbere cõtra pericula mortis non ſolũ quę imminent in bello cõi, ſed ẽt quę imminent in particulari impugnatione, q̃ H cõi noĩe bellũ dici põt & ſm̃ hoc cõcedendũ eſt, ꝙ fortitudo ꝓpriè eſt circa pericula mortis, q̃ eſt in bello, ſed & circa pericula cuiuſcũq; alterius mortis.

ex ipſa Ari. doctrina oſtendendum eſt propoſitũ: deinde declaranda amplius natura fortitudinis eſt, quo ad propoſitũ, & demũ ſatisfiet argumentis. Ariſt. 3. Eth. tractans, in quibus periculis mortis eſt fortitudo, primò vult ꝙ ſit circa mortẽ non oẽm, ſed eam quæ eſt in optimis. & ex hoc infert, Ergo in his quæ ſunt in bello. Deinde probat illationem, q̃a in maximo & optimo periculo. & affert ad hoc teſtimonium ab honoribus, qui exhibentur his qui ſe iſtis exponunt. Deinde extendens fortitudinẽ, dicit, ꝙ principaliter fortis dr̃ qui impauidus circa bonã mortẽ, & quæcunq; repẽtina exiſtentia inferunt mortem. Et talia ſubſumit. Maximè q̃ ſm̃ bellum. Secundario quoque fortis eſt, qui impauidus, circa mortẽ in ægritudinibus, & in mari, aliter tñ q̃ nautæ &c. Et demũ addit de fortibus, ꝙ viriliter agunt, in q̃bus eſt fortitudo, & bonũ mori. Hæc Ari. Ex quibus manifeſtè liquet primò, & rõ formalis, quare circa bellicam mortem ſit fortitudo, eſt quia in maximo & optimo periculo cõſiſtit. Et ex hoc capite habemus ſtatim intentum ſubſumendo, Sed ſubire mortem pp fidem, vel iuſtitiam conſtanter tolerando ſine contra pugnatione viriũ exteriorum, q̃n oportet &c. conſiſtit in maximo & optimo periculo. Ergo hic eſt verè propriè dicta fortitudo virtus poſita ab Ariſto. Minor probatur, & ꝙ periculum ſit maximum, quia eſt de morte, & ꝙ ſit optimum, quia pp optimũ, ſ. bonum animi interius, quo nihil nouimus melius in nobis. Concordant quoque & his honores principibus, & ciuitatibus, q̃n tales maximè honorantur. Et apud Chriſtianos patet de ſanctis I martyribus: & apud gentiles Marcus Attilius, qui pp fidem ſuſtinuit cruciatum, tantopere commendatur: & à Tullio inter fortes locatur, vt patet in 1. de Officijs, de fortitudine. Liquet ſecundo, ꝙ fortis principaliter dr̃, qui circa bonam mortem, & quæcunque repentina exiſtentia inferũt mortem, impauidus eſt. Et ex hoc capite habetur ẽt ſtatim intentum, ſubſumendo Sed qui pp virtutem abſque contrapugnatione exteriorum virium q̃n oportet &c. conſtanter ſuſtinet mortem, eſt circa bonam mortem, & repentina inferentia mortem impauidus. Ergo talis eſt verè & propriè fortis in principali gradu fortitudinis exiſtens apud Ariſt. Probatur minor. Et ꝙ ſit impauidus circa bonam mortem patet, quia optima eſt hmõi mors pp virtutem conſeruandam. Et ꝙ ſit impauidus circa repentina inferentia mortem, q̃n hæc ſunt magis repentina inferentia mortem, q̃ ea quæ ſunt in bello cõi: q̃m bellica ſunt præuiſa, iſta autem ſæpe omnino repente adueniunt, vt patet in geſtis marty- K rum ex improuiſo apprehenſorum &c. & in caſibus infinites accidentibus repente in iſtis particularibus impugnationibus ob deſtruendam virtutem aliquam in aliquo, vt patet de iudicibus, de mulieribus, & de infidelibus. Liquet tertio, ꝙ fortes in quibus eſt fortitudo, & bonum mori, viriliter agunt q̃n oportet, & pp quid oportet, & ſicut oportet, & non aliter: ſic.n. proculdubio intendit Ariſto. Ex hoc capite habetur intentum, ſubſumẽdo, ꝙ in impugnatione particulari homo impauidus quando, & ſicut oportet, agit viriliter ſecundum quod oportet ſcilicet actibus interioribus & exterioribus opportunis, puta, fidei confeſſione, & vlterius non fugiendo, neque declinando mortem, ſed promptè corpus exhibendo ad cruciatum, & mortem animo q̃que quaſi aggrediendo, vt de beato Vincentio legitur, ꝙ moras carnificum arguendo ad pœnam properabat. Hoc.n. eſt viriliter agere in his, quibus eſt fortitudo, & bonum mori. Probatur aliter contrapugnationem exteriorum virium non eſſe conditionem periculorum mortis, circa quæ eſt fortitudo: & probat̃ ſic. Contrapugnatio minuit periculum. ergo non eſt conditio periculi, circa q̃ eſt fortitudo. Añs patet, quia ex hoc ipſo ꝙ oportet contrapugnationem interuenire, minus eſt periculum, q̃ ſi à contrapugnatione abſtraheret periculum conſequentia probatur, quia fortitudo eſt ſolum circa pericula maxima. Si enim fortitudo eſt ſolum circa maxima, ſequitur vt nõ exigat cõtrapugnationẽ, quę pericula facit minora. Similiter oſtenditur alio mõ. Cõtrapugnatio exteriorũ viriũ multotiens minuit rationem optimi in periculo, & morte. ergo non eſt conditio requiſita ad pericula mortis, in quibus eſt fortitudo. Conſequẽtia patet, quia de ratione fortitudinis eſt ꝙ ſit circa optima pericula mortis, vt patet 3. Ethi. Et añs probatur, quia impugnata fidei ſæpe recta ratio habet vt nõ contrapugnetur viribus exterioribus, ſed ſola fidei prædicatione: & confeſſione, offerendo corpus morti, & cruciatibus. Et conſtat ꝙ melius eſt ſic mori, meliora quoq; ſunt hæc pericula, q̃ mori in bello contra Infideles. Minuit ergo rationem optimi periculi, & optimæ mortis contrapugnatio. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſm̃ ſciẽdum eſt primo, in hoc differre fortitudinẽ à iuſtitia, ꝙ iuſtitia eſt rectificatiua operationum quæ ſunt ad alterũ, vt ſic: fortitudo aũt operationũ q̃ ſunt ad ſeipſum operantem. Et quia exterior contrapugnatio eſt actio ad alterũ contra quem pugnatur, iõ vt prius dictum fuit, rectificare cõtrapugnationem exteriorem, non ſpectat ad fortitudinem, niſi inquantum ſpectat ad rectam diſpoſitionem hominis in ſeipſo. Et I hinc ſimiliter prouenit, ꝙ fortitudinis opus proprium eſt ſolummodo rectificare ediuerſimodè tñ electionem, & timorem, & audaciam, & actus conſequens reſpectu talium obiectorum, qualia deſcripta ſunt ad hoc, & vt homo rectè diſpoſitus in ſeipſo ſm̃ virtutem ſit. Rectificare ſiquidem cõtrapugnationem, & cæteros exteriores actus quatenus ad alterum ſunt, iuſtitiæ eſt, vt prædictum eſt. Sciendum eſt ſecundò, in hoc differre materiam fortitudinis, circa quã eſt fortitudo, ab impauiditatis materia in periculis mortis pp ægritudinem, vel tempeſtatem maris, vt in litera optimè dr̃: quia forti imminent pericula directè pp aliquod bonum conſeruandum &c. & propterea ſunt optima pericula, circa quæ eſt fortitudo, puta, pp pacem, fidẽ, caſtitatem &c. Ægritudinis autem, & maris pericula non imminent directè pp boni impugnationem, etiam ſi pp pias & ſanctas cauſas nauigant. Quod ex eo patet, quod communia ſunt omnibus in mari tunc exiſtentibus ex quacumque cauſa. K Ex hoc ſiquidem habes, ꝙ in fortitudinis exercitio ſp̃ oportet interuenire duo ſcilicet id de quo eſt pugna, puta, fides, iuſtitia, regnum &c. & hoc ex parte materiæ circa quam: & pugnam ipſam inter impugnantem, & impugnatum: & hoc ex parte formæ, ſeu habitus fortitudinis. Quod.n. exigatur id de quo eſt pugna patet, quia aliter fortitudo nõ haberet propriam materiã. ſ. pericula mortis optima ſunt namque optima pp bonum, de quo eſt pugna. Quod verò exigatur pugna aliqua, patet, quia aliter fortis non perſiſteret in boni proprii exercitatione. Ex primo verò documento habes, ꝙ quia fortitudo eſt virtus rectificatiua hoĩs in ſeipſo, & ad rectam diſpoſitionem hominis in ſe non ſemper exigitur contrapugnatio exteriorum virium contra mortem: ſed quandoque recta ratio exigit, ꝙ pugnetur actibus exterioribus & interioribus, puta, locutione, abſque contrapugnatione per vires corporeas, vt patet cum eſt directè pugna de fide, iuxta doctrinam Domini, Ecce ego mitto vos ſicut oues inter lupos, & hoc quo ad contrapugnationẽ virium exteriorum. Eſtote fortes in bello, & pugnate cũ antiquo ſerpente, & hoc quo ad pugnã interiorẽ, & prædicatiõẽ, ac confeſſionem

Li. 3. ca. 6. parum ante finem & cap. 9.

Art. præc.

tis, fortis bñ ſe hẽt,* præſertim quia & cuiuſcunq; mortis hõ põt periculum ſubire propter uirtutem puta, cum aliquis nõ refugit amico infirmãti obſeq pp timoré mortiferæ infectionis, vel cũ non refugit itinerari ad aliquod pium negotium B proſequendum propter timorem naufragii, uel latronum.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ martyres ſuſtinent perſonales impugnationes ꝓpter ſummum bonum, ꝙ eſt Deus. Ideo eorum fortitudo præcipue cõmẽdat: nec eſt extra genus fortitudinis, q̃ ẽ circa bellica. Vñ dñr fortes facti in bello.

Ad II dicendũ, ꝙ res domeſticæ, uel urbanæ diſtinguuntur contra res bellicas, quæ. ſ. pertinent ad bella cõia. In ipſis tñ rebus domeſticis, uel urbanis poſſunt imminere pericula mortis ex impugnationib. quibuſdam, quæ ſunt quædam particularia bella. & ita etiam circa huiuſmodi poteſt eſſe proprie dicta fortitudo.

Ad III dicẽdũ, ꝙ pax reipub. eſt ſm̃ ſe bona, nec reddit̃ mala ex hoc ꝙ aliqui male ea utuntur. Nam & multi alii ſunt, q. bñ ea utuntur, & multo peiora mala per eam prohibentur, ſ. homicidia, ſacrilegia, q̃ ex ea occaſionentur: quæ præcipue pertinent ad uitia carnis.

C

confeſſioné fidei, & morũ. Nõ ergo exigit fortitudo, ꝙ ſit actus vel propoſito contrapugnatiua ſm̃ exteriores vires, ſed ꝙ agat viriliter quando oportet, & quæ oportet &c. Ac per hoc cõcludendo, fortitudo eſt circa maxima & optima pericula mortis, vt Ariſt. dixit, abſtrahendo à cõtrapugnatione exteriorũ viriũ & à nõ contrapugnatione earundem: qm̃ qñq; recta ratio dictat in talib. periculis eſſe contrapugnandũ ſm̃ exteriores vires, vt cũ de potentia, aut dominio temporali, cum fidelibus aut infidelib. pugna eſt: qñq; autem nõ, vt cum de fide aut morib. directè pugna eſt, & ratio eſt, quia victoria, ad q̃ pugnans tendit, melius acquiritur in talibus, ſanctis moribus, prædicatione, & cõfeſſione fidei, ac exemplari vita, & ſuſtinẽdo etiam mortem, q̃ contra pugnando militib. &c. Nec oportet hec ꝓbare: qm̃ experiẽtia teſtatur ſic ſanctos viciſſe tyrannos, & mundum totũ inimicum eiſdem, & conanté exterminare illos. Eſt ergo contrapugnatio aliqua de ratione fortitudinis, ſm̃ q̃ ſp viriliter agunt, ſed non ſm̃ exteriores vires, licet qñq; hic ſit fortitudinis actus, vt declaratum eſt. Hæc de ſecundo.

Casus pestilentiæ.

¶ Quo ad tertium, reſpondẽdo argumentis iam patet, ꝙ primi falſa eſt minor. ſ. Fortitudo eſt in ſolis periculis mortis, in quibus eſt dicta contrapugnatio. Prima uero probatio illius ex Ariſt. ſophiſtica eſt, arguendo, Fortes agunt viriliter, ergo agunt contrapugnando ſm̃ vires exteriores. Stat. n. ꝙ agunt viriliter pugnando pro bono, quo eſt pugna, & non per exterioris militiæ exercitium: ſed per actus virtuoſos, quibus bonum illud defendunt, & augent. Secunda verò probatio, ſ. ꝙ timor & audacia ſint ſolùm vbi eſt dicta contrapugnatio, falſiſſima eſt, & ad eius probationem dicitur, ꝙ q̃uis non ſit opus in omni exercitio fortitudinis interuenire timorem, & audaciã ſimul, vt ipſum ẽt arguentẽ oportet fateri, dicentẽ ꝙ fugere qñque eſt actus fortitudinis (tunc. n. nulla eſt audacia, ſed timor eſt cauſa D fugæ) nihilominus in hm̃oi particularibus bellis utramq; paſſionem habere locum ſicut in bello cõi, ſed non quo ad omnẽ actum, ſuſtineri põt. Nã ꝙ ſic poſſit eſſe audacia nimia, patet in his qui temere ſe ingerunt his periculis: ꝙ etiam timor nimi⁹. patet in his qui propter timorem mortis perdũt caſtitatẽ, aut fidem: & conſequenter ꝙ in his ſit medietas laudabilis, ſ. timere, & audere moderatè ſm̃ ꝙ oportet, & qñ, & ſicut oportet, patet in his qui vincunt tyrannos, ſeu impugnatores, conſeruando virtutem moderãtur ſiquidem tunc hi & audaciam, ne inſiliat temere & qñq; vt audeat offerre corpus tormentis, & morti paratum. Moderantur, & timorem, ne ſuperetur à tot malis. Vnde audere ſm̃ rectã rationem ſp eſt laudabile tam, hic q̃ in communi bello. Et ſimiliter timere ſm̃ rectam rationem vtrobique eſt laudabile ſp. Et ſicut audere & non timere abſtrahẽdo à recta ratione non eſt laudabile in bello communi, ita & in particulari. Et ſimiliter ſicut poſt inchoatum commune bellũ E contingit peccare contra fortitudinem per audaciã, vel timorẽ, ita ẽt poſt inchoatũ bellũ particulare, vt patet. Vñ nihil penitus valent contra propoſitum, q̃ in illa probatione narrant.

¶ Ad tertium negat̃ antecedens. ſ. ꝙ in ſubeundis periculis aliter q̃ in bello contrapugnatiuo ſufficienter prouideat̃ per alias virtutes: hoc. n. falſiſſimum eſt, & eſt cõfuſio virtutum. Et cũ dr̃, ꝙ ad liberalitatẽ ſeu temperantiam ſm̃ gradum heroicum ſpectat ſubire periculum mortis propter ſeipſam conſeruandã dicitur, ꝙ aliud eſt iudicium de principio elicitiuo talis actus in hñte uirtutem fortitudinis & vtente illa: & aliud in non hñte, aut non vtente. Nam ſi iudex impugnatus de iuſtitia, aut mulier de pudicitia habet habitũ fortitudinis, & utit̃ illo, hoc eſt, ſi reſiſtit, & ſuſtinetur modo quo fortes reſiſtunt, & ſuſtinẽt tunc talis actus. ſ. ſubire pericula mortis, quæ contra iuſtitiam, aut pudicitiam inferuntur, eſt actus proprius fortitudinis elicitiuæ. Et quia fortis, vt infra patebit, operatur tanq̃ pp propriũ & proximum finem, vt fortiter ſe habeat, ideo nec imperatiuè A temperantia, aut iuſtitia eſt principium talis actus, niſi ex parte materiæ, quia. ſ. temperantia, ſeu iuſtitia eſt finis materiæ, circa quã fortis verſatur. Eſt ſiquidem finis periculorum mortis, pp quem mortis pericula reddunt̃ bona, ſeu optima. Vnde ut ꝙ tẽperãtia, ſiue iuſtitia ñ imperet fortitudini in tali caſu, ſed poti⁹ materiã fortitudini ꝓbeat ꝓpriè loquẽdo, ita ꝙ iudex, ſeu mulier fortis nõ hẽt pro fine actus fortitudinis pudicitiam ſeu iuſtitiam, ſed fortiter agere in tali caſu, vt infra latius patebit. ſed habet iuſtitiam, ſeu pudicitiam pro vtilitate conſequente ad ſuum proprium finem. Ita ꝙ cum dr̃, quòd fortis ſuſtinet propter iuſtitiam, vel pudicitiã non denotatur finis fortitudinis: ſed finis materiæ fortitudinis & utilitas conſequẽs ex proprio fine fortitudinis, & poſſet appellari ſecundarius finis fortitudinis. Et quia rariſſimè inueniri videtur fortis in veritate operans eo modo, quo fortes debent operari: ideo frequentèr talis actus iudicis, aut mulieris volentium potius ſubire mortis pericula q̃ iuſtitiã, aut pudicitiã deſerere, eſt actus tẽperantiæ, ſeu iuſtitiæ imperatiuè tantum: elicitiuè. n. ſemp eſt fortitudinis, aut principiorum fortitudinis. Patet autem imperiũ ex hoc, ꝙ in ſubeundo hm̃oi mortis pericula, magis eſt temperata mulier q̃ fortis, & ſimiliter magis eſt iuſtus iudex q̃ fortis: ſicut q furat̃, vt mœchet̃, magis eſt mœchus q̃ fur. Sic & ſe hñt nõ hñtes fortitudinis habitum, aut habentes, & pro tunc eo non vtentes eo modo quo fortes vtuntur. ſ. pp ꝙ proximè oportet, qñ malunt pericula mortis ſubire q̃ virtutem quamcunq;, quę impugnatur, deſerere. Vñ de talium tali actu loquendo dr̃, quòd talis actus, ſ. malle mortem, ſubire q̃ temperãtiam, verbi gratia, deſerere ſpectat elicitiue ad fortitudinem, imperatiue autem ad temperantiam. & in promptu ratio eſt: qm̃ ſicut vitium impe D rat actum vitii alterius, vt cum quis propter intemperantiam, puta, laſcinias amatas in bello exiſtens timet, & fugit (tunc. n. intemperantia imperat actum timiditatis, & fuga eſt actus timiditatis elicitiue ex ſua natura, & eſt actus intemperantiæ imperatiue: quia fuga ordinatur ad finem intemperantiæ) ita virtus imperat alterius virtutis actum, ac per hoc ſi de iuſtitia pugna eſt, puta, cum iudex impugnatur ad mortẽ vſque, ſi facit iuſtitiam, tunc iuſtitiam imperando, fortitudinis actum, facit iudicem audacem, & intimidũ, vt oportet &c. & ſic ſubire tunc pericula mortis eſt actus iuſtitiæ imperatiue, quia ad finẽ iuſtitiæ ſubire mortem ordinatur. Semper. n. reſpiciens finem propter quem actus exercentur, tunc imperat actus, quia ordinantur ad finem illum. Notanter autem dico, tunc, quia licet ſimpliciter & abſolute imperare ſit ſuperioris virtutis, & imperari inferioris, quia ad finem ſuperioris ordinantur inferiora & non econtra, ſi ſpectetur ad ordinem virtutum ex parte earũ E ſi tamen ex parte operãtis ordo cõſideretur virtutum, contingit ſm̃ rectam rationem, nunc in tali neceſſitatis articulo virtutem inferiorem imperare alicui ſuperiori, vt temperantiam actui fortitudinis, qm̃ & hoc recta rõ habet, ut in articulo neceſſitatis cõſtitutæ temperantiæ, quæ. ſ. vehementer impugnatur ſeruiat pro tunc actus fortitudinis in ordine ad communem vtriuſq; finem, ſuperiorem. ſ. rationis bonũ tuendum. Hoc. n. non eſt temperantiam imperare fortitudini, neq; fortitudinis actui quatenus fortitudinis eſt, ſed actui qui ex ſuo gñe eſt act⁹ fortitudinis: & non fit eo modo quo fortes habent illum, quẽ conſtat eſſe actum imperfectum. & rurſus imperium hoc ex parte operãtis prouenit, & non actuum imperantis, & imperati

¶ Ad primum autem argumentum in oppoſitum ſubiunctum applicando ad exemplum mulieris tentatæ de adulterio, dr̃ primo ꝙ impoſsibile eſt mulierem habere temperantiæ uirtutem in eſſe completo, & perfecto, quale eſt eſſe heroicũ: & non habere omnes quatuor cardinales virtutes: qm̃ virtutes ſunt connexæ: ſed quia præſens negotium non eget tranſitu ad iſtam aliã

quæ-

quæſtionem, dicitur ſecundo ꝙ dato, ꝙ nullam habeat virtutẽ, hẽt tñ actus qui attribuuntur virtutibus, & ita hẽt actũ tẽperatum volendo ſeruare caſtitatẽ: & iuſtũ, volendo ſeruare fidẽ marito. & ꝑ actus eiuſmodi ĩperat actui q de gñe ſuo eſt actus fortitudinis: ita ꝙ ſine oĩ virtute acq̃ſita poſſunt hæc euenire. Ad ſm aũt dr̃, ꝙ falſum eſt tẽperantiam actu ſuo elicito ꝓducere fortitudinẽ, cũ actus elicitus tẽperantiæ ſit in cõcupiſcibili, & ſit actus ĩmanẽs non excedens elicitiuè propriũ ſubiectũ: fortitudo autẽ ſit in iraſcibili. Sed diſtinguẽdũ erat de producere imperatiuè & elicitiuè: & dicẽdũ, ꝙ tẽperantiæ actus in caſu poſito, imperatiuè coadiuuat ad productionem fortitudinis, à recta electione in iraſcibili participata frequẽti exercitio producẽdæ. Et ſi vtraque virtus ineſt ſm exercitiũ propriũ, tẽperãtia nõ imperat, vt dictũ eſt, actũ fortitudinis: ſed ſolũ materiã dat fortitudini ex hoc ipſo ꝙ reddit tale periculũ mortis optimũ, ac ꝑ hoc materia, circa quã fortis fortiter ſe hẽat ſuſtinendo: ita ꝙ actus ille quo mulier tẽperata, & fortis mauult pericula mortis ſuſtinere, q̃ pudicitiã amittere eſt actus fortitudinis circa pericula optima ꝓp tẽperantiã: & nõ eſt actus tẽperãtiæ nec elicitiuè, nec ĩperatiuè ꝓpriè loquẽdo, niſi fortè ex parte materiæ circa quã ē fortitudo: quaſi imperare dicatur, qa excitat fortitudinẽ conſtituendo materiã circa quã verſari dẽt. Et hæc ſat ſint Martini dictis, quare nus propoſitũ impugnant: quatenus aũt virtutẽ quãlibet graduat modo ſupradicto, & dicit hæc eſſe tradita ab Ariſt. in 7. Eth. alteri⁹ negotij eſt. ¶ In eodẽ ar. 5. nota, ꝙ cũ Ari. ĩ 3. Ethic. poſuerit fortẽ principaliter reſpicere pericula maxima & optima, qualia ſunt bellica: & ſcđario bñ quoq; ſe habere circa quęcunq; alia mortis pericula, quia impauidus exiſtet, author hũc ſecundariũ actũ extendit, & traxit ipſum ad maiorem approximationem ad principalem, oſtendens in eo quoq; inueniri rationem boni ex intentione opantis, dũ. ſ. aliquis ꝓp virtutem ſubit periculũ peſtiferæ infectionis, ac per hoc periculum mortis per ægritudinem: vel nauigare, & ſic periculum mortis in tempeſtatibus: vel itinerari in locis, vbi non ſine latronum metuitur. Impauidum ſiquidem eſſe in huiuſmodi periculis quacunque occaſione inueniatſe in his homo, ſpectat ſiquidem ſcđario ad fortem, vt in 3. dicitur. Ethicor. ſed impauidum eſſe .n. eiſdẽ ꝓp aggreſſum opus virtutis, multò propinquus ſpectat ad fortem: qm̃ huiuſmodi pericula mortis ſunt et bona, qa ꝓp bonũ virtutis. Deficiunt aũt à principali materia fortitudinis, qa mala huiuſmodi non directè & per ſe tendunt ad bonũ virtutis: qm̃ non iõ immineat vt virtutem deſtruant, ſed tãtundem imminerent, ſi quacunq; ex cã illic homo inueniretur. Fortitudo .n. circa maxima & directe optima eſt pericula, q. ſ. directè tendunt cõtra optima, hoc eſt, virtutes. ¶ In eodem 5. ar. in reſponſione ad tertium, aduerte, ꝙ pax reipub. pro qua ſit bellum, eſt actus virtutis, aut ſm virtutem, cũm ſit ſm Auguſti. 19. de ciuitate Dei ordinata cõcordia: & ꝓpterea non eſt tꝑale bonum, ſed virtus finis belli iuſti qđ pro pace ſit. Nõ .n. eſt pax, ſicut nec amicitia vera, niſi ſecundum uirtutem.

Porrecta ꝑ totum.

620

Supra arti. 3. cor & iſ. art. 8. cor. & art. 10. ad 3. & ar. 11. ad ·. & q. 124. art. 2. ad 3. & q. 141. art. 2. & 3. cor. Et 2. diſt. 33. q. 2. ar. 3. ad 6. & q. 3. art. 3. q. 1. cor. Et uirt. q. 1. ar. 12. cor. * li. 2, c. 3. circa finẽ, to. 5.

† li. 3. ca. 9. circa principiũ, to. 5

* Ar. 3. huius quęſt. † li. 3. ca. 9. in principio, to. 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſuſtinere ſit principalis actus fortitudinis

AD SEXTVM ſic procedit̃. Vr̃, ꝙ ſuſtinere nõ ſit principalis act⁹ fortitudinis. Virt⁹ em̃ ē circa difficile, & bonũ, vt dr̃ in * 2. Ethic. ſed difficilius h eſt aggredi, q̃ ſuſtinere. ergo ſuſtinere nõ eſt ꝓcipuus act⁹ fortitudinis. ¶ 2 Præt. Maioris potẽtię eẽ vr̃, ꝙ aliqd poſſit ĩ aliud agere, q̃ ꝙ ipſum ab alio nõ im̃mutet: ſed aggredi eſt in aliud agere, ſuſtinere aũt eſt imobile perſeuerare. cũ ergo fortitudo ꝑfectionẽ potentiæ nominet, vr̃ ꝙ magis ad fortitudinem pertineat aggredi, q̃ ſuſtinere. G ¶ 3 Præt. h Magis diſtat ab vno contrariorũ aliud contrariũ, q̃ ſimplex eius negatio: ſed ille q̃ ſuſtinet, hoc ſolũ hẽt, ꝙ non timet. ille aũt qui aggreditur cõtrariè mouetur timẽti, quia inſequitur. ergo videtur ꝙ cum fortitudo retrahat maximè animum à timore, ꝙ magis pertineat ad eã aggredi, q̃ ſuſtinere. H

SED CONTRA eſt, quod Philo.† dicit in 3. Ethico. ꝙ in ſuſtinendo triſtia maximè aliqui fortes dicuntur. I

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut s̃. dictũ* eſt. Philoſ. †. dicit in 3. Ethic. fortitudo eſt magis circa timores reprimẽdos, q̃ circa audacias moderãdas. Difficili⁹ em̃ eſt timorẽ reprimere, q̃ audaciã moderari, eo ꝙ ipſum periculũ, quod eſt obiectũ audaciæ, & timoris de ſe cõfert aliqd ad repreſſionẽ audaciæ, ſed opatur ad augmentũ timoris. Aggredi aũt ptinet ad fortitudinem ſm ꝙ moderatur audaciam: ſed ſuſtinere ſequitur repreſſionem timoris. & ideò m principalior actus fortitudinis eſt ſuſtinere. i. immobiliter ſiſtere in periculis, q̃ aggredi. n

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ſuſtinere ē difficili⁹ q̃ aggredi, triplici rõe. Priò quidẽ, qa ſuſtinere vr̃ aliquis ab aliquo fortiori inuadente: qui autẽ aggredit̃, inuadit ꝑ modũ fortioris. Difficilius aũt eſt pugnare cum fortiori q̃ cum debiliori. Scđo, qa ille q ſuſtinet iã ſentit pericula imminentia: ille aũt q aggredit̃, hẽt ea vt futura. Difficilius aũt eſt non moueri à pręſentibus q̃ à futuris. Tertio, qa ſuſtinere importat diuturnitatem tp̃is: ſed aggredi põt aliqs ex ſubito motu. Difficilius aũt ē diu manere immobilẽ, q̃ ſubito motu moueri ad aliqđ arduũ. vñ Phil. dicit in 3. Ethi. ꝙ quidã ſunt ꝓuolantes añ pericula, in ipſis autẽ diſcedunt: fortes autẽ econtrario ſe hẽnt.

AD II dicẽdũ, ꝙ ſuſtinere ĩportat qđẽ paſſionẽ corporis°, ſed actũ aīę fortiſsimè inhęrẽtis bono: ex quo ſeqtur ꝙ nõ cedat paſsioni corporali iã imminenti. Virtus aũt magis attẽdit̃ circa animã q̃ circa corpus.

AD III dicendum, ꝙ ille q ſuſtinet, non timet pręſente iã cauſa timoris, quam nõ habet pręſentem ille qui aggreditur.

SV. QVÆ. C. XXIII. ARTIC. VI.

IN arti. 6. eiuſdem q. aduerte, ꝙ tres illæ rõnes aſſignatæ in reſpõſione ad primum, quare ſuſtinere eſt difficilius q̃ aggredi, intelligendæ ſunt formaliter: Reſpectu ſiquidem periculi uni⁹ & eiuſdem aliter ſe habet ſuſtinens, & aliter aggrediens: qa ſuſtinens ſe habet ut patiens, ac ꝑ hoc ſe habet ad periculũ ut agens ĩ ſe, qđ eſt ſe habere ad ipſũ periculũ vt ad forti⁹: quia cõſtat agens ut ſic, fortius eſſe patiente, aliter nõ ageret in illud. Aggrediens verò ecõtra ſe habet ut agens ſuperatiuus, ac ꝑ hoc ꝑ modũ fortioris. Similiter quoque patet, ꝙ ſuſtinere ex propria rõne, morã quandã ĩportat: qm̃ ĩportat ĩmobiliter ꝑſiſtere, qđ ſine mora quadã nõ eſt intelligibile. Huiuſmodi ãt mora ĩmoralib⁹ diuturnitas qđã eſſe vr̃, qa talis ut eſſe moraliũ mora: aggredi ãt nec moraliter, nec naturaliter moram aut diuturnitatem ĩportat, q̃uis tp̃s cõſignificet, quo aggreſſio ſit, ſicut cętera uerba. Hoc .n. cõe eſt oĩbus. ¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli nota, ꝙ ſuſtinere, licet ex parte corporis importet paſſionem, ex parte tamen animę importat actionem, ut infra dicitur, multiplicem. Prima eſt, firmiter uelle bonum, de quo eſt pugna, puta, fidem, pacem &c. quod eſt finis remotus fortitudinis, & eſt finis ex parte materiæ circa quam eſt fortitudo, ut infra patebit. Et hæc actio eſt cauſa omnium ſequentium, quando inuenitur tale uelle diſtinctum à uelle proprium fortitudinis bonum, qđ iõ dico, quia põt eſſe pugna de ipſo fortitudinis bono. Scđa eſt, uelle bonum rõnis, qđ eſt proximus finis fortitudinis, & proximum bonum fortitudinis: & hoc eſt, cuius meminit litera. Tertia, q̃ ex iſta oritur, eſt electio moderatiua timoris, & audaciæ. Quarta, q̃ ex oĩbus antedictis oritur, eſt imperiũ electionis, & vti reſpectu ipſius ſuſtinere, dum & rõ ꝓcipit ſuſtinere, & uolũtas eligit ſuſtinere, & ipſa eadem utit corpore ad ſuſtinendũ, firmiter tenendo illud ſub periculis, ictib⁹, uulnerib⁹ &c. ita ꝙ firmiter & immobiliter pati in corpore, oritur ex firmiter & immobiliter agere ipſius animæ. Et propterea ſuſtinere ex parte animæ conſiſtit in agere, licet ex parte corporis dicat pati.

lib. 3. ethi. & iam. ſ.

Suſtinere quid ſit.

¶ Super

ARTICVLVS VII.

Vtrum fortis operetur propter bonum proprij habitus.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr̄ q̃ fortis nō operet̄ pp bonū proprii habitus. Finis.n. in rebus agendis, & ſi ſit prior intentione, eſt tñ poſterior in executione: ſed actus fortitudinis in executione eſt poſterior, q̃ ipſe fortitudinis habitus. nō ergo pōt eſſe q̃ fortis agat. pp bonum proprii habitus.

¶ 2 Præt. Aug. dicit 13 de Tri. Virtutes quas ſolum pp beatitudinem amamus, ſic perſuadere quidam nobis audent. ſ. dicēdo eas pp ſe appetendas, vt ipſam beatitudinē non amemus. Quod ſi faciunt, et ipſas amare vtiq; deſiſtemus, qñ illā, pp q̃ ſolā iſta amamus, nō amamus: ſed fortitudo eſt q̃dā uirtus. ergo actus fortitudinis nō eſt ad ipſam fortitudinē, ſed ad beatitudinem referendus.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in lib. de moribus Eccleſiæ, q̃ fortitudo eſt amor oīa pp Deum facile perferens: Deus aūt non eſt ipſe habitus fortitudinis, ſed aliquid melius, ſicut oportet finē meliorem eſſe his quæ ſunt ad finem. non ergo fortis agit propter bonum proprii habitus.

SED CONTRA eſt, quod Philoſ. dicit in 3. Ethi. q̃ forti fortitudo eſt bonum: talis autem eſt finis.

RESP. Dicendum, q̃ duplex

SVPER. QVÆS. CXXIII. ARTIC. VII.

IN ar. 7. eiuſdem q. aduertendum eſt, q̃ concluſio literæ acceptatur, cum diſtinctione tñ. Diſtinguit n. ſiquidē, & dr̄ q̃ finis habitus eſt duplex, vnus connaturalis: & hic eſt operatio propria. & ſic litera verificatur. Alter præſtitutus ab operāte: & hic eſt quem dicunt, q̃ ex præſtitutione operantis, per operationē habitus conſequi intendimus. Et hic finis non eſt operatio perfecta fortitudinis: ſed illud quod per illā conſequimur, puta, pax patriæ. Diſtāt autem hi à veritate, & authore in duobus. Primo in hoc, q̃ ex propriis non determinant fortitudinis naturā, ſed ex remotis, & non neceſſariis, qualia ſunt extrinſeca bona, quæ p fortitudinem conſequuntur. Secundo in iſta negatiua. ſ. q̃ perfecta operatio fortitudinis non ſit, nec poſſit eſſe finis præſtitutus reſpectu habitus fortitudinis, & fortis. Hoc. n. falſum eſſe conſtat: qm̄ pōt ſolum fortitudinis morale bonum impugnari, vt ſi Tyrānus aliquis, ad hoc ſolum vt eos quos verè fortes & impauidos intelligit eſſe, tormentis variis mortis afficeret, vt fortitudinis bono priuaret. Conſtat namque, q̃ illi ſuſtinēdo ſicut oportet &c. fortiſſimi eſſent, dicente Ariſt. in 3. Ethic. Principaliter aūt vtique diceretur fortis, qui circa bonā mortē impauidus, & quæcūque repentina exiſtentia inferunt mortem. & tñ hi per fortitudinē, & fortitudinis actum nullum aliud bonum conſequi intendunt, niſi fortitudinis actum perfectum continuare, quod eſt in fortitudinis bono perſeuerare. Quapp ſoluenda ſunt argumenta Martini, quæ ad probandā dictam negatiuā falſam, affert in q. 6. dubio 3. Probat ergo quinq; mediis intentam negatiuam. ſ. Perfecta operatio fortitudinis non eſt finis ſm̄ præſtitutionem ipſius habitus. Primo ſic. Actus, & habitus habent eundem finem præſtitutum: ſed actus fortitudinis non eſt finis actus per præſtitutionē. ergo nec habitus. Secundo, Nullus elicit fortitudinis actum conformiter ad rectam rōnem niſi gratia alicuius alterius quod cōſequi intendit per actum illum. ergo. Tertio, ſi non eſſet neceſſe præſtituere aliquem finem actui, ſequeretur q̃ liceret duobus principibus, inter quos nulla eſt de iure, vel iniuria, vel contentio, congregare exercitus, & pugnare pp fortitudinē exercendā: hoc eſt falſum. ergo. Patet ſequela: quia actus illi poſſent habere oēs circumſtantias requiſitas ad actum fortitudinis, ex quo non requiritur alius finis præſtitutus. Nec valet dicere, q̃ actus haberet iniuſtitiā annexam, puta, mortem innocentum: quia rñdebitur q̃ volenti non fit iniuria. Quarto, Quæcumq; ita ſe habent, quod poſtremum ordine natū eſt haberi p primū, & primū nō poneret̄ ſi poſtremū ſine eo haberetur, tunc poſtremum eſt verus finis prioris: ſed prohibitio iniuriæ vt poſtremum, & actus fortitudinis vt primum, ita ſe habent. ergo. Minor patet, quia prohibitio iniuriæ nata eſt haberi per actum fortitudinis, & non oporteret fortitudinē exerceri ſi prohibitio iniuriæ ſine actu eius haberi poſſet. Eſſet .n. temeritatis non fortitudinis actus. Maior probatur, quia eſſe tale eſt gratia cuius aliquid fit. Quinto, Nullus actus bonus, & laudabilis, quo læditur proximus, habet ſeipſum pro fine ex præſtitutione, quia lædere proximū non eſt ex ſe bonū ſed tm̄ gratia alicuius alterius a ſe: ſed per actum fortitudinis læditur proximus, quia vulnerat̄, ſpoliatur, occiditur. ergo præter actū ipſum neceſſe eſt eſſe alium finem proprium ex præſtitutione.

¶ Arguit quoque idem Martinus ibidem contra expoſitionem authoritatis Ariſt. in litera allatæ, dicens q̃ male exponitur bonum pro fine, & fortitudo pro operatione, cum dr̄, Forti autem fortitudo bonū, vt authorem accipere dicit. & probat ſic, Ariſt. vult ibi probare q̃ fortitudo operatur gratia boni, ita. ſ. q̃ operatio fortitudinis ſit alicuius gratia boni, quod numquàm poſſet probari per hoc, Operatio fortitudinis eſt finis fortis. Et q̃ loquatur ibi de fine operationis, patet ex textu rotundo. Finis, inquit, omnis operationis eſt qui ſecundum habitum.

¶ Ad euidentiam huius q̄onis altius ordiri oportet. Et vt clarè res tā occulta eluceſcat oibus, triplici diſtinctione vtemur. Prima eſt, de fine proprio actus ſm̄ ſe, vel per aliud. Finis. n. proprius actus ſm̄ ſe eſt ille, qui eſt proprius finis, pp quem habens talem habitum operatur. Finis aūt eiuſdem per aliud, eſt quodcūq; aliud, pp quod faciens talem actū operatur. V. g. In vitiis finis actus furandi eſt ille, pp quē fur vt ſic operatur: finis aūt per aliud eſt quodcunq; aliud pp quod aliquis furatur puta, vt luxurietur. Tanta hinc ad propoſitum dña emanat, vt ſicut qui furatur vt mœchetur, magis mœchus q̃ fur ſit, qui aūt furatur vt alienū auferat, ille verè & propriè fur ſit (primus namque ex alio principio. ſ. inclinatio ad mœchiam, & ex alio fine ſcilicet delectabili venereo furtum committit: alter autem ex proprio furandi principio & fine, furtum committit) ita in actu temperantiæ, fortitudinis, & aliarum eſt virtutum. Qui enim fortitudinis actum facit pp temperatum eſſe, aut iuſtum eſſe, magis eſt temperatus, aut iuſtus q̃ fortis, qm̄ ex alio principio & alio finem fortem actum facit. ſ. ex principio inclinatiuo in temperantiam, & illius proprio fine: vel inclinatiuo in iuſtitiam, & illius proprio fine fortem actum facit. Qui vero fortitudinis actum exercet vt fortiter agat, ille verè & propriè fortis eſt, quia ex principio inclinatiuo in fortitudinis opera, & pp proprium finem operum fortitudinis, operatur per ſe primò, & non pp aliud vt proprium finem. Patet ergo facile inducendo in vitiis & virtutibus hæc prima diſt. Secunda diſt. n. eſt de operatione virtutis, q̃ dupliciter de ea loqui poſſumus. Primò, de ipſa operatione, ſm̄ ſuam ſubſtantiam, puta, in propoſito de timere, audere, ſuſtinere &c. Secundò, de ipſa ſm̄ formam conditionum quas ſortitur ex habitu illius virtutis. Valde enim refert loqui de ſuſtinere, vel loqui de ſuſtinere qñ oportet, quæ oportet, ſicut oportet &c. Et hanc diſt. vtpote claram, non oportet aliter manifeſtare, ſed ex ea ad propoſitum ſcire, q̃ cum operatio ſecundum ſubſtantiam ſit a potentia naturali. puta, imperare, eligere, timere, audere, ſuſtinere, aggredi, & uniuerſaliter pati, & agere voluntaria: conditio autem, ſeu qualitas eius ſit ab habitu, puta, quando, quæ, ſic, vbi, propter quid oportet, ſicut habitus ſe habet ad potentiam naturalem vt forma ad materiā, ita ſe habet id quod per habitum fit, & eſt ad operationem, ita q̃ operatio eſt materia eius, q̃ ſecundum habitum fit, & eſt. Et qm̄ materia eſt propter formam, & finis generationis eſt forma, vt patet ex 2. Phy. ideo proprius finis operationis cuiuſcūque virtutis eſt id quod ſecundum habitum illius virtutis in operatione fit. Et hoc eſt quod Ariſt. in 3. Ethi. aſſumit, dicens in textu rotundo. Finis enim omnis operationis eſt qui ſm̄ habitum. Hoc eſt quod author docet in litera, ponendo propriū finem fortis non operationem, ut arguens male interpretatus eſt, ſed ſimilitudinem, ſeu conuenientiam habitus in operatione poſitam, quæ nihil aliud eſt, q̃ forma, vel quaſi forma operationis ſaltem in eſſe morali. Tertia diſt. eſt propria huic materiæ, & eſt de fine fortitudinis, & de fine materiæ fortitudinis. Bonum ſiquidem de quo eſt pugna, (quicquid illud ſit, ſiue ſit aliud à bono fortitudinis, vt iuſtitia &c. ſiue ſit ipſum propriū bonū fortitudinis, inquantum eſt bonum, de quo eſt pugna) non eſt proprius finis fortitudinis, ſed proprius finis materiæ circa quam eſt fortitudo reddens illam bonam, ſeu optimam. verbi gratia. Extat bellum propter repellēdam iniuſtam patriæ vexationem. Salus patriæ eſt directè proprius finis propter quē pericula mortis in bello ſunt optima, & mors ipſa ibidem redditur bona. Quòd enim ſic finis ſe teneat ex parte materiæ, circa quam eſt fortitudo & ratione, & authoritate patet. Ratione quidem, quia fortis circa pericula maxima & optima

Perfecta p totum. 621

Li. 13. c. 8. a med. to. 3.

Ca. 15. circa finem. tom. 1.

Li. 3. ca. 7. ante med. tom. 5.

ma tamquàm circa propriam materiã verſatur:ſed pericula, ſi F cut non ſunt maxima, niſi ſint mortalia, ita non ſunt optima niſi pp bonũ virtutis, qđ impugnat. Redduntur ergo pericula optima ex tali fine, ac per hoc pericula maxima ſunt materia fortitudinis ex hoc, q̃ ſunt optima ex tali fine. & potes formare rõem ſic. Pericula

eſt finis, ſ. pximus, & vltimus. Finis aũt proximus vniuſcuiuſq; agentis eſt, ut ſimilitudinẽ ſuę formę ĩ alterũ inducat: ſicut finis ignis calefaciẽtis eſt, ut iducat ſimilitudinẽ ſui caloris in patiente: & finis ædificatoris eſt, ut inducat ſimilitudi G nẽ ſuæ artis in materia. Quodcũq; aũt bonũ ex hoc ſequit̃, ſi ſit intentũ, põt dici finis remotus agẽtis. Sicut aũt in factibilibus materia exterior diſponitur per artẽ: ita ẽt in agibilib.

maxima ac optima ſunt materia fortitudinis ergo id quo ſũt optima ſpectat ad materiã fortitudinis: ſed non ſunt optima bonitate intrinſeca ea denominante, ſed ex ordine ad optimũ finem. ſ. bonum virtutis, de quo eſt pugna vt patet. ergo bonũ de quo eſt pugna, finis eſt materiæ circa quã eſt fortitudo. Quod aũt illud idẽ bonũ nõ ſit finis proprius fortitudinis, probatur ex hoc, q̃ finis proprius vnius virtutis cõis eſſet multis virtutibus. V.g. Eſſe temperatum eſt proprius finis tẽperantiæ, & ſm hoc eſſet ẽt proprius finis fortitudinis, quod eſt impoſſibile. Implicat namq; dicere, finẽ propriũ vnius virtutis eſſe finẽ propriũ plurium virtutũ eiuſdẽ ordinis. Authoritate vero, nam in 3. Ethi. Ariſt. inueſtigando materiã fortitudinis clare concludit, q̃ non circa oĩa pericula mortis, ſed circa optima eſt: & conſtat q̃ non hmõi ſunt pericula bona bonitate in eis. H ergo pp ordinem ad bonum, pp quod non effectiuè, nec exemplariter, vt patet, ſed finaliter ſunt optima. Et poſt non immediate. ſed cum determinat de actu formato ipſius fortitudinis, probat q̃ fortis boni gratia operatur, vbi numquàm meminit alicuius boni in ſpeciali, niſi fortitudinis, aperte oſtendens, q̃ proprius finis fortis, & virtutis fortitudinis eſt fortitudo actualis, quæ eſt forma, vel quaſi forma operationis ſubſtractæ fortitudini actuali. Subſternitur. n. ly timere, audere, ſuſtinere, aggredi. &c. actuali fortitudini, quæ ſm conuenientiam ad habitum fortitudinis apponitur hmõi actibus dum ſuſtinet, vel aggreditur &c. quando oportet, quid oportet, ſicut oportet.

¶ His prælibatis, non eſt difficile inuenire veritatem quæſtionis iſtius, quæ conſiſtit in hoc, q̃ finis proprius fortis, & habitus fortitudinis tam præſtitutus, q̃ connaturalis, eſt actualis fortitudo, tum à cõibus inchoando (quia vnumquodque eſt pp ſuam I operationem, vt dr in ſecundo cœli: proprium autem opus fortis vt ſic, & habitus fortitudinis, non eſt operatio ſecundũ ſuã ſubſtantiam, puta, ſuſtinere ſecundum ſuam formam, ac per hoc eſt fortitudo actualis, quæ ſignificat formam in tali operatione, ſicut ſimitas ſignificat curuitatem in naſo) tum quia ſicut finis proprius iuſtitiæ eſt iuſtitia in actu exercito, eo mõ quo fit à iuſtis: & ſimiliter finis temperantiæ pprius, eſt temperatè ſe habere in actu exercito, eo mõ quo tẽperati ſe habent: & finis proprius liberalis eſt liberalitas in actu exercito eo mõ quo liberales ſe exercent, & ſic de aliis: ita finis proprius fortitudinis, & fortis, ut ſic, eſt fortiter operari, eo mõ quo fortes operantur. Et omnium eſt una communis ratio, quia habitus ſunt pp proprias perfectiones actuales, quas apponunt operationibus in actu exercito. Sunt. n. habitus velut potentiæ quædam mediæ inter potentiam, & actum: & ppea ſunt inſtituti propter actuales perfectiones tamquàm omnino actus. Tum, K quia fortis, occurrente materia fortitudinis, puta, maximo & optimo periculo, puta, iuſto bello, præſtituet ſibi, inquantum fortis non alium finem niſi fortiter agere actu interiori: & hoc ſecundum rectiſſimam fit rationem, quia fortitudo ipſa actualis eſt bonum forti, & eſt finis ſuæ operationis, puta, ſuſtinere, aggredi. Hæc. n. oĩa operat̃ vt fortiter agat, & huius boni gratia agit fortis & potes hinc formare rationem. Fortis habet pro fine proprio fortitudinem actualem tamquàm ſufficiens, & proprium motiuum intentionis ſuæ ad hoc vt ſuſtineat, aggrediatur &c. ergo non oportet alium finem proprium quærere, ſicut nec in aliis virtutibus. Et ex his habes triplicem modum fortitudinis actualis. Primus & perfectiſſimus in ſuo genere eſt cum quis ex habitu fortitudinis tendit actualiter ad hunc finẽ, vt fortiter ſe habeat circa optima, ac maxima pericula: hic enim ad finem proprium fortitudinis ſe habet eo modo quo ſe habent fortes. Secundus eſt minus perfectus, cum quis nõ ex habitu fortitudinis, quo caret ille, ſed ex intentione circa optima ac maxima pericula, ad eundem finem, hoc eſt, for-

F titer ſe habere, actualiter tendit: hic. n. deficit à primo in hoc, quòd non operatur fortiter eo modo quo fortes operantur. ſ. promptè, ac faciliter. Tertius imperfectiſſimus, cum quis non propter fortiter ſe habere, ſed propter aliud bonum, puta, pacem, vel iuſtitiam, fortiter ſe habet: hic enim tam parum habet de fortitudinis uirtute, ut magis ſit iuſtus quàm fortis: ſicut mœchatus, vt furetur, magis fur quàm mœchus eſt. Et ex his clarè patet q̃ cum fortis ut ſic, agat ſcienter, & ex electione &c. pprio fine præſtituto habet illudmet bonũ quod eſt ſibi finis connaturalis: & q̃ ſicut in iuſto ac iuſtitia, tẽperato ac temperantia, non eſt diſtinguẽdus finis proprius præſtitutus a fine proprio connaturali, ſed ille qui ſecundum habitum eſt, ipſemet præſtitutus eſt: ita nec in fortitudine diſtinguẽdum eſt de fine proprio connaturali, vel præſtituto: ſecus autem eſt loqui de fine remoto.

Regula de agibilibus.

Conclusio

In corp. ar

p prudentiã diſponunt̃ actus humani. Sic ergo dcm̃ eſt, q̃[m] fortis ſicut proximũ finẽ, intẽdit, ut ſimilitudinẽ ſui habitus exprimat in actu: intendit. n. agere ſm conuenientiã ſui habitus. Finis autem remotus eſt G beatitudo, uel Deus [*].

Et p hoc patet rñſio ad obiecta. Nã prima rõ procedebat ac ſi ipſa eſſentia habitus eſſet finis, non aũt ſimilitudo eius in actu, ut dictum [*] eſt. Alia uerò duo pcedunt de fine vltimo.

¶ Ad primum ergo argumentum in oppoſitum, & oĩa ſequentia ſimul, dr q̃ iſte hõ deceptus eſt in hoc, q̃ nõ diſcreuit inter operationem, quam aſſumit fortitudo & fortis, puta, ſuſtinere, H & id quod ſm conuenientiam habitus operationi opponitur, quorum vtrumq; importat operatio perfecta, ſeu actus perfectus, ſeu formatus, & cõputauit pro uno & eodem utrumque, cum tñ ualde diſtent: cum alterum materia, alterum forma, alterum finis, alterum pp finem ſit. Vnde propriè loquendo debemus dicere, nõ q̃ operatio fortitudinis eſt eius finis, ſed q̃ fortitudo actualis in operatione eſt finis naturalis, & pſtitutus.

¶ Singillatim aũt rñdendo dr, concedendo maiorẽ de operatione ſecundum ſubſtantiam: ſed negando minorem ſi rectè ſubſumeretur. ſ. Fortitudo actualis non eſt finis actus ſecundum ſubſtantiam, alioquin nihil obſtat.

¶ Ad ſecundum negatur maior, loquendo de actu formato, qui eſt ſecundum rectam rationem: quoniam ut fortis, eligit fortiter agere circa optima pericula, quia fortiter agere eſt ſecundum ſe bonum.

I ¶ Ad tertium negatur ſequela, quia deficeret propria materia fortitudinis in caſu illo. ſ. periculum optimũ, ac per hoc nõ ſe exercerent in fortitudine vera. Falſiſſimũ quoq; eſt, quod additur ibi, q̃ qa vult quis percuti, uel occidi, idõ non fit iniuſte ſi quis percutiatur, uel moriatur, niſi apud eos qui putant q̃ hõ poſſit per ſeipſum, uel alium, ad libitũ licitè ſe occidere, uel percutere, quod conſtat eſſe alienum a ueritate, & ratione.

¶ Ad quartum negatur maior, loquendo de proprio fine. Stat enim quòd ſit finis materiæ circa quam eſt, & non ſit proprius finis illius. Probatio autem nihil probat, niſi fortè hoc quòd eſt aliquo modo finis illius uel alicuius ad illud requiſiti, puta, materiæ eius: cum quo ſtat quòd non ſit proprius finis illius, quod erat probandum: Ita quòd, ut uno uerbo dicatur, id de quo eſt pugna &c. eſt quidem finis fortis ex parte materiæ, ſed non eſt proprius finis fortitudinis ex parte operationis, & habitus.

K ¶ Ad quintum negatur maior: qm̃ actus bonus, & laudabilis quo læditur proximus, poteſt eſſe ſecundum ſe bonus, non inquantum eſt læſiuus proximi, ſed inquantum eſt ſecundum ſe actus uirtutis circa propriam materiam. Et ſic eſt de fortitudine, cuius non eſt reſpicere operationem ſuam inquantum eſt ad alterum, ſed inquantum eſt ad ſe, ſaluata materia propria. ſ. optimo & maximo periculo. Ad id uerò quod contra expoſitionem authoris afferri dr̃, reſpondetur, q̃ male intellectus eſt author. Nam author per fortitudinem non exponit operationem: ſed fortitudinem actualem, quæ eſt ſimilitudo fortitudinis habitualis, & eſt proprium bonum ipſius habitus fortitudinis, & fortis, & proprius finis utriuſque, & operationis ſecundũ ſubſtantiam puta, ſuſtinere, aggredi. Et propterea ad probationem dicitur, quòd optime per hoc probatur intentum Ariſtotelis, ſ. q̃ fortis operatur propter fortitudinem actualem ut proprium finem, quia finis omnis operationis eſt qui ſecundum habitum. Et propterea optimè concludit, quòd operatur, & patitur boni gratia, quia gratia actualis fortitudinis ſuſtinet, & facit quicquid operatur.

¶ Super

Porrecta ꝑ uerum. 622

SVP. Q. CXXIII. ART. VIII.

fieri ſecūdum proportionem illius generis. Nam paruum & magnum dicuntur relatiuè, vt Philoſo. dicit in prædicamentis.*

*In prędicamento ad aliqd. te. 2.

ad al erum, ſub ratione debiti moralis tamen. Eutrapelia autem pars ponitur temperātiæ, ut infra patebit, quia modeſtia quædā eſt actionum ludicrarum.

¶ Ad tertiū dicitur, ꝙ conſequentia non ualet, nec ſequitur ex dictis literæ ſanè intellectis. Et hæc de hac quæſtione, & ſequenti, de paruificētia, & cōſumptione, dicta ſufficiunt.

D. 815.

SVP. Q. CXXXIIII. ART. IIII.

Parte 2a per totum 664

Sup. q. 28. & locis ibi notatis.

IN art. 4. eiuſdē qō. 134. dubiū occurrit ex Marreno ibidē tripliciter arguēte, ꝙ iſtę duæ conditiones quæ in litera ponuntur, non ſufficiūt ad eſſe uirtutem adiunctam vt ſecūdariam principali. Primò, quia ſic omnis uirtus exceſſa à fortitudine eſſet ſecundaria uirtus reſpectu eius. Probatur, quia habet ambas conditiones ſ. & ꝙ conuenit cum ea (omne. n. exceſſum cōuenit in aliquo cū excedente) & ꝙ exceditur ab ea. Secūdò, quia ſic liberalitas, eutrapelia, & ſic de multis alijs, eſſet ſecūdaria uirtus reſpectu iuſtitiæ, quia ambas habet conditiones. Tertiò, quia iuſtitia, & omnis uirtus requiſita ad grauem adminiſtrationem, eſſet ſecūdaria reſpectu magnanimitatis: quę omnia ſunt abſurda.

†Ar. prec.

¶ Ad primū horū dicitur, ꝙ prima conditio in litera poſita, ſ. Conuenientia in aliquo non eſt ſic intelligenda ut ſonat, cū omne ens cum omni ente in aliquo cōueniat: ſed intelligēda eſt ſanè, ut expoſuit author ſuperius in qō. 128. ubi partes fortitudinis aſſignauit. ſ. ꝙ conueniat in modo, quem principalis uirtus ſeruat in ſua materia, puta, in iuſtitia, ꝙ ſit ad alterum: in fortitudine, ꝙ ſit ad arduum: in temperantia, ꝙ conſiſtit in moderatione: & ſic non omnis uirtus exceſſa conuenit cum uirtute excedente. Secunda ſimiliter conditio, ꝙ ſit exceſſa, intelligitur quo ad rationem, hoc eſt, ꝙ adiuncta uirtus deficiat a perfecta ratione iuſti, fortis, uel tēperati. ut patet etiam ex dictis in q. 81. & inferius in 143. Nihil ergo ualet prima, obiectio.

*Li. 4. e. 2 paulo a princ. c. 2. tom. 5.

*Lib. 1. in ſomniū Scipionis in fol. 2. ante lib. medium.

Concl. m

Conclu. p

*q. 80. & 128.

D. 833.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, quòd liberalitas uere eſt adiuncta iuſtitiæ, quia eſt

ARTICVLVS IIII.

Vtrum magnificentia ſit pars fortitudinis.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ magnificētia nō ſit pars fortitudinis. Magnificentia. n. conuenit in materia cum liberalitate, ut dictum eſt: † ſed liberalitas non eſt pars fortitudinis, ſed iuſtitiæ. ergo magnificētia non eſt pars fortitudinis.

¶ 2 Præt. Fortitudo eſt circa timores & audacias: magnificentia aūt in nullo vr̄ reſpicere timorē, ſed ſolùm ſumptus, qui ſunt operationes quædā. ergo magnificentia magis vr̄ pertinere ad iuſtitiā, quæ eſt circa operationes, quàm ad fortitudinē.

¶ 3 Præt. Phil. dicit in 4. Ethic.* ꝙ magnificus ſcienti aſſimilatur; ſed ſcientia magis conuenit cum prudentia, quàm cum fortitudine. ergo magnificētia nō debet poni pars fortitudinis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Tullius, & Macrobius, & Andronicus * magnificentiam partem fortitudinis ponunt.

RESP. Dicēdū, ꝙ magnificētia ſm ꝙ eſt ſpecialis uirtus, nō pōt poni pars ſubiectiua fortitudinis, quia non cōuenit cū ea in materia: ſed ponitur pars eius inquantū adiūgitur ei ſicut uirtus ſecundaria principali. ¶ Ad hoc aūt ꝙ aliqua uirtus adiungatur alicui principali, duo requirunt, ut ſup. dictū eſt,* quorum unū eſt, ut ſecūdaria cōueniat cū principali: aliud aūt eſt, ut in aliquo excedatur ab ea. Magnificētia aūt cōuenit cū fortitudine in hoc, ꝙ ſicut fortitudo tendit in aliqđ arduū & difficile, ita ēt & magnificētia. Vñ ēt vr̄ eſſe in iraſcibili, ſicut & fortitudo: ſed magnificentia deficit a fortitudine in hoc, ꝙ illud arduū in qđ tēdit fortitudo, hēt difficultatē ꝑꝑ periculū qđ imminet perſonæ. Arduū aūt in quod tendit magnificentia, hēt difficultatē ꝑꝑ diſpendiū rerū, qđ eſt multo minus, quàm periculum perſonæ: & ideò magnificentia ponitur pars fortitudinis.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ iuſtitia reſpicit operatiōes ſm ſe, ꝓut in eis conſideratur rō debiti: ſed liberalitas, & magnificētia cōſiderāt operatiōes ſūptuū ſm qđ cōparantur ad paſſiones aīæ, diuerſimodè tñ. Nā liberalitas reſpicit ſumptus ꝑ cōparationē ad amorē, & cōcupiſcētiā pecuniarū, quę ſunt paſſiones cōcupiſcibilis, quib. nō impeditur liberalis à dationib. & ſumptib. faciendis, vñ eſt in cōcupiſcibili. Sed magnificētia reſpicit ſumptus ꝑ cōparationē ad ſpem, attingendo ad aliquid arduū nō ſimpr̄ ſicut magnanimitas, ſed in determinata materia. ſ. in ſumptibus: unde magnificentia uidetur eſſe in iraſcibili, ſicut & magnanimitas.

AD II. dicendū, ꝙ magnificentia, etſi non conueniat cum fortitudine in materia, conuenit tamen cum ea in conditione materiæ, inquantum. ſ. tendit in aliquid arduum circa ſumptus, ſicut & fortitudo in aliquid arduum circa timores.

AD III. dicēdum, quòd magnificentia ordinat vſum artis ad aliquid magnum, ut dictum eſt: ars autem eſt in ratione. Et ideo ad magnificum pertinet benè uti ratione in attendēdo proportionem ſumptus ad opus, quod faciendū eſt. Et hoc præcipuè neceſſarium eſt propter magnitudinē utriuſque, quia niſi diligens conſideratio adhiberetur, immineret periculum magni damni.

QVAESTIO CXXXV.

De Paruificentia, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de uitijs oppoſitis magnificentiæ.

ET CIRCA hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum paruificentia ſit vitium.

¶ Secundò, de vitio ei oppoſito.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum paruificentia ſit uitium.

Parte 2a per totum 665

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ paruificentia nō ſit uitium. Virtus. n. ſicut eſt moderatiuua magnorum, ita etiam eſt moderatiua paruorum, vñ & liberales, & magnifici aliqua parua faciunt: ſed magnificentia eſt uirtus. ergo ſimiliter paruificentia magis eſt uirtus quàm uitium.

4. Eth. lec. 7.

¶ Præt. Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ diligentia rōcinij eſt paruifica: ſed diligentia ratiocinij vr̄ eſſe laudabilis, quia bonū hois eſt ſm rōnē eſſe, ut Dion. † dicit in 4. c. de diui. no. ergo paruificētia nō eſt vitiū.

¶ 4 Præt. Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ paruificus conſumit pecuniam triſtatus: ſed hoc pertinet ad auaritiā, ſiue ad illiberalitatem. ergo paruificentia non eſt uitium ab aliis diſtinctum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Phil. in 2. & 4. Ethic.* ponit paruificentiā ſpāle uitiū magnificētiæ oppoſitū.

RESP. dicēdum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* moralia ſpeciē a fine ſortiuntur: unde & a fine ut plurimes nominantur. Ex hoc ergo dr̄ aliquis paruificus, ꝙ intendit ad aliquid paruum faciēdum. Paruum autem & magnum ſm Philoſo. in prædicamentis

*Li. 4. c. 2. aliquātulū a princip. t. 5.

† Cap. 4. par. 4.

*Li. 4. c. 3. in fi. to. 5.

*Li. 2. c. 7. & li. 4. c. 2. tom. 5.

* 1. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar.

*In pđicamẽto ad aliqd, t. 1.

mẽtis * relatiuè dñr. Vñ cũ dr, ꝙ paruificus intẽdit aliqd paruũ facere, intelligẽdũ eſt in cõparatione ad genus operis qđ facit: in quo qdem paruum & magnũ põt attendi dupłr. Vno mõ, ex parte operis fiẽdi: alio mõ, ex parte ſumptus. Magnificus ergo principaliter intẽdit magnitudinẽ operis, ſecũdario intẽdit magnitudinẽ ſumptus, quã nõ uitat, vt faciat magnũ opus. Vñ & Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ magnific9 ab ęquali ſumptu op9 facit magis magnificũ. Paruificus aũt ecõuerſo, principałr qdẽ intẽdit paruitatem ſumptus. Vñ & Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ intẽdit qualiter minimũ cõſumat: ex cõſequenti aũt intẽdit paruitatẽ operis, quã. ſ. non recuſat, dũmodo paruũ ſumptũ faciat. Vñ Phil. dicit ibidẽ,* ꝙ paruificus maxima cõſumẽs in paruo. ſ. ꝙ nõ vult expendere, bonũ pdit. ſ. magnifici operis. Sic ergo patet ꝙ paruificus deficit à ꝓportione, quæ debet eſſe ſecundum rationem inter ſumptus, & opus. Defectus autem ab eo quod eſt ſecũdum rationem, cauſat rationem uitij. Vnde manifeſtum eſt, quòd m paruificentia uitium eſt *.

*Li. 4. c. 2. tom. 5.

*Li. 4. c. 2. non procul a fine tom. 5.

*Li. 4. c. 2 nõ remote a fine, tom. 5.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ virtus moderatur parua ſm regulã rationis, à qua deficit paruific9, vt dictũ eſt.* Nõ enim dr paruificus qui parua moderatur, ſed qui in morãdo magna, uel parua, deficit à regula rationis: & ideò habet vitij rationem.

*In corp. art.

AD II dicendũ, ꝙ ſicut Phil. dicit in 2. Rhetor.* Timor facit cõſiliatiuos: & iõ paruificus diligenter rõcinijs intẽdit, qa iordinatè timet bonorum ſuorũ cõſumptionẽ, ẽt in minimis. Vñ hoc nõ eſt laudabile, ſed uitioſũ & uituberabile: qa non dirigit affectum ſuum ſm rationem, ſed potius rationis uſũm applicat ad inordinationem ſui affectus.

*Li. 2. c. 5. parum a med. t. 6.

AD III. dicẽdũ, ꝙ ſicut magnificus cõuenit cũ liberali i hoc, ꝙ promptè & ďlectabiliter pecunias emittit: ita ẽt paruificus cõuenit cũ illiberali, ſiue auaro in hoc, ꝙ cũ triſtitia, & tarditate expenſas facit. Differt aũt in hoc, ꝙ illiberalitas attenditur circa cões ſumptus: paruificẽtia aũt circa magnos ſumptus, quos difficilius eſt facere. & iõ minus uitiũ eſt paruificẽtia, q̃ illiberalitas. Vñ Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ q̃uis paruificentia & uitium oppoſitum ſint malitiæ, non tamen opprobria inferunt: quia nec ſunt nociua proximo, nec ſunt ualdè turpes.

*Li. 4. c. 2. in fine, tom. 5.

ARTICVLVS II.

Porrecta per totum.
666
4. Ethico. lect. 7.

Vtrum paruificentiæ aliquod vitium opponatur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ paruificentiæ nullum uitium opponatur. Paruo. n. opponit h magnum: ſed magnificẽtia nõ eſt uitiũ, ſed uirtus. ergo paruificẽtiæ nõ opponitur uitiũ.

¶ 2 Præt. Cũ paruificentia ſit uitium ex defectu, ut dictum eſt,* vr ꝙ ſi aliquod uitium eſſet paruificẽtiæ oppoſitum, ꝙ conſiſteret ſolum in ſuperabundanti conſumptione: ſed illi qui cõſumunt multa, vbi pauca conſumere oporteret, conſumunt pauca ubi multa oporteret cõſumere, ut dicitur in 4. Eth.* & ſic habent h aliquid de paruificentia. non ergo eſt aliquod uitium paruificentiæ oppoſitũ.

*Ar. præc.

*Li. 4. c. 2. circa finem, t. 5.

¶ 3 Præt. Moralia ſortiuntur ſpeciem ex h fine, ut dictũ eſt:* ſed illi qui ſuperfluè conſumunt, hoc faciunt cã oſtentationis diuitiarum, ut dicitur in 4. Etic.† hoc autem pertinet ad inanem gloriam, q̃ opponitur magnanimitati, ut dictũ eſt.* ergo nullum uitium paruificentiæ opponitur.

*ar. præc. & 1. 2. q. 1. ar. 3.

†Li. 4 c. 2. circa finẽ
*q. 131. art. 2.

SED CONTRA eſt authoritas Philo. qui in 2. & 4. Ethi.† ponit magnificentiam medium duorum oppoſitorum uitiorum.

†Li. 2. c. 7 & li. 4. c. 2 tom. 5.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ paruo opponit̃ magnũ. Paruũ aũt & magnũ relatiuè dñr, ut dictũ eſt*. Sicut autẽ cõtingit ſumptũ eſſe: paruũ ꝑ cõparationem ad opus, ita ẽt cõtingit ſumptũ eſſe magnũ in cõparatione ad op9, ut ſ. excedat ꝓportionẽ, q̃ eſſe dẽt ſumptus ad opus ſm regulã rõnis. Vñ manifeſtũ eſt ꝙ m uitio paruificẽtiæ, qua aliqs deficit à debita ꝓportione expẽſarum ad opus, intẽdẽs minus expẽdere q̃ dignitas operis requirat, opponit̃ uitiũ, quo aliqs dictam ꝓportionẽ excedit, ut ſ. plus expendat, q̃ ſit operi proportionatum n: & hoc uitium Græcè quidem dr banauſia à furno dicta, qa uidelicet ad modum ignis qui eſt in furno omnia conſumit. Vel dr apyrocalia. i. ſine bono igne, qa ad modũ ignis oĩa cõſumit non ꝑp bonum. Vnde latinè hoc uitium poteſt nominari conſumptio.

*ar. præc.

Βαναυσία.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ magnificẽtia dr eſſe ex eo ꝙ facit magnum opus: nõ aũt ex eo ꝙ in ſumptu excedat proportionem operis. Hoc enim pertinet ad uitium, quod opponitur paruificẽtię.

AD II dicendũ, ꝙ idẽ uitiũ cõtrariat̃ uirtuti, q̃ eſt in medio, & cõtrario uitio. Sic ergo uitiũ conſumptionis opponit̃ paruificẽtiæ in eo, ꝙ excedit i ſumptu operis dignitatẽ expẽdẽs multa, ubi pauca oporteret expẽdere. Opponit̃ aũt magnificentiæ ex parte operis magni, quod præcipuè intendit magnificus, inquantum ſcilicet, ubi oportet multa expendere, nihil, aut parum expendit.

AD III dicendum, ꝙ conſumptor ex ipſa ſpecie actus opponitur paruifico, inquantũ trãſcẽdit regulã rationis, à qua paruificus deficit. Nihil tñ prohibet, quin hoc ad finem alterius uitij ordinetur, puta, inanis gloriæ, uel cuiuſcumq; alterius.

QVAESTIO CXXXVI.

De Patientia, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderandum eſt de patientia.

Et circa hoc quærũtur quinq;.

¶ Primò, Vtrũ patiẽtia ſit uirt9.

¶ Secundò, Vtrum ſit maxima uirtutum.

¶ Tertiò, Vtrum poſſit haberi ſine gratia.

¶ Quartò, Vtrum ſit pars fortitudinis.

¶ Quintò, Vtrum ſit idem cum longanimitate.

ARTICVLVS I.

Vtrum patientia ſit virtus.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̃. Vr ꝙ patiẽtia nõ ſit uirtus. Virtutes. n. ꝑfectiſſimè h ſunt i patria, ut Aug. dicit in 4. de Tri.* ſed ibi nõ eſt patientia, qa nulla ſunt

SVP. Q. CXXXVI. ARTIC. I.

IN art. 1. q. 136. dubiũ occurrit Martini in eodẽ tractatu ſ q. 1. de patiẽtia cõtra rõnẽ literæ in corpore huius articuli, dicẽtis, ꝙ hæc rõ intellecta ut iacet, nimis pplexa eſt. Quod. n. primo concludit, vr falſum, & cõſequentia multum obſcura. Arguit. n. ſic. Inter alias paſſiones triſtitia impedit bonum rõnis. ergo neceſſaria eſt uirtus, qua bonũ rõnis cõſeruetur contra triſtitias. Contra Tum primò, quia uolũtas ſine uirtutis habitu hoc poteſt. ergo. Antecedens probatur, quia aliàs nũquàm poſſet exi. e in primum actum. Tũ ſecũdò quia dicetur quòd

Porrecta per totum.
667
Infra art. 5. cor. & ſupra. 128 cor.
*Li. 14. de tri. cap. 9. tom. 3.

ibi mala tolerāda, ſm illud Iſa. 49. & Apo. 21. Nō eſuriēt, neq; ſitiēt, & ñ pcutiet eos eſt⁹, neq; Sol. ergo patiētia nō eſt uirtus.

¶ 2 Præt. Nulla [h] virtus in malis pōt inueniri, qa uirtus eſt q̄ bonū facit habētem: ſed patientia qñq; in malis hominibus inuenit, ſicut patet in auaris q̄ multa mala patienter tolerant, ut pecunias congregent, ſm illud Eccl. 5. Cunctis diebus uitę ſuæ comedit in tenebris, & iu curis multis, & in ærumna atq; triſtitia. ergo patiētia nō eſt uirtus.

¶ 3 Præt. Fruct⁹ à virtutib⁹ [h] differūt, vt ſ. habitū ē: † ſed patiētia ponit inter fructus, ut patet ad Gal. 5. ergo patiētia nō ē uirt⁹.

SED CONTRA ē, qđ Aug. dicit in lib. de patiētia.* Virt⁹ animi q̄ patiētia dr̄, tā magnū Dei donū eſt, ut ēt ipſius, qui nobis eā largitur, patientia prædicetur.

RESP. Dicēdū, ꝙ ſicut dictū eſt ſupra,* uirtutes morales ordinant ad bonū, inquātū cōſeruāt bonū rōnis cōtra impetus paſſionū. Inter alias aūt paſſiones triſtitia efficax eſt ad impediēdū bonū rōnis, ſm illud 2. ad Cor. 7. Sæculi triſtitia mortem operat. & Eccl. 30. Multos occidit triſtitia, & nō eſt utilitas in illa. Vñ neceſſe eſt hēre aliquā virtutē, p quā bonū rōnis conſeruet cōtra triſtitiā, ne. ſ. rō triſtitię ſuccūbat: hoc aūt facit patiētia. Vñ Aug. dicit in lib. de patiētia,* ꝙ patiētia hoīs eſt, qua mala æquo aīo toleram⁹, i. ſine pturbatione triſtitiæ, ne aīo iniquo bona deſeram⁹, p q̄ ad meliora pueniamus. Vñ ſm̄ manifeſtū eſt patientiā eſſe uirtutem.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ virtutes morales nō remanent ſm eūdē actū in patria, quē habent in uia. ſ. p cōparationē ad bona p̄ſentis uitæ, q̄ nō remanebūt in patria, ſed p cōparationē ad finē, q̄ erit i patria, Sicut iuſtitia nō erit in patria circa emptiones & uēditiones, & alia q̄ ptinent ad p̄ſentem uitā, ſed i hoc, qđ ē ſubditū eē Deo. Siſr actus patiētiæ in patria nō erit in ſuſtinēdo aliqua, ſed in fruitione bonorū, in quo puenire uolebamus patiendo. Vñ Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei,* ꝙ in patria nō erit ipſa patiētia, q̄ neceſſaria non eſt, niſi ubi tolerāda ſūt mala: ſed æternū erit id, quo p patientiam peruenit.

AD II dicēdū, ꝙ ſicut Aug. dicit i lib. de patiētia,* patiētes ppriè dūr, q̄ malūt mala nō cōmittēdo ferr̄, q̄ ñ ferēdo cōmitter̄. In illis āt, q̄ mala ſuſtinēt ut mala faciāt nec mirāda, nec laudāda ē patiētia, q̄ nulla eſt, ſed mirāda duritia, negāda patiētia.

AD III dicēdū, ꝙ ſicut ſupra dictū ē, † fructus i ſui rōne importat quādā delectationē. Sūt āt operōnes uirtutū delectabiles ſm ſeipſas, ut dr̄ in 1. Eth. Cōſuetū eſt aūt, ut nomine uirtutis ēt virtutū actus ſignificent, & iō patiētia quātū ad habitū ponit virtus, quātū aūt ad delectationē quā hēt in actu, ponit fructus. Et præcipuè quantū ad hoc, ꝙ per patientiā animus p̄ſeruatur, ne obruatur triſtitia.

¶ oīs virtus conſeruat bonū rōnis cōtra triſtitias, & ſic per hoc medium nō probatur ꝙ vltra alias uirtutes ſit neceſſaria patientia. Tertiò deficit, qa non aſſignat niſi vnam paſſionem quam moderetur. ſ. triſtitiam: & tñ oīs virtus moralis eſt media inter duas paſſiones, aut ſaltē dupliciter circa eandē paſſionem: ſicut māſuetudo ē medietas inter exceſſum & defectū iræ. Quartò, qa oīs uirtus pugnat cōtra triſtitiā impediētē bonū rōnis directiuæ ſui, ut patet de p̄ſeuerantia. Quintò, quia ſecundū ſanctos patientia eſt ordinata ad tollendā inſenſibilitatē, & inducendā triſtitiam, ubi nulla eſſet ex malis ſequutura triſtitia, ſicut de facto Chriſtus ſuſcepit triſtitiā. Triſtis, inquit, eſt anima mea. Vnde patientia nō ſolum eſt cohibitiua triſtitiæ excedentis, ſed excitatiua triſtitiæ deficiētis: ꝙ patet ex manſuetudine reſpectu irę, q̄ vtrūq; facit, & ex hoc ꝙ oīs virt⁹ moralis eſt media inter duo extrema uitia, & ex authoritate Greg. in Moralibus ſuper illud, Surrexit Iob, ſcidit veſtimēta ſua & tonſo capite adorauit. Vbi cōtra nimiū dolorum ſenſum contraponit inſenſibilitatem, & vtrūq; damnat, afferens contra ſecādos illud prophetæ, Percuſſiſti eos, nec doluerūt: attriuiſti eos, & noluerūt accipere diſciplinā: & ſimilitudiné membrorum ſtupidorum, quæ inciſa dolere non poſſunt.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ rō ſanè intellecta, bona eſt & ad primam obiectionem dr̄, ꝙ aliud eſt poſſe in actu uirtutis, aliud eſt eā poſſe in illum actum eo modo quo uirtuoſus exercet. Non. n. ponitur iuſtitiæ uirtus ut uoluntas poſſit uelle iuſtū, ſed ut poſſit eo modo quo iuſti uolunt iuſta & ſimile eſt de alijs uirtutibus. Et ideò oportet poni patientiam contra triſtitias, ut homo ſe habeat in triſtitijs uirtuoſè, quod ſine uirtute moderatiua triſtitiarum fieri nequit. Si namque indomitæ eſſent, licet homo poſſet, non tamē poſſet, ut patientes ſoliti ſunt, rectitudinē in aduerſis ſeruare.

¶ Ad ſecundā uerò obiectionē, quæ coincidit cū quarta, & multū hēt apparentiæ, adeò ꝙ vī ſufficienter rñdere rōni iſtetæ, qm̄ quælibet uirtus ſicut moderatur timorē contrariorū ſuorum, ita & triſtitiā eorundem. Liberalitas ſiquidē moderatur timorem amiſſionis pecuniarū, & triſtitiā amiſſarū. Similiter tēperantia moderatur timorē & triſtitias contrarias delectabilibus ſcdm tactum, & ſic de alijs. Veruntamen rñdetur cum authore, ꝙ quia nulla alia uirtus eſt directè moderatiua triſtitiæ, & triſtitia eſt paſſio ualdè impeditiua boni rōnis, iō conuenieus eſt ponere unam uirtutē circa triſtitiam directè. Rurſus ſingulæ uirtutes ſunt circa ſingulas triſtitias oppoſitas in ordine ad quoddā particulare bonū rōnis, iſta aūt uirtus ponit circa triſtitiā ī ordine ad bonū rōnis abſolutè, vt ſ. ſic moderetur triſtitias, ut in nullo mēs à bono auertatur, ſeu declinat pp triſtitiam quamcumq;, præcipuè tñ pp triſtitiam illatā ab extra. Demum cum uirtus iſta ponatur principaliter pp bonum ſupernaturale, ut ſ. hō pp triſtitias quæ occurrunt, non declinet à bono ſuo ſupernaturali, qđ ē maximū bonum rōnis, ſeu ſuperioris partis noſtrę ſcilicet intellectus & uolūtatis. & triſtitiæ paſſio materia ppria ſit moralis, & non theologalis uirtutis, rōnabilius eſt ponere ꝙ charitas mediāte patientia moderatur triſtitias, q̄ ꝙ per ſeipſam ad illas deſcendat. Oportet nāque charitati attribuere pugnam cōtra triſtitias impediētes amorem cæleſtis patriæ. Rōnabilius autē hoc, ut dictum eſt, facit mediatè p uirtutē patientiæ, quæ directè circa triſtitias ſit in ordine ad bonum rōnis ſupernaturale principaliter: & cōſequenter ad bonum rōnis ſimpliciter & abſolutè. Vt autē inferi* patebit, author patientiā ponit directè virtutem circa triſtitias, ut ratio in bono ſupernaturali cōtra triſtitias conſeruetur.

¶ Ad tertiam dr̄, ꝙ ſufficit virtuti una paſſio, ut propria materia moderanda, ut patet de manſuetudine, cui ut propria materia aſſignatur ira. Quod aūt patientia ſit circa triſtitias media inter duo uitia extrema, non repugnat literæ, neq; authori, qui inferius expreſſe in ſequenti libro q. 46 ar. 6. ad ſecundum, dicit ꝙ uirtus moralis nō negat triſtitiam, ſ[illegible] in ea mediū rationis, ſequēs Peripateticos contra Stoicos omnino triſtitiam ab animo ſapientis remouentes. Vnde cum triſtari de malo ſit ſecundum naturalē ordinem noſtræ naturæ, reſpectu talis obiecti appropinquari, utrumque uidetur uitioſum. ſ. & plus triſtari quàm oportet, & minus triſtari quàm oportet. Nulla ſiquidem triſtitia de malo coniuncto, cognitæ natura noſtræ derogat: ac per hoc patientia eſt circa triſtitiam, ſicut manſuetudo circa irā: & eſt in medio duarum malitiarum, ut aliæ uirtutes morales, quæ ſunt circa paſſiones. Et ex his patet, quòd quinta obiectio non eſt contra doctrinam authoris.

¶ In eodem 1. ar. in reſponſione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibidem reprehendente reſpōſionem hanc in hoc, quòd ponit patiētiam remanere in patria ratione iſtius actus, qui eſt frui bonis, ad quæ per patientiam peruenire uolebam⁹, & duo impugnat. Primò, ipſa uocabula: ſecundò, rationem. Inquit primò, ꝙ eſt abuti uocabulo patientiæ, ita ꝙ eſſet multo rōnabilius dicere album nigrū, aut calidū frigidum, qa iſta ſcdm aliquos ſe cōpatiuntur in aliquibus gradibus: patientia

autem

Margin notes:
Patientia miſera amarorum.
† 1. 2. q. 70. art. 1. ad 3. præcipue.
* Ca. 1. in prin. to. 4.
* q. 123. ar. 1.
* Ca. 2. in prin. to. 4.
Conclu. ꝓ
* Li. 14. c. 9 declinando ad finem, to. 5
* Ca. 2. in medio, & c. 5. a medio to. 4.
Vera patientia, & falſa.
† 1. 2. q. 11 art. 1.
Lib. 1. c. 8. a medio, tom. 5.

ſutem & ſumma delectatio, non. Et hic multa inculcat. Inqt ſe- A cūdò, ꝙ exemplū de iuſtitia qđ remanet in pria nō reſpū emptionū &c, ſed quo ad hoc, qđ eſt eſſe ſubditum Deo, nō valet quæ eſt una ſpecies iuſtitiæ, cuius actus eſt eſſe ſubditum Deo. Nulla aūt eſt patiētia, cuius actus ſit illa fruitio, q̄ eſt in patria.
¶ Ad hæc dr̄, ꝙ nulla eſt abuſio vocabulorū: qm̄ cum patiētia habeat pro proximo fine fruitionem boni, pro quo triſtitia ſuſtinet, dicere quòd non remanet in patria ipſa patientia in ſeipſa, ſed in ſuo fine, nullꝰ abuſus, nulla obſcuritas interuenit. Sed ſicut dicimꝰ, ꝙ militia in uictoria remanet, & in triūpho: ita patientia in fruitione bonorum patriæ, pro quibus quis paſſus eſt in uia.
¶ Ad ſecundam verò obiectionem dicitur, quòd ſimilitudo de iuſtitia tenet quoad hoc, quòd ē remanere reſpū finis & ad hoc ē allata ab authore. Vnde non oportet fingere patiētiam, cuius actus ſit frutio patriæ: quoniam expreſsè author dicit in litera, ꝙ non remanet ſecundùm ſeipſam, ſed ſecundùm ſuum finē tantū, qui attribuitur patiētiæ, ſicut triūphare attribuitur militiæ.

Porrecta per totum. 668

1.2.q.66. ar.5.ad.1

ARTICVLVS II.

Vtrum patientia ſit potiſſima uirtutū.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ patientia ſit potiſſima uirtutum. Id.n. quod eſt[h] perfectum, eſt potiſſimum in unoquoque genere: ſed patientia habet opus perfectum, ut dicitur Iacobi 1. ergo patientia eſt potiſſima uirtutum.

¶ 2 Præt. Omnes uirtutes ad bonum animæ ordinātur: ſed hoc B præcipuè uidetur pertinere ad patientiam dicitur.n. Luc.21. In patiētia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras ergo[h] patientia eſt maxima uirtutum.

¶ 3 Præt. Illud, qđ eſt conſeruatiuū, & cā aliorum, uidetur potius eſſe, ſed ſicut Greg. dicit in quadā Homil. † Patiētia eſt radix, & cuſtos oīum uirtutū. ergo patiētia ē maxima uirtutū.

†Hom.35 in euang. nō remote ab medium.

SED CONTRA eſt, ꝙ nō enumeratur inter quatuor uirtutes, quas Grego.* 22. Moral. & Aug. † in lib. de moribus Eccleſiæ, uocant principales.

* Greg.li. 22.c.1. † Au.c.15 & 22. L.1.

RESPON. Dicēdū, ꝙ uirtutes ſm̄ ſuam rōnem ordinantur ad bonum. Eſt.n. uirtus q̄ facit bonū habentē, & opus eius bonū reddit, ut dr̄ in 2. Ethic.* Vndè oportet, ꝙ tāto prīcipalior ſit uirtꝰ & potior, quātò magis & directiꝰ ordinat hoīem ī bonū. Directius aūt ad bonū ordināt hominem uirtutes q̄ ſunt cōſtitutiuæ boni, q̄ illæ quæ ſunt impeditiuæ eorū, quę abducunt a

*Li.2.c.6. circa principium.

SVPER Q. CXXXVI. ART. II.

IN ar. 2. eiuſdē q. multa occurrunt ex Martino dubia in q.4. Primum eſt de comparatione iuſtitię ad patientiam contra hoc, quòd ideò iuſtitia eſt perfectior patientia, quia iuſtitia cōſtituit hominem in bono: patientia autem ſeruat tantum contra impedimenta boni. Arguitque ſic. Patientia non tantū impedit ea quæ a bono retrahunt, ſed etiam conſtituit animum in bono principaliter, propriè. & per ſe. ergo. Antecedens probatur, Primò, quia patientia conſtituit hominem in ęquanimitate, quæ eſt bonum magnum. Secundò, quia patientia inclinat hominem ad ſequelam rectæ rationis: hoc autem eſt bonū ergo. Tertio, quia huiuſmodi uirtutes firmant animum in bono: propter quod ſubimus pericula, ſuſtinemus triſtitia &c.
¶ Quarto arguitur, ꝙ illa propoſitio, Omnis uirtus conſtituens D animum in bono, excellentior eſt uirtutibus tollentibus impedimenta boni, non eſt uniuerſaliter uera, tum quia tollere impedimenta magnorum bonorum eſt multò melius quàm conſtituere in paruis bonis: tum quia fortitudo excellit affabilitatem, eutrapeliam, & ueritatem, quæ tamen conſtituunt animum in bono communicationis humanæ: & ſimiliter poteſt argui de manſuetudine reſpectu earundem.
¶ Secundum dubium eſt de comparatione fortitudinis ad patientiam, quòd non ideo fortitudo eſt excellentior patientia, quia tollit maiora impedimenta, ſ. pericula mortis: quia patiētia firmat animum contra pericula mortis cum incumbunt. Quod probatur dupliciter. Primò, quia pericula mortis ſunt inter aduerſa. Secundò, quia hoc dicit expreſsè Thomas in artic. 4. q. de patientia. & hoc ſuppoſito, multiplicat tot & tanta Martinus, quæ taceo: quia falſum hoc ſupponit.
¶ Tertium dubium eſt de comparatione temperantiæ ad patiētiam, quòd. ſ. temperantia eſt fortior patientia. Probatur. Secū- E dum Ariſt. difficilius eſt pugnare contra triſtitias, quàm cōtra delectationes: ſed patientia contra triſtitias, temperantia contra delectationes pugnat. ergo. Antecedens probatur, quia cruciatus, & comminationes &c. plus retrahunt à bono opere, q̄ delectationes & promiſſiones. Et confirmatur, quia omnium vulgata uox ac ſententia eſt, quòd timor malorum in conſtantem uirum cadens excuſat ab impletione præceptorum. Concupiſcentia autem, aut delectatio carnalis & ciborum &c. non excuſat. Plus ſunt igitur retractiua a bono mala contriſtātia, quàm bona delectantia, cuius contrarium dicit hic Tho. volēs quòd delectationes tactus plus retrahunt à bono, quàm triſtitia aduerſorum, quæ eſt patientia.

¶ Quartum dubium eſt rurſus de iuſtitia, q. ſ. patientia eſt perfectior q̄ iuſtitia, q̄ eſt ad proximum. Probatur. Melius eſt eſſe patientem, & carere iuſtitia, q̄ eſſe iuſtum, & carere patiētia. ergo. Probatur aſſumptum: qa patiens non iuſtus, eſt diſpoſitus ad iuſtitiam, ad manſuetudinē, & omnem honeſtam cōicationē. Qui verò eſt iuſtꝰ & non patiens, non eſt diſpoſitus ad patientiam, cum multi iuſti ſint in aduerſis īpatientiſſimi. Secundo, quia iuſtus non patiēs nō eſt diſpoſitus ad ullā uirtutem ſecundū gradū pſeuerantiæ, niſi primò īclinetur ad actū patiētiæ: ſed patiēs ſine iuſtitia eſt diſpoſitꝰ ad oēm uirtutē ſecūdū gradū pſeuerātię igit.
¶ Quintum dubium eſt in rñſione ad primum circa gl. illius. Patientia opus perfectū hēt, nō ſimpliciter, ſed in aduerſorū toleratione. Dupliciter ſiquidem hoc impugnat. Primò, Ordinē paſſionū in litera ex aduerſis. ſ. primò triſtitia, indè ira, inde odiū, īde iuſtitia, ſeu iniuſtum nocumentū. Nā cū ira ſit appetitus uindictæ, ac per hoc iniuſti nocumenti, ira ſine quocunq; medio fertur in iniuſtum nocumentum. Secundo, ex hac ſolutione probat excellē- C tiam patientiæ. Multò difficilius eſt rectè ſe habere circa aduerſa in tota uita humana, quàm circa proſpera: ſed in aduerſis tolerandis patientia eſt perfectior, ut ipſe Tho. dicit, ergo. Probatur maior, tū quia aduerſa multò frequentius coniungunt q̄ proſpera: quoniam & in ipſis proſperis multa aduerſa cōmiſcētur. Minor probatur tū ex ipſo Thoma: tū quia habita patientia ex aduerſis nec ira, nec odiū, nec iniuſtū nocumētum facimus: habita uerò iuſtitia, adhuc hr̄ odiū, ira, & triſtitia. Habita quoq; charitate, quantū eſt ex parte habitus, adhuc hr̄ ira, & triſtitia. Habita ēt manſuetudine, adhuc hr̄ triſtitia. Et confirmatur: quia quicquid habet optimum perfectum, ita ut habēs ipſum in nullo deficiat, eſt perfectiſſimum ſimpliciter ſed patientia eſt huiuſmodi, ut patet authoritate Iacobi. ergo.
¶ Sextum dubium eſt in reſponſione ad ſecundum circa glo. illius, In patientia ueſtra poſſidebitis, quod. ſ. intelligitur per remotionem aduerſitatum inquietantium poſſeſſionem animę. Poſſeſſio n. importat quietum dominium. Contra, inqt Martinus, hanc ſolutionē arguitur ſimiliter ut prius. Si aliqua virtus, ēt circa proſpera, eſt perfectior patientia, ſequitur ꝙ per patientiam non poſſidemus animas noſtras. Probatur, quia carēs uirtute perfectiore non habet quietum dominium ſupra animam ſuam Nulla ergo uirtus eſt perfectior patientia.
¶ Septimum dubium eſt in reſponſione ad tertium circa gl. illius dicti Greg. Patientia eſt radix, & cuſtos omnium uirtutum non directè cauſando & promouendo, ſed ſolū remouēdo prohibens. Contra, inquit Martinus ibidem, uolo ꝙ aliquis hēat patientiam perfectam, & notitiā agendorū. & careat omni alia uirtute. Tunc ſic, Talis rectè aget in materia, cuius uirtutē non habet ergo Aſſumptum probatur, quia non peccabit in materia iuſtitiæ, niſi aut odio, aut amore, aut aliqua ſimili paſſione. ſed in huiuſmodi ſemper interuenit non ſufferre aliquod malum uel in ſe, uel in alio. ergo. Et tandem dicit, ꝙ hoc. ſ. reſpectu E omnium aliarum uirtutum a ſe habere radicaliter uel remouendo prohibēs, uel effectiuè cauſando, nulli alteri uirtuti morali conuenit: & ideò patientia eſt cæteris uirtutibus ad uitam humanam tranſigendam accommodatior. Multa quoque affert ad probandum excellentiam patientiæ, quæ omitto: quoniam ex hac elucidatione omnia clara reddi puto.
¶ Ad primum dubium dicitur, quòd falſum eſt antecedēs aſſumptum ab arguente. Eodem ſiquidem modo reſpōdendum eſt hic, ſicut ſuperius reſpōſum eſt de fortitudine in principio tractatus huius. Vndè ad primam, ſecundam, & tertiam probationes illius dicitur, quòd patientia per ſe primò moderatur triſtitias in cōcupiſcibili, & mediante hac moderatione cōſtituit æquanimē, inclinat ad bonum, & firmat in bono. Arguens.n.

bono. Et ſicut inter eas, q̃ ſunt cõſtitutiuę boni tãtò aliqua potior ē, quãto i maiori bono ſtatuit hoiem, ſicut fides, ſpes, & charitas, q̃ prudẽtia, & iuſtitia: ita & inter illas, q̃ ſunt impeditiuę retrahẽtiũ à bono, tãtò aliqua eſt potior, quãtò id qđ ab ea ĩpedit, magis a bono r̃trahit. Plus aũt à bono retrahũt pericula mortis circa q̃ ē fortitudo vel delectationes tact⁹, circa q̃ ē tẽperãtia, q̃ q̃uis aduerſa, circa q̃ eſt patiẽtia. & iõ ° patiẽtia nõ eſt potiſſima uirtutũ, ſed deficit nõ ſolũ a uirtutib. theologicis, & prudẽtia, & iuſtitia, q̃ directè ſtatuũt hoĩem i bono: ſed ẽt à fortitudine, & tpãtia, q̃ r̃trahũt a maiorib. ĩpedimẽtis. ⁿ

H Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ patientia dr̃ habere opus pfectum in aduerſis tolerandis, ex quib. primo procedit triſtitia, quã moderatur patientia: ſecũdò ira, quã moderatur manſuetudo: tertiò odiũ, qđ tollit charitas: quartò iniuſtũ nocumentũ, quod prohibet iuſtitia. Tollere. n. principium uniuſcuiuſ-G que eſt pfectius. Nec tñ ſeqĩ, ſi in hoc patiẽtia eſt perfectior, ꝙ ſit perfectior ſimpliciter.

Ad II. dicẽdum, ꝙ poſſeſſio importat quietũ dñium: & iõ p patientiam dr̃ homo ſuam animam poſſidere, inquantũ radicitus euellit paſſiones aduerſitatum, quibus aĩa inquietatur.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ patientia dr̃ eſſe radix & cuſtos omnium uirtutum non quaſi directè eas H cauſando, & conſeruando, ſed ſolùm remouendo prohibens.

deberet probare nõ ꝙ patientia hæc det aliquo mõ, ſed ꝙ principaliter, & immediatè &c. cõſtituat in bono, nõ mediãte moderatione triſtitiæ, ſicut facit iuſtitia, & prudẽtia, quarũ utraq; directè & primò cõſtituunt bonũ uolũtatis & intellectus. Quarta aũt obiectio, q̃ eſt cõtra illã uniuerſalẽ. V. g. uirtus cõſtituẽs ĩ bono pſtat uirtute tollẽte impedimẽtũ, excludiĩ dicendo, ꝙ eſt vera cæteris paribus. & rurſus ẽ uera quo ad nobilitatẽ ſubſtãtialẽ: ita ꝙ patiẽtia ſecundũ ſui gñis rõnẽ ẽ ignobilior iuſtitia acqſita: q̃uis tollat ĩpedimenta maioris boni. ſ. ſupnaturalis. & rurſus patiẽtia abſolutè ignobilior eſt iuſtitia infuſa, qa cætera ſũt paria: & hæc iuſtitia cõſtituit ĩ bono gratuito. Patiẽtia aũt tollit boni gratuiti impedimẽta triſti-Concl. tię. Nec eſt inconueniẽs, ꝙ ueritas ſit ſecũdũ gñis ſui conditionẽ hanc nobilior fortitudine, quæ tñ aliũde p̄eminet ueritati. De eutrapelia aũt, & affabilitate ñ oportet ſollicitari: qa ſunt circa delectatiões, & nõ directè cõſtituũt hominem in bono, ſed ponunt medium in paſſionib. ſicut patientia, & fortitudo.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ patientia, quæ eſt ſpecialis uirtus, non eſt circa pericula mortis. & ad primam probationẽ negatur, ꝙ patientia, ut eſt uirtus ſpecialis, ſit circa omnia aduerſa: quoniam eſt ſolum circa aduerſa alia ab his, quæ mortis ſunt, circa quæ eſt patientia pars integralis fortitudinis. Et p hoc patet reſponſio ad ſecundam: quoniam id, quòd author dicit in illa reſponſione, quam allegat arguens, declarat ibidẽ in reſponſione ad ultimum, diſtinguendo de patientia parte integrali fortitudinis, & patientia ſpeciali uirtute: primæ attribuendo mala mortis, ſecundæ cætera mala.

¶ Ad tertium dubinm de temperantia reſpectu patientiæ dicitur, ꝙ ſi arguens benè aduertiſſet ordinem, qui ponitur in litera inter impedientia bonum rationis, non dixiſſet ea q̃ dicit. I Expreſsè namque author ponit plus impedire mala mortis & cruciatus, quæ opponuntur bono corporis, q̃ delectabilia ſecũdùm tactum: & ideò præponitur fortitudo temperantię. Vnde quod iſte obiicit de tormentis, & cruciatibus, non eſt cõtra authorem, niſi quis adeò rudis ſit, ut putet timorem huiuſmodi malorum poni ab authore in primo loco, & nõ triſtitiã eorundem: ſed quoniam rudium eſt, non meretĩ audiri. Eſt ergo mẽs authoris, ꝙ quia bonum corporis naturaliter plus amat̃ q̃ bonũ externum iõ, & timor, & triſtitia malorum corporis maximè impediunt bonum rationis. Quia autem delectabilia ſecũdum tactum naturaliter ſunt nobis magis cõnaturalia & ſenſibilia, ac percepta, q̃ bona extrinſeca, ideo cõiter magis nati ſumus impediri ab iſtis bonis, quàm a bonis aliis, & eorum contrariis, circa quæ eſt patientia. Vnde delectabilia ſecundùm tactum non præponuntur ab authore in impediendo rõnis bo- K num omnibus aduerſis, ſed quibuſdam, illis. ſ. quorũ bona, q̃ tollunt, ſunt minus connaturalia, ſenſibilia, & percepta. Vnde cum dicitur, quòd difficilius eſt pugnare contra triſtitias q̃ cõtra delectationes, uerum eſt cæteris paribus: quia facilius eſt abiicere uoluntaria, quàm nolita. Quæ. n. nobis inuitis nos tangunt, non ſunt in poteſtate noſtra, ſicut ea quæ uolentibus nobis accidunt. Conſtat autem ꝙ triſtitia de nolito, delectatio de amato eſt. & propter hanc rationẽ metus & triſtitia excuſant, & non delectatio: quia illa. ſ. ſunt de nolito, iſta de uolito: ac p hoc delectatio eſt in poteſtate noſtra longe pluſquàm triſtitia, & metus. Cum his tñ ſtat, ꝙ delectatio carnalium magis impediat rationis bonum, quàm triſtitia exteriorum bonorũ, quantum eſt ex natura delectabilium, & triſtabilium. Quod dico, qa p accidens ex parte hominis auari, uel aliter diſpoſiti cõtinget oppoſitum: ſed doctrina datur ſecundùm ea quæ ſunt per ſe.

¶ Ad quartum dubium de comparatione patientiæ ad iuſtitiã F ad proximũ dr̃, ꝙ ſi uirtutes poſſent ſeparari, & cõparet̃ patientia acquiſita, de qua loquit̃ arguẽs, ad iuſtitiã reſpũ proximi, ẽt acquiſitã, negat̃ aſſumptũ. ſ. ꝙ melius eſt: qm̃ melius eſt eſſe iuſtũ, q̃ patientem. Qm̃ ut dr̃ in 5. Eth. in hoc maximè commẽdatur bonus homo, quòd etiam aliis eſt bonus. Iuſtus autem talis eſt, patiens autẽ ſibi ſoli bon⁹ eſt. Nec eſt uerũ ꝙ iuſtus ſit minus diſpoſitus ad uirtutes, q̃ patiẽs: immò iuſtitia magnũ ẽ principium & patiẽtiæ, & oĩum uirtutũ: qm̃ uolens, & reddẽs vnicuiq; quod ſuũ eſt, totã legẽ implet. Propter quod oĩa p̄cepta legis ſunt præcepta iuſtitiæ, vt ſuperius patet, & ad fortitudinẽ ſe accingit, ut debitum patriæ reddat: & ad temperantiã, a nõ ſua muliere abſtinendo: & ad patientiã, ſuperiori parti animæ ſuæ reddẽs quod debet. ſ. cõſeruationẽ boni ipſius. Quod autem dicit̃, quòd aliq iuſti ſunt impatientiſſimi, qa de facto loquit̃, negandum eſt: quoniã ſi uerè ſunt iuſti, habent tantum patientiæ, ut uitio impatiẽtiæ careant, ac per hoc non ſunt impatientiſſimi: quàmuis nõ oporteat omnes iuſtos habere patientiam perfectam, ut patet de his, quæ de connexione uirtutum dicta ſunt.

¶ Ad quintum dubiũ, Quomodo patientia habeat opus perfectum, dicitur quòd id quod primo obiicitur contra ordinem paſſionum, nihil obſtat. Nam non dicit author ꝙ oportet iiã cauſare prius odium, & deinde iniuſtũ nocumẽtũ: ita ꝙ odiũ oporteat mediare, ut iſte intellexit, ſed dixit quòd naturalis pgreſſus mali motus in animo noſtro ex aduerſis pręſentib. eſt, quòd primo triſtitia &c. Præter quem tamen naturalem progreſſum poteſt aliquis malè ſe habere in aduerſis. Nullus ſiquidem dubitat, quòd ita creſcat in odium, non tamen opus eſt I omnem iram peruenire ad odium. Ad id uerò, quod ſecundo loco obiicitur ad probandum patientiæ excellentiam, dicitur, quòd ſi per proſpera iſte intelligit omnia non aduerſa, circa q̃ eſt patientia, antecedens eſt falſiſſimum: quoniã multò difficilius eſt habere reliquas uirtutes, iuſtitiã, magnanimitatẽ &c. quàm patientiam. Si autem per proſpera intelligit quædã bona delectabilia, nihil ualet conſequentia inferens patientiam eſſe perfectiorem ſimpliciter cæteris uirtutibus: quoniam dato quòd eſſet perfectior illis, quæ eſſent circa tales proſperitates, non ſequitur. ergo eſt perfectior cæteris ſimpliciter. Peccat quoque dicta ratio & in hoc, quia præſupponit patientiæ uirtutem eſſe circa omnia aduerſa, cum circa ſumme aduerſa. ſ. mortis pericula, ſit fortitudo. Peccat & tertio, quia perfectionẽ uirtutis ſola difficultate graduat, cum perfectio uirtutis, de qua dicitur in 2. Ethic. quòd eſt circa bonum, & difficile, magis pendeatur ex bono, quàm ex difficili. Quæ uerò addis, quòd K habita patientia habent̃ illæ uirtutes, puta, manſuetudo, charitas, & iuſtitia, non eſt uerum, ſi ſecludatur connexio uirtutum niſi negatiuè, hoc eſt, quia habita patientia, tollitur iracundia, odium, & iniuſtitia non ſimpliciter, ſed quantum eſt ex triſtitia aduerſorum. Poſſet. n. patientia ſola præditus ex alio capite, odio habere proximum, & illi nocere, puta, ex crudelitate, uel auaritia, uel tyrãnide, ſeu libidine dominãdi, excellẽdi &c. Quod uerò econtra dicitur de charitate, quòd quantum eſt ex parte habitus, hr̃ ſine patientia, falſum eſt. Nã teſte Apoſtolo, Charitas patiẽs eſt. & probatur ratione, quia charitas ex ſui proprij habitus ratione præfert Deum omnibus, ac per hoc omnibus contriſtantibus: & propterea Apoſtolus poſuit primogenitam charitatis patientiam. Et ne hic occupemus tẽpus, breuiter argumentum ſatis abundat falſitatibus. Vltima demũ probatio. ſ. Quicquid habet opus perfectũ, ita vt habens ipſum in nullo deficiat, eſt perfectiſſimum ſimpliciter, concludit, quòd patientia eſt Deus. Illa enim maior, ut iacet, ſoli conuenit diui-

næ

A næ perfectioni: habere namque opus perfectum ſic vt nullo indigeat, ſolius Dei eſt. Omnis enim creatura ſic eſt perfecta, ut alio indigeat: & ideò aut Martinus corrigat maiorem, aut fateatur patientiam eſſe deitatem.

¶Ad ſextum dubium dr̃, ꝙ quies animi, ſeu quieta ſui poſſeſſio dupliciter itelligi poteſt. ſ. ꝙ ſit omnino perfecta: & hæc non niſi p æternam beatitudinem, quæ in patria erit, præſtatur. Et de tali quieta poſſeſſione verum eſt, ꝙ non hr̃ quandiu deficit aliqua uirtus maior nata hēri &c. ſed talis quieta poſſeſſio non ponitur à Chriſto effectus patientiæ in hac uita, ſed in futura tm̃. Alio modo intelligitur, ꝙ ſit quieta in genere perturbabilium ut ſic: & talis qeta poſſeſſio animæ ponitur effectus patientiæ. Nec exigit ꝙ ipſa ſit perfectiſſima virtus: quoniam cum hoc, ꝙ eſt alia virtus ipſa pfectior, ſtat ꝙ habēs ipſam, ſi careat illa alia, poſſideat ſuam animam quiete in genere perturbabiliū, hoceſt, ut homo ſit imperturbabilis à multis cōtriſtantibus. Peccat quoq; dicta obiectio in hoc, quòd ſupponit uirtutes non eſſe connexas, cum falſiſſimum eſſe conſtet hoc de patientia, quæ eſt uirtus gratuita. Conſtat enim, omnes uirtutes infuſas eſſe connexas: ac per hoc non admittitur, quòd patiens careat illa uirtute perfectiore, cum habeat charitatem, & cæteras uirtutes.

Porrecta per totum. 669

* Ca.3.in prin. t.4.

¶Ad ſeptimum dubium de gloſ. dicti Gregor. dicitur, ꝙ caſus incompoſſibilia continet. Nam impoſſibile eſt habere patiētiā perfectè, & carere reliquis uirtutibus, tū quia uirtutes ſunt cōnexæ: tū quia charitas ſemper contigitur patientiæ, ut infra patebit. Admiſſa tñ conditionali. ſ. Si patientia eſſet ſine ulla alia uirtute, reſpondetur negando, ꝙ patiēs rectè ageret in materia iuſtitiæ, niſi fortè per accidens. Sermo autem doctrinalis debet eſſe de his, q̃ per ſe inſunt. & ad probationem, quia ſi nō rectè aget, hoc erit ex amore, uel odio, uel aliqua paſſione, i qua interuenit aliquod nō ſufferre, dicitur ꝙ ex nulla paſſione, ſed ex ſola electione mali, iniuſtū faciet, ut iniuſtus facit delectat* de iniuſtitia, & nō propter aliud, ut patet ex 4. & 5. Ethic. Ad illud uerò ꝙ ſubditur de excellentia patiētiæ, dicitur ꝙ iuſtitia ſecundum ſe totam multò excellētius ad omnes uirtutes ſe habet: præſertim quia legalis iuſtitia ad cōmune bonum omnes habet uirtutes, omnis eſt uirtus, oēs parit, omnibus imperat. D

ARTICVLVS III.

Vtrum patientia poſſit haberi ſine gratia.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ patientia poſſit haberi ſine gratia. Id enim, ad quod rō magis inclinat, magis poteſt implere rōnalis [b] creatura: ſed magis eſt rōnabile ꝙ aliqs patiatur mala pp bonum, quam propter malum: aliqui autē patiuntur mala pp malū ex propria virtute, ſine auxilio gratiæ. dicit. n. Aug. in lib. de patientia, * ꝙ multa in laboribus & doloribus ſuſtinent homines pp ea, quæ uitioſè diligunt. ergo multò magis hō pōt mala ſuſtinere pp bonum, quod eſt verè patientē eſſe, pter auxiliū grꝫ. B

¶2 Præt. Aliqui nō exiſtentes in ſtatu grꝫ magis abhorrēt mala vitiorū, q̃ corporalia mala. Vñ quidam gentilium legunt multa mala toleraſſe, ne patriā pderēt, aut aliqd aliud ihoneſtū cōmitterēt: ſed hoceſt [h] uerè patiētem eſſe. ergo vr̃ ꝙ patiētia poſsit hēri abſq; auxilio grꝫ.

¶3 Prꝫt. Manifeſtè apparet, ꝙ aliqui pp ſanitatē corporis recuperādā grauia quędā, & amara patiunt: ſalus aūt aiæ non eſt minus appetibilis q̃ ſanitas corporis. ergo pari rōne pro ſalute animæ poteſt aliquis multa mala ſuſtinere, quod eſt [h] verè patientē eſſe abſq; auxilio gratię. C

SVPER QV. CXXXVI. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdē q. dubia occurrunt multa ex Martino ubi ſupra q 3. Primum circa illam probationem literæ. Illud bonū propter quod aliquis uult malū, eſt magis uolitum & amatū, quàm illud bonum cuius priuatio ingerit dolorē, quem patiēter toleramus. Contra. Patientia eſt reſpectu malorum ſimpliciter ineuitabiliū, nō propter aliquod aliud magis uolitum, ſed quia decet æquanimiter tolerare. nō ergo patientia ſemper eſt propter bonum magis amatum. Et confirmatur, quia huius generis fuit patientia ipſius Iob. Et neſcio, inquit, quomodo hoc patientiæ genus à beato Tho. prætermiſſum eſt. E

¶Ad idem præterea reſpondet ad authoritatem Augu. in litera, quæ eſt fundamentum dictę propoſitionis, & dicit quòd duplex eſt patiētia, quædam ſpontanea, & quoad æquanimitatē, & quo ad tolerationem: ita quòd in poteſtate noſtra eſt nō tolerare mala, & pdere bonū, pro quo toleramus: & de tali loquitur Auguſt. ut inſinuat per ly. Sponte ſuſcipere quod cruciat. Quædam uerò eſt ſpontanea quidem quoad æquanimitatē, ſed non quoad tolerantiam: quia uelit nolit oportet illa mala pati. & hæc fuit in Iob. & de hac non loquitur Auguſtinus.

¶Secundum dubium eſt circa illud, Quod patientia ſecūdum ꝙ eſt uirtus, non poteſt haberi ſine charitate, & gratia gratum faciente. Contra hoc arguit multipliciter. Primò, Aliquis actus patiētiæ pōt eſſe bonus moraliter, & nō meritorius uitæ æternæ. ergo. Secundò, Poſſibile eſt ꝙ aliquis ſine gratia & charitate habeat habitum patientiæ firmum & intenſum. ergo poteſt exire in actum ſine charitate & gratia. & probatur manifeſtè, quia fides poteſt eſſe & exire in actum ſine charitate. ergo. Tertiò, Quia ſi aliquis habens habitum patientiæ firmum & intēſum, peccet mortaliter, & perdat charitatē, poterit nihilominus ſine charitate exire in actū, ut patet ſicut cæteri habitus remanentes, ergo. Quartò, Oīs creatura rationalis habens actuale iudiciū, quo iudicat gratuita eſſe pferēda omnibus bonis naturalibus, pōt p fidem informē cū ſpeciali auxilio Dei, ſine charitate tñ, habere velle conforme ad tale dictamen. ergo. Aſſumptum patet, quia aliter uoluntas non eſſet libera. Quintò, Multi gentiles habuerunt uirtutem patientiæ &c. Similiter multi pro bono ſanitatis patiūtur inciſiones &c. ergo nec ualet ſolutio C Thomæ in reſponſionibus argumentorum dicentis, ꝙ bonum politicæ uirtutis commenſuratū eſt naturæ humanæ: bonūm aūt gratiæ eſt ſupernaturale. Et ſimiliter propter ſanitatē pati, procedit ex amore naturali: patientia uerò ex amore ſupernaturali. Commenſuratio, inquit, boni amati ad naturam eſt omnino impertinēs ad hoc, quòd pter ipſum ſint æquanimiter mala toleranda, immò propria ratio huius tolerātiæ eſt amor huius boni: ſed ad amorē ſufficit cum libertate uoluntatis iudicii rōnis æquanimū cum auxilio Dei, ſine charitate tñ. Contra. Quia ſequeretur quòd nullus in peccato mortali exiſtens poſſit pati pro Chriſto: hoc eſt falſum, ut patet de hæreticis, q arbitrātur obſequium ſe præſtare Chriſto. ergo. Nec ualet, inquit, dicere quòd ſecundum ueritatem non patiuntur p Chriſto quia ſufficit, quòd credant ſe pati pro Chriſto.

¶Tertium dubium eſt contra rationem. ſ. Tho. in litera, Nullus eligit pati triſtitiam propter ſe, ſed eam horret ſecundū ſe, ſed D ſolum propter finem magis amatum &c. Ad hanc, inquit, rationem, loquēdo de patientia ſpontanea ſolum quo ad æquanimitatem, rñdeo diſtinguēdo de fine, uel increato, & ſic hoc eſt dubium, de quo alibi: uel creato, & tūc uel alio ab opere honeſto, & ſic nego: uel quomodolibet, & ſic concedo quòd ille finis, puta, honeſtitas, eſt magis amatus: ſed quia nō eſt finis extrinſecus operi patientiæ, ideò nihil ad propoſitum.

¶Quartum dubium eſt contra rationem Thomæ in litera. ſ. ꝙ aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amiſſione poteſt dolor cauſari, pertinet ad charitatē: hoc autem ſpectat ad patientiam. ergo. Ad hanc, inquit, rationem nego maiorem, & minorem. Dico enim quòd habēs fidē informē cum auxilio Dei & libertate uoluntatis, poteſt præferre Deum omnibus bonis naturalibus: & multò magis ſi habeat charitatem acquiſitam, ad quam ſpectat diligere Deum ſuper omnia. Minor quoque negata eſt, quia patiens pro Chriſto &c. E non ſemper patitur priuationem omnium bonorum naturalium: & ideò non poteſt cōcludi uniuerſaliter, quòd omnis patiens præfert Deum omnibus bonis naturalibus. Et confirmatur: quia ſicut reperitur iuſtus in uno gradu & non in alio, ita & patiens, & reperti ſunt multi, qui patienter ſuſtinuerunt carceres &c. ſed non mortem. Quare &c.

¶Ad primum dubium dicitur primò ſecundum ueritatē, ꝙ patientia ſemper patitur propter bonum extrinſecū magis amatum, quia propter amorem Dei, ut in hoc patet artic. Iob ſiquidē, & quilibet patienter ferens ineuitabilia propter cæleſtē patriā, habet actum uirtutis patientiæ, qui eſt non pati, ſed faciendo de neceſſitate uirtutē, æquanimiter & libenter ſufferre aduerſa, ut Dei uolūtas impleatur. Vnde Iob dixit, Sicut Domino placuit, ita factū eſt: ſit nomen Domini benedictum. Dicitur ſecūdo, ꝙ ſi ēt patiētia poneretur uirtus acquiſita adhuc ſaluaret ꝙ patiens pp bonum magis amatū vult pati: qm̃ aliud eſt dicere pp bonum magis amatū, & aliud pp bonū extrinſecū ma-

SED CONTRA eſt qđ dr̄ in Pſ.61. Ab ipſo.ſ.Deo patientia mea.

RESP. Dicēdū, ꝙ ſicut Aug. dicit in lib.de patiētia* Via deſideriorū facit tolerantiam laborū, & dolorū: & nemo niſi pro eo qđ delectat, ſponte ſuſcipit ferre qđ cruciat. & hui⁹ rō eſt, q̄a triſtitiā & dolorē, ſm ſe, abhorret animus. Vñ nūquā eligeret eā pati pp ſe, ſed ſolū pp finē. ergo vr̄ ꝙ illud bonū, pp qđ aliqs vult pati mala, ſit magis volitū & amatū, q̄ illud bonū, cuius priuatio ingerit dolorē: quē patiēter toleramus. Quod aūt aliqs p̄ferat bonum gratię oībus naturalib⁹ bonis, ex quorū amiſſione pōt dolor cauſari, ꝑtinet ad charitatē, q̄ diligit Deū ſuper oīa. Vñ manifeſtum eſt, ꝙ patiētia, ſm ꝙ eſt uirt⁹, à charitate cātur*, ſm illud 1. ad Cor.13. Charitas patiēs eſt. Manifeſtū ē aūt ꝙ charitas nō pōt hēri, niſi ꝑ gratiā, ſm illud ad Rom.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ Spiritumſanctū, qui datus eſt nobis. Vñ patet ꝙ patientia nō poteſt haberi ſine auxilio gratię.

G

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ in natura humana, ſi eſſet integra, p̄ualeret inclinatio rōnis: ſed in natura corrupta p̄ualet inclinatio concupiſcentiæ, q̄ in hoīe dominat̄. Et iō ꝓnior eſt hō ad ſuſtinēdū mala in q̄bus concupiſcētia delectat̄ præſentialiter, q̄ tolerare mala pp bona futura, quę ſecundum rationem appetuntur: quod tamen pertinet ad ueram patientiam.

H

AD II. dicēdū, ꝙ bonū politicæ uirtutis commenſuratum eſt naturæ humanæ: & ideò abſque auxilio gratiæ gratum faciētis poteſt uoluntas humana in illud tendere, licèt non abſq; auxilio gratiæ Dei. Sed bonum gratiæ eſt ſupernaturale, unde in illud non poteſt tendere homo per uirtutem ſuæ naturæ. & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD III. dicēdū, ꝙ tolerantia etiam malorum, quæ quis ſuſtinet propter corporis ſanitatem, procedit ex amore, quo homo naturaliter diligit ſuam carnem: & ideo non eſt ſimilis ratio de patientia, quæ procedit ex amore ſupernaturali.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum patientia ſit pars fortitudinis.

I

F contra difficultatem, quæ prouenit ex ipſa diuturnitate actus. Conſtantia autem facit firmiter perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuſcumq; alijs exterioribus impedimentis. Et ideò [p] principalior pars fortitudinis eſt perſeue- Conclu. p rantia, q̄ cōſtantia: [q] quia difficultas quæ eſt ex diuturnitate actus, eſt eſſentialior actui uirtutis, quàm illa quæ eſt ex exterioribus impedimentis.

Ad primum ergo dicendū, q̄ exteriora impedimenta perſiſtendi in bono præcipuè ſunt illa, quæ triſtitiā inferunt: circa triſtitiā aūt eſt patiētia, ut dictū eſt. * Et ideò conſtantia ſm̄ finem conuenit *q. præc. art. 1. G cum perſeuerantia: ſm̄ autem ea quæ difficultatē inferunt, conuenit cum patientia. Finis autem potior eſt. & ideò conſtantia magis pertinet ad perſeuerantiam, quàm ad patientiam.

Ad II. dicendū, q̄ in magnis operibus pſiſtere, difficilius eſt: ſed in paruis, & mediocribus diu perſiſtere habet difficultatem, & ſi non ex magnitudine actus quam reſpicit magnificentia, ſaltem ex ipſa diuturnitate quam reſpicit perſeuerantia. Et ideò conſtantia poteſt ad utrumque pertinere.

Ad III. dicendū, q̄ cōſtātia pertinet quidē ad perſeuerantiā, inquantum conuenit cū ea, non tn̄ H eſt idem ei, inquantum differt ab ea, ut dictum eſt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum perſeuerantia indigeat auxilio gratiæ.

AD QVARTVM ſic proceditꝰ. Vr̄ q̄ pſeuerātia non indigeat auxilio gratiæ. Perſeuerantia. n. eſt quædā uirtus, ut dictū eſt: * ſed uirtus, ut Tullius dicit in ſua Rhet. † agit in [h] modum naturæ. ergo ſola inclinatio uirtutis ſufficit ad perſeuerandū. Non ergo ad hoc requiritur aliquod auxilium gratiæ.

¶ 2 Prę. Donū gratiæ Chriſti eſt maius q̄ nocumentū, qđ Adam intulit, ut patet ad Rom. 5. ſed antè peccatum ſic cōditus fuit homo, ut poſſet pſeuerare ꝑ id qđ acceperat, ſicut Aug. dicit i lib. de correct. * & gratia. ergo multò magis hō ꝑ gratiā Chriſti reparatus, poteſt perſeuera- K re [h] abſq; auxilio nouæ gratiæ.

¶ 3 Prę. Opera peccati quōque ſunt difficiliora, q̄ opera uirtutis. undè ex perſona impiorū dr̄ Sap. 5. Ambulauimus uias difficiles: ſed aliqui perſeuerant in operibus peccati abſq; alterius auxilio. [h] ergo ēt in oꝑibus uirtutū pōt homo perſeuerare abſq; auxilio gratiæ.

Sed contra eſt, qđ Aug. dicit in lib. de perſeuerantia. * Aſſerimus donum Dei eſſe perſeuerantiam, qua uſque ad finem perſeueratur in Chriſto.

Reſpon. Dicendum, quòd ſicut ex dictis patet,

SVP. Q. CXXXVII. ARTIC. IIII.

Ferr. 3. cont. c. 155.

IN ar. 4. eiuſdē q. in rñſione ad 1. dubiū occurrit ex Martino ibidē quæſt. 3. cōtra hāc rñſionē arguēte, q̄ nō ſatiſfacit: qa nemo dubitat, an opus virtutis ſit de neceſſitate eliciendum, quia ſi eſſet neceſſariū, nō eſſet meritoriū. Quo ergo eſt (concesso q̄ nō eſt neceſſariū) q̄ habens habitū virtutis immobiliter vtatur eo vſque ad mortem. Verū tn̄ poſſit habitu ſuo vti cum auxilio generali Dei vſq; ad mortē, & ſi nō, vndè prouenit, maximè cū poſſit vti illo per vnū, aut duos dies. & per hoc habitus augeatur, & fortificetur.

¶ Ad huius euidentiā ſcito, q̄ actualis pſeuerantia vſq; ad finē, de qua eſt qō, cū nō ſufficiēter cauſet̄ à volūtate ex virtute naturæ, & libertatis, vt patet ex eo q̄ volūtas eſt ad oppoſita, & vertibilis ad bonum & ma-

Porrecta per totum. 675

1. 2 q. 109 a. 9. & 10. & q. 114. ar. 2. cor. Et 2. d. 29 in expoſ. & ad 1. Et 3. cōtra c. 155. Et ve ri. q. 24 ar. 13 & q. 27. art. 5. ad 3. Et pſal. 31 Ioan. [illegible] ca. 2. principio.

*Artic. [illegible]

†Lib. 2. de inuētiōe in fol. ante fin. bri.

*Capi in medio 7.

& malum, & ad malum quidem ſufficienter, ad bonum autem non, iuxta illud: Perditio tua Iſrael ex te, ſalus autẽ ex me, oportet q cauſetur vel ab habitu, vel ab extrinſeca cauſa. Et ſi ab aliquo habitu cauſari ſufficienter ponitur, neceſſe eſt q habitus ille ſic perficiat voluntatem, vt immobiliter ipſam in appetitu boni: alioquin nũq̃ ſufficiẽs cauſa pſeuerãtiæ ponit̃. Nã ſi nõ immobiliter liberũ arbitriũ, remanebit vertibile ad malũ, & cõſequẽter nõ (ſufficiẽte tali habitu ad retrahẽdũ ab appetitu mali) appetet quãque malũ, & ſic nõ pſeuerabit vſq; ad mortẽ. Efficacia ergo requiſita ad habitũ, ſufficientẽ cauſam perſeuerãtiæ actualis vſq; ad mortẽ in noſtra uolũtate, ẽ imobilitare liberũ arb. triũ ad bonũ. Et ppea intuitus hoc author, quia q̃ſtio erat, an poſito habitu virtutis pſeuerantię &c. remaneret indigẽtia alterius gr̃æ Dei, radicalem cauſã attulit, quare habitus relinquit indigẽtiam talẽ, quia, ſcilicet non immobilitat voluntatẽ ad bonũ: ſed relinqt ipſam vertibilem ad malũ. Ex hoc aũt q nõ ſufficiẽter cauſat talis pſeuerãtia à volũtate informata charitate ſub intellecto generali auxilio Dei, manifeſtè patẽt duo. Primũ eſt, q remanet homo indigẽs ad talẽ perſeuerantiã ſpeciali Dei auxilio pręgenus, & cuſtodiẽtis hominẽ ne declinet ad malũ: quoniã hoc maximũ bonum eſſe conſtat, & ab extrinſeco oportet cauſari, ex quo ab intrinſeco ſufficientẽ cauſam in via hac nõ habet, niſi quis tale, & tantum bonum à caſu ponat, aut abſque propria cauſa ſufficiente, quod eſt ridiculum. Secundum eſt, quòd authoris reſponſio directè ſatisfacit argumento radicalem cauſã aſſignans, quare habitus uirtutis non ſufficit cauſare perſeuerantiam actualem vſque ad mortem, ac per hoc, quare relinquit indigentiam diuini auxilij ad talem perſeuerantiam. Vndè cum arguens dicat, Nemo dubitat, an opus virtutis ſit neceſſario eliciendum, dicitur quòd licèt non dubitet de hoc: dubitatur tamen, an habitus virtutis ſit tantæ efficaciæ, quòd ſit ſufficiens cauſa perſeuerandi vſque ad mortem. Et ad declarandum quòd omnis noſter in via habitus eſt inſufficiens, reddita optimè eſt ratio, quia non immobilitat ad bonum. Et ſi hoc penetraſſet arguens, non oppoſuiſſet quæſtionem alio modo, quàm ab authore formetur. Dicta enim ratio omnem difficultatem excludit, & cauſam aſſignat indigentiæ extrinſecæ cauſæ, quæ proculdubio eſt Deus.

¶ In eodem quarto ar. in reſponſione ad tertium, dubiũ occurrit ex Martino ibidem arguente contra hanc reſponſionem, q nõ ſatisfacit: quia ſupponit vnum, cuius cõtrariũ argumẽtum nititur probare, nec tamẽ illud ſolutio euacuat. Supponit enim quòd homo põt de ſe peccare, & tamẽ nõ poteſt per ſe reſurgere à peccato, immò nec bonum facere. Cõtra quod directè procedit argumentum quò arguitur, quòd opera peccati ſunt difficiliora quàm opera uirtutis. & ideò videtur mihi, quòd niſi ad hoc reſpondeatur, non eſt ſufficienter ſolutum.

¶ Ad quod dicitur, quòd reſpõſio authoris directè tendit, & ſatisfacit argumento quo ad principalem difficultatem eius, ſcilicet, quare homo poteſt ſeipſum peccando facere perſeuerantem in peccato, & non poteſt benè operando facere ſe perſeuerantem in virtute vſq; ad mortem. Hæc enim difficultas euacuatur per hoc, quòd homo peccando conſtituit ſe in ſtatu, vndè non poteſt reſurgere, & propterea remanet perſeuerãs in malo vſque ad mortem, quantum eſt ex ſe: ſed virtuosè agendo non poteſt ſe ſtatuere in ſtatu, vndè non poſſit ex ſeipſo declinare. Ex hac autem vniuerſali conditione cuiuſque peccati mortalis, & cuiuſcumque operis meritorij patet, quòd nihil obſtare relinquitur illud aſſumptũ, ſcilicet, opera peccati ſunt quandoq; magis difficilia, quam opera uirtutis. Hæc eſt enim vna particularis in nullo obſtãs vniuerſali conditioni mortalis peccati, & meriti, ex qua ſatiſfit in litera argumento. Et propterea non opus fuit, quòd author in litera aliter reſponderet.

*Ar. 1. ad 2. & ar. 2. ad 3.

Conclu. m

[h] pſeuerantia dupliciter dr̃. Vno mõ, ꝓ ipſo habitu pſeuerãtiæ ſm q ẽ virt⁹: [l] & [m] hoc mõ indiget dono habitualis gr̃ę, [n] ſicut & cæteræ virtutes infuſæ. Alio mõ, põt accipi ꝓ actu pſeuerãtię durãte vſq; ad mortẽ. [p] Et ſecũdũ hoc nõ idiget ſolũ gr̃a habituali, ſꝺ ẽt gratuito Dei auxilio cõſeruãtis hoĩem in bono vſq; ad finẽ vitæ, [q] ſicut ſupra dictũ ẽ, *cũ ꝺ gr̃a ageret. Quia cũ lib. arb. de ſe ſit vertibile, & hoc ei nõ tollat̃ ꝑ habitualẽ gr̃am pñ̃ſẽtis uitæ, nõ ſubeſt poteſtati liberi arb. ẽt ꝑ gratiã reparãti, vt ſe imobiliter in bono ſtatuat, licèt ſit in ptãte ei⁹ q hoc eligat. Plerũq;. n. cadit in nr̃a poteſtate electio, ſed non executio.

*1. 2. qu. 109. artic. 10.

C AD I. ergo dicẽdũ q virtus pſeuerãtiæ quãtũ eſt de ſe, inclinat ad pſeuerãdũ: q̃a tñ habitus eſt quo q̃s vtit̃ cũ voluerit, non eſt neceſſarium, q habẽs habitum virtutis, immobiliter, vtatur eo vſque ad mortem.

AD II. dicẽdũ, q ſicut Aug. dicit i libr. ꝺ cor. & gr̃a, † primo homini datũ eſt nõ vt pſeueraret, ſed ut perſeuerare poſſet per lib. arbi. q̃a nulla corruptio tũc erat i humana natura, q̃ pſeuerandi difficultatẽ pb̃eret. Sed nunc p̃deſtinatis ꝑ gr̃am Chr̃i, nõ ſolum dat̃ vt pſeuerare poſſint, ſed ut pſeuerẽt. Vñ primus hõ, nullo terrẽte cõtra Dei terrẽtis ĩperiũ lib. uſus arbit. nõ ſtetit in tanta fęlicitate cũ tãta nõ peccãdi facilitate: iſti aũt ſęuiẽte mũdo ne ſtarẽt, ſteterũt i fide.

*ca. 11. in medio to mo 7.

†Donum Chri maius, q̃ delictum. Rom. 5.

¶ Ad III. dicẽdũ, q homo ꝑ ſe põt cadere i pc̃tm̃, ſed nõ poteſt per ſe reſurgere à peccato B ſine auxilio gr̃æ. Et ideò ex hoc ipſo q hõ cadit in pc̃tm̃, *quãtũ de ſe ẽ, facit ſe in peccato pſeuerãtẽ, niſi gr̃a Dei liberet. Nõ autẽ ex hoc q facit bonũ, facit ſe pſeuerãtẽ in bono, quia ꝺ ſe potens eſt peccare: & ideò ad hoc indiget auxilio gratiæ.

* Ob hoc ſemel ẽt, mortabiliter peccãs æternã pœnã meret.

QVAESTIO CXXXVIII.

De vitijs oppoſitis perſeuerantiæ, in duos articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderãdũ eſt de vitijs oppoſitis perſeuerantiæ.

ET circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, De mollitie.

¶ Secundò, De pertinacia.

ARTICVLVS I.

Vtrũ mollities opponatur pſeuerantię.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃ quòd mollities nõ opponatur pſeuerãtiæ, q̃a ſup illud 1. ad Corin. 6. Neque adulteri, neque molles, neque maſculorum D cõcubitores. glo.* exponit molles, i. pathici, hoc eſt, muliebria patientes: ſed hoc opponit̃ caſtitati. [h] ergo mollities nõ eſt uitium oppoſitum perſeuerãtiæ.

Glo. inter lineans. ibidem.

SVP. Q. CXXXVIII. ARTIC. I.

Porrecta per totum. 676

IN arti. 1. q. 138. dubia multa occurrunt ex Martino in eodem tracta. in q. de mollitie. Primum eſt circa illud q̃d in corpore articuli dicitur, ſcilicet, Secundũ Philoſophũ propriè mollis dicitur, qui recedit à bono ex triſtitia cauſata ex defectu delectationum, quaſi cedens debili mouenti. Contra hoc ſiquidem dupliciter procedit. Primò, arguendo quòd non ſolùm tali triſtitiæ cedens eſt mollis, ſed ẽt cedens aliquibus triſtitijs, ex poſitiuis cauſis afflictiuis, cauſatis. Secundò, quod non omnis cedens tali triſtitiæ, ita vt recedat à bono, eſt mollis. & ad primum quidem multa affert. Sed quoniam primum non eſt contra authorem, quàmuis arguẽs putauerit, & dixerit ſe impugnare in hoc, San. Thom. ideò non affero ſua argumenta, ſed oſtendo vndè non intellexerit authorem. Ly enim, propriè, in hac litera æquiualet ad ly principaliter, & non æquiualet ad ly ſolùm, vt iſte interpretatus E eſt: ita quòd non eſt ſenſus literæ, quòd mollis eſt ſolùm recedens à bono propter triſtitiam ex carentia delectationum cauſata, ſed eſt ſenſus quòd mollis eſt principaliter recedens à bono propter huiuſmodi triſtitias. Vndè in hac eadem litera dicitur, quòd mollis eſt, qui de facili recedit à bono propter difficilia, quæ ſuſtinere non poteſt. Per hæc enim verba in principio corporis articuli, author diffinit mollem. Et poſtmodũ excludens eum, qui à magnis triſtitiis vincitur à numero mollium, tres gradus retrahentium à bono ponit, ſcilicet metum, delectabile, & carentiam delectationum, concludens quod ex his propriè, hoc eſt, principaliter aliquis dicitur mollis ſecundũm Philoſophum, quod eſt verum. Cum hoc tamẽ ſtat, quòd etiam ille qui à mediocribus triſtitijs, ex aliquibus contriſtantibus illatis vincitur, ſit etiam mollis. Dictum etiam eſt ſupra, quod propriè fortitudo eſt circa pericula mortis in bello, &

per

per hoc declaratum non eſt excludi, quin ſecundario ſit etiam circa alias mores ſuſtinendas. Aduertere quoq; hic expedit, ꝙ ſicut author aliter perſeuerantiæ nomine vtitur quã in Ariſtot. ita & mollitiem aliter accipit. Nam apud authorem pro vero vitio ſumitur, apud Ariſto. autem pro imperfecto in genere vitij, vt patet ex oppoſitis bonis, ſ. perſeuerãtia in virtute, & perſeuerãtia in imperfecto genere virtutis, ſicut etiam & continẽtia.

*Lib. 7. c. 7. tom. 5.

¶ Quod autem ſecundo loco confutatur, eſt contra authorem in hoc loco in reſpõſione ad primum, & ideò afferenda ſunt argumenta eius. Primum ex authoritate Ariſto. 7. Ethic. quòd vinci à carantia delectabilium propter naturam generationis, aut propter ægritudinem, nõ eſt mollitiei.

*Lib. 7. Ethi. cap. 7. poſt med. tom. 5.
†Lib. 4. ca. 8. to. 5.
*Lib. 4. ca. 8. to. 5.
*Q. præc. art. 1. & 2. D. 1025.

¶ Secundum eſt, quia ſecundum Ariſto. aliquę delectationes ſũt neceſſariæ, & propter carentiam talium delectationũ recedere à bono non eſt mollities, ſed propter carẽtiam ſuperfluarum delectationum.

Conclu. m

¶ Tertium dubium ex eodem eſt circa reſpõſionem ad ſecũdum. Hæc, inquit, ſolutio non mihi placet, tum quia ſi delitia eſt quædam mollities, ergo eſt ſpecies mollitiei, ergo non habent illas diuerſas connotationes, quas dicit Thomas: tum quia ex nominibus ipſis videtur oppoſitum, & propriè delitioſus eſt, qui non poteſt ſuffer re abſentiam delectationum. Tertiò, quia omnis delitia pertinet ad intemperãtiam: ac per hoc ſi eſt quædã mollities, pertinebit ad intemperantiam. ergo mollities non eſt totaliter oppoſita perſeuerantiæ.

*Lib. 7. ca. 7. à med. tom. 5.
*Li. 1. ſ. ca. Vera magnanimitas i duobus ſita ẽ.

¶ Quartum dubium eſt circa reſponſionẽ ad tertium. Hæc, inquit, reſponſio nõ vr mihi conſona dictis eiuſdem doctoris. Arguo. n. ſic. Appetere remiſſionem ſecũdũ ſe hmõi, aut eſt delectabile, aut carens labore. Si primum, ergo luſiuus vt appetẽs remiſſionẽ, non eſt dicendus mollis, ſed incontinens, quia propter delectationem deſerit bonum. Si ſecundum, ergo mollities nõ eſt vniuerſaliter circa triſtitiam ex defectu delectationis, cuius oppoſitũ determinat idem doctor. Patet conſequentia, quia luſiuus vt appetit remiſſionem, fugit laborem contriſtantem & moleſtantem.

¶ Ad obiecta ſecũdi dubij dr̃, ꝙ ſermo Ariſto. formaliter intellectus non infert, qđ arguens intendit: qm̃ Ariſtot. vult non poſſe carere delectationibus quibuſdã, propterea quia ſic nutriti ſunt vt reges Scytharum, vel propter infirmitatẽ cõplexionis, vt mulieres, nõ eſt vitij. Et verũ eſt, qm̃ recta rõ habet, vt cõplexionis, & conſuetudinis rõ habeat, ita ꝙ id qđ eẽt mollitiei vitium in vno, nõ eſt mollities i alio: ſicut & qđ eſſet ebrietas in vno, eſſet ſobrietas in alio. Sed, vt patet, ex hoc nõ ſequit̃ cõcluſio arguentis, ſ. Nõ oĩs cedẽs triſtitiæ ex carẽtia delectationum, ita vt recedat à bono, ẽ mollis. Sc̃da quoq; obiectio nil obſtat, quia ſequi delectationes neceſſarias nõ eſt vitioſum. Sed ſi pp carẽtiã ſuperfluarũ decliner à bono, ẽ manifeſtè mollis. Si verò pp carẽtiã neceſſariarũ aliqs declinaret à bono, ita ꝙ nõ propter carẽtiam ſubtracti, ſed ipſius delectationis vt ſic, à bono recederet, mollis quoq; eſſet: qm̃ delectationes neceſſariæ non ſũt pp̃ter ſe, ſed pp ſubtracta, puta, cibũ, vel potũ. Vñ q declinaret à virtute, qa cibus nõ delectat eũ, q tñ pdeſt, mollis eſſet. Quis delectatio cibi ſit neceſſaria pp conſeruationẽ, & vitã aĩaliũ: nõ eſſet aũt mollis ſi cibo nõ delectãti ppo nit delectãtẽ, qa nõ p hoc recedit à virtutis bono. Et ſi in hoc excederet, ad gulæ vitium ſpectaret.

*Lib. 7. Ethi. ca. 7. à med. circa. tur. 10. 5.
*Lib. 7. ca. 7. à med. tom. 5.

¶ Ad tertiũ reſpondẽdo dubiũ, dicitur ad primum, ꝙ delitia eſt ſpecies, vel quaſi ſpecies mollitiei. Et negatur cõſequẽtia. Ergo nõ differũt penes cõnotata, vt dicit Tho. Stat. n. ꝙ aliqd exprimat iterius, qđ nõ exprimit ſuperius. Ad ſcdm verò dr̃, ꝙ malè exponitur delitia. Ad tertiũ negat aſſũptũ. ſ. ꝙ oĩs delitia ſpectat ad intẽperantiã, niſi confudendo vitia.

¶ Ad quartũ dubium dr̃, ꝙ appetere remiſſionẽ in ppoſito ẽ appetere negationem laboris. Et cum dr̃, ergo luſiuus vt mollis, fugit laborẽ cõtriſtãtẽ, cõceditur. Et cũ dr̃, Mollities nõ ẽ perſe circa triſtitias ex abſentia delectabilium, conceditur. Et cũ dr̃, ꝙ author oppoſitum determinauit, negatur, vt patet ex ſupradictis, & ex hac litera, vbi expreſsè dicit, quòd nõ poſſe ſuſtinere laborioſa pertinet ad mollitiem.

Porrecta per totum.

¶ 2 Præt. Philoſophus dicit in 7. Ethi.* ꝙ delitia, mollities quędã eſt: ſed eſſe[h] delitioſum vr̃ pertinere ad intemperantiam. ergo mollities non opponit̃ perſeuerantiæ, ſed magis temperantiæ.

¶ 3 Præt. Philoſophus ibidẽ dicit,* ꝙ luſiuus eſt mollis: ſed eſſe immoderatè[h] luſiuum opponit̃ eutrapeliæ, quæ eſt virtus circa delectationes ludorum, vt dicit in 4. Ethic. †ergo mollities non opponitur perſeuerantiæ.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 7. Ethic.* quòd molli opponitur pſeueratiuus.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* laus pſeuerãtię in hoc conſiſtit, ꝙ aliquis non recedit à bono propter diuturnã tolerantiã difficiliũ, & laborioſorũ[m] cui directè vr̃ opponi, ꝙ aliquis de facili recedat à bono pp aliqua difficilia, quę ſuſtinere non põt: & hoc ptinet ad rõnẽ mollitiei. *Nã molle dr̃, ꝙ facilè cedit tangenti. Non autẽ iudicatur aliquid molle ex hoc, ꝙ cedit fortiter impellẽti, nam & parietes cedũt machinæ percutiẽti: & ideò nõ reputatur aliquis mollis, ſi cedat aliquib⁹ valdè grauiter impellentib⁹. Vndè Philo. dicit in 7. Ethic.* ꝙ ſi quis à fortibus, & ſuperexcellentib⁹ delectationibus vincit̃, vel triſtitijs, nõ eſt admirabile, ſed cõdonabile, ſi contra tẽdat. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ grauius impellit metus periculorũ, q̃ cupiditas delectationũ. Vnde Tullius dicit in primo de Offic.* Nõ eſt conſentaneũ qui metu non frangatur, eũ frangi cupiditate: nec q inuictũ ſe a labore pſtiterit, vinci à voluptate. Ipſa ẽt voluptas fortius mouet attrahẽdo, q̃ triſtitia de carẽtia voluptatis retrahẽdo: quia carentia voluptatis eſt purus defect⁹. Et ideò ẽm Philoſophũ* ppriè mollis dr̃, qui recedit à bono pp triſtitias cauſatas ex defectu delectationũ, quaſi cedẽs debili mouenti.

AD I. ergo dicẽdũ, ꝙ prædicta mollities cauſat̃ dupliciter. Vno modo, ex cõſuetudine. Cũ

G enim aliquis conſuetus eſt voluptatib⁹ frui, difficilius põt earũ abſentiã ſuſtinere. Alio mõ, ex naturali diſpoſitione, qa videlicet hẽt animũ min⁹ cõſtãtẽ pp fragilitatẽ complexionis: & hoc modo comparantur fœminę ad maſculos, vt Philoſo. dicit in 7. Ethico.* & ideò illi qui muliebria patiuntur, molles dicuntur, quaſi muliebres effecti.

AD II. dicendũ, ꝙ voluptati

H corporali opponit̃ labor: & iõ res laborioſę tãtũ impediũt voluptates. Delitioſi aũt dñr, qui non pñt ſuſtinere aliquos labores, nec aliquid qđ voluptatem diminuat. Vndè dr̃ Deut. 28. Tenera mulier, & delicata, q̃ ſuper terrã ingredi nõ valebat, nec pedis veſtigiũ figere pp mollitiẽ: & iõ delitia mollities quædam eſt. Sed mollities ppriè reſpicit defectũ delectationũ, delitię autẽ cãm ĩpeditiuã delectationis,

I puta, laborẽ, vel aliquid hmõi.

AD III. dicẽdum, ꝙ in ludo duo eſt cõſiderare. Vno quidem modo delectationẽ, & ſic inordinatè luſiuus opponitur eutrapeliæ. Alio mõ, in ludo conſiderat̃ quędam remiſſio, ſiuè quies, q̃ opponit̃ labori: & ideò ſicut non poſſe ſuſtinere laborioſa pertinet ad mollitiem, ita etiam nimis appetere remiſſionem lu-

K di, vel quamcumque aliquam quietem.

ARTICVLVS II.

Vtrum pertinacia opponatur perſeuerantiæ.

AD SECVNDVM ſic procedit̃. Videtur quòd pertinacia

SVP. QVAEST. CXXXVIII, ART. II.

IN art. 2. eiuſdem q. 138. dubium ex Martino occurrit ibidem, in quæſt. de pertinacia, arguente quòd concluſio nõ eſt cõformis

non opponat̃ perſeuerātiæ. Dicit.n. Greg. 31. Moral.* ꝙ pertinacia orit̃ ex inani gloria: ſed inanis gl̃ia non opponit̃ pſeuerātiæ, ſed magis magnanimitati, ut ſup. dictū ē.† ergo ptinacia non opponit̃ pſeuerantiæ.

¶2 Præt. Si opponit̃ pſeuerātię, aut opponit̃ ei p exceſſum, aut per defectum: ſed non opponit̃ ei per exceſſum, quia ēt pertinax cedit alicui delectationi, & triſtitiæ, q̃a ut dicit Philoſ. in 7. Eth.* Gaudent uincētes, & triſtantur ſi ſniæ eorū infirmæ appareant: ſi aūt per defectū, erit idem quod mollities, quod patet eſſe falſum. nullo ergo mō ptinacia opponitur pſeuerātię.

¶3 Præt. Sicut pſeuerās pſiſtit ī bono cōtra triſtitias, ita cōtinēs & tēperatus cōtra delectationes, & fortis cōtra timores, & māſuetus cōtra iras: ſed ptinax dr̃ aliquis ex eo, ꝙ nimis in aliquo perſiſtit. ergo pertinacia non magis opponitur perſeuerantia, quàm alijs uirtutibus.

SED CONTRA eſt, ꝙ Tul. dicit in ſua rhetor.* ꝙ ita ſe habet ptinacia ad perſeuerātiā, ſicut ſuperſtitio ad religionē: ſed ſuperſtitio opponitur religioni, ut ſup. dictum eſt.* ergo & pertinacia perſeuerantię.

RESP. Dicendū, ꝙ ſicut Iſid. dicit in lib. Ety.* pertinax dicit̃ aliquis, q̃ eſt impudēter tenax, quaſi omnia tenēs. Et hic idem dicitur pertinax, eo ꝙ in ppoſito ſuo ad uictoriam perſeueret. Antiqui.n. dicebant uitiam, qua nos uictoriam: & hos Phil. uocat in 7. Eth.† iſchyrognomones. i. fortis ſniæ, uel idiognomones. i. proprię ſniæ, q̃a. ſ. pſeuerant in propria ſnia plus q̃ oportet. Mollis aūt minus q̃ oportet: perſeuerans autē ſecūdum ꝙ oportet. Vnde patet ꝙ perſeuerantia laudatur ſicut in medio exiſtens: pertinax aūt vituperatur ſm̃ exceſſum medij, mollis aūt ſm̃ defectum.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ideò aliquis nimis perſiſtit ī propria ſentētia, quia per hoc vult ſuā excellentiam manifeſtare: & iō orit̃ ex inani gl̃ia ſicut ex cā. Dictum eſt aūt ſup.* ꝙ oppoſitio uitiorum ad uirtutes non attenditur ſm̃ cām, ſed ſecundùm propriam ſpeciem.

AD II. dicendum, ꝙ ptinax excedit quidem in hoc, ꝙ inordinatè perſiſtit in aliquo contra multas difficultates: hēt tamen aliquā delectationē in fine, ſicut & fortis, & ēt perſeuerans. Quia tñ illa delectatio eſt uitioſa ex eo ꝙ nimis appetit eā, & contrariā triſtitiā fugit, aſſimilat̃ incōtinēti, uel molli.

AD III. dicendum, ꝙ aliæ uirtutes, etſi pſiſtant contra impetus paſſionum, non tñ propriè laus earū eſt ex pſiſtendo, ſicut laus pſeuerātiæ. Laus verò continētiæ magis vr̃ ex uincendo delectationes: & iō ptinacia directè opponitur perſeuerātiæ.

QVAESTIO CXXXIX.

De Dono fortitudinis, in duos articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderādū eſt de dono, qđ rñdet fortitudini, quod eſt fortitudinis donum.

Et circa hoc quęruntur duo.

¶Prio, Vtrū fortitudo ſit donū.

* Li. 31. ca. 31.
† q. 132. art. 2.
* Li. 7. c. 9. antè medium tom. 5.
* Lib. 1. de inuentione in fol. 4. ante fi. libri.
* q. 92. artic. 1.
* Li. 10. c. 15. & incipit Imprudēs quaſi, parū ante medium.
† Li. 7. c. 9. tom. 5.
* q. 127. art. 2. ad 1. & q. 133. art. 2.

mis alijs dictis eiuſdē Thomæ. Nā ſecundū eum non oīs perſiſtens in ſnia ſecundū ꝙ oportet, eſt pſeuerans, ſed ille tm̃ q pſiſtit non obſtante moleſtia diuturnitatis. Si ergo ptinacia directè opponitur perſeuerantiæ, oportet ꝙ nimis perſiſtat contra diuturnitatis moleſtiam, ſed ſecundū eum pertinacia non eſt tale uitiū: ſed aliquis di pertinax, eſto ꝙ nihil ex diuturnitate ſentiat moleſtiæ. Nō conuenit ergo cōcluſio cum alijs dictis Thomę. Secundò, q̃a ſequeretur nullū vitiū eſſe pertinaciam niſi vbi diuturnitatis circunſtantia de bono malum trāſferret. Et tenet cōſequētia, quia ſi directè opponitur perſeuerantiæ, oportet ꝙ includat in ſua rōne diuturnitatem, ſicut pſeuerantia. Tertiò, q̃a pertinax ſecundum Iſid. eſt qui immanet ſententiæ, cui nō dēt immanere. Talis aūt excedit pertinacē oppoſitum perſeuerantiæ, quia perſeuerans eſt nō obſtante triſtitia, & ſimiliter ſuus pertinax. ergo pertinacia accepta ab Iſido. & Thoma, non opponitur perſeuerātiæ. Quarto, quia ptinax ut de eo loquitur Thomas, immanet ſniæ pp delectationē. ergo nō opponitur perſeuerantiæ ſed continentiæ. Probatur aſſumptū, q̃a ptinax immanet ſententiæ propter victoriam. ergo propter delectationem. Probatur hoc ultimum antecedens, tum ex ipſo Tho. hic: tùm ex Ariſto. 7. Ethic. dicente, quòd iſti propriæ ſententiæ uincuntur a delectationibus. Gaudent.n. vincentes ſi nō tranſuadeantur: & concludit, quòd ſunt magis ſimiles incontinētibus, q̃ continētib.

¶Ad horum euidentiam ſcito, quòd ſicut magnanimitas, & facit magnum in qualibet virtute, & ponit medium in appetitu magnorū horū nec oportet quodlibet oppoſitū illi vitiū reſpicere appetitū honoris, ſed ſufficit ꝙ magnum honorē reſpiciat uel per exceſſum, uel per defectū, ut patet de præſumptione, quę non excedit in appetitu honoris, ſed actus incōmēſurat: ita proportionabiliter perſeuerantia & facit ex intētione pſiſtētiā opportunā in qualibet uirtute, & medium ponit in ſiſtendo in ſententia. Et propterea uitia oppoſita eidē, ſi extrema ſunt eius quod eſt inſiſtere in ſententia, perſeuerātiæ opponuntur. Sicut ambitio, & eius oppoſitum extrema ſunt magnanimitatis, quia extrema ſunt eius, quod eſt appetere magnos honores.

¶His prælibatis ad primum in oppoſitum dicitur, ꝙ perſiſtere in ſententia bene operando, aut malum uitando, contingit dupliciter. Vno modo, ex conditione habitus operantis: & ſic perſiſtens non eſt pſeuerās ſecūdū authorē. Alio mō, ex principali intentione, & ſic pſiſtēs eſt pſeuerās: qm̃ ſic pſiſtere intendēs, directè intēdit tā diu inſiſtere, q̃ diu oportet. Hoc.n. importat ly pſiſtere, ſicut peruigilare eſt vſq; ad finem vigilare. Vnde cū dicitur, ꝙ actus perſeuerantiæ eſt perſiſtere in ſententia cū executione, nō oportet addere cōtra moleſtias diuturnitatis: qm̃ ipſum perſiſtere hoc importat, ſ. ꝙ ſi eſt directè intētū, ſuper moleſtiam cauſabilē a diuturnitate. Et cum ex hoc infertur, ergo pertinacia perſeuerantiæ oppoſita nō eſt, niſi nimis pſiſtat cōtra diuturnitatis moleſtias, negat̃ ſequela: ſed ſufficit, ꝙ nimis ex itētione perſiſtat in ſententia vndecunq; hoc accidat: ſicut ſufficit ad intemperatū ꝙ excedat in delectationibus tactus, undecūq; ad hoc ueniat, puta, ex auaritia, ut meretrix: vel ex vindicta, ut occiſor &c. Et iō eſt quia ad poſitionē vitij alicuius non requirit̃, quòd principalis intētio hoīs ſit diuertendi a medio pprio, ſed ſat eſt ꝙ ipſum uitiū ex propria natura ſit primo receſſiuum à medio proprię uirtutis. Mediū aūt ī pſeuerātia, ut dictū eſt, eſt pſiſtere in ſententia. Pertinax aūt ex intētiōe excedit hoc, cū immanet ſententiæ, qñ non oportet, uel cui nō oportet. Hoc aūt eſt recedere à pſiſtētia ſecūdū ꝙ oportet ſiue moleſtiæ diuturnitatis faciāt hūc receſſum, ſiue nō. Et ſimiliter mollis eſt undecūq; quis ex intentione non perſtet in ſentētia ſecūdū ꝙ oportet, & nō ſolū ſi pp laborē diuturnitatis nō pſtet in ſententia pp eādē rationē. ſ. quia ex natura ſua talis nō pſiſtēs recedit a pſiſtētia ſcđm ꝙ oportet. Iā.n. dictū eſt, ꝙ in pſiſtētia claudit̃ diuturnitas. Et p hoc patet reſponſio ad ſecundum, dicendo ꝙ receſſus à perſiſtētia includit receſſum à diuturnitate ſecundum ꝙ oportet: & per hoc patet rñſio ad 3. Aliud eſt.n. loqui de receſſu uitij a medio, & aliud de receſſu operantis uitioſe: qm̃ cā mouens vitioſum pōt eſſe multiplex & non tollit naturam uitij. Pertinax.n. eſt, qui nimis ex intentione perſtat undecunq; iſte hō moueat̃ ad immanēdū ſniæ qñ, uel cui nō oportet. Ad quartū dr̃ cū authore, ꝙ ptinax ex parte delectationis appetitæ eſt ſimilis incōtinēti, ut Ari. dicit: ſcđm tñ id qđ directè intēdit. ſ. immanere propriæ ſententiæ, opponitur perſeuerantiæ: & ſecundùm finē opponitur magnanimitati, pro quanto eſt inanis gloria.

Concl.

SVPER QV. CXXXIX. ET CXL.

N q. 139. & 140. de dono, & pręceptis fortitudinis nihil occurrit ſcribēdum, niſi ꝙ aduertas donū fortitudinis nō arctari

ad materiã fortitudinis, ut eſt ſpālis uirt⁹, ſed extēdit ad totam materiã fortitudinis, ut eſt uirt⁹ gnalis, ut in ar. … ad 3. in litera hēt, & excedere illam quoad finē tã reſpū bonorū, q̃ malorū, ut in corpore ibidē hēs. & hæc de fortitudine dicta ſuffeciant.

¶ Secundo, Quid rñdeat ei in beatitudinibus, & fructibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum fortitudo ſit donum.

Porrecta per totum. 678

3. diſt. 34. q. 1. art. 2. cor. & q. 3 ar. 1. q. 1.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vř ꝙ fortitudo nō ſit donum. Virtutes enim a donis differunt: ſed fortitudo eſt uirtus. ergo non debet poni donum.

¶ 2 Præt. Actus donorū manēt in pãria, ut ſup. habitū eſt: * ſed actus fortitudinis nō manet in pãria. dicit. n. Greg. in 1. Moral.† ꝙ fortitudo dat fiduciã trepidãti contra aduerſa, q̃ nulla erunt in patria. ergo fortitudo non eſt donum.

*1. 2. q. 68 art. 6.

† Lib. 1. c. 32. ante med.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in 2. de doctri. Chriſt. * ꝙ fortitudinis eſt ab omni tranſeuntium mortifera iucũditate ſeipſum ſequeſtrare: ſed circa noxias iucunditates, ſeu delectationes magis conſiſtit temperantia, q̃ fortitudo. ergo uidetur quòd fortitudo non ſit donum reſpondens uirtuti fortitudinis.

*Li. 2. c. 7. in medio to. 3.

SED CONTRA eſt, ꝙ Iſa. 11. fortitudo inter alia dona Spiritusſancti computatur.

RESP. dicẽdum, ꝙ fortitudo importat quandã animi firmitatem, ut ſup. dictum eſt: * & hæc quidē firmitas animi requirit & in bonis faciendis, & in malis perferendis, & præcipuè in arduis bonis, uel malis. Homo autem ſm proprium, & connaturalem ſibi modũ hanc firmitatem in utroque põt habere, ut non deficiat à bono pp difficultatē vel alicuius ardui operis implendi, uel alicuius grauis mali perferendi: & ſm hoc fortitudo ponit̃ virtus ſpecialis, uel gñalis, * ut ſupra dictum eſt. * Sed altius a Spũſancto mouetur animus hoĩs ad hoc, ꝙ perueniat ad finē cuiuslibet operis inchoati, & euadat quæcunq; pericula imminentia: quod qdē excedit naturam humanam. Quãdoq;. n. nõ ſubeſt poteſtati hoĩs, ut cõſequatur finem ſui operis, uel euadat mala, ſeu pericula, cum qñque opprimat ab eis in morte: ſed hoc operatur Spiritusſanctus in homine, cum perducit eũ ad uitam æternã, quę eſt finis omnium bonorũ operum, & euaſio omniũ periculorum. Et huius rei infundit quãdã fiduciã menti Spiritusſanctus contrarium timorē excludẽs: & ſecundùm hoc fortitudo donum Spiritusſancti ponitur. Dictum eſt. n. ſupra, ꝙ dona reſpiciunt motionem animæ à Spiritusſancto.

*q. 123. art. 2. & 1. 2. q. 61. a. 3.

Conclu.

* q. 123. art. 2.

Conclu.

1. 2. q. 68. art 2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ fortitudo, quæ eſt vſus, perficit animum ad ſuſtinendum quęcunque pericula, ſed non ſufficit dare fiduciam euadendi quæcunque pericula, ſed hoc pertinet ad fortitudinem, quæ eſt donum Spiritusſancti.

AD II. dicendum, ꝙ dona non habent eoſdem actus in patria quos habent in uia, ſed ibi habent actus circa pfruitionem finis. Vñ actus fortitudinis ibi ē pfrui plena ſecuritate a laborib. & malis.

AD III. dicendum, ꝙ donum fortitudinis reſpicit virtutem fortitudinis non ſolùm ſecundùm ꝙ cõſiſtit in ſuſtinendo pericula, ſed etiam ſecundũ ꝙ conſiſtit in quocunque arduo opere faciendo. Et ideò donum fortitudinis dirigitur a dono cõſilij, quod videtur præcipuè eſſe de melioribus bonis.

ARTICVLVS II.

Vtrum quarta beatitudo, ſcilicet Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, reſpondeat dono fortitudinis.

Porrecta per totum. 679

Inf. q. … ar. 9. ad 1 Et 1. 2. q. 69 art. 3 ad 3 Et 3. di. 34. q. 1 ar. 4. & 6 cor.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd quarta beatitudo. ſ. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, non reſpõdeat dono fortitudinis. Donum enim fortitudinis non reſpondet uirtuti iuſtitiæ, ſed potius donum pietatis: ſed eſurire, & ſitire iuſtitiam pertinet ad actũ iuſtitiæ. ergo beatitudo iſta magis pertinet ad donum pietatis, q̃ ad donum fortitudinis.

¶ 2 Præt. Eſuries, & ſitis iuſtitiæ importat deſiderium boni: ſed hoc propriè pertinet ad charitatem, cui non reſpondet donum fortitudinis, ſed magis donum ſapientiæ, ut ſupra habitum eſt. * ergo iſta beatitudo non reſpondet dono fortitudinis, ſed dono ſapientiæ.

*q. 45. in diuiſione quæſtio.

¶ 3 Præt. Fructus conſequuntur ad beatitudines, quia de ratione beatitudinis eſt delectatio, ut dicitur in 1. Ethic. * ſed in fructibus non uidetur aliquid poni, quod pertineat ad fortitudinem. ergo neque beatitudo aliqua ei reſpondet.

*Li. 1. c. 8. a medio to. 5.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit in lib. de ſermone Dom. in monte. * Fortitudo congruit eſurientibus: laborant enim deſiderãtes gaudium de veris bonis, amorem à terrenis auertere cupiẽtes.

*Li. 1. c. 4. ante … tom. 4.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſup. dictũ eſt, * Aug. † attribuit beatitudines donis ſm ordinē enumerationis, cõſiderata tñ aliqua cõueniẽtia: & ideo quartã beatitudinē. ſ. de eſurie, & ſiti iuſtitiæ, attribuit quarto dono. ſ. dono fortitudinis. Eſt tñ ibi aliqua cõueniẽtia. qa ſicut dictum eſt, * fortitudo in arduis conſiſtit. Eſt autem ualde arduum, quòd aliquis non ſolùm opera uirtuoſa faciat, quę communiter dicuntur opera iuſtitiæ: ſed quòd faciat ea cum inſatiabili quodam deſiderio, quod poteſt ſignificari per famem, & ſitim iuſtitię.

* q. 8. art. … ad 3. † Loco citato ſeu relato. Concl. * Art. præc. ad 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Chryſ. dicit ſuper Matth. † Iuſtitia hic poteſt accipi nõ ſolum particularis, ſed etiam vniuerſalis, quę ſe hēt ad omnium uirtutum opera, ut dicitur in 5. Ethic. in quibus arduum intendit fortitudo, q̃ eſt donũ.

† Hom. 6. ex … locu in Matt. … Li. 5. ethi. c. 1. & 2.

AD II. dicẽdũ, ꝙ charitas eſt radix oĩum donorũ & uirtutũ, ut ſup. dictũ eſt † & iõ quicqd pertinet ad fortitudinē, põt ēt ad charitatem ptinere.

† q. 23. ar. 8. ad 3. & 1. 2. q. 68. ar. 4. ad 3.

AD III. dicendum, ꝙ inter fructus ponuntur duo, quę ſufficiẽter corrñdent dono fortitudinis, ſcilicet patiẽtia, quę reſpicit ſuſtinentiam malorum, & longanimitas, quę reſpicere poteſt diuturnam expectationem, & operationem bonorum.

QVAESTIO CXL.

De Præceptis fortitudinis, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de præceptis fortitudinis.

¶ Et Primò, De pręceptis ipſius fortitudinis.

¶ Secundò, De pręceptis partium eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudinis tradantur.

Porrecta per totum. 680

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non conuenienter in lege diuina, pręcepta fortitudinis

tudinis tradantur. Lex enim non perfectior eſt ue A teri lege:ſed in ueteri lege ponuntur aliqua præcepta fortitudinis, ut patet Deute. 20. ergo & in noua lege aliqua [h] præcepta fortitudinis danda fuerunt.

¶2 Præt. Præcepta affirmatiua uĩr eſſe potiora pceptis negatiuis, qa affirmatiua includũt negatiua, ſed non econuerſo. Inconuenienter ergo in lege diuina ponuntur præcepta fortitudinis ſolum negatiua timorem prohibentia.

¶3 Præt. Fortitudo eſt una de uirtutibus principalibus, ut ſupra habitũ eſt*: ſed pcepta ordinantur ad uirtutes ſicut ad fines, vñ debẽt eis pportionari. ergo [h] & pcepta fortitudinis debuerũt poni iter pcepta decalogi, q̃ ſunt principalia legis pcepta.

* q. 123. art. 11. & 1. 2. q. 61. ar. 2.

Sed contrarium apparet ex traditione ſacræ B ſcripturæ.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ pcepta legis ordinanĩ ad intẽtionẽ legiſlatoris. V ñ ſm diuerſos fines, quos intẽdit legiſlator, oportet diuerſimodè pcepta legis inſtitui [n]. vñ & in rebus humanis alia ſunt pcepta democratica, alia regia, alia tyrãnica. Finis aũt legis diuinæ eſt, ut hõ inhæreat Deo: & iõ pcepta legis diuinæ tã de fortitudine, q̃ de alijs uirtutibus danĩ ſm ꝙ cõuenit ordinatiõi mẽtis i Deũ [q]. Et pp hoc Deut. 20. dr: Nõ formidetis eos, qa dñs De⁹ veſter in medio ueſtri eſt, & p uobis cõtra aduerſarios dimicabit. Leges aũt humanæ ordinanĩ ad aliqua mũdana bona, ſm quorũ conditionem præcepta fortitudinis in humanis legibus inueniuntur.

Concln. ⁿ Concln. ꝑ

Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ vetus teſtamẽtũ habebat tẽporalia pmiſſa, nouũ aũt ſpũalia & æterna, ut Aug. dicit cõtra Fauſt.* & iõ neceſſariũ fuit ut i ueteri lege popul⁹ iſtrueret qualiter pugnare dẽret ẽt corporaliter p terrena poſſeſſione acqrẽda. In nouo aũt teſtamẽto iſtruẽdi fuerũt hoies qualiter ſpũaliter certãdo, ad poſſeſſionem uitæ æternæ puenirẽt. ſm illud Matt. 11. Regnũ cęlorũ vi patit, & uiolẽti rapiũt illud. V ñ & Petr⁹ pcipit. 1. Pet. vlt. Aduerſari⁹ ueſter diabol⁹ tamq̃ leo rugiẽs, circuit q̃rẽs quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes i fide. & Iac. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à uobis. Quia tñ hoies ad ſpũalia bona tẽdẽtes, ab eis retrahi poſſent p corporalia pericula, fuerũt ẽt in lege diuina danda fortitudinis præcepta ad ſuſtinenda fortiter temporalia mala, ſecundum illud Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus.

* li. 4. c. 2. in princ. tom. 6.

Ad II dicẽdum, quòd lex in ſuis præceptis debet habere communem inſtructionem. Ea uero q̃ ſunt agenda in periculis non poſſunt ad aliquod commune bonum reduci, ſicut ea quæ ſunt uitanda: & ideò præcepta fortitudinis magis dantur negatiuè, quàm affirmatiuè.

Ad III dicendum, quòd ſicut dictum eſt*, præcepta decalogi ponuntur in lege ſicut prima principia, quæ ſtatim debent eſſe omnibus nota. Et iõ præcepta decalogi debuerunt eſſe principaliter de actibus iuſtitiæ, in quibus manifeſtè uidetur eſſe ratio debiti: non autem de actibus fortitudinis, quia non ita manifeſtè uidetur eſſe debitum, ꝙ aliquis pericula mortis non reformidet.

* q. 122. ar. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter tradantur præcepta in lege diuina de partibus fortitudinis.

Perfect. fort. 631

Ad secundum ſic pcedit. Vĩ ꝙ incõuenienter tradanĩ pcepta i lege diuina de partib⁹ fortitudinis. Sicut. n. patiẽtia, & pſeuerãtia ſunt partes fortitudinis, ita [h] magnificẽtia, & magnanimitas, ſiue fiducia, ut ex ſupradictis patet*: ſed de patientia iueniũt aliqua pcepta tradita i lege diuina, ſilr ẽt & d pſeuerãtia. ergo pari rõe de magnificẽtia, & magnanimitate aliqua pcepta tradi debuerũt.

* q. 128.

¶2 Præt. Patiẽtia ẽ uirt⁹ maximè neceſſaria, cũ ſit cuſtos aliarũ uirtutũ, ut Gre. dicit.† ſed de alijs uirtutib. danĩ abſolutè pcepta. ñ ergo d patiẽtia fuerũt dãda pcepta, q̃ itelligant ſolũ ſm pparõnẽ animi, ut Aug. dicit in lib. de ſermon. Dni in monte*.

† Homil. 35. i euã. nõ remote à ſi medium. *Lib. 1. de ſer. dom. in monte ca. 34 35. & 36. t. 4.

B

¶3 Præt. Patiẽtia, & pſeuerãtia ſunt partes fortitudinis, ut dictũ eſt*: ſed de fortitudine nõ danĩ pcepta affirmatiua, ſed ſolũ negatiua, ut ſupra habitũ eſt.† ergo [h] ẽt neq; de patiẽtia, & pſeuerantia fuerũt dãda pcepta affirmatiua, ſed ſolũ negatiua.

* q. 128. & 136. a. 4. & 137. ar. 2. † ar. præc. ad 2.

Sed contrarium habetur ex traditione ſacræ ſcripturæ.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ lex diuina pfectè i format hominẽ de his, q̃ ſunt neceſſaria ad rectè uiuẽdũ. Indiget ãt hõ ad rectè uiuẽdũ ñ ſolũ uirtutib. principalib⁹, ſed ẽt uirtutib⁹ ſecũdarijs, & adiũctis: & iõ C i lege diuina ſicut danĩ cõueniẽtia pcepta d actibus uirtutũ pricipaliũ, ita ẽt danĩ cõueniẽtia pcepta de actibus ſecũdarũ uirtutũ, & adiũctarũ*.

Conclu. ⁿ

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ magnificẽtia, & magnanimitas nõ ptinẽt ad gen⁹ fortitudinis, niſi ſm quãdã magnitudinis excellẽtiã, quã circa propriã materiã cõſiderãt. Ea ãt q̃ ptinẽt ad excellentiã, magis cadũt ſub cõſilijs pfectionis, q̃ ſub pceptis neceſſitatis: & iõ d magnificẽtia, & d magnanimitate nõ fuerũt dãda pcepta, ſed magis conſilia. Afflictiones ãt, & labores pſentis uitæ ptinẽt ad patiẽtiã, & pſeuerãtiã nõ rõne alicui⁹ magni- D tudinis i eis cõſideratæ, ſed rõe ipſi⁹ gñis: & iõ de patiẽtia, & perſeuerantia fuerũt danda pręcepta.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ ſic ſ. dictũ ẽ*, pcepta affirmatiua etſi ſp obligẽt, nõ tñ obligãt ad ſp, ſed p loco, & tẽpore: & iõ ſicut pcepta affirmatiua, q̃ de patiẽtia dantur, ſunt accipienda ſm præparationem animi, ut ſcilicet homo ſit paratus ea adimplere cum opus fuerit, ita etiam & præcepta patientiæ.

* q. 3. ar. 2.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ fortitudo, ſm ꝙ diſtinguiĩ à patiẽtia, & perſeuerantia, eſt circa maxima pericula, in qbus eſt cautius agẽdũ. Nec oportet aliqd determinari in particulari quid ſit faciendum, E ſed patiẽtia & pſeuerãtia ſunt circa minores afflictiones, & labores, & iõ magis ſine periculo pt in eis determinari qd ſit agẽdũ, maximè i uniuerſali.

QVAESTIO CXLI.

De tẽperãtia, in octo articulos diuiſa.

Consequenter conſiderandum eſt de temperãtia. Et primò quidem de ipſa tẽperantia. Secundò, de partibus eius. Tertio, de præceptis ipſius.

SVP. Q. CXXXXI. ARTIC. I.

Septima pars huius libri hic incipit, in qua de tẽperãtia tractatur. Et quia Martinus antea dictus edidit ẽt tractatũ de tẽperãtia, ubi doctrinam

nẽ authoris ex ꝓpoſito impugnat: iõ ſicut in tractatu de fortitudine eidem reſpondimus, ita quoq; in pſenti diuum Thomã ab eius obiectis tueri intendimus.

IN 1.ar.q.141 nota in corpore artic. ꝙ cũ ibi legis, tẽperãtiã iõ eſſe uirtutẽ, qa inclinat ad bonũ, non aliter intelligit ꝗ ſuperius dictũ eſt, ubi poſita eſt differentia inter prudẽtiã iuſtitiamq; ex vna, & fortitudinẽ ac tẽperantiã ex alia parte. ſ. ꝙ illæ directe faciũt bonũ rõnis, iſtæ bonũ rõnis tuentur contra paſſionũ imperꝰ. Inclinãt ergo oẽs in bonum, ſed diuerſimodè. Illæ directè faciendo illud, iſtæ tuendo idem. Nam temperãtia modificãdo paſſiones concupiſcibilis, bonam uoluntatem cuſtodit, fouet, implet, & ꝑ hæc facete quodammodo dr. ¶ In eodẽ articulo in rñſione ad primũ nota, ꝙ caute author loquitur, dicẽs, ꝙ tẽperãtia nõ cõtrariatur inclinationi naturæ humanæ: qm̃ ſecus eſt de inclinationibꝰ complexionũ indiuidualium aliquorum hominũ. Contrariatᷣ ſiquidẽ tẽperãtia naturali inclinationi illius, q natus eſt ad luxuriãdum &c. Naſci namq; quoſdã iracũdos, quoſdã intẽperatos, quoſdã beſtiales, clarũ ẽ: ſicut quoſdam cõtemplatiuos, quoſdã pictores &c. ¶ In eodẽ articulo in rñſione ad tertium, aduerte, ꝙ qa de nullo reſtat dono tractãdũ, iõ author in principio tractatus huius expedit ſe de correſpõdẽtia doni ad uirtutem temperantiæ.

Porrecta per totum. 682 Inf.q.186 art.1.cor. Et vir. q. 1. art. 12. ad 13 Et 5. Eth. lec. 19. *Lib. 2. in prin. lib. tom 5. †c. 3. & 5. * 1. 2. q. 65. ar. 1. †1. 2. q. 68 *Lib. 6. c. 15. circa medium tom. 1. †1. 2. q. 55 ar. 3. *C. 4. par. 4. non remote a fine. *Conclu.*

Circa tẽperãtiã ãt primò cõſiderare oportet de ipſa tẽperantia. Secũdò, de vitijs oppoſitis. Circa primum quærũtur octo.

¶ Primò, Vtrũ tẽpantia ſit uirtꝰ

¶ Scdõ, Vtrum ſit uirtus ſpãlis.

¶ Tertiò, Vtrũ ſit ſolũ circa cõcupiſcẽtias, & delectatiões.

¶ Quartò, Vtrum ſit ſolum circa delectationes tactus.

¶ Quintò, Vtrũ ſit circa delectationes guſtus, inquantum eſt guſtus, uel ſolum inquãtum eſt tactus quidem.

¶ Sextò, Quæ ſit regula temperantiæ.

¶ Septimò, Vtrum ſit uirtus cardinalis, ſeu principalis.

¶ Octauò, Vtrum ſit potiſſima virtutum.

ARTICVLVS I.

Vtrum temperantia ſit virtus.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ tẽperãtia nõ ſit virtꝰ. Nulla.n. virtus repugnat inclinationi naturæ, eo ꝙ in nobis eſt naturalis aptitudo ad uirtutẽ, ut dr 2. Eth.* ſed temperãtia retrahit à delectationibus, ad quas natura inclinat, vt dr in 2. Eth. †ergo tẽperãtia non eſt uirtus. ¶ 2 Præt. Virtutes ſunt cõnexæ adiuicẽ, ut ſ. habitũ ẽ,* ſed aliq hẽnt tẽperãtiã, q nõ hẽnt alias virtutes. multi.n. iueniunt tẽperati, q tñ ſunt auari, uel timidi. ergo tẽperantia nõ eſt uirtus. ¶ 3 Præt. Cuilibet uirtuti rñdet aliqđ donum, ut ex ſupradictis patet: †ſed tẽperantiæ non vr aliquod donum rñdere, quia iã in ſuperioribus dona oia ſunt alijs uirtutibus attributa. ergo temperantia non eſt uirtus.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit in 6. muſicæ.* Ea eſt uirtꝰ, quæ temperantia nominatur.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſ. dictũ eſt†, de rõne uirtutis eſt ut inclinet hoĩem ad bonũ. Bonũ ãt hois eſt ẽm rõnẽ, eſſe, vt Dio. dicit 4. c. de diui. no.* & iõ uirtus humana eſt ꝗ inclinat ad id, qđ eſt ẽm rõnẽ. Maximè ãt ad hoc inclinat temperantia: nam in eius nomine importatur quædam moderatio, ſeu temperies quam ratio facit: & ideò temperãtia eſt uirtus*.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ natura inclinat i id, qđ eſt cõueniẽs vnicuiq;. Vñ hõ naturaliter appetit delectationẽ ſibi cõueniẽtẽ. Quia verò hõ, inquantum hmõi, eſt rõnalis, conſequens eſt ꝙ delectationes ſint homini conuenientes, ꝗ ſunt ẽm rationem. & ab his non retrahit tẽperantia, ſed potius ab his quæ ſunt contra rationem. Vnde patet ꝙ temperantia non cõtrariatur inclinationi naturæ humanæ, ſed conuenit cũ ea. Contrariatur tñ inclinationi naturæ beſtialis non ſubiectæ rõni.

Naturaeſ ſic iclinat in vnicuique conueniens.

AD II. dicẽdũ, ꝙ tẽperãtia ẽm ꝙ pfectè hẽt rõnẽ uirtutis, nõ ẽ ſine prudẽtia, qua carẽt qcũq; uitioſi. Et iõ illi, q carẽt alijs uirtutibꝰ oppoſitis uitijs ſubditi, nõ hẽnt tẽperãtiã, ꝗ ẽ uirtus, ſed operant actꝰ tẽperãtię ex quadã naturali diſpoſitiõe, ꝓut uirtutes qdã iperfectæ ſunt hoibꝰ naturales, vt ſ. dictũ eſt*. Vel ꝑ conſuetudinẽ acqſitã, ꝗ ſine prudẽtia ñ hẽnt pfectionẽ rõis, ut ſupra dictũ ẽ†.

AD III dđm, ꝙ tẽperãtię ẽt rñdet aliqđ donũ. ſ. timoris, quo aliqs refrẽnat à đlectationib. carnis, ẽm illud Pſ. 118. Cõfige timoř tuo carnes meas. Donũ ãt timoris principaliť qdẽ reſpicit Deũ cuiꝰ offenſã uitat: & ẽm hoc corrñdet uirtuti ſpei, ut ſ. dictũ ẽ*. Scdario ãt pt reſpicere qcũq; aliqs refugit ad uitãdã Dei offenſã. Maximè ãt hõ idiget timoř diuino ad fugiẽdũ ea, ꝗ maximè alliciũt, circa ꝗ ẽ tẽperãtia: & iõ tpantię ẽt corrñdet donũ timoris.

*1. 2. q. 63 ar. 1. †1. 2. q. 65 ar. 1. & q. 58. ar. 4. *q. 19. ar. 9. ad 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum tẽperantia ſit ſpecialis uirtus.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr ꝙ tẽperãtia ñ ſit ſpãlis virtus. Dicit.n. Aug. in li. de moribus Eccl.* ꝙ ad tẽperãtiã ptinet Deo ſeꝰ itegrũ icorruptũq; ſeruaĩ: ſed hoc cõuenit oi uirtuti. ergo tpantia eſt uirtꝰ gñalis. ¶ 2 Præt. Amb. dicit i de offic.† ꝙ i tẽperãtia maxime trãquillitas animi ſpectat, & quærit: ſed hoc ꝑtinet ad omnẽ uirtutem. ergo tẽperãtia eſt gñalis uirtꝰ. ¶ 3 Præt. Tulli. dicit in 1. de offic.* ꝙ decorũ ab honeſto neqt ſeparari, & ꝙ iuſta oia decora ſũt: ſed decorũ ꝓpriè cõſideraĩ in tẽperantia, ut ibidẽ dr. ergo tẽperãtia non eſt ſpãlis uirtus.

SED CONTRA eſt, quòd Philoſoph. in 2. & in 4. Eth.* ponit eam ſpecialem uirtutem.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ẽm cõſuetudinẽ humanæ locutionis, aliqua nomina cõia reſtringuntur ad ea, ꝗ ſunt pcipua iter illa ꝗ ſub tali cõitate cõtinent, ſicut nomẽ urbis accipiĩ antonomaticè ꝓ Roma. Sic ergo nomẽ tẽperatiæ dupliť accipi pt. Vno mõ, ẽm cõitatem ſuæ ſignificationis, & ſic tẽperatia non eſt uirtus ſpalis, ſed gñalis: qa nomẽ tẽperãtiæ ſignificat quãdã tẽperiẽ. i. moderationẽ, quam rõ ponit in humanis operationibus, & paſſionibꝰ, qđ eſt cõe in oi uirtute morali. Differt tñ rõne tẽperantia à fortitudine

SVPER QV. CXLI. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiuſdẽ 141. q. dubiũ occurrit ex Martino in tractatu de tẽperantia. q. 1. circa differẽtiã i corpore articuli poſitã inter tẽperãtiã & fortitudinẽ, ut ſunt uirtutes gñales. Hæc inquit, opinio mihi nõ placet & cõtra eã triplicẽ arguit. Primò, Fortitudo ſcdm ꝙ hmõi, hẽt modum ponere timori & audaciæ. ergo eſt tẽperantia hoc mõ accepta Scdo. Aut operatio fortitudinis ut ſic hẽt circunſtãtiã debiti modi, aut non. Si nõ ergo operatio fortitudinis ut ſic, nõ eſt uirtuoſa. Si ſic, ergo fortitudo ut ſic, eſt tẽperãtia. Tertio, Audacia qñq; nimia eſt ad ſubeundũ pericula belli. Tũc ſic. Aut moderatio audaciæ ſpectat ad fortitudinẽ ut ſic, aut ut eſt tẽperãtia. Si ſcdm ꝙ tẽperãtia, ergo fortitudo vt ſic, non eſt mediocritas inter timorẽ & audaciã Si ſecũdũ ꝙ fortitudo, ergo fortitudo, ut retrahit ab his quæ cõtra rõnem appetitum alliciũt, & ſic non ſaluatur differentia poſita inter fortitudinẽ & temperantiam. ¶ Ad hoc dr, ꝙ arguẽs æquiuocat. Nam fortitudo, & temperantia ut ſunt uirtutes gñales, non habẽt diſtinctas materias, ſed diſtinguũ-

Porrecta per totum. 683 Inf. ar. 4. ſecundũ. *c. 15 et ſ. ta hinc & c. 19. to. 1. †li. 1. c. 43 in principio to. 1. *Li. 1. in c. de temperãtia reca procul a princip. *Li. 2. c. 7 li. 4. c. 1. *Conclu.*

diſtinguunt in eadē materia. diuerſas habēdo cōdōnes virtuoſas: & tñ iſte arguēdo accipit fortitudinem ut unā ſpālē uirtutē, & ppea argumēta nil ualēt contra authorē contra quē tñ nolatim afferr. Vñ ad primū dr̃, φ fortitudo i oi materia dat firmitatē, temperantia aūt dat modum. Negatur ergo antecedens de fortitudine ut eſt virtus generalis.

Conclu. p

¶ Ad ſecūdū dr̃, φ operatio fortitudinis, ut eſt uirtus gñalis. ñ habet modū, niſi in temperantiam, ut eſt uirtus generalis, & cū dr̃, Operatio fortitudinis nō eſt uirtuoſa. cōcedit φ niſi adſit rō temperātiæ nō eſt uirtuoſa, qm̃ firmiter opari ſine mō, non eſt uirtuoſum.

*Loco citato in argumen.

¶ Ad tertiū dr̃, φ moderari ſpē uictoriæ, ex qua audacia nimia fit, ſpectat ad fortitudinē ut eſt tēperātia. & cū infert, ergo fortitudo nō eſt mediocritas inter timorē & audaciam dr̃, φ æquocatur a fortitudine gñali ad ſpeciē fortitudinis. Poſſet quoq; negari ſequela, dicēdo φ fortitudo gñalis uirtus, eſt mediocritas timoris & audaciæ, nō ut ppriæ materiæ, ſed ut præſtans firmitatem animi in eis ſecundū quod oportet.

*ar. 4. & 5

*C. 4 par. 2. cir. me.

† ar. 4. & 5 Et q. ſeq. ar. 4.

SVP. QV. CXLI. ART. III.

IN ar. 3. euiſdē, 141. qō dubiū occurrit circa dñam in lra poſitā inter motū appetitus ſenſitiui proſequētis bonū, & fugiētis malū: φ ille præcipue cōtrariatur rōni rōne immoderantiæ, iſte rōe effectꝰ. Vr̃. n. tā dr̃ a, q̄ eius rō nulla. Dña quidē, qa ſicut cōcupiſcētia boni ſenſibilis ex hoc ē mala, qa nō ſecūdū rōnem eſt, ita timor mali, puta, mortis, ex hoc eſt malus, qa nō ſecūdum rōnē eſt. Et ita vtrobiq; immoderantia rōni repugnat & ſimiliter utrobiq; effectus rōnem deprimit. Nam ſicut ex nimio timore mali rō declinat à bono, ita ex nimio appetitu delectabilis, rō declinat à bono honeſto. Alia

* L. 10. in c. cuiꝰ initiū eſt bo malis. in prin. aliꝰ.

† q. ſeq. ar tic. 4.

Perrecta per totum.

684

Sup. q. 21. artic. 1. ad primū. & q. 23. ar. 4. ad 3. & q. 95 arti. 3. ad ſecundum. Et inf. q. 147 arti. 2. ad tertiū. Et 1. 2. q. 35. ar. 6. ad 3. Et 3. Ethic. le. 19.

* In lib. 2. de inuentione, in fol. 3. ante fin. lib.

etiam ſm φ utraq; ſumitur vt virtus cōis. Nam temperātia retrahit ab his quæ cōtra rōnem appetitum alliciunt: fortitudo aūt impellit ad ea ſuſtinenda, vel aggredienda, pp quæ hō refugit bonum rōnis. Si vero cōſideret anotomaſicè tēperātia ſm: φ refrænat appetitū ab his q̄ maximè alliciūt hoīem ſic eſt ſpālis virtus. vtpotè habēs ſpecialē mām, ſicut & fortitudo.

A

B Ad primvm ergo dicēdū, φ appetitus hoīs maximè corrūpit p ea, qbus allicitur hō ad recedēdū a rГa rōnis, & legis diuinæ: & iō ſicut ipſum tēperātiæ nomē pōt dupľr ſumi, vno mō communiter, alio mō excellenter, ita & integritas, quam temperantiæ Aug. attribuit.*

E actũ imperatum à lege. Hæc enim duo ſunt principalia in qualibet lege, ad quæ cætera ordinantur. Et propterea penès ambo tranſgreſſio mortalis, quaſi principium legalis uitæ tollens, determinatur. Secunda uerò opinio multum inniti uidetur æquitati, ne lex poſitiua nimis dura ſit: & poteſt ad authoris doctrinam reduci, diſtinguendo de cauſa rationabili, ſcilicet, ſimpliciter & abſolutè, uel ſecundùm æſtimationẽ. Nam non ſeruare ieiunium ex cauſa rationabili ſimpliciter & abſolutè, non eſt contra præceptum Eccleſiæ: quod intelligitur ceſſante rationabili cauſa ad oppoſitum. & hoc eſt clarum. Et ſimiliter ſi non ſeruo ieiunium ex cauſa rationabili ſecũdùm meã æſtimationem abſq; fraude, puta, quia uidetur mihi ꝙ ſim adeò debilis, ut non comprehendar ſub obligatis ad ieiunium, quamuis in ueritate non ſit in me debilitas ſufficiens ad eximendum me à uinculo ieiunii, excuſor à peccato mortali: quàmuis peccem ueniàliter, ſi abſque paſtoris indulto negligenter meas uires examinana

oĩbus cōiter obſeruanda, non quaſi præcepto ſubijciens id, qđ ſimpliciter ad ſupererogationē pertinet, ſed quaſi in ſpeciali determinanr id quod eſt neceſſarium in communi.

Ad II. dicēdũ, ꝙ præcepta, quæ per modũ cōmunis ſtatuti ꝓponunt̃, nō eodē modo obligãt oēs, ſed ſm ꝙ requiritur ad finē quē legiſlator intendit, cuius authoritatē ſi aliqs trãſgrediēdo ſtatutũ cōtēnat, uel hoc mō trãſgrediat̃, ꝙ impediãt finis quē intēdit, peccat mortaliter talis trãſgreſſor. Si aũt ex aliqua rõnabili cauſa qs ſtatutũ nō reſeruet, ꝓcipuè in caſu, in quo ēt ſi legiſlator adeſſet, non decerneret eē ſeruãdũ, talis trãſgreſsioñ cōſtituit pc̃tm̃ mortale. Et idē ē ꝙ nō oēs, q ñ ſeruãt ieiunia Eccl̃iæ peccãt mortal̃r.

Ad III. dicendũ, ꝙ Aug. ibi loqtur de his, quæ neq; ſacrarũ ſcripturarũ authoritatibus cōtinent̃, nec in cōcilijs epiſcoporũ ſtatuta inueniunt̃, nec cōſuetudine uniuerſalis Eccleſiæ roborata ſunt. Ieiunia uerò q̃ ſũt in ꝓcepto, ſunt in cōcilijs epiſcoporũ ſtatuta, & cōſuetudine uniuerſalis Eccleſiæ roborata. Nec ſunt cōtra libertatē populi fidelis, ſed magis ſũt utilia ad impediendũ ſeruitutē peccati, quæ repugnat libertati ſpirituali, de qua dr̃ ad Gal. 5. Vos enim, fratres, in libertatem uocati eſtis, tantũ ne libertatem detis in occaſionem carnis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnes ad ieiunia Eccleſiæ teneantur.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ omnes ad

minans uiolati ieiunii. Ad quæſitũ ergo rñdendo dr̃, ꝙ ſoluēs F Eccleſiæ ieiunium ſine cauſa rõnabili tã abſolutè, q̃ ſecundùm æſtimationē ſuam, peccat mortaliter: qm̃ talis & tranſgreditur medium abſtinentiæ ſtatutum ab Eccleſia, & tranſgreditur ſic, ut impediat legiſlatorem à fine intento in ipſo homine potente ieiunare, dum ſine omni rationabili cauſa medium tenuit in ſcripto ad finem. Hoc namque eſt euidenter impedire intentionem legis talis, ut perueniat ad finem, ac per hoc eſt directè legi obuiare. Soluens autem illud ex cauſa rationabili ſecũdùm æſtimationem ſuam abſq; fraude, uel aliorum melius iudicantium ſcrupuloſos, nō peccat mortaliter: qm̃ infra latitudinē cauſæ rationabilis cōtinetur uterque modus rationabilitatis in tali materia, ut cōmunis opinio, & conſcientia hominum timentium Deum approbare uidetur. Et ſcito, quòd niſi communis chriſtianę Eccleſiæ interpretatio ſuſciperet ſtatutum ieiunij eſſe non ſimplex ſtatutum, ſed habere uim preceptiuã, G ſtrictè ſumendo præceptum, uerum proculdubio eſſet, ꝙ non niſi propter contemptum tranſgreſſio ieiunii eſſet peccatũ mortale: quoniam in ſimplicium ſtatutorum materia, tranſgreſſio medii, & impeditio finis, licèt ſit mala, non tamen mortale inducit peccatum, niſi materia illa ad charitatem Dei, aut proximi neceſſaria ſit, quod in propoſito conſtat non habere locum: quia ieiunium huiuſmodi conſtat nec ad Dei, nec ad proximi dilectionem eſſe neceſſarium. Et hæc dixerim, quia ex ui uerborum nullibi ieiunium eccleſiaſticum inuenitur præceptum, loquendo de præcepto ſtrictè. H

¶ In eodem articulo dubiũ occurrit de cauſa rationabili, ex qua potentes ieiunare non tenentur ad ieiunia. De impotẽtia namque dubium non eſt: & de quibuſdam conditionibus perſonarum, an. ſ. reddant homines impotentes, vt pueritia, ſenectus, & huiuſmodi, in ſequenti articulo erit ſermo. Nũc quæſtio occurrit de cauſa rationabiliter excuſante potentes aliàs ieiunare, an ſit neceſſitas ſola, an etiam pietas. Et eſt ratio dubij, quia hinc apparet ꝙ ſola neceſſitas excuſet: quoniam dicitur ꝙ itinerantes, & operarii, qui poſſunt iter, aut opus minuere, aut differre abſque damno, tenentur ad ieiunia. Indè autem apparet, quòd etiam pietas: quoniam dicitur quòd peregrinatio feſtina ex deuotione ad aliquod feſtum, excuſat à ieiunio. I

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ rationabilis imprimis cauſa ꝙ aliàs potentes ieiunare, non ieiunent, eſt neceſſitas alicuius impedimentis ieiunium, quod oportet fieri uel ad conſeruandum uitam, uel ſanitatem, uel ſtatum temporalem, uel uitandum damnũ, aut acquirendum aliquid raro contingens. Declaro ſingula. Si oportet aliquem laborare, quia ex ſolo labore uiuere poteſt, aut ſine talis laboris mercede non poteſt habere omnia neceſſaria ad ſanitatem, uel ſtatum temporalem ſui, & ſuorum, puta, quia eſt faber, & ſine continuo exercitio non poteſt uiuere ipſe cum ſua familia iuxta gradum ſuum, & dotare filias, & tenere filium in ſtudio, & ueſtire ſuos ut decet ſuam conditionem, & alia huiuſmodi. Similiter ad uitandum damnum non ſolùm repente occurrens, puta propter bellum imminens, ſed ſimpliciter, puta, quia mercator ſi nō citò pergit, aut perficit talia opera, dãnificatur in rebus ſuis. Et ſimiliter ſi damnum lucri ceſſantis repente accidit, ut de piſcatione alecium dicitur. In omnibus enim dictis caſibus, & ſimilibus neceſſitas excuſat à ieiunio Eccleſiæ, ex quo ſimul cum his operibus nō poſſunt ieiunare. Excuſat quoque multò magis neceſſitas ſpiritualis. Nam ſi ad uitam ſpiritualem ſui, uel alterius, oportet aliquid incōpatiens ieiunii perficere, puta, longam dietam facere, aut ex officio, uel obediẽtia prædicare, uel cōfeſſiones audire, docere uerbo uel ſcripto, aut aliquid huiuſmodi: ita ꝙ talis homo non pōt ieiunando aliqd huiuſmodi adimplere, excuſat à ieiunio. Et ſimile eſt de oĩbus quæ quis tenetur adimplere. Eccleſia. n. præcipiens ieiunia, non abſoluit hoiem ab his, ad quæ aliàs tenetur, ut prætermiſſis illis ieiunet. Et pp hanc rõnem uxor quæ ex ieiunio macilenta, minuſque grata uiri ſui oculis apparet, & hinc deſpici, aut minus amari ſe conſpicit ab eo, excuſatur à ieiunio: qm̃ ipſa tenetur ſe cōſeruare gratã uiro ſuo. Pincernæ quoque principũ etiam mane comedẽtiũ, excuſantur quo ad illos actus, quibus præſumũt aliqua pro ſecuritate dominorũ ſuorum quoniã ad hoc aliàs tenebantur. Nec ſpectat ad eos iudicare, an domini ſui excuſentur à ieiunio: ſed iuxta Apoſtoli ſẽtentiam, Qui non mãducat, manducãtem non iudicet, ſed præſumat ipſum uel diſpẽſatum à Papa, uel à conditione aliqua occulta ſibi. Et ex eadem radice excuſantur etiam ſi pro huiuſmodi ſecuritate dominorũ infirmorum, aut diſpenſatorum, credentiam facerent in cibis prohibitis, ſ. ouis, & carnibus. Non abſoluuntur tamen iſti propterea à ieiunii uinculo, ſed illas ſumptiones cōputare debent, ac ſi non fuiſſent ex alio capite, quia. ſ. nō ſiunt manducandi gratia, ſed ex neceſſitate ſeruitii cōtingunt. Pietas deinde excuſat quoties ieiunium maioris boni inuenitur impeditiuum, ut habes in cap. Non mediocriter de conſ. diſt. 5. Et ratio eſt, quia ieiunium præceptum eſt ut medium promotiuũ ad ſpirituale bonum. Conſtat autem ꝙ ſi obſeruaretur, quando eſt impeditiuum maioris boni, tunc contra intentionem legis ageretur, quæ ieiunium ut promotiuum, & non ut impeditiuũ boni præcepit. Intentioni ſiquidem promouendi ad bonũ obſtat impedire maius bonũ. Nec obſtat quod de conſe. diſt. 5. cap. Ieiunia, Gelaſius Papa dicit. Ieiunia ſine rationabili neceſſitate non ſoluat: quoniam extra rationabilem neceſſitatem non eſt pietas, quoniam ualdè neceſſaria eſt, & magis q̃ corporalis ieiunii exercitatio, iuxta illud Apoſtoli. Exerce teipſum ad pietatem &c. Et hinc fit ut excuſentur à ieiunio qui ex pietate ſpontè uacant operibus miſericordiæ tam corporalis, quàm ſpiritualis, ſi ieiunium eos ab huiuſmodi operibus impediret. Qui aũt uacant iſtis propter lucrum ut mercenarii, ex hoc capite nō excuſantur, ſed forte ex alio capite ſuperius dicto. ſ. ex neceſſitate: quia iſti nō pietatis, ſed mercedis gratia operantur. Et propter hoc illi qui prædicant, aut confeſſiones audiunt ſua ſpõte ut lucrentur pecunias, ſi non poſſunt ſimul ieiunare, nō excuſantur propterea à ieiunio. Et quia ieiunium impedire maius bonum contingit, non ſolùm quaſi per ſe, hoc eſt, ex parte ieiunãtis, ſed per accidens, hoc eſt, ex parte alterius, cuius perſona tenetur cōuiuere, ideò ſi propter improbitatem uiri uxor potens ieiunare K compellitur ad non ieiunandum, poteſt ex diſpenſatione ieiunium ſoluere: quoniam caſus eſt talis, in quo ſi legiſlator adeſſet, mallet pacem domus quàm ieiunium uxoris, cōpatiendum quippe eſt ſexui. Debet tamen per alia pia opera uxor ieiuniũ ſuum redimere, & hoc authoritate epiſcopi. In utroq; autem. ſ. neceſſitatis, uel pietatis caſu, ſcito ꝙ quicquid excuſaret à cuſtodia diei feſti, excuſat à ieiunio, ſi eſt illi incompoſſibile: quoniam præceptum ieiunii minus eſt, & minus arctum. In omnibus autem caſibus, in quibus rationabilis eſt cauſa ſoluendi ieiunium, ſi aliquid ambiguitatis habet, ſuperioris arbitrium cauſa cognita, uel commutatio licitam tutè reddit ſolutionem ieiunii, quoniam ſuperioris iudicium ſuplet defectum huiuſmodi.

Nota uerũ ſenſũ Aug. contra impugnantes ꝑ hoc dictũ præcepta Eccleſiæ.

Trãſfodit ab Apoſtolo libertas hæreticorum.

Porrecta per totum.

709

Inf. art. 7. ad 5. Et 4. diſt. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. 2. 3. & 4.

SVP. QVAEST. CXXXXVII. ART. IIII.

IN ar. 4. eiuſdē quæſt. 147. dubiũ occurrit, an in cauſa dubia circa conſeruãdum ieiunium Eccleſiæ poſſint Ordinarii diſpenſare.

ieiunia Eccleſiæ teneant. Præcepta.n. Eccleſiæ obligant,[h] ſicut Dei pcepta, ſm illud Luc.10. qui vos audit, me audit: ſed ad pcepta Dei ſeruāda oēs tenent. ergo ſimiliter oēs tenent ad ſeruāda ieiunia, q̄ ſūt ab eccl iſtituta.

¶ 2 Præt. Maximè videtur excuſari pueri à ieiunio pp ætatem: ſed pueri[h] non excuſantur. dr̄.n. Ioel 2. Sanctificate ieiunium, & poſtea cōgregate paruulos, & ſugētes vbera. ergo multòmagis oēs alij ad ieiunia tenentur.

¶ 3 Pręt. Spiritualia ſunt tēporalib⁹ pferēda, & neceſſaria nō neceſſarijs: ſed opa corporalia ordinant ad lucrū tēporale. peregrinatio.n. etſi ad ſpiritualia ordinet, non eſt neceſſitatis. Cū ergo ieiuniū ordinetur ad ſpirituale utilitatem, & neceſſitatē habeat ex ſtatuto Eccleſiæ, vr̄ ꝙ non ſint ieiunia Eccleſię prętermittenda pp peregrinationem, vel pp corporalia opera.

¶ 4 Præt. Magis eſt aliqd faciendū ex ppria uolūtate, q̄ ex neceſſitate, ut patet p Apoſt. 2. ad Cor. 9. ſed pauperes ſolēt ex neceſſitate ieiunare pp defectum alimentorū. ergo multo magis[h] dēnt ex ppria volūtate ieiunare.

Sed contra vr̄, ꝙ nullus iuſt⁹ teneat ieiunare. Præcepta.n. Eccleſię ń obligāt[h] cōtra doctrinā Chri: ſed Dñs dixit Luc.3. ꝙ nō poſſunt filij ſpōſi ieiunare quādiu cum ipſis eſt ſponſus: eſt autē cū omnibus iuſtis ſpiritualiter eos ihabitās. vnde Dñs dicit Matth. vlti. Ecce ego uobiſcum ſum vſq; ad conſumationem ſæculi. ergo iuſti ex ſtatuto Eccleſiæ non obligant ad ieiunandū.

Respon. Dicēdum, ꝙ ſicut ſupra • dictū eſt, ſtatuta cōia proponuntur ſecundū ꝙ multitudini cōueniūt: & ideò[m] legiſlator in eis ſtatuēdis attēdit id, quod cōiter habetur, & in plurib⁹ accidit. Si quid autem ex ſpeciali cauſa in aliquo inueniatur, qđ obſeruātię ſtatuti repugnet, nō intendit talē legiſlator ad ſtatuti obſeruātiā obligare, i quo tñ eſt diſcretio adhibēda.[n] Nam ſi cauſa ſit euidēs, p ſeipſum licitè pōt homo ſtatuti obſeruātiā prętertire, pſertim cōſuetudine interueniēte: uel ſi nō poſſet de facili recurs⁹ ad ſupiorē haberi.

• 1.2. quę. 40. arti. 2. & q. 98. arti. 2. & 6. D. 91 8.

Conclusio

---

diſpenſare. Et eſt ratio dubij, quia ꝙ non poſſint habetur ex hoc ꝙ ordinarij nō habent poteſtatem ſuper lege vniuerſalis Eccleſiæ, qualis eſt lex ieiunij. Et confirmatur ex conſuetudine populi Chriſtiani recognoſcentis ſolam Apoſtolicam ſedem ſuper hac lege. Oppoſitum autem apparet, quia ſecundum hoc eſſet minus bene prouiſū populo Chriſtiano: qm̄ iſti caſus dubij frequenter accidunt, & authoritas prouiſiua caſibus iſtis eſſet inacceſſibilis tēpore caſus: qm̄ Papa in vno tantū eſt loco, & impoſſibile eſſet ex toto terrarū orbe in tā frequētib⁹ caſibus recurſum ad ipſū habere.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ diſpenſare in ieiunio cōtingit dupliciter. Vno modo abſolutè tollēdo, vel cōmutādo vinculum legis quo ad hanc perſonā: & hoc ſpectat ad Papā, qui ſolus eſt ſuper vniuerſalia iura poſitiua. Et hoc eſt ꝙ atteſtat̃ conſuetudo populi Chriſtiani. Alio modo, in hoc particulari caſu: & hoc ſpectat ad epiſcopos, & ēt ad preſbiteros, curatos, & vniuerſaliter ad prælatos reſpectu ſuorum ſubditorum pp rationem ſupradictā, atteſtante hoc authore in 4. ſententiarum, diſt. 15 d. cēte expreſsè q. 3. art. 2. ad vltimū, de laborantibus, ꝙ poſſunt ſecūdùm diſpēſationem ſacerdotis ſui ieiuniū ſoluere, & in hoc loco ad tertiū, Niſi fortè ubi eſt ita cōſuetum, quia ex hoc ipſo quòd prælati diſſimulant, videntur annuere. Ex quibus uerbis patet, quòd non de ſolo Papa loquimur: quoniam locorum conſuetudines nō præſumitur Papam ſcire, ſicut nec ſtatuta municipalia. Minus ergo ſapiūt prælati, qui petentibus ſubditis in cauſa dubia diſpenſationem cœnandi in ieiunijs Eccleſiæ, aut aliter ieiuniu[m] ſoluendi pręuenīendo horam ieiunij, remittunt eos in conſcientia ſua. Debēt enim compati infirmis, & commutare ad cautelam ieiunium in ſeptem Pſalmos, uel aliquid huiuſmodi. Et eadem ratione poſſunt diſpenſare in qualitate ciborum prælati, in caſu.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum dubium occurrit ex Martino in dict. 11. tractat. quæſt. 4. de ieiunio, arguente contra hæc uerba, præcepta Dei ſunt præcepta iuris naturalis, quæ ſecundum ſe ſunt de neceſſitate ſalutis. Contra, Sacramenta nouæ legis, quę ſunt neceſſitatis, ſunt præcepta Dei, & non ſunt præcepta iuris naturalis. ergo. Præterea, Accedere ad ſuam eſt pręceptum Dei, & tamen non eſt præceptum iuris naturalis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præcepta Dei in hoc loco appellantur non quæcumque præcepta ſunt à Deo quocunque modo, puta, per reuelationem, aut per medium Chriſtum hominem, ſed ſolū illa quæ ſunt à Deo per ſeipſum præcepta per hoc, quòd ſunt ab ipſo indita rationali creaturæ, quæ patet eſſe pręcepta iuris naturalis. Sacramenta autem Eccleſiæ non ſunt hoc modo pręcepta Dei. Quod autem dicitur de acceſſu ad ſuam, vel non ſuā, falſum eſt non eſſe pręceptum iuris naturalis.

¶ In eodem articulo quarto in reſpōſione ad ſecundum, dubiū ex Martino ibidē occurrit, quòd ratio authoris ad excuſandos pueros non concludit vniuerſaliter de oībus Eccleſię ieiunijs, ſed de quadrageſimali tantum. Arguit.n. ſic, Secūdum iſtos bonum eſt quòd pueri aſſueſiant ad ieiunia, ieiunando bis, aut ter in quadrageſima. ergo in tot ſeptimanis ter ieiunare non eſt pueris nociuum, Nam ſi noceret, non eſſet bonum; ſed ieiunia quatuor temporū & maiorū ſolēnitatū, non ſunt crebriora q̄ ieiunare ter in quadrageſima. ergo ex iſta rōne non excuſant̃ pueri à ieiunijs quatuor tēporū & maiorū ſolemnitatum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ratio literæ concludit vniuerſaliter impotētiam puerorum ad non ieiunandum abſolutè, & non pro tot, vel tot diebus. Nec obſtat ꝙ ſubdatur, bonū eſſe aſſueſieri ad ieiunia, quia hoc non eſt exceptionis aut uinculi, ſed cōſilij. Nam ſicut poſſent pro maiori neceſſitate, non obſtante damno aliquo, quandoque cogi ad ieiunia pueri, vt in litera dicit: ita potēſt eis conſilium dari, quod aliquod quādoq; damnum ſuſtineant ex ieiunio, non obſtante libertate eorū propter ætatis impotentiam. Hac ergo ratione ſunt pueri abſoluti ſimpliciter ab omni eccleſiæ ieiunio, quàmuis bene faciant ſi quandoque ieiunēt aut abſtineāt. Ratio ſiquidem concludit libertatem puerorum: conſilium autem infert ſupererogationem eorundē.

¶ In eadem reſponſione dubium eſt de ſenibus, in quibus eſt euidens etiam neceſſitas ex prima ratione in litera allata. ſ. propter debilitatem naturę, ex qua prouenit quòd egent frequenti cibo, & non multo ſimul aſſumpto. Dubium quoque occurrit de mulieribus prægnantibus & lactantibus, in quibus videtur euidens neceſſitas propter ſecundam rationem literæ, quia ſcilicet indigent multo nutrimento propter alimentum fœtus, ſeu prolis, quod ex ſuperfluo proprij alimenti fit.

• Ad primum de ſenibus dicitur, quod quia ſenectus non eſt euidenter omnibus vna, ſicut ętas augmenti: quoniam ętas augmēti determinatur ab ortu, qui certus eſt: ętas verò ſenectutis à naturali occaſu, qui incertus eſt: Sunt enim quidam ſexagenerij ita fortes ſicut alij quadragenarij, & vnus altero habet multò plures circulationes cęleſtes, propter quod contingit fortè aliquem eſſe ſenem in trigeſimo, aliquem in quadrageſimo, vel aliquo huiuſmodi anno: ideò non determinatum eſt tempus quando homines propter ſenectutē excuſantur à ieiunio. Formaliter tamen loquendo, quandocunque quis eſt verè ſenex, nō tenetur ad ieiunia Eccleſię. Et ratio eſt quia natura eſt adeò debilis in ſene, vt nō poſſit multū ſimul cibum digerere, & propterea egent frequenti alimento modico, ſicut infirmi. Cōiter autē uidetur hoc accidere anno ſexageſimo ętatis, cū ſcriptum ſit, Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & quod veteraſcit, & ſeneſcit, prope interitū eſt, vt dicitur ad Hebræos. Eſt ergo ſexagenarius communiter propè naturalem interitum, ac per hoc ſenex. Vnde niſi euidenter conſtet, ꝙ poſſint alimentū pro ieiunio opportunum digerere & tolerare, nō debent conari ad ieiunium, ſed debilitati quā ſentiunt, ſubuenire frequenti, bono, & modico alimento: qm̄ ſenectus morbus eſt incurabilis.

¶ Ad ſecūdū de pręgnantibus & lactātibus dr̄, ꝙ niſi ſint mulieres adeò robuſtę naturę, vt vnica comeſtione poſſint tm̄ alimēti ſumere & digerere, qđ ſat ſit p ſe & fœtu, ſeu pꝛle, nō tenent̃ ad ieiuniū, immò peccarēt ieiunādo, pp nocumētū plis. Cōiter aūt mulieres nō ſunt tā robuſtę naturę. Propter qđ cōcludēdū eſt, ꝙ ſecūdū legē q̄ fit ut in pluribus, appellatione potentiū ieiunare non ueniunt mulieres prægnātes, aut lactātes. Et ſic ſub lege illa, Omnes potētes ieiunare ieiunent &c. nō cōprehenduntur.

¶ In

Si verò cã ſit dubia, debet aliqs ad ſuperiorẽ recurrere, qui habet poteſtatẽ in talibus diſpenſandi: & hoc eſt obſeruandũ ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis, ad quæ omnes cõiter obligantur, niſi in eis fuerit aliqđ ſpeciale impedimentum.

Ad I. ergo dicẽdũ, ꝙ ꝑcepta Dei ſunt ꝑcepta iuris naturalis, q̃ ẽm ſe ſunt de neceſſitate ſalutis. Sed ſtatuta Eccleſię ſunt de his, q̃ nõ ꝑ ſe ſunt de neceſſitate ſalutis, ſed ſolũ ex iſtitutione Eccleſię: & iõ pñt eſſe aliqua impedimẽta, ꝓp q̃ aliqui ad obſeruanda ieiunia hmõi nõ tenent̃.

Ad II. dicendum, ꝙ in pueris maximè eſt euidens cauſa non ieiunandi, tũ ꝓp debilitatem naturę, ex quo ꝓuenit, ꝙ indigẽt frequenti cibo, & non multo ſimul aſſumpto: tùm ẽt quia indigẽt multo nutrimẽto ꝓp neceſſitatem augmenti, qđ fit de reſiduo alimẽti. Et ideò quãdiu sũt in ſtatu augmẽti, quod eſt vt in pluribus, vſq; ad finem tertij ſeptẽnij, non tenent̃ ad eccleſiaſtica ieiunia obſeruãda. Conueniens tñ eſt vt etiã in hoc tpe ſe ad ieiunandũ exerceat plus, vel minus, ẽm modũ ſuę ętatis. Qñque tñ magna tribulatione imminente in ſignũ pœnitentię arctioris ẽt pueris ieiunia indicũtur: ſicut ẽt de iumentis legitur Ionæ 3. Hoies, & iumẽta nõ guſtent quicq̃, nec aquam bibant.

Ad III. dicẽdum, ꝙ circa peregrinos, & oꝑarios diſtinguendum vr̃: quia ſi peregrinatio & operis labor commodè differri poſſit, aut diminui abſq; detrimẽto corporalis ſalutis & exterioris ſtatus, q̃ requiritur ad cõſeruationem corporalis, vel ſpiritualis vitæ, nõ ſunt ꝓp hoc Eccleſiæ ieiunia prætermittẽda. Si autem immineat neceſſitas ſtatim peregrinãdi, & magnas diætas faciendi: vel ẽt multũ laborandi: vel ꝓp conſeruationẽ uitæ corporalis, uel ꝓp aliquid neceſſarium ad uitam ſpiritualẽ, & ſimul cũ hoc non poſſint Eccleſiæ ieiunia obſeruari, non obligatur homo ad ieiunandũ: quia non vr̃ fuiſſe intentio Eccleſię ſtatuẽtis ieiunia, ut ꝑ hoc ĩpediret alias pias, & magis neceſſarias cauſas. Vr̃ tñ in talibus recurrẽdũ eſſe ad ſuperioris di- G ſpẽſationẽ, niſi fortè vbi eſt ita cõſuetũ, q̃a ex hoc ipſo ꝙ ꝑlati diſſimulant videntur annuere.

Ad IIII dicẽdũ, ꝙ pauperes, qui poſſunt ſufficienter habere qđ eis ſufficiat ad vnã comeſtionem, non excuſantur ꝓp pauꝑtatem à ieiunijs Eccleſiæ, à quibus tamen excuſari uidentur illi, q fruſtatim eleemoſynas mẽdicant, qui nõ poſſunt ſimul habere qđ eis ad victum ſufficiat.

H Ad V. dicendũ, ꝙ illud uerbũ Dñi tripliciter poteſt exponi. Vno mõ, ſcđm Chryſ.* q dicit, ꝙ diſcipuli, qui filij ſponſi dñr, adhuc imbecilli⁹ diſpoſiti erãt, vñ ueſtimento ueteri cõparantur: & ideò in pñſentia corporali Chr̃i erãt magis fouẽdi in quadã dulcedine, q̃ in auſteritate ieiunij exercendi. Et ẽm hoc magis cõuenit, ut cũ imꝑfectis, & nouitijs in ieiunijs diſpẽſetur, q̃ I cũ antiquioribus & perfectis, vt patet in * gl. ſup illud Pſal. 130. Sicut ablactatus ſuꝑ matre ſua. Alio mõ põt dici ẽm † Hieron ꝙ Dñs ibi loquit̃ de ieiunio veterũ obſeruantiarũ. Vñ per hoc ſignificat Dñs, ꝙ Apoſtoli nõ erant in veterib⁹ obſeruãtijs detinendi, quos oportebat gratiæ nouitate ꝑfundi. Tertio mõ, ẽm * Augu. q diſtinguit duplex ieiuniũ, quorũ unum ꝑtinet ad humilitatem tribulationis: & hoc modo non competit uiris K perfectis, qui dicuntur filij ſponſi. vndè ubi Luc. dicit, non poſſunt filij ſponſi ieiunare, dicit Mar. Non poſſunt filij ſponſi lugere. Aliud autem eſt, quod pertinet ad gaudium mentis in ſpiritualia in ſpenſæ: & tale ieiunium conuenit perfectis.

Articvlvs qvintvs.

Vtrum conuenienter determinentur tempora ieiunij Eccleſiæ.

Præd. per tot. 710 4.d.15.q. 3.ar.4.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter determinentur tempora ieiunij Eccleſiæ. Chriſtus. enim legitur Matth. quarto, ſtatim poſt baptiſmum ieiunium inchoaſſe;

¶ In eodem articulo circa operarios, aduerte quòd cum ab authore, & alijs audis, ꝙ peccant, qui nolunt cõducere operarios, niſi cum pacto ꝙ non ieiunent, intelligitur, ſi nolũt eos cõducere ẽt modificata mercede, iuxta modificationẽ operis, vel cum æquali mercede, ſtante qualitate operis ſoliti tempore non ieiunij. Et non intelligit̃, ſi nolũt minuere mercedem iuxta diminutionẽ operis. Nã conductor operariorum non tenetur operario plus promittere, aut dare q̃ opus ſuũ meretur. Et ꝓpterea ſi operarius, qui ſcit teneri ad ieiuniũ, qui hẽt aliunde: vndè uiuat, & vult minuere laborẽ, debet ẽt minuere mercedem, alioquin ipſe, non conductor peccaret. In primo autem caſu conductor peccaret, ꝑ quãto deterioris cõditionis ab eo redderentur ieiunantes iuxta Eccleſiæ præceptum, q̃ inobediẽtes, & ſic daret occaſionẽ peccãdi. Si tamen neceſſitas operis feſtinationem exigat, põt tutè dicere, ĩuenias aliũ cõductorẽ &c. In ſecundo verò caſu manifeſtè peccat conductor, inducens obligatũ potẽtẽ & uolentem ieiunare, ad peccatum.

¶ Occurrit hoc in loco dubium de inuitãtibus ad comedendũ, ac miniſtrantibus comedentibus in die ieiunij, vbi cõiter creditur, aut ſcitur ꝙ nolũt ieiunare. Et eſt rõ dubij, quia hinc apparet ꝙ peccent, quia cooperant̃ ad ſolutionẽ ieiunij abſq; rõnabili cauſa: indè aũt apparet ꝙ nõ peccẽt, q̃a nec ex propoſito, nec ex intentione tendũt inuitantes, aut miniſtrãtes ad hoc vt ſoluatur ieiuniũ. Peccata aũt ex intentione iudicant̃, & ſpecificant̃.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ hic nõ vertitur ĩ q̃ſtionẽ, an peccẽt illi, qui directè ad ſoluẽdum ieiuniũ inuitant, aut miniſtrant: quia horum peccatum eſt manifeſtum, ſicut inuitãtiũ, aut cooperantiũm ad furtum, & alia mala. Nec ẽt eſt quæſtio, an peccent illi, qui præſumentes quemlibet ſaluos ſuæ memorẽ, & neſciẽtes potentiã, vel impotẽtiã priuilegiũ; horum, ſimplici corde inuitant ad comedẽdũ pro vrbanitate, aut hoſpitalitate &c. vel petẽtib⁹ cibos miniſtrant: qm̃ horũ excuſatio eſt manifeſta ex eo, ꝙ non tenent̃ ſcrutari potentiam, aut conſcientiam proximi. Sed q̃ſtio eſt de miniſtrantibus, aut inuitãtibus ad comedendũ potentes, & nolẽtes ieiunare abſq; priuilegio, vt cõiter credit̃. Et eſt ſermo de comeſtione, quæ ſi fiat, ſolueret ieiunium, puta, de cœna poſt ſumptum prãdium, vel comeſtione ſummo mane, & hmõi.

¶ Et ad hoc dr̃, ꝙ miniſtrantes cibos iſtis, excuſantur à peccato, qm̃ non cooperantur comeſtioni quatenus eſt ſolutiua ieiunij, vt procedit à mala voluntate non ieiunantis: ſed cooperant̃ comeſtioni quaten⁹ eſt actus deſeruiens nutritiuæ, & ſubſtẽtationi naturæ. Hoc. n. licitũ eſſe ex eo conſtat, ꝙ Deus ipſe cooperat̃ illi comeſtioni quatenus ſeruit naturæ. Miniſtri autẽ ciborũ vt ſic, abſolutẽ loquẽdo, actui comedendi ſeruiunt, vt eſt actus hominis, non uitij: & ideò, vt dictum eſt, excuſantur. Inuitantes aũt ad comedendũ, aut credũt inuitationẽ ſuã fore occaſionẽ illis exequẽdi violationẽ ieiunij, quã non exequerent̃ fortè niſi inuitati, quãuis parati ſint ad nõ ieiunandũ: & tũc nõ excuſantur: qm̃ nõ licẽt ẽt paratos ad malũ inducere ad illius executionẽ. Si aũt oĩno cœnaturi ſunt, & ego inuito eos ad mecũ cœnãdũ, nõ iuuo eos, niſi ad locum & ſocietatẽ cœnę, vel miniſtro illis cibos. Ex nullo aũt horum apparet pctũ aliqđ, & ꝓpterea excuſãtur: ſicut etiã hoſpites cœnaturos inuitãt vt in ſuo hoſpitio, magis q̃ in alio cœnent.

* Home. 31. in Matth. a med. illi⁹ 10. 2

Pſal. 130. glo. ord. ibidem.

SVP. QV. CXLVII. ART. V.

IN ar. 5. in reſpõſione ad tertiũ, dubiũ occurrit, de ieiunio exulta-

exultationis, an ſit in pcepto. Et eſt rō dubii, qa in lra dr & q nō dēt cadere ſub pcepto, & q Eccleſia nō pcepit. In oppoſitū aūt eſt, qa ieiuniū vigiliæ Pētecoſtes, & quatuor tēporū infra hebdomadā Penteco- (Li. 2. c. 27. nō remote a fine. tom. 4.) ſtes, eſt ieiuniū exultationis: qm̄ eſt in tpo paſchali, in cuius ſignū nō fiunt tunc in Eccleſia pſtrationes. Et tn̄ ieiunia ita ſunt in pręcepto, ſicut alia Eccleſiæ ieiunia.

¶ Ad hoc dr̄, q ieiunia hæc ſecūdùm authorē nō ſunt in pcepto, ſunt tn̄ rōnabiliter ſtatuta intra illud tp̄s, vt exultationis ieiunia principaliter & ſecūdario (iuxta Leonis diſt. 76. c. Legitur, ſententiā) ad caſtigāda delicta, q̄ inter paſcalia gaudia ex negligentia & immoderata lætitia cōmiſſa ſūt, vt in 4. ſentētiarū diſtin. 15. qō. 3. ar. 3. qſtiuncula prima ad quintū, habes. Quia verò cōſuetudo & tollit, & facit legis vinculū, & cōiter hoīes reputāt non minus eſſe in pcepto hæc, q̄ alia quatuor tēporū ieiunia: iō ex cōſuetudine ſunt in pcepto ſicut cætera, ita q vinculū qd lex nō fecit, (ar. 1. & 3.) cōſuetudo intulit. Et pp hoc author in litera cautè loquutus eſt (Concluſio) dicēs, q ieiuniū exultationis nō dēt cadere ſub pcepto, & q ab eccleſia nō eſt inſtitutū, ſ. ſub pcepto, ieiuniū ī toto paſcali tp̄e.

ſed nos Chriſtū [h] imitari debemus, ſm illud 1. ad Cor. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Xp̄i: ergo & nos debemus ieiuniū pagere ſtatim poſt Epiphaniā, ī qua baptiſmus Xp̄i celebrat̄.

¶ 2 Præt. Cęremonialia veteris legis nō licet in noua lege [h] obſeruare: ſed ieiunia ī qbuſdā determinatis mēſibus ptinēt ad ſolēnitates veteris legis. dr̄. n. Zach. 8. Ieiuniū quarti, & ieiuniū quinti, & ieiuniū ſeptimi, & ieiuniū decimi erit domui Iudæ in gaudiū & lætitiā, & in ſolēnitates præclaras. ergo ieiunia ſpecialiū menſium, quæ dicuntur quatuor temporū, in Eccleſia inconuenienter obſeruantur.

¶ 3 Præ. Secūdùm * Aug. in lib. de cōſenſu Euāgeliſt. Sicut eſt ieiuniū afflictionis, ita eſt [n] ieiunium exultationis: ſed maximè exultatio ſpūalis imminet fidelibus ex Xp̄i reſurrectiōe. ergo ī tpe Quinquageſimæ, ī quo Eccl'ia ſolēnizat pp dn̄icā reſurrectionē in diebus dn̄icalibus, ī qbus memoria reſurrectionis agit̄, debent aliqua ieiunia indici.

Sed contra eſt cōmmunis Eccleſiæ conſuetudo.

Resp. Dicēdū, q ſicut * ſupra dictū eſt, ieiuniū ad duo ordinatur, ſ. ad deletionē culpæ, & eleuationē mētis in ſupna. Et iō [m] illis tēporibus ſpecialiter fuerūt ieiunia indicenda, in qbus oportebat hoīes à peccato purgari, & mētē fideliū eleuari in Deū p deuotionē: [n] quæ quidē pcipuè imminēt ante paſchalē ſolēnitatē, in qua & culpæ per baptiſmū relaxantur, q ſolēniter in vigilia paſchæ celebrat̄, qn̄ recolitur dn̄ica ſepultura: qa p baptiſmū cōſepelimur Chriſto in mortē, vt dr̄ ad Ro. 6. In feſto ēt paſchę oportet maximè mentē hoīs per deuotionē eleuari ad ęternitatis gloriā, quā Chriſtus reſurgendo inchoauit. Et iō immediatè antè ſolēnitatē paſchalē Eccleſia ſtatuit eſſe ieiunandū. (Eccleſia ſtatuit quadrageſimam.) Et eadē rōne in vigilijs præcipuarū feſtiuitatū, in qbus præparari nos oportet ad feſta futura deuotè celebrāda. Similiter ēt conſuetudo eccleſiaſtica hēt, ut in ſingulis quarti anni ſacri ordines cōferant̄, in cuius ſignū Dn̄s quatuor milia hoīum de ſeptē panibus ſatiauit, p quos ſignificant̄ anni noui teſti, ut * Hiero. dicit ibidē, ad quorū ſuſceptionē oportet ieiuniū pparari & eos q ordinant̄, & illos q ordinādi ſunt, & ēt totū populū, p cuius utilitate ordinant̄. Vn̄ & legit̄ Lucæ 6. q Dn̄s antè diſcipulorū electionē exiuit in montē orare: qd̄ exponēs * Amb. dicit. Quid (* ca. 15. in Matth. 9.)

A te facere cōuenit cū uis aliqd̄ officiū pietatis adoriri, qn̄ Chriſtus miſſurus Apoſtolos prius orauit? Rō ēt numeri, quantū ad quadrageſimale ieiuniū, eſt triplex ſm * Greg. Primò qdem, qa uirtus decalogi p libros quatuor ſancti Euāgelij implet̄: denarius aūt quater ductus in quadragenariū ſurgit. Vel qa in hoc mortali corpore ex quatuor elemētis ſubſiſtimus, p cuius uolūtatē pceptis dn̄icis cōtrahimus, q̄ p decalogū ſunt accepta. Vn̄ dignū eſt, vt eādē carnē quaterdecies affligamus. Vel qa ita offerre cōtēdimus Deo decimas dierū. Dū. n. p trecētos & ſexaginta dies annus dr̄, nos aūt p trigin- (* in tit. de orat. Ieſu in monte circa mediū to. 5. * homil. 16. ī euāg. a medio.)
B ta ſex dies affligimur, q ſunt ieiunabiles in ſex ſeptimanis Quadrageſimæ, quaſi anni nr̄i Decimas Deo damus. Secūdùm * Augu. aūt addit̄ quarta rō. Nā creator eſt trinitas, Pr̄, & Filius, & Spirituſſanctus: creaturę uerò inuiſibili debet̄ ternarius numerus. Diligere. n. iubemur Deū ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mēte. Creaturę uerò uiſibili debet̄ quaternarius pp calidū & frigidū, humidū & ſiccū. Si ergo p denariū ſignificant̄ oēs res, q ſi ducat̄ per quaternariū, qui cōpetit corpori, p qd̄ adminiſtratio gerit̄, quadrageſimū numerū conficit. Singula uerò ieiunia quatuor tēporum tribus (* Lib. 2. de doct. chriſti. a. c. 16. a med. tomo 4.)
C diebus cōtinentur pp numerū menſiū, qui cōpetit cuilibet tēpori: uel propter numerū ſacrorum ordinum, qui in his temporibus conferuntur.

Ad primvm ergo dicēdū, q Chriſtus baptiſmo nō indiguit pp ſeipſum, ſed ut nobis baptiſmū cōmendaret. Et ideò ſibi nō competebat ut antè baptiſmū ſuū ieiunaret, ſed poſt baptiſmum, ut nos inuitaret ad ieiunandum antè noſtrum baptiſmū.

Ad ii. dicēdū, q Eccleſia nō ſeruat ieiunia quatuor tpum, nec oīno eiſdē tpibus, qbus Iudæi, nec ēt pp cauſas eaſdē. Illi. n. ieiunabāt in Iulio, qui eſt quartus mēſis ab Aprili, quē primū hn̄t: quia tunc
D Moyſes deſcēdēs de mōte Sinai, tabulas legis confregit, & iuxta Iere. muri primū rupti ſūt ciuitatis. In qnto aūt mēſe, q apud nos uocat̄ Auguſtus: qa pp exploratores ſeditio eſſet orta in populo, iuſſi ſūt ī mōtē nō aſcēdere. Et in hoc mēſe à Nabuchodonoſor, & poſt à Tito tēplū Hieroſolymis eſt incēſū. In ſeptimo uerò, q appellat̄ October, Godolias occiſus ē, & reliqę ppl'i diſſipatę. In decimo uerò mēſe, q apud nos Ianuarius dr̄, ppl's cū Exechiele in captiuitate poſitus, audiuit tēplū eſſe ſubuerſū.

Ad iii. dicēdū, q ieiuniū exultationis ex inſtinctu Spirituſſancti procedit, qui eſt ſpiritus libertatis: & ideò hoc ieiuniū ſub pcepto cadere nō dēt.
E Ieiunia ergo quæ pcepto Eccleſiæ inſtituunt̄, ſunt magis ieiunia afflictionis, quæ non conueniunt in diebus lætitiæ. Propter qd̄ non eſt ieiuniū ab Eccleſia inſtitutū in toto paſchali tempore, nec etiā in diebus dn̄icis, in quibus ſiquis ieiunaret contra cōſuetudinē populi chriſtiani, quæ, vt * Aug. dicit, eſt pro lege habēda, uel etiā ex aliquo errore (ſicut Manichęi ieiunāt, quaſi neceſſariū tale ieiuniū arbitrantes) non eſſet à peccato immunis, quāuis ipſum ieiunium ſm ſe conſideratum omni tempore ſit laudabile, ſm q * Hier. dicit ad Lucinium. Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus. (* ep. ſt. 86. parum a prin. to. 2. * Refert diſt. 76. c. Vtinam.)

ARTICVLVS VI.

Vtrum requiratur ad ieiunium, quòd homo tantùm ſemel comedat.

Porrecta per totum.

711

4. di. 8. q. 1. ar. 1. c. 2. ad 2. Et diſ. 15. q. 3. ar. 4. q. 1 per to. & q. 2. co. art. 1. & 2. huius quæſt.

AD SEXTVM ſic ꝓceditur. Vr̄ ꝙ non requiratur ad ieiunium, ꝙ homo tm̄ ſemel comedat. Ieiunium enim, vt dictum eſt, eſt actus uirtutis abſtinentiæ, quæ quidē nō minus obſeruat debitam quantitatem cibi, quàm comeſtionis numerum: nō autem taxatur ieiunātibus quantitas cibi.[h] ergo nec numerus comeſtionis taxari debet.

¶ 2 Pręt. Sicut homo nutrit̄ cibo, ita & potu, vñ & pot⁹ ieiuniū ſoluit, ꝑꝑ qđ nō poſſumus poſt potū Euchariſtiā accipere: ſed non eſt prohibitū quin pluries bibam⁹ diuerſis horis diei. ergo ēt nō dēt eſſe ꝓhibitū ieiunantibus, quin pluries comedant.

H

¶ 3 Pręt. Electuaria quidā[h] cibi ſunt, quæ tñ à multis in diebus ieiunij poſt comeſtionē ſumuntur. ergo vnitas comeſtionis non eſt de ratione ieiunij.

SED in cōtrariū eſt cōmunis conſuetudo populi chriſtiani.

RESP. Dicēdū, ꝙ ieiuniū ab Eccleſia inſtituit̄ ad cōcupiſcētiā refrænandā, ita tñ ꝙ natura ſaluet̄.

I

Ad hoc aūt ſufficere vr̄ vnica comeſtio, ꝑ quā hō pōt & naturæ ſatisfacere, & tñ concupiſcētiæ aliquid detrahit, diminuendo comeſtionū vices. Et ideò Eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, vt ſemel in die à ieiunantibus comedatur.

Concluſio

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ quātitas cibi nō potuit eadem oībus taxari ꝑꝑ diuerſas corporū cōplexiones, ex qbus cōtingit ꝙ vnus maiori, alter minori cibo indiget: ſed vt plurimū, oēs poſſunt naturæ ſatisfacere per vnicā comeſtionem.

G

AD II. dicēdū, ꝙ duplex eſt ieiuniū. Vnū quidē naturæ, qđ reqrit̄ ad Euchariſtiæ ſumptionē: & hoc ſoluit̄ ꝑ quēlibet potū, ēt aquæ, poſt quē ēt non licet euchariſtiā ſumere. Eſt aūt aliud ieiuniū Eccleſiæ, qđ dr̄ ieiuniū ieiunantis: & iſtud nō ſoluitur niſi ꝑ ea, quæ Eccleſia interdicere intēdit inſtituēdo ieiuniū. Nō aūt intendit Eccleſia interdicere abſtinentiā potus, qui magis ſumitur ad alteratione corporis, & digeſtionē ciborum aſſumptorū, q̄ ad nutritionē, licèt aliquo modo nutriat: & ideò licet pluries ieiunantibus bibere. Si autē quis immoderatè potu vtatur, poteſt peccare, & meritū ieiunij perdere: ſicut etiā ſi immoderatè cibum in vna comeſtione aſſumat.

AD III. dicendum, ꝙ electuaria etiā ſi aliquo modo nutriant, non tamen principaliter aſſumuntur ad nutrimentum, ſed ad digeſtionem ciborum. Vnde non ſoluunt ieiuniū, ſicut nec aliarum medicinarū aſſumptio, niſi fortè aliquis in fraudē electuaria in magna quantitate aſſumat per modum cibi.

SVPER Q CXXXXVII. ART. VI.

IN art. 6. dubiū occurrit de comeſtione, quæ conſueuit fieri à ieiunātibus hora cœnæ, An frangatur ieiuniū, ſi comedāt ea, quæ aſſumūtur ad nutrimentū, vt fructus, panis, & huiuſmodi. Et eſt ratio dubij, quia, vt in litera dicitur, electuaria & potus ideò non frangunt ieiunium, quia eorum vſus non eſt ſecundū ſe principaliter ad nutrimentū. ergo illa, quorū vſus principalis eſt ad nutriendū, frangunt ieiuniū. Et confirmatur: quia author in 4. ſententiarū diſt. 15. q. 3. art. 4 dicit, ꝙ omnia quorū vſus eſt manducare frāgunt ieiuniū vltra vnicā comeſtionem ſumpta. In oppoſitū eſt populi chriſtiani conſuetudo.

¶ Ad huius euidentiam ſcito, ꝙ hic ſunt quinq; dubia. Primū, An vnica comeſtio ſit ab Eccleſia ſtatuta in ieiunijs, quia nullū dicitur haberi ius expreſſum. Secundum, An vſus comeſtibiliū ſit per modū medicinæ licitus tā veſpertina hora, q̄ alijs horis. Tertiū, An pro ſuſtētatione naturæ liceat illa eadem refectione vti hora veſpertina, qua ieiunantes vtuntur per modum medicinę. Quartum, An liceat pro ſuſtentatione naturæ vti refectione veſpertina in mane, & prandere veſpere abſque ſolutione ieiunij. Quintum, An neſciens aut non cogitās iſtas cauſas medicinæ, vel ſuſtentationis naturæ, ſed ſimplici corde tāquàm conſuetudine communi ſumens refectionē veſpertinā, violet ieiunium.

¶ Et primi quidem dubij ſolutio eſt, ꝙ vnica comeſtio magis videtur in præcepto ieiunij præſuppoſita, tamquàm communiter intellecta, quàm expreſſa, ita ꝙ hoc modo eſt ſtatuta ab Eccleſia, & non ſolùm ex conſuetudine, iuxta illud literæ, Eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, vt ſemel in die &c. Probatur autem quod dicimus, tùm ex eo ꝙ ieiunium tamquàm à patribus veteris teſtamenti acceptum, Eccleſia indixit. Conſtat autem ꝙ apud Iudæos ſemel tantum in die comedebatur, ſcilicet ad veſperum: tùm ex capitulo, Quadrageſima, de cōſecratione, diſtin. 5. vbi inter dies ieiunij, & dominicos in quadrageſima, differentia ponitur, dicendo, ꝙ dies dominici abſtinentiæ ſubtrahuntur. Et conſtat ꝙ non in aliquo alio ſubtrahuntur, quàm in multiplicata comeſtione, quoniam in qualitate ciborum conueniunt.

K

¶ Secundi autem dubij ſolutio eſt, ꝙ licèt priſcis temporibus nō fuerit fortè licitum ſumere fructus, herbas, aut buccellam panis, ne potus lauet ſtomachum, quia horum vſus ſecundùm ſe eſt mãducatio, vt author dicit: hodie tamen omnia licita ſunt per modum medicinæ in veſpertino potu, fraude ceſſante: quoniam iam conſueuit chriſtianus populus vti per modum medicinæ huiuſmodi, his quorū vſus eſt manducatio. Deferendum tamen eſt conſuetudini loci, ſcilicet vbi non conſueuit ſumi panis, non ſumatur ſine rationabili cauſa, puta quia fructus no-

F

cerent, aut non habentur, aut non poſſunt conteri dentibus.

¶ Tertij verò ſolutio eſt, ꝙ licet Piſanella extra, de obſeruatione ieiunij putauerit licitū, ſecūdùm tñ veritatem nō eſt licitum: qm̄ cibus directè ſumitur ad ſuſtentationē naturæ per viā nutrimenti, & nō ad delectationē. Et propterea Eccleſia interdicendo binam comeſtionem, inhibet eā vt comeſtio ordinatur ad nutriendum corpus. Vult. n. ieiunātes affligi in corpore. Et ex hoc patet ſolutio quarti dubij, ꝙ. ſ. pro ſuſtentatione naturę nec veſpere, nec mane licet manducare: ſecus autē, vt dictum eſt, pro medicina, aut neceſſitate. Nā ſi quis non poſſet aliter ieiunare, niſi huiuſmodi refectionē ſumendo in mane, vel ueſpere, rectè faceret ſi illā ſumeret, & ſic pro ſuis viribus ieiunium perſolueret. Satiſfaceret ſiquidem iſte optime eccleſiaſtico ꝑcepto. Et ſi in aliquo dubitaret, tutè poſſet hoc facere cū ſuperioris arbitrio, vt de aliis dubiis caſibus eſt dictū: nec propterea debet iſte oīno prætermittere ieiuniū, ſicut qui non poteſt totā quadrageſimā, ſed ter in hebdomada ieiunare, debet ſic facere.

¶ Ad quintum demū dubium dicitur, ꝙ quia illa quæ ex relatione ad aliquid fiunt, ad illius naturam reducuntur, ideò refectiones quæ prætextu conſuetudinis fiunt, cum conſuetudo rationabilis ſit, ad rationabilem vſum talis refectio reducitur: & propterea excuſantur tales a peccato. Inſtruendi tamen ſunt huiuſmodi ſimplices de fundamento conſuetudinis, ſcilicet quòd ſuper modo medicinæ fundata eſt &c.

¶ In eodem artic. 6 in reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit de potu, qui dicitur ſumi ad alterationem corporum, & digeſtionem ciborum, cum medici teſtentur potum tam vini, quàm aquæ poſt horam lædere corpus, digeſtionemq́ue impedire, & breuiter quaſi venenum eſſe ieiunantibus huiuſmodi potus, qui fiunt communiter cibo indigeſto.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ aliud eſt loqui de potu, & aliud eſt loqui de potu poſt horam inchoatæ digeſtionis ſuper cibo indigeſto. Author ſiquidem loquitur de potu abſolutè, qui proculdubio ad alterandum, & digeſtionem ciborum aſſumitur. Et quia non principaliter ſumitur ad nutriendum, ideò dicitur licitus tēpore ieiunij. De potu autem tam aquæ quàm vini ſuper cibo indigeſto, non eſt theologi, ſed medici docere. Expedit tamen vt tēperantiæ deſeruiat huiuſmodi artis, quo ad hoc, notitia, q̄m ad tēperantiam ſpectat, vt dicit Ariſtoteles, refutare ea quæ contra ſanitatem corporis ſunt. Vndè magna abuſio eſt illorū, qui cibo adhuc indigeſto, veſpere bibunt ieiunātes. Et quod peius eſt, ne potus noceat, ſumunt aliquod cōmeſtibile, vt duo cruda, cibus ſcilicet & potus, addantur indigeſto. Propter quod multi infirmi & imbecilles rationabiliter cū tēpore fiunt, & aliis cauſis,

ſis, quæ parum, aut nihil in cauſa ſunt, attribuuntur infirmitates eorum. Et ex hoc patet, quòd non licet ieiunantibus cauſa medicinæ ſuper indigeſto ſumere aliquid comeſtibile, ne cibus noceat, ſed poſt completam digeſtionem hoc licet. Et ad hoc introducta eſt Eccleſiæ conſuetudo.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant.

AD SEPTIMVM ſic procedit. Videtur ꝙ hora nona non conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant. Status enim noui teſtamenti eſt perfectior, quàm ſtatus ueteris teſtamenti: ſed in ueteri teſtã ieiunabant uſq; ad ueſperam. dicitur. n. Leuit. 23. Sabbathū eſt, affligetis aĩas ueſtras: & poſtea ſequit: A ueſpere uſq; ad ueſperã celebrabitis ſabbatha ueſtra: ergo multò magis in nouo teſtã ieiuniū debet indici vſq; ad ueſperã.

¶ 2 Præt. Ieiunium ab Eccleſia inſtitutum omnibus imponit: ſed nõ oẽs poſſunt determinatè cognoſcere horã nonam: ergo uĩ ꝙ taxatio horæ nonæ nõ dẽat cadere ſub ſtatuto ieiunij.

¶ 3 Præt. Ieiunium eſt actus uirtutis abſtinentię, ut* ſupra dictū eſt: ſed uirtus moralis non eodem modo accipit mediū quo ad omnes, quia quod eſt multū uni, eſt parum alteri, ut dicitur in 2. Ethicor. ergo non debet ieiunantibus taxari hora nona.

Ar. præc. arg. 1. — *Li. 2, c. 6. tom. 5.*

SED CONTRA eſt, qđ cõciliū Calcedonenſe dicit.* In quadrageſima nullatenus credendi ſũt ieiunare, qui antè manducauerint, quàm veſpertinum celebretur officium, quod quadrageſimali tempore poſt nonam dĩ. ergo uſq; ad nonam eſt ieiunãdū.

Hĩ d cõſec. diſt. 5. ca. Solent.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſicut* dictum eſt, ieiunium ordinatur ad deletionem & cohibitionẽ culpę. Vndè oportet ꝙ aliquid addat ſupra communem cõſuetudinem, ita tamen ꝙ per hoc nõ multum natura grauetᷣ. Eſt autẽ debita & cõis conſuetudo comedendi hominibus circa horã ſextam, tum quia iam vĩ eſſe cõpleta digeſtio nocturno tempore, naturali calore interius reuocato ꝑꝑ frigus noctis circũſtãs, & diffuſio humoris ꝑ membra, cooperante ad hoc calore diei vſq; ad ſummum ſolis aſcẽſum: tum etiã quia tunc pręcipuè natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorem aeris calorẽ, ne humores interiꝰ aduranť. Et ideò ut ieiunans aliquã afflictionẽ ſentiat pro culpę ſatisfactione, conueniens hora comedendi taxatur ieiunantibꝰ circa horam nonam. Conuenit ẽt iſta hora myſterio paſſionis Chrĩ, quæ cõpleta fuit hora nona, qñ inclinato capite tradidit ſpiritum. Ieiunantes. n. dum ſuã carnem affligunt, paſſioni Chriſti conformantur, ſecundùm illud ad Gal. 5. Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cū uitijs, & cõcupiſcentijs.

arti. 1, 3. & 5.

AD 1. ergo dicendū, ꝙ ſtatus ueteris teſtamenti comparatur nocti: ſtatus uerò noui teſtamẽti, diei, ſecūdùm illud ad Ro. 13. Nox pręceſſit, dies autẽ appropinquauit: & ideò i ueteri teſta-

SVP. Q. CXLVII. ART. VII.

Porrecta per totũ. 712 4. diſt. 15. q. 3. art. 3. q. 3.

IN artic. 7. dubium ex Martino in q. 3. de ieiunio occurrit cõtra opinionem authoris arguẽte, Quia homines cõiter conſueuerunt comedere hora tertia, ac ꝑ hoc hora ſexta debet eſſe hora comedendi ieiunantibus.

¶ Dubium ſecũdo occurrit ex opinãtibus, ꝙ nimia anticipatio horæ taxatæ non uiolat ieiunium, ſed eſt tantū peccatū ueniale: quia capit. Solent de conſec. diſtin. 1. potius loquitur de perfectione, ꝙ de neceſſitate. Nec aliquod inuenitur præceptū obligatiuum ad mortale circa horam comedendi in die ieiunii.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, ꝙ quia materia iſta eſt iuris poſitiui, quod ſicut conſenſu vtentiū firmatur, ita cõtraria cõſuetudine infirmatur & tollitur, ſic ꝙ accidit, vt quod prius erat iuris, nõ ſit amplius de iuris neceſſitate, & qđ prius nefas erat, licitum poſtmodū ſit. Tempore igitur diui Thomæ, ut patet in litera, communiter homines comedebãt hora ſexta, hoc eſt, i meridie: tunc enim eſt ſummus ſolis aſcenſus, & ieiunantes comedebãt hora nona, quæ conſequẽter eſt tertia hora poſt meridiem, in qua hora cõſtat Chriſtum expiraſſe: & propterea author adinuenit rationem congruam iuri & facto. Ex eo autem ꝙ hodie homines communiter comedunt hora tertia, & ieiunantes hora ſexta currit ratio authoris de dilatione prandij ieiunantium proportionaliter: quia ſicut ſe habet hodie prandium horæ ſextæ ad prandium horę tertię, ſic ſe habebat prandium horæ nonę ad prandium horę ſextę. Et per hoc patet reſponſio ad Martinum. Ad alios verò dicitur, ꝙ canon ille allegatus apertè teſtatur eſſe ex ſtatuto, uel conſuetudine taxatam horam ſaltem nonam, ad ieiunium, dato quòd cõſilij ſit expectare perſolutum officium veſpertinum: quoniam teſtatur quod anticipantes, ſtatim ut pulſabatur ad nonã, ibant prandium. Sed his omiſſis, communiuntur iſti ex hac propoſitione. Communis animi cõceptio Chriſtianorum eſt, quòd comedens ſummo mane in die ieiunij, nõ ieiunat. Quę patet ex hoc, quòd quilibet Chriſtianus videns aliquem in die ieiunii ſummo mane comedentem, dicit. Iſte non ieiunat. Verba namque ſunt ſigna conceptuū. Ex hoc autem ꝙ omnes homines cõiter iudicant non ieiunare illos, qui tam notabiliter ante conſuetã horam, qua ieiunantes ſolent prandere, comedũt, euidenter patet, quòd hora conſueta comedendi pro ieiunio, quæcumque hora ſit illa, eſt de neceſſitate ieiunij. Si enim non eſſet de neceſſitate, non negaretur eſſe ieiunium, quod tam notabiliter anticipatur. Tenetur ergo quilibet ad conſuetam horam prandii in ieiunio, ſicut tenetur ad ieiunium ipſum. Et hęc eadem ratio applicata ad unicam comeſtionẽ, probat ꝙ vnica comeſtio eſt de neceſſitate ieiunii, aſſumendo quòd communis animi conceptio Chriſtianorū eſt, quòd in hoc diſtinguuntur dies ieiunii ab alijs, quòd in illis ſemel tantum in die, in alijs pluries comedimus.

¶ In eodem artic. dubium occurrit, An ſicut hora, ita & officiū clericis ſit taxatū, puta, ꝙ teneantur ad veſperas antè prandiū tempore quadrageſimæ. Et eſt rõ dubij, opinio diuerſa.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd ſicut in ieiuniis quatuor temporum non tenentur dixiſſe nonã antequã comedant, ita nec in quadrageſima tenentur dixiſſe ueſperas antè prandium (niſi cauſa tamen rationabilis aliud ſuadeat) deberent qui tenẽtur ad officiū & ieiuniū, dixiſſe nonam in vigiliarum quatuor tẽporum ieiuniis, & ueſperas in quadrageſima ante prãdium, ut in cap. ſolent. de conſec. diſt. 1. inſinuatur. Nec moueor alia ratione ad hoc, niſi quia nec ſcriptæ legis, nec conſuetudinis præcepto ad hæc arctanť.

Conclu. 10

¶ In eodem articulo in reſponſione ad vltimum, dubium occurrit, An egẽs diſpẽſatione in una cõditione ieiunij, & propterea diſpenſatus, ſit totaliter liber à uinculo pręcepti de ieiunio. Verbi gratia, in caſu qui ponitur in litera. Et eſt ratio dubij, quia hinc eſt authoritas literæ pro parte negatiua. Indè autem eſt, ꝙ diſpenſatus de vnica comeſtione, eſt totaliter liber a ieiunio. Vnica uero comeſtio eſt una conditio ieiunij.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd proculdubio egens diſpenſatione in una ſola conditione ieiunij, etiam ſi illa conditio ſit de neceſſitate ieiunii, & in illa ſola diſpenſatus ſiuè à prælato, ſiuè à neceſſitate ſit, non eſt propterea diſpenſatus, ſeu abſolutus à ieiunio. Verbi gratia, Si quis eſt non potens expectare horam cõſuetam prandii, ſed poteſt ſummo mane comedendo, ieiuniū quo ad reliqua ſeruare: & diſpenſatur à prælato quacumq. hora uoluerit, non propterea eſt abſolutus a vinculo ieiunij, ſed debet, ſicut poteſt, ieiunare. Et eadem ratione tenetur ſic ieiunare, ſi neceſſitas euidens ipſum diſpenſet quo ad dictam conditionem. Et hoc ſatis ex authoritate huius literæ habetur. Et ratione firmatur: quia impotens ſeruare præceptum Eccleſiæ quo ad omnes eius conditiones, debet ſeruare illud ſecundùm illas, quas poteſt. Nõ eſt autem eadem ratio de unica comeſtione, & alijs conditionibus: quoniam ieiunium noui teſtamenti ex abſtinentia carnium, & unica comeſtione conſtat tamquàm ex ſubſtantialibus: ita quòd unica comeſtio eſt eſſentialior ieiunio, vtpotè à principio ieiunii inſtituta in ueteri teſtamento, in quo vſque ad ueſperam affligendum hominem ieiunio ſtatu-

tum

tum eſt. Nullus tñ cibus veſpere prohibitus erat. Patet ẽt ex hoc, ꝙ Eccleſiæ conſuetudo traxit horam prandij in ieiunio à nona in ſextã. In vnica in comeſtione perſeuerat, niſi in diebus dominicis, quibus ſe non abſtinere fatet̃. Diſpẽſatus ergo à prælato in euidenti neceſſitate de vnica comeſtione, ẽ ſimpliciter diſpẽſatus de ieiunio, & econtra: quia ablato eſſentiali, aufertur res. Sed diſpenſatus in alijs cõditionibus, nõ eſt diſpenſatus à ieiunio: quoniã ſine iſtis põt ieiunium quoad ſubſtantialia remanere.

SVP. Q. CXLVII. ART. VIII.

¶ Ad obiecta contra ſextū dictū. ſ. de vnitate ſpēi gulæ ex p̄uētione tp̄is, rñdet̄ negando, q̄ ſpecies illa ſit diuiſibilis formaliter &c. ut prius dictū eſt. Et ad p̄bationē, quia præuētio poteſt eſſe uel in ordine ad exigētiā naturæ, uel ad p̄hibitionem &c. rñdetur, q̄ oēs allatæ differentiæ per accidēs ſe habēt ad gulam, aut nullam faciunt formalē differentiam. Nam præuentio tēporis contra præceptum naturæ uel contra p̄ceptum Eccleſię, eiuſdem eſt rationis. Vitia. n. non diſtinguuntur penès præcepta a quibus auertunt, ſed penès obiecta ad quæ tēdunt. Idem autem eſt obiectum. ſ. tēporis præuentio in cibo a quocūque ſit prohibita, & ſimile eſt in alijs uitijs. Inceſtus enim ſiue a natura, ſiue ab Eccleſia inhibitus, eiuſdem eſt ſpeciei. Si q̄s autem celebraturus comedit, ſacrilegij crimen committit contra ſacramentorum reuerentiam debitam agēs. Quod autem ſubiungitur, quòd hæc ideò diſtinguuntur ſpecie, quia diſtinguuntur genere, iuxta tria genera gulæ ab ipſo Martino aſſignata, eadem facilitate negatur, qua dicitur. Nam ut patet ex dictis, ex his quæ ſunt per accidens, conficta ſunt ſub gula ſ genera illa. Quo fit ut arguens, & doctorum theologorum cōem doctrinam deſerat, & Ariſtotelem non ſequatur, ut putauit.

¶ Ad obiecta in tertio dubio de ſpecificantibus peccata gulæ. ſ. q̄ ſunt obiecta motiua appetitus, reſpondendo dicitur. Ad primum, quòd falſum aſſumitur, q̄ eadem ſecundùm ſpeciē concupiſcentia cibi fiat, ut unus nimis, alter pluries in die ieiunij comedat. Et ſimiliter negatur aſſumptum in ſecundo. Vtrunque ſiquidem petit principium: quoniam concupiſcentiæ diſtinguuntur ſpecie ſicut delectationes. Alterius autem delectationis eſt delectabile in quantitate cibi à delectabili ſumptione ante tempus, & a delectabili uoracitate &c. cum hæc mouēt ad inordinatam concupiſcentiam ſui.

¶ Ad tertium, cum dicitur quòd nullus poteſt rōnabiliter dicere, q̄ tempus ſe habeat ut motiuum appetitus in cibo ſumendo, negatur aſſumptum: quoniam nec tempus excluditur a motiuis appetitus, ut experimur in nobis, dum quia talis hora eſt, mouemur ad tale opus: nec tempus applicatum ad ſumptionē cibi minus mouet nos, q̄ applicatum ad agriculturam mouet ad illam. Ad quartum dicitur, quòd quia finis eſt prior in intētione, & poſterior in executione, & obiectum appetitus hēt rationem finis, ideò delectabile in ſubſtantia, qualitate, & quantitate, præuentione, uel uoracitate cibi primo mouet appetitum ad ſui concupiſcentiam inordinatam, & cōcupiſcētia inordinata mouet ad adipiſcendum tale delectabile ſumēdo cibū illum tm̄, talem, prius, uel ſic. Vndè uerum dicit arguens in hoc, q̄ concupiſcentia inordinata mouet ad gulę peccatum in actu exterioris executionis: ſed falſum dicit in hoc, quòd delectabile non prius moueat ad inordinatam concupiſcentiam. F Obiectū. n. appetibile conſtat eſſe prius appetitione, & mouere appetitum, immò eſſe primum motorem, utpote mouentem non motum, ut patet in 3. de anima. Vndè patet fundamentū authoris eſſe ſolidum, peripateticum, & conſonū nō ſolū ſibi, ſed ſacris doctoribus, quos quia ſummè ueneratus eſt author, iō intellectum eorum quodammō ſortitus eſt. Scriptum eſt. n. q̄ declaratio diuinorū ſermonū illuminat, & intellectū dat paruulis. Dantibus ergò operam declarationi diuinorum ſermonū per p̄phetas, apoſtolos, doctoreſq; ſacros, lumen datur & itellectus, utpote paruulis in oculis ſuis, & ſeipſos ſubmittētibus illorū doctrinæ.

SVP. QV. CXLVIII. ART. V. ET VI.

In ar. 5. & 6. eiuſdē q. 148. dubium ex Martino ubi ſup. in q. An gula ſit uitium capitale, occurrit, impugnāte quòd uitiū capitale dicit̄ ex quo natura ſunt multa oriri uitia ſecūdùm rationem cauſæ finalis. Probat autē hoc ſpecialiter de quinq; gulæ filiabus, quæ in 6. articu. tractantur, uolens quòd non oriuntur ex gula ſecūdùm rationem cauſæ finalis: quia nemo appetit actus iſtorum quinque propter actum gulæ, neque delectationem in iſtis propter delectationē gulæ: quoniam nullus appetit hebetudinem mentis, ut delectetur in cibis & potibus.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, q̄ ſecundùm doctrinā authoris, licèt ſit uerum, q̄ uitium capitale ſit, ex quo ſecundum rōnem finis multa oriuntur uitia, non tñ hr̄ ab ipſo hæc p̄poſitio cum dictione excluſiua, hoc eſt, q̄ ſolùm ſic oriantur ex illo alia uitia, immo ſuperius in quæſtione de auaritia ar. vi. dicit, ex quo oriuntur alia uitia, & præcipuè ſecundum rationē cauſæ finalis. Vbi patet non excludi alios modos cauſandi alia a uitio capitali. Secundò di. q̄ iſtæ quinque filiæ gulæ aſſignatæ a Gregorio oriuntur ex gula ſecundùm rationem cauſæ finalis. Et cum contra arguitur, quia nemo appetit iſta p̄p gulā, rñdetur, q̄ appeti aliquid p̄p finem non contingit uno mō, ut arguens aſſumit, ſed pluribus. Aliquid. n. appetitur p̄p finem, ut medium ad conſequendum finem, ſicut appetitur equus ad quietius, uel celerius peragendum iter. Et hoc modo iſta quinque non appetuntur propter gulam ut finem. Et hoc ſolū probat arguens. Aliquid autem appetitur propter finem, ut acceptatum ex finis appetitu, dummodo intentum finē conſequatur: ſicut appetitur damnum exilij a uindicante ſe, ſciens q̄ ex uindicta incurret exilium. Ex nimia namque affectione ad finem, puta, vindictam acceptat incurrere exilium. Et hunc modum arguens prætermiſit: & tamen hoc modo omnes dictæ filiæ gulæ ex gula oriuntur ſecundum rationem fin. ſ. Eſt. n. guloſus tam affectus delectationi cibi & potus, q̄ non curat, dūmodo illam expleat, incurrere damna ineptæ lætitiæ, ſcurrilitatis, immunditiæ, multiloquij, & mentis hebetudinis. Et licèt hoc non ſit, iſta uitia ſecundum ſe oriri ex gula ut fine, ſed eſt habere ipſa uitia ex gula ut fine: quoniam actus iſtorum uitiorum non ordinantur ſecundùm ſe ad finem gulæ, ſed incurrere dicta uitia procedit ex fine gulæ, ut declaratum eſt, ſufficit tamen ad horum filiationem reſpectu gulæ ut finis, huiuſmodi dependentia finalis. Quòd. n. non ita directè requiratur ad filiationem uitiorum cauſalitas finalis illorum ſecundùm ſeipſa, ex quæſtio. 35. ſuperius de filiabus accidiæ, in art. ult. inſinuatur: quamuis, ut in prima reſponſione dictum eſt, nō oporteat ſemper cauſalitatem finalem in filiatione uitiorum ſaluari. Stant ergo ſolida fundamenta authoris.

¶ In reſpōſione ad primum dicti 5. ar. ſpecialiter aduerte duas radices, ex quibus trahit gula, q̄ ſit uitium capitale, alteram ex cibo,

tur ſm rõnem cauſæ finalis: ſed A cibus[b] circa quem [h] eſt gula, nõ habet rationem finis, nõ enim propter ſe quæritur, ſed ꝓpter corporis nutritionem. ergo gula non eſt uitium capitale.

¶2 Præt. Vitiũ capitale aliquam principalitatẽ[b] hẽre vr̃ in rõne pc̃ti: ſed hoc nõ cõpetit gulæ, qa vr̃ eſſe ſm ſuum genus minimũ peccatorum, utpote plus appropinquans ad id, quod eſt ſecundum naturam. ergo gula B non uidetur eſſe uitiũ capitale.

¶3 Præt. Pc̃m cõtingit ex hoc, ꝙ aliquis recedit a bono honeſto pp aliquid utile pſenti uitæ, vel delectabile ſenſui: ſed circa bona q̃ hẽnt rõnẽ utilis, ponit unũ tm̃ uitiũ capitale, ſ. auaritia. ergo[h] & circa delectationes vr̃ eſſe ponendum unum tantũ uitiũ capitale: ponit aũt luxuria, q̃ eſt maius uitiũ q̃ gula, & circa maiores delectationes. er C go gula non eſt uitiũ capitale.

Sed contra eſt, quòd Gregor. 31. Moral.* computat gulam inter uitia capitalia.

*Li. 31. c. 31.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, * uitium capitale dr̃, ex quo alia uitia oriuntur ſm rõnẽ [d] cauſæ finalis, inquatũ ſ. hẽt finẽ multũ appetibilẽ. Vñ ex eius appetitu homines ꝓuocant multipliciter ad peccandũ. Ex hoc aũt aliquis finis red- D dit multũ appetibilis, ꝙ habet aliquã de cõditionibus fœlicitatis, q̃ eſt naturaliter appetibilis. Pertinet aũt ad rõnem fœlicitatis delectatio, vt patet in 1. & 10. Eth.* & iõ [m] vitiũ gulæ, qđ ẽ circa delectationes tactus, quæ sũt pcipuæ inter alias, cõuenienter ponit inter uitia capitalia[a].

*1. 2. q. 84. ar. 4. D. 302.

*Li. 1. c. 8. & lib. 10. ca. 5. & ſequẽtibus. Conclu. m

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ ipſe cibus ordinat qdem ad aliquid ſicut ad finem: ſed quia ille E finis, ſ. cõſeruatio uitæ, eſt maximè appetibilis, q̃ ſine cibo cõſeruari nõ põt, inde ẽt eſt ꝙ ipſe cibus eſt maximè appetibilis: & ad hoc ferè tot[9] labor humanæ uitæ ordinatur, ſm illud Eccl. 6. Oĩs labor hominis i ore eius[f]. Et tñ magis gula vr̃ eſſe circa delectationes cibi, q̃ circa cibos. Propter quod, vt Augu. dicit in libro de uera religione. *Quibus uilis corporis ſal[9] eſt, malũ ueſci, in quo ſcilicet delectatio eſt, quam ſaturari: cum omnis finis illius uoluptatis ſit non ſitire atque eſurire.

*C. 55. circa princ. tom. 1.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ finis in peccato accipitur ex parte cõuerſionis, ſed grauitas pc̃ti accipitur ex parte auerſionis: & iõ nõ oportet uitium capitale, qđ habet finẽ maximè appetibilem, habere magnam grauitatem.

Ad III dicendum, ꝙ delectabile eſt appetibile ſm ſe: & iõ ſm eius diuerſitatẽ ponuntur duo uitia capitalia, ſ. gula, & luxuria. Vtile aũt ex ſe non habet rõnem appetibilis, ſed ſm ꝙ ad aliud ordinatur. Et iõ in omnibus utilib[9] uidetur eſſe una rõ appetibilitatis: & propter hoc circa huiuſmodi non ponitur niſi unum uitium capitale.

Articvlvs VI.

Vtrum conuenienter aſſignentur gulæ quinque filiæ, ſcilicet, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circa intelligentiam.

Porrecta per totum.

719

Mal. q. 14. art. 4.

Ad sextvm ſic proceditũ. Vr̃ ꝙ inconuenienter aſſignẽtur gulæ quinque filiæ, ſ. inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis circa intelligentiam. Inepta [h] enim lætitia cõſequitur omne peccatum, ſecundum illud Prou. 2. Qui lætant cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Sĩr ẽt B [h] hebetudo mentis inuenitur in omni peccato, ſecundum illud Prouer. 14. Errant qui operantur malum. ergo inconuenienter ponuntur filiæ gulæ.

¶2 Præt. Immũditia, q̃ maximè conſequitur gulã, vr̃ ad uomitũ ptinere, ſm illud Iſa. 28. Oẽs menſæ repletæ ſunt uomitu ſordium: ſed hoc non vr̃ eſſe pc̃m, ſed pœna pc̃ti, vel ẽt aliquid utile ſub conſilio cadens, ſm illud Eccleſ. 31. Si coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio, & vome, & refrigerabit te. ergo [h] nõ debet poni inter filias gulæ.

¶3 Præt. Iſidorus ponit ſcurrilitatem filiam luxuriæ. Non [h] ergo debet poni inter filias gulæ.

Sed contra eſt, quòd Grego. 31. Moral.* has filias gulæ aſſignat.

*Lib. 31. c. 31.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ ſicut dictum eſt, gula propriè conſiſtit circa immoderatam delectationem, quæ eſt in cibis & potib[9]: & iõ [m] illa uitia inter filias gulę cõputantur, q̃ ex immoderata delectatione cibi & potus cõſequũtur: q̃ quidem poſſunt ac ipi uel ex parte aĩę, uel ex parte corporis[n]. Ex parte aũt aĩę quadrupliciter. Primò qdem, quantum ad rõnẽ, cuius acies hebetat ex immoderatione cibi & potus. Et quãtũ ad hoc ponitur filia gulę hebetudo ſenſus circa intelligentiam, pp fumoſitates ciborum perturbantes caput, ſicut ecõtrario ab-

Ar. 2. & 3. Conclu. m

ex cibo, q eſt uitæ cõſeruatiuus. Eſt enim hoc valdè appetibile, & pp hoc multa valde & ſunt, & ſuſtinentur. Altera ex delectatione in cibo & potu, quæ ſapit rõdiuorẽ ſẽl citatis, quæ eſt ſumme appetibilis. Nam dum homo in delectabili moratur, felix quodãmodo eſt. Vnde & homines qui ſemper verſantur circa delectabilia, fœlices putaremus, niſi mala annexa, & conſequentia conſideremus.

¶ In ſexto ſpecialiter ar. dubium de ſcurrilitate occurrit, quantum pc̃m ſit. Et eſt ratio dubij, quia tã geſtus, q̃ verba inhoneſta vnt ex ſuo genere peccata mortalia, licet ex imperfectione actus, puta, quia leuiter, & ſine mala intentione, & riſus gratia dicuntur, uideantur quoq; uenialia.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ tã geſtus, q̃ verba inhoneſta dupliciter exerceri poſſunt. Primò, in ordine ad aliqd peccatum mortale, operis, uel delectationis. Exemplum primi, Si qs diceret uerba inhoneſta, ut prouocaret ad fornicationẽ, aut ad uindictã. Exẽplum ſecũdi. Si quis diceret uerba inhoneſta ut delectaret, vel qa delectat uindicta, aut fornicatio, de qua eſt ſermo. Et ſic proculdubio hmõi peccata uerborũ, uel geſtuum ſunt peccata mortalia. Alio modo, quia delectãt, uel ut delectent ipſi inhoneſti geſtus, ipſa inhoneſta locutio, & ſic hilariter tranſeunt, uel tranſeant. Et hoc propriè vr̃ ad ſcurrilitatẽ & turpitudinẽ pertinere, de quibus Apoſ. loqtur ad Eph. 5. Et ſic non ſunt peccata mortalia, ſed uenialia ualdè periculoſa. Scriptum eſt. n. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Vnde Apoſtolus pcipit nec nominari hæc inter Chriſtianos. Et ꝙ nõ ſint peccata mortalia ſuadetur rõne, & authoritate. Nam hmõi peccata non ſunt contra bonum proximi, ſed ad delectationẽ directe ordinantur. Conſtat quoque non eſſe contra bonum diuinum, aut propriũ illius qui hæc committit, nec quantũ ad bonũ aĩæ, aut corporis, aut exteriorum. Apoſtolus quoq; ibidẽ, ut gloſſa notauit, & bene, prohibet multa uitia dũ dicit, Fornicatio, & oĩs immũditia, & auaritia, nec nominetur in uobis: nec turpitudo, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas, q̃ ad rem non pertinet. Et deinde ſubiungens pœnam criminum eſſe excluſionem ab hæreditate regni Dei, non reſumit niſi tria prima uitia dicens, Intelligentes, ꝙ oĩs fornicator, aut immundus, aut auarus, non hẽt hæreditatem &c. ex hoc inſinuans, quòd alia tria nõ excludũt ex ſuo genere à regno Dei. Quod etiã de ſcurrilitate inſinuauerat, dum dixerat, Quę ad rem non pertinet, declarans p hoc deformitatẽ ei[9] conſiſtere in uanitate, & tamquàm quid uanum, ſeu inutile, eſſe ueniale.

Reſpon. 2.

ſtinentia confert ad ſapientiæ perceptionem ſm illud Eccl. 2. Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferrē ad ſapientiā. Secundò, quantum ad appetitū, qui multipliciter deordinatur per immoderantiā cibi & potus, quaſi ſopito gubernaculo rōnis. Et quantum ad hoc ponitur inepta lætitia: quia oēs aliæ inordinatæ paſſiones ad lætitiā, & triſtitiā ordināntur, vt dr̄ in 2. Eth.* & hoc eſt, quod dr̄ 2. Eſdræ 3. ꝙ vinum omnē mentē conuertit in ſecuritatē, & in iucūditatē. Tertiò, quantū ad inordinatum verbum: & ſic ponitur multiloquium, quia vt Gre. dicit in Paſtoral.* Niſi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie ſplēdidè dr̄, in lingua grauius non arderet. Quartò, quātū ad inordinatū actum: & ſic ponitur ſcurrilitas, idest, iocularitas quædā proueniens ex defectu rōnis, q̄ ſicut nō pōt cohibere verba, ita nō pōt cohibere exteriores geſtus. Vñ ad Eph. 5. ſup illud, Aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, dicit glo. ꝙ à ſtultis ſcurrilitas dr̄, idest, iocularitas, q̄ riſum mouere ſolet. Quāmuis poſſit vtrumq; horum referri ad uerba, in quibus contingit peccare, uel ratione ſuperfluitatis, quod ꝑtinet ad multiloquiū: vel rōne inhoneſtatis, qđ pertinet ad ſcurrilitatē. Ex parte aūt corporis ponit̄ immūditia, quæ pōt attendi ſiuè ſm inordinatam emiſſionē quarumcumq; ſuperfluitatū, uel ſpecialiter quantum ad emiſſionem ſeminis. Vñ ſuper illud ad Eph. 5. Fornicatio aūt, & oīs immunditia &c. dicit glo. idest, incōtinentia pertinens ad libidinē quocunq; mō.

* Lib. 2. c. 5. tom. 5.

* Parte 3. cap. 10. in prin.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ lætitia, quæ eſt de actu peccati, vel fine, conſequitur omne peccatū, maximè quod procedit ex habitu: ſed lætitia uaga incompoſita, quæ hic dicitur inepta, præcipuè oritur ex immoderata ſumptione cibi, vel potus. Similiter etiam dicendum, ꝙ hebetudo ſenſus quātum ad eligibilia, communiter inuenitur in omni peccato: ſed hebetudo ſenſus circa ſpeculabilia, maximè procedit ex gula, ratione iam dicta.*

* In corp. art.

Ad ii dicēdum, ꝙ licèt vtilis ſit vomitus poſt ſuperfluam comeſtionem, tamen uitioſum eſt, ꝙ aliquis huic neceſſitati ſe ſubdat per immoderantiam cibi, vel potus. Poteſt tamen abſque culpa, vomitus procurari ex conſilio medicinæ in remedium alicuius languoris.

Ad iii dicēdum, ꝙ ſcurrilitas procedit quidē ex actu gulæ, non aūt ex actu luxuriæ, ſed ex eius voluntate: & iō ad vtrumq; vitium pōt pertinere.

QVAESTIO CXLIX.

De ſobrietate, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde cōſiderandum eſt de ſobrietate, & uitio oppoſito, ſcilicet ebrietate.

Et circa ſobrietatem quęrun tur quatuor.

¶ Primò, Quæ ſit materia ſobrietatis.

¶ Scd̄ò, Vtrum ſit ſpālis uirtus.

¶ Tertiò, Vtrum vſus vini ſit licitus.

¶ Quartò, Quibus pręcipuè cōpetat ſobrietas.

Articvlvs I.

Vtrum materia ſobrietatis ſit potus.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd materia ſobrietatis non ſit potus. Dr̄. n. ad Roman. 12. Non plus ſapere q̄ oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatē. ergo ſobrietas eſt circa ſapientiam, & non ſolum circa potum.

¶ 2 Præt. Sap. 8. dicitur de Dei ſapientia, ꝙ ſobrietatē, & prudētiam docet, iuſtitiam, & uirtutem, ubi ſobrietatem ponit ꝓ tēperantia: ſed temperantia nō ſolum eſt circa potus, ſed ēt circa cibos, & uenerea. ergo ſobrietas nō eſt ſolū circa potus.

¶ 3 Præt. Nomē ſobrietatis à mēſura ſumptum eſſe vr̄: ſed in omnibus, q̄ ad nos pertinent, debemus mēſurā ſeruare, ut dicitur ad Titum 2. Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo, vbi dicit gloſ.* Sobriè in nobis. & 1. ad Timo. 2. dicitur, Mulieres in habitu ornato, cū verecundia & ſobrietate ornātes ſe, & ſic vr̄ ſobrietas eſſe non ſolū in interioribus, ſed etiā in his quæ pertinēt ad exteriorē habitum. nō ergo propria materia ſobrietatis eſt potus.

Sed contra eſt, quod dicit̄ Eccleſ. 31. Aequa uita hominis, vinum in ſobrietate potatum.

Resp. dicendum, ꝙ virtutes, q̄ ab aliqua generali conditione virtutis nominantur, illā materiā ſibi ſpecialiter uendicant, in qua difficillimū, & optimū ē cōditionē eius obſeruare: ſicut fortitudo, pericula mortis: & tēperātia delectationes tactus. Nomē aūt ſobrietatis ſumit̄ à menſura. Dr̄ enim aliquis ſobrius, quaſi briā, idest, mēſurā ſeruans: & iō illā materiā ſpecialiter ſibi ſobrietas aſcribit, in qua maximè laudabile eſt mēſuram ſeruare. Hmōi autē eſt potus inebriare valens, quia eius vſus menſuratus multū confert, & modicus exceſſus multū lædit, quia impedit vſum rōnis magis etiam q̄ exceſſus cibi. Vñ Eccl. 31. Sanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus. Vinū multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Et ideo ſpecialiter

* Glo. interlinea. ibid.

Concil. m

SVP. QV. CXLIX. ARTIC. I.

In art. 1. q. 149. dubium ex Martino in eodem tractatu in quæſtione de ſobrietate occurrit. Arguit ſiquidem cōtra corpus hui⁹ articuli multipliciter. Primò, qa bria non eſt nomen menſuræ abſolutè, ſed mēſuræ uinariæ, vt Donatus dicit ſuper Terētium, ac per hoc ſobrietas non per appropriationē, ſed proprietatē, importat menſuram potus vini. Secundò, quia non eſt uerū uniuerſaliter ꝙ uirtutes q̄ ab aliqua generali cōditione uirtutis nominantur, illam materiā ſibi ſpecialiter vendicāt, in qua difficillimū & optimū eſt condinonē illam obſeruare. Sequeretur. n. primò, ꝙ temperantia ſibi uinum, aut concubitum pro materia uendicaret. Sequeretur ſecundò, q. iuſtitia uendicaret ſibi aliquā ſpecialem materiam: & idē ſequeret̄ tertiò de prudentia. Tertiò, qa ad hmōi appropriationem non ſufficit, ꝙ optimū & difficillimū ſit ī tali materia, ſed requiritur loquētiū vſus. Quamuis ergo bria ſignificaret menſuram, non tñ ſufficientem propter hoc cauſam huius appropriationis S. Thomas tetigit.

Porrecto per totum.

710

Sup. q. 14; cor. ſtic.

¶ Ad primum horū dicitur, quòd argumentū de vocabulis ad grammaticos ſpectat, qui diſcordes uidentur, dum alij briā menſurā uinariā, ut arguens affert Donatū: alij uas uinariū, ut Seruius ſuper Virgiliū: alis menſuram, ut in Catholicon habes. Vnde commendandum eſt authoris ingenium, qui terciā ſignificationem ſecutus, rationem reddit quare ſobrietas habeat potū pro materia: nam multò facilius fuiſſet hoc dicere, ſequendo primas ſignificationes.

¶ Ad ſecundum dr̄, ꝙ illa maior eſt uera cōmuniter: & hoc ſufficit propoſito. Nec alliqua inſtantia in oppoſitum militat. Nō prima de temperantia, quoniā & in ipſa hoc uerificatur: quoniam a temperare dicta, delectationes tactus ad naturam ſpectantes

ſobrietas attendit [d] circa potũ, non quęcumq;, ſed eũ, qui ſua fumoſitate natus eſt caput cõturbare, ſicut vinũ, & omne q̃d inebriare põt. [p] Cõiter autẽ ſumendo nomen ſobrietatis põt in quacumque materia dici, [q] ſicut & ſupra dictum eſt * de fortitudine, & temperantia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut vinũ materiale ĩebriat corporaliter, ita etiã metaphoricè cõſideratio ſapientiæ dr̃ potus inebriãs ꝓp hoc, ꝙ ſua delectatione animũ allicit, ſecũdũ illud Pſal. 22. Calix meus inebriãs q̃ præclarus eſt: & ideò circa cõtẽplationẽ ſapiẽtiæ per ſimilitudinẽ quandam ſobrietas dr̃.

AD II. dicẽdũ, ꝙ oĩa quæ ad tẽperantiã ꝓpriè ꝑtinent, neceſſaria ſunt p̃ſenti uitæ, & eorũ exceſſus nocet: & ideò in oĩbus neceſſariũ eſt adhibere mẽſurã, q̃d ꝑtinet ad officiũ ſobrietatis. Propter q̃d noĩe ſobrietatis tẽperantia ſignificatur: ſed modicus exceſſus in potu plus nocet, q̃ in alijs: & ideò ſobrietas ſpecialiter eſt circa potum.

AD III. dicendũ, ꝙ q̃uis menſura in omnibus requiratur, nõ tamẽ ſobrietas ꝓpriè in omnibus dicitur, ſed in quibus menſura eſt maximè neceſſaria.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſobrietas ſit per ſe virtus ſpecialis.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vĩ ꝙ ſobrietas nõ ſit ꝑ ſe quędã ſpecialis virtus. Abſtinẽtia.n. attendit & circa cibos, & circa potus: ſed circa cibos non eſt ſpecialr̃ aliqua ſpecialis virtus. [h] ergo nec ſobrietas, q̃ ẽ circa potũ, eſt aliqua ſpãlis virt9.

¶ 2 Præ. Abſtinẽtia, & gula sũt circa delectationes, inquantũ ſenſus eſt alimenti: ſed cibus & potus [h] ſimul cedunt in alimentum, ſimul enim indiget animal nutriri humido, & ſicco. ergo ſobrietas, quæ eſt circa potũ, non eſt ſpecialis uirtus.

¶ 3 Prę. Sicut in his, quæ ad nutritionẽ ꝑtinẽt, diſtinguitur cib9 à potu, ita & diſtinguuntur diuerſa genera ciborũ, & diuerſa genera potuum. Si ergo ſobrietas eſſet per ſe quædã ſpecialis virtus, vĩ ꝙ circa [h] quamlibet differentiã potus, vel cibi, ſit quędã ſpecialis virtus, quod eſt incõueniens. nõ ergo videtur ꝙ ſobrietas ſit ſpecialis virtus.

SED CONTRA eſt, ꝙ Macrobius * ponit ſobrietatẽ ſpecialem partem temperantiæ.

RESP. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, * ad uirtutẽ moralem pertinet conſeruare bonũ rõnis cõtra ea, q̃bus põt impediri: & ideò vbi inuenitur ſpeciale impedimẽtũ rõnis, ibi neceſſe eſt eſſe ſpecialẽ uirtutẽ ad illud remouendũ. Potus autẽ inebrians habet ſpecialẽ rõnẽ impediendi uſum rationis, inquãtum.ſ. perturbat cerebrũ ſua fumoſitate: & ideò [m] ad remouendum hoc impedimentum rationis, requiritur ſpecialis virtus, quæ eſt ſobrietas. [n]

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ cibus & potus cõmuniter impedire poſſunt bonum rationis,

---

D. 1130. ſtantes ſibi ſpecialiter uendicat pro materia, quas difficillimũ, & optimum eſt temperare. Et non oportet deſcẽdere ad ſpecialiſſimam materiam, puta, potum, ſed ſat eſt materiam ſpecificã ſubalternam ſibi ſpecialiter uendicare. Nec ſecunda de iuſtitia quia etiã iuſtitia adæquat, ſeu adęquat operationes ad alterum vt materiã propriã, quas difficillimum, & optimum eſt ad æqualitatẽ adducere, à qua iuſtitia dicitur. Nec demũ tertia de prudẽtia, quia & ipſa rõnis actus ꝓpriam materiã habet, q̃bus difficillimũ, & optimum eſt vel ad ꝓuidendũ, unde prudentia dicta eſt.

Conclu. p

* q. 123. ar. 3. & q. 141. ar. 2.

¶ Ad tertiũ dr̃, ꝙ author uſum loquẽtiũ ſupponit. Cõſtat nãq; ꝙ ſobrietate propriè vtimur cum de potu loquimur, ſicut & ebrietate. Et ſuppoſito loquentium vſu, reddit rõnem appropriationis ſatis ſufficiẽtem, & ſolidam, ut patet ex iam diſcuſſis.

¶ In eodem ar. in rñſione ad primũ, Martinus occurrit ibidẽ, dicens ꝙ licèt ſolutio iſta ſit bona, nõ eſt tñ expoſitio conueniẽs dicto Apoſtoli. Calix enim ſapientiæ inebriãs eſt præclarus, ſapere tñ non ad ſobrietatem non eſt p̃clarũ, ſed uinoſum. Quia ergo in aſſecutione ſapientiæ ebrietas eſt laudabilis, ideò non videtur conuenienter aptata per Thomam ſimilitudo.

¶ Ad hoc dr̃ & ꝙ ſolutio principalis, & expoſitio eſt optima, ſi rectè intelligatur, & diſcernatur ad quid affertur. Nã ad nihil affertur niſi ad declarandum, ꝙ ſobrietas metaphoricè locum habet in ſapiẽtia. Per hoc enim ſatisfit authoritati Apoſtoli directè dicendo, quòd ſobrietas ibi non propriè ſumitur, ſed metaphoricè. Et ꝙ ſobrietas metaphoricè in ſapientia inueniatur, manifeſtatur ex hoc, quòd etiam ebrietas metaphoricè in illa inuenitur, iuxta illud, Calix meus inebrians &c. Impertinens eſt autem huic propoſito, an tam ebrietas, quàm ſobrietas ſapientiæ ſit laudabilis, quæ tamen impertinentia arguens ingerit, & nihil obſtat propoſito.

Porrecta per totum.

7 xl

2. cor. 5. le. 3. Et Ti. 2. le. 3.

SVPER Q. CXXXXIX. ART. II.

IN art. 2. eiuſdem q. aduerte primo, ꝙ Martinus imponit ob corruptum fortè ſuum codicem, ꝙ author diuerſas de abſtinentia tenuerit opiniones, ita quòd ſuperius in q. 147. author diſtinxit abſtinentiam, & ſobrietatem penès cibum & potum: hic uerò diſtinguit, quia abſtinentia eſt circa cibum & potum communiter: ſobrietas uerò circa potum inebriare ualentem. Falſum ſiquidem manifeſtè eſt, quòd primo dicit. Nam in principio q. 146. vbi diſtinguit partes ſubiectiuas temperantiæ, expreſsè diſtinguit iſtas dicendo, Conſiderandum eſt de abſtinentia, quæ eſt circa cibos & potus. & de ſobrietate q̃ eſt ſpecialiter circa potum. Eandem ergo ſententiam vtrobiq; tenuit author.

¶ In eodem art. dubium occurrit circa diſtinctionem ſobrietatis ab abſtinentia. Videtur enim ꝙ diſtinctio ſit ſuperflua, & nulla formaliter. Superflua quidem, quia ſola abſtinentia ſufficit ad tollendum impedimentum, quod rationi præſtare poteſt potus inebrians. non ergo præter abſtinentiam oportet ponere ſobrietatem. Probatur antecedens: quia abſtinens in omni potu ſeruat modum rationis. ergo & in potu inebriare potẽte. Nulla autem, quia nullũ inuenitur diſtinctiuũ formaliter: in litera ſiquidem aſſignatur pro diſtinctiuo ſpecialis ratio impediendi rationem. Et explicat in quo conſiſtit iſta ſpecialis ratio impediendi rationem, ſcilicet quia per viam fumoſitatis natus eſt pot9 inebriatiuus impedire, aut perturbare rationem. Sed hæc ratio aut non diſtinguit formaliter, aut ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ. Probatur, quia litera in reſponſione ad ſecundum dicit, quòd abſtinentia eſt circa cibos, & potus inquantum impediunt rationem. Tunc ſic, Impedire rationem, & impedire rationẽ per uiã fumoſitatis, non conſtituunt diuerſas ſpecies, ſed potius quaſi genus, & ſpeciẽ, ſi diſtinguuntur formaliter. ergo uel ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ, uel non diſtinguuntur formaliter. Si dicatur ex litera in reſponſione ad primum, quòd non abſolute attribuitur abſtinentię, quod ſit contra impedimenta rationis ex cibo & potu: ſed ſic, ſcilicet per immoderantiam delectationis, ita quòd contra impedimenta rationis ex cibi & potus immoderata delectatione ponitur abſtinentia: contra impedimenta uerò rationis ex potus inebriatiui fumoſitate, ponitur ſobrietas; Contra. Sobrietas eſt ſpecies temperantiæ, quam conſtat eſſe circa delectationes tactus. ergo ſobrietas eſt circa tale delectabile ſecundùm tactum: alioquin, non eſſet per ſe ſpecies temperantiæ, ut patet exercitatis in Metaphyſica. ergo ſobrietas eſt etiam contra impedimenta rationis ex potu delectabili. Et ſic ſequitur ut prius, ſcilicet quòd ſit ſpecies abſtinentiæ, aut non diſtinguatur ab ea formaliter, quorum utrumque eſt contra authorem in reſponſione ad tertium, utramque uirtutem ſpecialiſſimam tenentem. Et per hæc videtur, ꝙ licet ebrietas ſit diſtinctum uitium à gula, quia gula opponitur moderatæ delectationi cibi & potus, & ebrietas opponitur ſaluti rationis, non tamen ſobrietas diſtinguenda eſt ab abſtinentia, quia abſtinentia utrumque ponit, ſcilicet & moderatam delectationem, & rationem expeditam.

* Li. 1. in ſomniũ Scipio. in fol. 2. ante med.

* q. 136. ar. 1. & q. 141. ar. 3. & q. 146. ar. 2. & 1. 2. q. 65. artic. 2.

Conclu.

¶ Ad

abſorbēdo eā, ꝑ immoderantiā delectationis: & quantū ad hoc cōmuniter circa cibū & potū eſt abſtinentia. Sed potus inebriare ualens, impedit ſpeciali rōne, ut dictum eſt, & ideò requirit ſpecialem uirtutem.

Ad II. dicēdū, ꝙ uirtus abſtinētiæ nō eſt circa cibos & potus, inquātū ſunt nutritiua, ſed inquantū impediunt rōnem: & ideò non oportet ꝙ ſpecialitas uirtutis attendatur ſecundùm rationem nutritionis. G

Ad III. dicendū, ꝙ in oibus potibus inebriare ualētibus eſt una & eadē rō impediēdi rōnis uſum: & ſic illa potuū diuerſitas ꝑ accidens ſe habet ad uirtutē: & propter hoc, ſm huiuſmodi diuerſitatem uirtutis non diuerſificantur. Et eadem ratio eſt de diuerſitate ciborum. H

Articvlvs III.

Vtrum uſus uini totaliter ſit illicitus.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr ꝙ uſus uini totaliter ſit illicitus. Sine ſapiētia.n.nō pôt aliquis eſſe in ſtatu ſalutis. dicit enim Sapien. 7. Neminē diligit Deus, niſi eū, qui cum ſapientia inhabitat. & infra 9. Per ſapientiā ſanati ſunt quicūq; placuerūt tibi à principio: ſed uſus uini [h] impedit ſapientiā. dicitur enim Eccl. 2. cogitaui abſtrahere à uino carnā meam, ut transferrem animum meum ad ſapientiam. ergo potus uini eſt uniuerſaliter illicitus.

¶ 2 Præt. Apoſt. dicit ad Rom. 14. [h] Bonū eſt nō māducare carnem, & non bibere uinū, nequè in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur: ſed ceſſare à bono uirtutis eſt uitioſum, & ſimiliter fratribus ſcandalum ponere. ergo uti uino eſt illicitum.

¶ 3 Præt. Hiero. [*] dicit, ꝙ uinū cū carnibus poſt diluuiū eſt dedicatū: Chriſtus autem uenit in fine ſæculorum, & extremitatē retraxit ad principium. ergo tempore chriſtianæ legis uidetur eſſe [h] illicitum uti uino.

Sed contra eſt, qđ Apoſt. dicit 1. ad Timoth. 5. Noli adhuc aquā bibere, ſed modico uino utere ꝑꝑ ſtomachū tuū, & infirmitates frequētes. & Eccleſ. 31. dr̄, Exultatio animæ, & cordis uinum moderatè potatum.

Reſp. Dicēdū, ꝙ nullus cib9, uel potus ſm ſe cōſideratus eſt illicitus ſm ſententiam Dñi dicentis Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominē: & ideò [m] bibere uinum, ſm ſe loquendo, non eſt illicitum. Poteſt tamen reddi illicitum per accidens, [n] quādoq; quidem ex conditione bibentis, quia uino de facili lęditur, uel quia ex ſpeciali uoto obligatur ad uinum non bibendum: quandoq; autē ex modo bibendi, quia ſcilicet menſuram in bibendo excedit: I

¶ Ad huius euidentiā ſciendū eſt, ꝙ bonū rōnis conſeruandū à moralibus uirtutibus cōtra impetus paſſionū eſt duplex, ſ. rectitudo, & uſus. Vtrūq; ſiquidē per paſſiones impedit. Nā timor, & amor, delectatio, ira &c. rōnē à rectitudine flectūt, ut cōtinue experimur. Et ſi fuerint uehemētes paſſiones, qñq; rōnis uſum tollūt, ut patet de nimia triſtitia, & delectatione, & ira. Circa uſum th rōnis impediēdū, q a pluribus modis poteſt impediri & culpabiliter, & ſine culpa, ut patet cū impedit ꝑ dormitationē, aduertēdū eſt, ꝙ dupliciter paſſio pôt impedire uſum rōnis. Vno modo, ex ſua immoderātia, ita ꝙ ipſa immoderatio paſſionis eſt rō peccati, & tātò grauioris, quātò pertingit uſq; ad impediendū rationis uſum. Et hoc mō impedire uſum rōnis ad idē uitiū ſpectat, ad qđ ſpectat inordinatio illius paſſionis, v. g. ad timiditatē, ſi ex nimio timore pdit qs uſū rōnis, qm ad timiditatis uitiū ſpectat immoderatio timoris. Et ſimiliter ad illā met uirtutē, ad quā ſpectat ordinatio talis paſſiōis, pertinet & cōſeruare uſum rōnis cōtra immoderātiā illius paſſionis. Ver. gra. ad fortitudinē ſpectat cōſeruare & rectitudinē, & uſū rōnis cōtra immoderantiā timoris. Alio modo, paſſio poteſt impedire uſum rōnis ex eo, ꝙ eſt rō alicuius impedientis uſum rōnis, ita ꝙ ex hoc primo paſſio hēt rōnē deformis, quia eſt rō īpedimēti uſus rōnis: & ſic impedire uſum rationis pertinet ad aliud uitium ab illo, quod reſpicit immoderantiā illius paſſionis in ſeipſa. Et ſimiliter conſeruare bonum rationis in rectitudine, & uſu contra paſſionem, quæ ex hoc deordinatur, quòd eſt ratio impedimenti uſus rationis, ſpectat ad moralem uirtutem aliam ab illa, quæ moderatur paſſionem illam in ſe. Quod antequam probemus, manifeſtemus exemplis in propoſito. Et delectabili potu contingit dupliciter rationis bonum lędi. Primò, quia delectatio potus eſt in ſe immoderata. Immoderata enim delectat o alimenti uel quantum ad quid uel quantum, uel quale &c. eſt ratio peccati, & obliquat rationem. & quandoque etiam abſorbet: & hoc ſpectat ad uitium gulæ. Conſeruare autem bonum rationis contra huiuſmodi immoderatam delectationem, ſpectat ad abſtinentiam. Secundò, quia delectatio, ut ratio potus fumoſi perturbatiui rationis uſus, eſt inordinata delectatio: ſi quidem potus ex hoc inordinat, & rectam rationem obliquat, & uſum rationis impedit, atque tollit ad tempus. Et ſpectat huiuſmodi delectatio ad uitium ebrietatis, & ſeruare rationis bonum contra ſic delectabile, ſobrietatis eſt. Probatur uerò diſtinctio ſpecifica uirtutum abſtinentiæ, & ſobrietatis ex formali diſtinctione impedimentorum rationis. Nam alterius rationis eſt delectabile ex immoderantia ſua impediens rationis bonum. & alterius rationis eſt delectabile ex eo, quòd eſt ratio fumoſitatis tanq. dictus rationis bonum. Nec oportet probare hæc eſſe de mente authoris: quoniam in articulo hoc, & ſpecialiter in reſponſione ad primum clarè patet hanc eſſe doctrinam eius. F

¶ Ad primā ergo obiectionē in oppoſitum dr̄, ꝙ diſtinctio ſobrietatis ab abſtinentia non eſt ſuperflua, ſed neceſſaria. & cum dr̄, Si homo eſt abſtinens ſeruat menſurā in potu, ac per hoc nō eget ſobrietate: Rñdetur, ꝙ ſeruare menſuram in potu contingit dupliciter. Vno modo, ſecundùm ꝙ potus eſt delectabilis in ſeipſo. Alio modo, ſecūdùm ꝙ potus delectabilis eſt ratio fumoſitatis ꝑturbatiuæ rōnis. Abſtinēs ſeruat menſurā in potu primo modo. De ſecundo autē modo nō ſe impedit, quia eſt ſibi impertinens, & relinquit hoc ſobrietati. Et ſi inſtetur, ergo abſtinens ſalua abſtinentia pôt inebriari, negatur ſequela: quia uirtutes ſunt connexæ, & qui una caret, nullam habet.

¶ Ad ſecūdā obiectionem tam patet rñſio, ꝙ diſtinctiua nō ſūt, impedire rationē, & impedire rationē per fumoſitatē, ſed ſunt delectabile ex immoderātia ſua impediēs rationē, & delectabile ex eo, ꝙ eſt rō fumoſitatis &c. impediens rōnē, quæ duo conſtat ꝙ non ſe habent ſicut ſuperius, & inferius, ſed ꝙ ſpecificè inter ſe diſtinguuntur: ac per hoc ſobrietas nec eſt ſpecies abſtinentiæ, nec coincidit cū illa. Vnde patet, ꝙ non negamus ſobrietatem eſſe circa delectabile, ut ſubiuncta obiectio opponit, ſed dicimus ꝙ utraque uirtus eſt circa delectabile in potu, ſed ſecundùm diuerſas rationes, ſecundùm quod potus delectabilis natus eſt diuerſis rationibus impedire rationis bonum, ut declaratum eſt. Ex quibus patet, quòd non ſolùm ebrietas eſt diſtinguenda à gula, ſed ſobrietas ab abſtinentia: & quòd falſum eſt, quòd abſtinentia ponat utrumque bonum, ſcilicet, K oppoſitum utrique uitio. Ponit enim moderatam delectationem in potu, ſed ponit rationem expeditam à potu delectabili, ut eſt ratio fumoſitatis, ſed ſolummodo à potu delectabili ſecundùm ſe.

Margin notes: [*] In corp. art. — Porrecta per totum. 722 — [*] Hi dist. 35. ca. Ab exordio ex Hiero. li. 1. cōtra Iouianū, tom. 3. — Conclu. m

SVP. QVAEST. CXXXXVIIII. ART. III.

IN articulo 3. eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad primū, aduerte, quòd Martinus ubi ſupra, dicit, Nec placet mihi opinio Thomæ dicentis, quòd licèt ad acquirendum ſapientiam quantum ſufficit ad ſalutem, non exigatur omnino abſtinere à uino: ad acquirendum tamen eam ſecundùm quendam perfectionis gradum, requiritur in aliquibus, quòd omnino abſtineant, niſi uelit ſaluare per hoc quod adiungit, Secundùm conditiones quarundam perſonarum, & locorum: quia non uidetur mihi, quòd uſus ſobrii uini noceat acquiſitioni excellentis ſapientiæ.

¶ Ad

Qñque autem ex parte aliorũ, qui ex hoc ſcandalizantur.

Ad I. ergo dicendum, ꝙ ſapientia põt haberi dupliciter. Vno modo, ſm modum cõem, prout ſufficit ad ſalutem: & ſic non requiritur ad ſapiẽtiã habendam, ꝙ aliquis à vino omnino abſtineat, ſed ꝙ abſtineat ab immoderato vſu vini. Alio modo, ſecũdum quendam ꝑfectionis gradum: & ſic requirit in aliquibus ad ꝑfectè ſapientiã pcipiendã, ꝙ omnino à uino abſtineant, ſm conditiones quarundam perſonarum, & locorum.

Ad II. dicendũ, ꝙ Apoſtolus non ſimpliciter dicit bonũ eſſe abſtinere à uino, ſed in caſu, in quo ex hoc aliq̃ ſcandalizant.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ Chriſtus retrahit nos à quibuſdã, ſicut omnino illicitis: à quibuſdã verò ſicut ab impedimentis perfectionis. Et hoc mõ retrahit aliquos à vino pp ſtudiũ perfectionis, ſicut à diuitijs, & alijs huiuſmodi.

Articvlvs IIII.

Vtrum ſobrietas magis requiratur in maioribus perſonis.

AD qvartvm ſic ꝑceditur. Vr̃ ꝙ ſobrietas magis requiratur in maioribus perſonis. Senectus. n. excellentiam quandã homini pſtat, undè & ſenib⁹ honor & reuerentia debetur, ſm illud Leuit. 19. Corã cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, ſed Apoſtolus ſpecialiter ſenes dicit eſſe ad ſobrietatem exhortandos, ſm illud ad Tit. 2. Senes, ut ſobrij ſint.[b] ergo ſobrietas maximè requiritur in excellentioribus perſonis.

¶ 2 Prẽt. Epiſcopus in Eccleſia excellentiſſimũ gradum habet, cui p Apoſtolum inducitur[b] ſobrietas, ſm illud 1. ad Timoth. 3. Oportet epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris uirũ, ſobrium, prudẽtem &c. ergo ſobrietas maximè requiritur in perſonis excellentioribus.

¶ 3 Prẽt. Sobrietas importat abſtinentiã à vino: ſed vinum interdicit regibus, q̃ tenent ſummũ locum in humanis rebus. cõcedi tur autẽ his qui ſunt in ſtatu deſolationis, ſcdm illud Prou. 31. Noli regib⁹ dare uinũ. & poſtea ſubdit, Date ſicerã mœrentib⁹, & uinum his qui amaro animo ſunt.[b] ergo ſobrietas magis req rit in excellentioribus perſonis.

Sed contra eſt, qđ Apoſt. dicit 1. ad Timot. 3. Mulieres ſimiliter pudicas,[h] ſobrias &c. & ad Tit. 2. dicitur, iuuenes ſimiliter hortare, ut [h]ſobrii ſint.

Respon. Dicendũ, ꝙ uirtus habet habitudinẽ ad duo. Vno quidem modo, ad contraria uitia q̃ excludit, & concupiſcentias quas refrænat. Alio modo, ad finẽ, in quem perducit. ſic ergo aliq̃ uirtus magis requirit in aliquib⁹ duplici ratione. Vno modo, quia in eis eſt maior pronitas ad concupiſcentias, quas oportet per uirtutem refrænari: & ad uitia, quæ per uirtutem tolluntur: &[m] ſm hoc ſobrietas maximè requiritur in iuuenib⁹, & mulieribus,[n] quia in iuuenib⁹ uiget concupiſcentia delectabilis pp feruorem ætatis: in mulieribus autem non eſt ſufficiẽs robur mẽtis ad hoc, ꝙ cõcupiſcẽtijs reſiſtant. Vndẽ ſm Valeriũ Maximum,* mulieres apud Romanos antiquitus non bibebãt vinum. Alio verò modo, ſobrietas magis requiritur in aliquib⁹ utpote magis neceſſaria ad ꝑpriam operationem ipſorũ. Vinum autem immoderatè ſumptum præcipuè impedit vſum rationis: & ideò[p] ſenibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorũ eruditionẽ, & epiſcopis, ſeu quibuſlibet Eccleſiæ miniſtris, qui mente deuota debent ſpiritualibus officijs inſiſtere, & regibus, qui per ſapientiam debẽt populum ſubditum gubernare, ſpecialiter ſobrietas indicit. ¶ Et per hoc patet rñſio ad obiecta.

QVAESTIO CL.

De ebrietate, in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de ebrietate.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ebrietas ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum mortale.

¶ Tertiò, Vtrum ſit grauiſſimum peccatorum.

¶ Quartò, Vtrum excuſet à peccato.

Articvlvs primvs.

Vtrum ebrietas ſit peccatum.

AD primvm ſic proceditur. Videtur quòd ebrietas non ſit peccatum. Omne enim peccatum habet[b] aliud peccatum ſibi oppoſitum, ſi-

---

¶ Ad hanc ſiquidem Martini obiectionem nõ oportet reſpondere, tũ quia litera clarè dicit, ſecundum conditionem perſonarũ, & non dicit abſolutè, ꝙ pot⁹ vini impediat à perfecta ſapientia. Vndè hoc non eſt ſaluare doctrinam, qua ſi periclitantem vt arguens ſonat, ſed ſua obiectio eſt manifeſta dictio cõtextus: tum quia etiam ſi author non ſubiunxiſſet illa uerba, Secundũm cõditiones perſonarum &c. ex quo dixerat, ꝙ hoc requiritur in aliquibus, ſatis ſe præſeruauerat ab vniuerſaliter, & ſimpliciter. Prodeſt ergo acquiſitioni ſapientiæ perfectæ abſtinentia à vino aliquibus, quibus ſcilicet abſtinere à vino eſt bonum ſupererogationis, ſicut ieiunium, & alia huiuſmodi. Et ꝑ oppoſitũ talibus non abſtinere à vino nocet, ſicut non ieiunare, quia impedit progreſſum ad perfectã ſapientiam, qua beati pacifici, qui filij Dei vocabuntur.

Porrecta per totum.

SVP. Q. CXLIX. ART. IIII.

723 1. Ti. 2. lec. 3 & 50. 3.

IN artic. 4. eiuſdẽ q. ſubiũ occurrit ex eo, ꝙ non bene ratio, quare ſenibus, epiſcopis, & regibus, ſpecialiter indicitur ſobrietas magis, q̃ iuuenibus, & mulieribus aſſignatur: q̃m iuuenibus, & mulieribus opus eſt ſobrietate & propter concupiſcentias, & propter finẽ, ſ. operationem: ſenib⁹ autem pp operationẽ tantum, male ergo videtur diſtinctio iſta rationum aſſignata.

¶ Ad hoc dr, quòd diſtinctio, & ratio eſt optima, ſi formaliter intelligatur. Cõis neceſſitas quippè ſobrietatis in omnibus eſt pp cõem operationẽ rationis, ſ. pp vſum rationis, vt patet ex ipſa ſobrietatis natura. Sed loquendo de diuerſis conditionibus, & ſtatibus perſonarũ ſecundùm ſibi ꝑpria: ita ꝙ in iuuenibus, & mulieribus cõſiderẽtur & propriæ operationes, & concupiſcẽtiæ, & ſimiliter in alijs, ſ. ſenibus, regibus, & epiſcopis, tunc formaliter loquendo iuuenibus, & mulieribus eſt neceſſaria ſobrietas pp. concupiſcentias, & vitia. Nam his ſecluſis, nulla eſt operatio iuuenis ut ſic, aut mulieris ut ſic, q̃ exigat ſobrietatẽ ſpecialiter: quoniã nulla talis operatio exigit excellentiã puræ mẽtis. In ſenibus autem, epiſcopis, & regibus, ſecluſis concupiſcentijs, quia propriæ eorũ ut ſic operationes exigunt mentis puritatem excellẽtem pp eorum officia, vt patet in litera, ideò ex hac parte egẽt ſobrietate. Obiectio autẽ in oppoſitum procedit de operatione cõmuni omnibus, ſcilicet, vſu rõne. Sermo autẽ pſens eſt de operatione propria conditionum, & ſtatuum. Conclu. m

SVP. QV. CL. ART. I.

IN art. 1. q. 150. circa ſignificationem ebrietatis, nota cõditiones primi ſignificati, quia defectus rationis non abſolutè, ſed ut cauſat⁹ ex multo vino potato, ſignificatur nomine ebrietatis primo modo, & ꝙ ſic non eſt nomen culpæ, ſed pœnæ ex culpa. Vbi appellatione vini intelligitur oẽ potabile inebriatiuũ, vt ceruiſia. Intelliguntur. n. ſecundario ſub principali, ſicut etiã ſunt adinuẽta ad ſupplendum principale. Et propterea debentes abſtinere aliquo die à uino, tenentur etiã abſtinere à ceruiſia. Sumit enim loco vini. Et quoniam uinum cauſare poteſt aliquid, potatum, vel non

*Li. 2. c. 1. in titu. de vſu vini mulieribus interdicto.

Concl. p

Porrecta per totum. 724 Mal. q. 14. a. 4. ad 2. Et id T. 2. lec. 1. fi. Et 3. Ethico. lect. 11. fi.

cut timiditati audacia, & puſillanimitati præſumptio opponitur: ſed ebrietati nullum peccatum opponitur. ergo ebrietas non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Omne [b] peccatum eſt voluntarium: ſed nullus vult eſſe ebrius, quia nullus vult priuari vſu rationis. ergo ebrietas nõ eſt peccatum. G

¶ 3 Præt. [b] Quicumq; eſt alteri ratio peccãdi, peccat. ſi ergo ebrietas eſſet peccatum, ſequeretur q illi, qui alios inuitãt ad potũ quo inebriantur, peccarent, quod videtur eſſe valdè durum.

¶ 4 Præt. Oĩbus peccatis [b] correctio debet, ſed ebrijs non adhibet correctio. dicit. n. Grego. q cum venia ſuo ingenio ſunt relinquendi, ne deteriores fiant, ſi à tali conſuetudine euellantur. ergo ebrietas non eſt peccatũ. H

SED CONTRA eſt, qđ Apoſt. dicit ad Rom. 13. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.

RESPON. Dicendũ, q ebrietas dupliciter põt accipi. Vno mõ, prout ſignificat ipſum defectũ hoĩs, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit ut non ſit cõpos rationis: & [m] ſm hoc ebrietas non nominat culpã, ſed defectum pœnalem conſequentem ex culpa. [n] Alio mõ, ebrietas poteſt nominare actum, quo quis in hunc defectum incidit, q põt cauſare ebrietatem dupliciter. Vno mõ, ex nimia vini fortitudine p̃ter opinionẽ bibentis, & [p] ſic ẽt ebrietas põt accidere ſine pctõ, p̃cipuè ſi nõ ex negligẽtia hoĩs contingat: [q] & ſic credit Noe [d] inebriatus fuiſſe, vt legit Gen. 9. Alio modo, ex inordinata cõcupiſcentia, & vſu uini: & [o] ſic ebrietas ponitur eſſe peccatum, & continetur ſub gula, ſi-

non potatum, ſubiungitur ly potato, ad differentiam defectus F rationis, qui conſequi poteſt ex vno odorato. Aiunt enim quoſdam ſolo odore vini, rationis vſũ perdere: talis enim defectus non eſt ebrietas, ſicut nec defectus rationis ſomno, vel quacumque cauſa alia à vino potato. Additur autem in littera, ly multo, quia vinum potatum non inebriat, niſi ſit multũ reſpectu illius qui bibit, quantumcunque in ſeipſo parũ ſit qđ bibitur: multum autem dicimus cõiter in quantitate. Poteſt tamen cõtingere, q multum ĩ virtute tãtum, & nõ quãtitate inebriet, puta, ſi tãtundem ab eodem tunc benè dilutum bibitum nõ inebriaſſet. Tunc. n. multitudo virtutis, non quantitatis in cauſa eſt. Eſt autem defect⁹ iſte, qui ebrietas uocatur, pœna ex culpa actuali ſemp, ſed originali ſaltem. In ſtatu ſiquidem innocẽtiæ, & ſi vſus vini fuiſſet, nullus fuiſſet ebrius, quia nullus error, aut infirmitas.

¶ In eodem articulo primo aduertè, quòd ebrietas pro actu inebriatiuo ad hoc q nõ ſit peccatum, duas habet conditiones. Prima eſt, q præter opinionem bibentis potus ſit inebriatiuus. Secũda, q nulla in hoc bibẽtis negligẽtia cõcurrat. Nam ſi credit quis, aut dubitat ſe inebriari, nõ excuſat. Et ſimiliter, ſi non adhibet diligentiã ſuam in aduertẽdo quãtũ bibit, & cuius vigoris ſit vinũ, & qualiter ipſe bibẽs eſt diſpoſitus, puta, qa eſt valde calefactus, non excuſat.

¶ In eodem art. 1. aduerte, q ebrietas ex inordinata concupiſcẽtia, & vſu vini ſemper eſt peccatum, ita q peccatum conſiſtit in actu, quo quis inordinato appetitu vtit vino inebriatiuo, hoc eſt, inquantum eſt inebriatiuum. Iam enim dictũ eſt, quòd ad gulæ uitium, non ad ebrietatem ſpectat inordinatus vſus po- I tus abſolutè: ad ebrietatem autem quatenus inebriatiuus.

¶ In eodem art. 1. circa illud, Ebrietas continetur ſub gula, ſicut ſpecies ſub genere, aduerte, quòd gula eſt nomen æquiuocum ad genus comeſſationis & ebrietatis, & ad ipſam ſpeciẽ comeſſationis, ita quòd tractatus habitus ſuperius de gula, non eſt habitus de gula ut eſt genus, ſed ut eſt ſpecies: quoniam tractatũ eſt de gula vt eſt uitium oppoſitum abſtinentiæ, vt expreſsè in principio q. 164. diuidendo dicitur. Et inter ſpecies gulæ nõ eſt computata ebrietas, quæ hic dicitur ſpecies gulæ, vt eſt genus, ſed ſolummodo enumeratæ ſunt ſpecies gulæ, quæ continent ſub comeſſatione. Perinde igitur ſ uit tractare de gula, ac ſi de comeſſatione tractaretur: ſed quia ſpecies illa nomen generis ſibi vſurpauit, ſub gulæ nomine tractata eſt. In hoc autẽ loco gula non ſimiliter ſumitur, ſed pro genere communi ad gulam pro comeſſatione, & ebrietate.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum, dubium occur K rit ad hominem. Superius namque author in quæſtione de gula artic. 3. ad tertium dixit, quòd nocumentum proueniens ex delectabili in cibo & potu, per accidens ſe habet ad gulam. In hac autem reſponſione de uitio oppoſito ebrietati tractans, ex nocumento naturæ culpam in abſtinendo à vino conſtituit. Si enim eſt per accidens, non debet ex hoc culpa conſtitui: & ſi ex hoc culpa conſtituitur, non eſt per accidens.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quòd aliud eſt dicere, quòd ex naturæ nocumento ſit culpa, & aliud quòd ex naturæ nocumento ſit culpa talis, ſcilicet oppoſita ebrietati. Author non dicit ſecundum, ſed primum, quod conſtat eſſe uerũ: quia eſt culpa, contra naturalẽ amorem ſuiipſius, quamuis nõ opponatur ebrietati. Secundò dicitur, quòd per grauamen naturæ author intendit grauamen naturę quoad vſum rationis: & talis culpa, qua quis quoad vſum rationis ex abſtinentia vini grauaret naturam, oppoſita conceditur ebrietati, quæ vſum rationis tollit ex nimio vſu vini. In ſuperioribus autem author dixit, q nocumentum corporis ſe habet per accidens ad gulam, & non dixit, q nocumentum rationis ſe habet per accidẽs: quin potius de nocumento rationis dixit in quæſtione præcedẽti articulo 2. q ſe habet per ſe ad abſtinentiam, ſobrietatem, & gulã, & ebrietatẽ.

¶ In eodem ar. 1. in reſponſione ad ſecũdũ dubiũ primò ex Martino in q. 1. de ebrietate occurrit contra authorem in hac ſolutione arguente dupliciter. Primò, qa hæc ſolutio non cõſonat doctrinæ ſequẽtis articuli, vbi dicitur, q ſi quis aduertit potum vini eſſe immoderatum, & inebriare potentem, magis tamen vellet ebrietatem incurrere, quàm à potu abſtinere, talis p̃priè dicitur ebrius. (Contra.) Ex quibus arguitur ſic. Omnis, qui magis vult inebriari potu vini, q̃ à potu abſtinere, vult inebriari: ſed omnis propriè ebrius eſt huiuſmodi. ergo defectus ebrietatis eſt volũtarius. (Concl.) Secundo, Ratio peccati ebrietatis (D. 554.) conſiſtit in volitione potus immoderati, & inebriantis ſciti q eſt talis. (Concluſ.) ergo ad ebrietatem formaliter, & p̃priè dictam, exigitur quòd potus ſecundùm quòd inebrians, ſit volitus.

¶ Dubium deinde occurrit, quia falſum eſt, quòd nullus velit carere vſu rationis ex potu, cum aliqui ſint, qui ex induſtria ad hoc bibant vt inebrientur, & hoc delectantur, quod ſeipſos eximunt à rationis curis.

¶ Ad dubium ex Martino dicitur, quòd non inconuenit aliqđ eſſe voluntarium vno modo, quod alio modo eſt inuolũtariũ. Multipliciter enim dicitur uoluntarium, & inuoluntarium: ſed quãtum ad propoſitum ſpectat, dicitur dupliciter: ſcilicet directè, & in ſeipſo: vel indirectè, & in cauſa, ſeu alio. Ver. gra. Cum quis ſponte currit, & indè fatigatur, curſus eſt directè, & in ſeipſo uolitus: laſſatio autem conſequens eſt indirectè, & in alio, hoc eſt, in curſu, ad quem cõſequitur volita & nõ in ſeipſa, nec directe: & hi duo modi voluntarij, communes omnibus peccatis uidẽtur. Nam in peccato eſt aliquid, quod directè volumus, puta, accipere alienum, vti muliere nõ ſua &c. & aliquid, quod indirecte volumus, ſ. deformitatem peccati, quæ annexa eſt illi actui. Differunt autem huiuſmodi uoluntaria inter ſe in hoc, quòd primum eſt omnino voluntarium: ſecũdum autẽ eſt aliquo modo voluntarium, ſ. indirectè, & in cauſa, & aliquo modo inuoluntarium, ſ. directè, & in ſeipſo. Sic autem eſt in propoſito. Potus ſcitus quòd eſt immoderatus, & inebriatiuus, eſt in ſe, & directè uolitus: defectus autem rationis conſequens non eſt uolitus in ſeipſo, & directè, ſed tantummodo indirectè, & in ſua cauſa. In hac ergo ſolutione author loquitur de voluntario in ſeipſo, & directe, & dicit quod defectus rationis eſt inuoluntarius, & benè: quia non eſt in ſe, & directè uolitus. In ſequenti autem articulo loquitur de uoluntario indirectè in ſua cauſa, non in uerbis allatis à Martino: quia in illis uerbis author loquitur nõ de defectu rationis conſequente, ſed de actu potatoris potẽte inebriare, quem diximus eſſe directè uolitum: ſed in verbis ſubiunctis, ſcilicet, quia ſecundùm hoc homo volens, & ſciens priuat ſe vſu rationis: & per hoc patet ſolutio primæ obiectionis.

¶ Ad ſecundam verò conceditur totum, ſed non eſt contra id quod diximus: quoniam aliud eſt potum inebriatiuum, ut ſic, eſſe cogitum & uolitum directè, & in ſeipſo: & aliud eſt defectũ rationis conſequentem ex huiuſmodi potu eſſe directè, & in ſeipſo uolitum. Ebrius propriè, & formaliter dicitur nõ à defectu rationis, qui cauſatur ex potu, ſed ex ipſo actu potente inebriare cognito, & uolito directè, qui ebrietas dicitur. Nam ſicut fornicator propriè ille eſt, qui ſcit hanc mulierem non eſſe ſuam,

& vult

cut ſpecies ſub genere.[a] Diuidit enim gula in comeſſationẽ, & ebrietatem, quæ prohibet Apoſtolus in authoritate inducta.

A D I. ergo dicẽdum, ꝙ ſicut Philoſ. dicit in 3. Ethic.* Inſenſibilitas, quæ opponitur tẽperantiæ, non multum contingit. Et ideò tam ipſa, quàm omnes eius ſpecies, quæ opponuntur diuerſis ſpeciebus temperantiæ, nomine carent. Vndè & vitium qđ opponitur ebrietati, innominatum eſt: & tamen ſiquis ſcienter intantum à uino abſtineret, vt naturã multum grauaret, à culpa immunis non eſſet.

A D II. dicendũ, ꝙ obiectio illa procedit de defectu cõſequẽti, qui eſt inuoluntarius: ſed immoderatus uſus vini eſt uolũtarius, in quo peccati rõ cõſiſtit. G

A D III. dicendum, ꝙ ſicut ille qui inebriatur, excuſat à peccato, ſi ignorat fortitudinẽ vini: ita etiã ille qui inuitat aliquẽ ad bibẽdum excuſatur à peccato, ſi ignoret talem eſſe conditionẽ bibentis, vt ex hoc potu inebrietur: ſed ſi ignorantia deſit, neuter à peccato excuſatur.

A D IIII. dicendum, ꝙ aliquãdo correctio peccatoris eſt in- D termittenda, ne fiat inde deterior, vt ſup. dictũ eſt*. Vñ Augu. dicit in Epiſtola ad Aureliũ Epiſcopũ, * de comeſſatiouibus & ebrietatibus loquens. Nõ aſperè, quantũ æſtimo, non durè, nõ impetuosè iſta tollũtur, ſed magis docendo q̃ iubendo, magis mouendo q̃ minando. Sic.n. agẽdum eſt in multitudine peccantium: ſeueritas autem exercenda eſt in peccato paucorum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ebrietas ſit peccatum mortale.

E A D SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ebrietas non ſit peccatum mortale. Auguſt.n. in ſermone de purgatorio * dicit, ebrietatem eſſe peccatum mortale, ſi ſit[b] aſſidua: ſed aſſiduitas importat circunſtãtiã, quę non trahit in aliam ſpeciem peccati: & ſic nõ põt in infinitum aggrauare, vt de ueniali faciat mortale, ſicut ex ſupradictis patet.† Ergo ſi aliàs ebrietas non eſt peccatum mortale, nec ẽt hoc modo erit peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Auguſt. dicit in eodem ſermone.* Quotiẽs aliquis in cibo, aut[h] potu plus accipit q̃ neceſſe eſt, ad minuta peccata nouerit pertinere: peccata autem minuta dicuntur venialia. ergo ebrietas, quę cauſatur ex immoderato potu, eſt pctm̃ veniale.

¶ 3 Pręt. Nullum peccatum mortale eſt faciendum propter medicinam: ſed aliqui[h] ſuperfluè bibunt ſm̃ cõſilium medicinę, vt poſtea per uomitum purgẽtur, & ex hoc ſuperfluo potu ſequitur ebrietas. ergo ebrietas non eſt peccatum mortale.

SED CONTRA eſt, quod in canonibus Apoſtol.† legitur. Epiſcopus, aut preſbyter, aut dya-

& vult vti illa, quod eſt fornicari: ita ebrius eſt, qui ſcit hunc po A tum eſſe inebriatiuum, & uult illo uti, quod eſt inebriari, ut inebriari ſonat actum moralem. Ex hoc enim tamquam ex intento per ſe & directè, ut in ſequenti litera dicitur, ſumit ſpeciem ebrietatis uitium non ex defectu conſequente, qui indirectè, & in ſua cauſa tantum eſt volitus.

¶ Ad ſecũdũ dubium dicitur, quòd inebriare ſe ex induſtria ut careat vſu rationis, videtur eſſe ualdè paucorum: quia carere uſu rationis, cõiter ebrii incurrunt magis quã appetãt. In quibus tamen appetitus directè tendit ad carẽtiã vſus rõnis, & ad hoc ebrietate utuntur tãquàm inſtrumẽto delectabili, uitium pluſquàm humanum uidetur, & ad beſtialitatis uitia pertinere. Velle namque directè ſe priuare vſu rationis nil aliud eſt, q̃ uelle ſe facere irrationale, ac brutum animal pro tunc. Author autẽ de ebrietate, ut eſt humanum uitium, loquit ſecũdum id, quod cõmuniter in hominib. inuenitur. Conſtat nãque ꝙ cõiter nullus directè uult ſe priuare uſu rationis.

* Lib. 3. c. 11. tom. 5.

De inuitãtibus ad bibendũ.

SVPER Q. CL. ART. II.

Natuc. 2. eiuſdem q. 150. dubiũ occurrit, An potus uini ex hoc ipſo reddatur culpabilis mortaliter, ꝙ priuat ſciẽtem, & uolentem uſu rationis. Et huic annectitur alterum dubiũ, an huiuſmodi pot' habeat ratiõné peccati mortalis ex ipſo dãno vſus rationis, an ex periculo, q̃ ſcilicet exponit hominem periculo peccatorũ mortalium, an ex utroq; ſimul. In litera ſiquidem utrumq; ſimul ponitur. Eſt ſiquidem primi dubij ratio, quia nulla cõditio, quæ poteſt ſaluari tam in actu virtuoſo, quàm uitioſo, facit ex ſe ſufficienter actum mortaliter culpabilem: ſed iſta conditio, ſcilicet inferre priuationẽ vſus rationis, põt ſaluari in actu virtuoſo & uitioſo. ergo actus potus ex hoc quòd eſt priuatiuus uſus rationis, non eſt peccatũ mortale. Minor probatur multipliciter. Primò, quia ſciẽs & volens dormire, vult ſe priuare vſu rationis, & tamen non peccat. Secundò, quia propter uomitum inebrians ſe nõ peccat. Nec valet, inquit Martinus, quòd ait Thomas in reſpõſione ad tertiũ, quòd quia uomitus poteſt fieri per aquam tepidam, ideò propter hanc cauſam non excuſaretur quis ab ebrietate, tum quia potus tepidæ aquæ non prouocat uomitum in hominibus omnibus: tum quia uomitus ex alia & alia cauſa prouocatus, alias ſuperfluitates emittit. Tertiò, quia ſi quis eſſet talis complexionis, ꝙ ex uino quantumcũq;, & qualitercumq; ſumpto inebriaretur, & ex alio potu grauius læderetur in corpore, iſte eſſet perplexus, ſi non liceret ſibi uti minus malo bibendo vinum, ꝓ hoc ſcienter inebriando ſe. Quartò, ad euitandam ſæuitiam tyrãni, vel infidelis, in caſu homo poſſet ſe inebriare, vt ſic relinqueret' pro cõi bono &c. Hæc ſunt motiua ſumpta ex Martino ubi ſupra. Qui etiam ibidem tenens concluſionem dictarum rationũ, ſoluit rationes authoris in hoc art. Negat ſiquidem illam maiorem. Quicumque ſciens & uolens priuat ſe vſu rationis, pp inſtantias ſupradictas. Ad ſecundum uerò rationem de periculo dicit tria. Primò, quòd huiuſmodi pericula non ſunt cõia omnibus ebrijs. Secũdò, quòd huiuſmodi ꝑiculis poteſt prouideri ne ſequantur, ꝑcipiendo prius ꝙ caueatur, & obſeruetur cũ eris ebrius. Tertiò, ꝙ duplex eſt periculũ, circundans, uel inuoluẽs. Et quòd licet nõ poſſit quis exponere ſe periculo inuoluenti, ſecus eſt de periculo circundante, quale eſt iſtud quandoq;. Et ad authoritatem Ambroſij* in litera allatam dicit, ꝙ loquit Ambr. non vniuerſaliter, ſed ſecundũ id, quod multis accidit. Ad rationem verò allatam in litera arguẽdo in oppoſitũ ex canonibus Apoſtolorũ, dicit duo. Primò, ꝙ non loquitur, niſi de aſſiduis in ebrietate, ut oſtendit ly deſeruiens ebrietati. Secundò, ꝙ huiuſmodi pœnæ non ſolũ pro mortali, ſed etiam aliquãdo pro ueniali, & ſine culpa, non tamẽ ſine cauſa imponuntur, ꝑcipuè propter indecẽtiam, & exprobrationem facti, ut eſt ebrietas. Secũdi autem dubij ratio ex Martino iã dicta eſt. Et aſſignatur alia, quia pericula conſequẽtia per accidens ſe habent. Species autem mortalis peccati non attendit ſecũdum ea, quę ſunt per accidens, ſed ſecũdum id, quod per ſe ẽ obiectum actus.

¶ Ad euidẽtiam horũ ſcito, ꝙ author nõ dicit, ꝙ priuare ſe vſu rationis conſtituat peccatũ mortale, aut veniale: ſed docet, quòd priuare ſe uſu rationis ex inordinata concupiſcentia uini, eſt peccatum mortale. Et ſi quæratur, in quo conſiſtit iſta inordinatio: In promptu eſt reſponſio, quòd conſiſtit in hoc, quòd F propter delectationem in potu non curat ſciens, & uolens priuare ſe uſu rationis, ita quòd non priuatio uſus rationis abſolutè, nec delectatio in potu uini abſolutè, culpam conſtituit, ſed delectio in potu vini inebriantis in ſciente, & uolente illam, conſtituit rationem culpæ mortalis. Et in hoc propriè conſiſtit actus ebrietatis, qui cum intemperantiæ ſpecies ſit, eſt circa delectabile ſecundùm ſenſum tactus, quale eſt potus vini ebriantis. Ex hoc autem fundamento patet primo, quòd rationes Martini non ſunt contra authoris doctrinam de ebrietate formaliter loquendo: ſed allatæ ſuæ rationes ſi concludunt, inferunt tantum, quòd ebrietas materialiter, hoc eſt, bibere aduertenter vſque ad mentis alienationem non propter delectationem potus, ſed propter aliquam honeſtam in ſe cauſam eſt licita, quod nunc non affirmo, nec inficior. Sed in reſponſione ad tertium hæc quæſtio tractabitur, & ſi Deus lumen dederit, determinabitur. Patet ſecundo, quòd ſolutio Martini ad primam rationem

authoris

*q. 33. ar. 6.

* Epiſtol. 64. parũ ante medium, tomo 2.

Ex Augu. vide modũ corrigẽdi multitudinẽ.

Porrecta per totũ.

725

1. 2. q. 88 ar. 5. ad 1. Et 2. d. 24 q. 2. art. 6. co. Et ma. q. 2. art. 8. ad 3. Et Ro. 13. lec. 3. Et 1. cor. 5. lect. 3.

* In ſer. 4. in die anni marũ, to. 10.

† 1. 2. q. 6. 88. art. 7.

* Serm. 4. in die animarũ ante mediũ, tom. 10.

† Can. 42.

conus aleæ, aut ebrietati deſeruiẽs, aut deſinat, aut deponatur. Subdiacon⁹ aũt, aut lector, aut cãtor ſimilia faciẽs, aut deſinat, aut cõione priuetur, ſiſr & laicus: ſed tales pœnæ nõ infliguntur: niſi pro peccato mortali. ergo ebrietas eſt peccatum mortale.

G RESP. Dicẽdũ, ꝙ culpa ebrietatis, ſicut dictũ eſt, cõſiſtit in inordinato vſu & concupiſcẽtia vini. Hoc aũt cõtingit eſſe tripliciter. Vno mõ ſic, ꝙ neſciat potũ eſſe immoderatũ, & inebriare potentẽ: & ſic ebrietas põt eſſe ſine peccato, vt dictũ eſt. Alio mõ ſic, ꝙ aliqs percipiat potũ eſſe immoderatũ, nõ tñ æſtimat potũ inebriare potentẽ: & ſic ebrietas põt eſſe cũ peccato veniali. Tertio modo, põt eſſe ꝙ aliquis benè aduertat potũ eſſe immoderatum & inebriantẽ, & tñ magis vult ebrietatẽ incurrere, q̃ à potu abſtinere: & talis propriè dicitur ebrius, quia moralia recipiunt ſpeciẽ nõ ab his, quæ per accidens eueniũt præter intentionẽ, ſed ab eo qđ eſt per ſe intentũ. Et ſic ebrietas eſt peccatum mortale, quia ſecundùm

authoris data, nihil ualet, quia loquitur de priuatione uſus rationis abſolutè, & author loquitur de priuatione uſus rationis ex delectabili inebriatiuo potu. De dictis autẽ ad rationem de periculo, & obiectione allata in ſecundo dubio, dicendum eſt, ꝙ cũ ebrietas directè opponatur bono rationis humanæ, hoc eſt, uſui rationis humanæ, & reliqua uitia eſſentialiter ex ſuis directè malis ſpeciem, grauitatemq; habeãt, non eſt aliter de ebrietate dicendũ, ſed dicẽdũ potius eſt, ꝙ ebrietas habet duplicẽ grauitatẽ, unã ſubſtantialem, & hæc attẽditur ſecundùm ipſum rationis uſum & delectabili potu priuatũ: (Ar. præced.) alterã conſequenter ſe habentẽ, & hæc attenditur penès periculũ malã committendi, & penès omiſſionem bonorũ, quæ operari, aut conſequi debuiſſet. Et licèt hæc ſe habeant per accidens pro quãto ſunt extra ſpeciem, non tamen ſe habent per accidens pro quanto ſunt regulariter, ſeu communiter conſequentia, & præuiſa in cõmuni, uel ſaltem in ſua cauſa. Vnde ad dubium dico, quòd non ex hoc primo habet ebrietas, quòd ſit peccatum, & quòd ſit mortale, ſed hoc habet primo, ut dictum eſt, ex ſuo genere, & ſecundario habet ex hoc, ſcilicet, ex periculo mortalis peccati, cui ſe ſciens, & uolens committit. Quòd autem huiuſmodi pericula non ſint communia omnibus ebriis, ut prima Martini obiectio dicit, nihil obſtat, ſi ſunt conſequentia ut in pluribus. Moralis enim doctrina attendit id, quod communiter accidit. Quòd uerò huiuſmodi periculis poſſit prius ebrius prouidere per alios ne occurrant, ut ſecundo obiicitur, falſum primò eſt quo ad concupiſcentias, & malas locutiones, puta, uelle percutere, uel occidere, uel adulterari, & dicere turpia, quàmuis in quibuſdam potantibus uerum ſit quo ad executiones exteriores, puta, ne percutiant, uel occidant claudendo ipſos in camera. Deinde, quia iſtæ prouiſiones ſunt per accidens, & paucis conueniunt: ideò attendendo ad ea, quæ conſequuntur actum ebrietatis ex ſua natura, vt author docet, dicitur quòd hæc ſecundaria grauitas non excuſatur propter huiuſmodi potentiam prouidendi, quàmuis ſi prouiſiones apponerent, diminueretur, & excuſarentur à tanto, ſed non à toto. Diſtinctio demum tertio loco adducta de periculo circunſtante, & inuoluente, non ſoluit, ſi communiter pericula mortalis peccati conſequuntur, quia tunc eſſet periculum inuoluens hominem in peccato mortali. An autem ebrii communiter in hoc incidant, fateor me neſcire, quia non uidi multos ebrios. Quàmuis autem reſponſio iſta quo ad grauitatem ex periculo, quoad primam partem ſit optima, quòd ſcilicet grauitas ſubſtantialis eſt ex ſuo genere conſequens ex periculo, quo ad ſecundam tamen partem, ſcilicet quòd ſit ebrietas etiam mortalis ex periculo, non uidetur uera, nec habetur in litera ab authore. Litera enim debet ſic punctuari, vt ly, Et ſicut peccat mortaliter, ſit concluſio ſequens ex præcedenti medio, quia ſcilicet ſciens, & volens priuat ſe &c. & poſtmodum ſubiungi, Committens ſe periculo peccandi. Coniungendum eſt enim cum ſequenti probatione ex authoritate Ambroſij, ita quod ly, Committens ſe periculo peccandi, non eſt expoſitio, aut redditio alterius rationis, aut adminiculum præcedentis rationis, quare peccat mortaliter, ſed eſt ſubiunctio communitatis ad ebrietatem aggrauantis ipſam. Cuius ſignum eſt, quòd non dicit author, Committens ſe periculo peccandi mortaliter, ſed periculo peccandi: & hoc etiam in communi probat ex Ambroſio. Conſtat autem quòd ex periculo peccandi non peccat homo mortaliter, & ſic proculdubio intendit author: & hoc etiam uidetur uerum ſecundùm ſe, quia non apparet quantum ego ſcio, quòd communiter ebrii incurrant actus peccatorum mortalium, ſed multi dormiunt, multi ſunt otioſi &c. Doctrina autem moralis ſecundùm communiter accidentia tradenda eſt. Nec obſtat, quòd poſt hoc author infert. Vndè ebrietas per ſe loquendo, eſt peccatum mortale: quoniam illatio iſta ex ratione inducta, de damno uſus rationis intelligenda eſt, quam comitatur periculum peccan- F di in communi ſiuè mortaliter, ſiuè ueniataliter.

¶ Ad dicta autem Martini contra argumentum authoris ex pœna in canonibus Apoſtolorum, facilè dici poteſt, ꝙ author non inducit illum canonem, niſi vt argumentum pro altera parte, ad quod non requiritur ꝙ neceſſario concludat, ſed ſat eſt ꝙ eſt probabile. Dicitur tamen ſecundo, ꝙ tales pœnæ ſic modificatæ monitorio præmittendo, non niſi pro mortali peccato imponi uidentur. (Ar. præced.) (Concl.) Ex eo enim quòd moneri prius mandatur ut deſinant, actus culpabiles oſtendũtur exerceri. Ex eo uerò quòd obſtinatis priuatio communionis, & depoſitionis apponitur, inſinuatur, quod culpa non eſt toleranda: & ſic uidetur mortale.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſecundi articuli dubiũ (Concl. p) ex Martino occurrit ubi ſupra, arguente contra hanc ſolutionem, quòd relinquat multa ſub dubio: & arguit dupliciter. Primò. Quæro de illo qui primò, & ſecundò ſe inebriando, cognoſcit hæc duo, quæ in litera po- H nuntur, ſcilicet fortitudinem uini, & habilitatem propriam ad ebrietatem, utrum tertia ebrietas ſit peccatum mortale. ſi ſic, ſequitur quòd ebrietas non aſſidua, eſt peccatum mortale. ſi non, ſequitur quòd ex concupiſcentia uini, ſciens & uolens ebrius non peccat mortaliter, contra ipſum Thomam. Secundò, quòd poſito caſu, in quo quis aſſidua ebrietate uenerit in dictam cognitionem, & ſtatim abſtineat, adeò quòd ex aſſiduitate genitus habitus corrumpatur, & poſt ex paſſione concupiſcentiæ inebrietur ſcienter. Tunc ſic. Aut ille peccat mortaliter in iſta ebrietate, aut non. ſi ſic, ergo aliquis non aſſiduus inebriando ſe, peccat mortaliter. ſi non, ergo uolens & ſciens ex concupiſcentia uini ebrius non peccat mortaliter: quod eſt contra Thomam.

¶ Ad hæc dicitur, quòd ex malo intellectu, immò ex appoſitione extranei ſenſus huic literæ, procedunt obiectiones. Non enim dicit, aut ſomniauit etiam author, quòd aſſiduitas requiratur ad hoc, quòd ebrietas ſit peccatum mortale, ut I obiectiones imponunt: ſed Auguſtinum opponentem conditionem aſſiduitatis reuerenter gloſſat, quòd intelligitur de aſſiduitate quo ad effectum, qui eſt cognoſcere fortitudinem uini, & habilitatem propriam ad ebrietatem. Et quoniam huiuſmodi cognitio non eſt effectus proprius aſſiduitatis ebrietatis, quoniam ſine tali aſſiduitate poteſt talis cognitio haberi: idcirco ſine aſſiduitate tam præſenti, quàm præterita eſt ebrietas peccatum mortale, ſi adſit dicta cognitio. Nec hoc eſt contra Auguſtinum, quoniam ipſe dicit affirmatiuam, ſcilicet ꝙ ebrietas aſſidua, id eſt, habens talem cognitionem, eſt mortale: & non negatiuam, ſcilicet, niſi ſit aſſidua. Quàmuis etiam ſi diceret negatiuam, gloſſaretur ut dictum eſt, aſſidua, hoc eſt, habens cognitionem fortitudinis uini, & propriæ habilitatis: quia de aſſiduitate non ſecundùm ſe, ſed ratione talis effectus intelligitur.

¶ Ad utramque ergo obiectionem, ſeu quæſtionem dicitur, ꝙ K utrobique eſt peccatum mortale, quia interuenit effectus aſſiduitatis nec ſtatus ad ebrietatem, quamuis non interueniat aſſiduitas, ut patet ex dictis. Sciens enim & uolens ex delectatione uini in utroque caſu inebriet ſe.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad ſecundum dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hanc ſolutionem dicendo. Hæc ſolutio non uidetur euacuare uim authoritatis Auguſtini: & arguitur ſic. Cum ſumitur potus uſque [illegible] ebrietatem, ſumitur pluſquàm neceſſe [illegible]: ergo non quoties ſumitur pluſquàm neceſſe ſit, pertinet ad minuta peccata, aut ebrietas pertinet ad minuta peccata. Hoc eſt contra Thomam. Maior eſt certa: concluſio eſt contra Auguſtini authoritatem arguendo allata.

¶ Ad hoc dicitur, quòd obiectio procedit ex nõ formali intellectu literæ. Nã peccatũ cõſiſtens in hoc, quòd delectatio cibi, uel potus facit hominem comedere, aut bibere pluſquàm oportet, ita quòd ex hoc formaliter habeat ſpeciem, ſpectat ad gulam, ut

prius

prius paruit: Delectatio aũt trahens hominem ad bibendũ vſq; ad ebrietatem, licèt inferat etiam potum pluſquàm oportet, nõ tamen ex hoc trahit ſpeciem, ſed ex hoc quòd eſt inebriatiua. Et propterea illa propoſitio. Cũ ſumitur potus vſq; ad ebrietatem, ſumitur pluſquã oportet, diſtinguenda eſt: ꝙ ſi intelligitur formaliter & completiuè, ita ꝙ ly pluſquã oportet, ſit in quo cõpleatur peccatũ, falſa eſt. Si aũt intelligitur circunſtãter, ita ꝙ ad ebrietatẽ cõcurrit, vt circunſtantia quędã, ly pluſquàm oportet, ſic eſt vera Auguſtinꝰ ergo, & author tradũt ꝙ ſumere pluſquàm oportet formaliter & cõpletiuè, ita ꝙ in ly plus, cõpletur rõ peccati, ſpectat ad peccata minuta, & ad gulã. Et quia hoc intendit author, vt patet ex ſupradictis, ideò patet quòd reſponſio authoris optimè facit ſatis authoritati Auguſtini.

*Lib. 1. de Abrahã, ca. 6. non ꝑcul a fine, to. 4.

¶ In reſponſione ad tertium iam tactum & promiſſum dubiũ occurrit, An ebrietas ſcienter nõ ex delectatione potus, ſed propter medicinam, ſit licita. Et vltra ſuperius allata ex Martino occurrit alia dubitandi ratio, quia in litera author non dicit ſimpliciter non licere propter medicinam, ſed dicit non licere propter vomitum, quia põt aliter procurari uomitus. Et propterea reſtat quæſtio de iſta conditionali, Si medici conſulunt ebrietatem pro ſanitate recuperanda, nunquid liceat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ſi medicinæ ars diſponeret ebrietatem eſſe neceſſariam ad euacuationem, ſeu curam alicuius infirmitatis, ebrietas in illo caſu non eſſet ebrietas formaliter, quæ eſt peccatum, ſed materialiter tantum, quoniam non eſſet ex delectatione in potu uini, & eſſet licita. Et ratio eſt illa, quã author in hac littera explicat, ſcilicet, quia talis potus eſſet moderatus infirmo, qui non eſt moderatus ſano. Iſta enim propoſitio directè ſubſumitur ſub uniuerſali regula in litera tradita de cibo, vel potu immoderato reſpectiue. An autem ita ſit de facto, ꝙ medicina diſponat in aliquo caſu neceſſariam eſſe ebrietatem, non eſt philoſophi moralis, nec theologi, ſed ſcientię medicinę opus. Nec huic concluſioni obſtant uerba ſubiuncta in littera, de vomitu per aquam tepidam, vt Martinus obiecit, quoniam author loquitur de vomitu formaliter, & non de tali uomitu, nec de uomitu talis perſonæ. Et intendit, quòd quia ad procu-D randum vomitum, ut ſic nõ eſt neceſſaria ebrietas, ideò nõ excuſaretur ab ebrietate, ſi quis propterea inebriaretur, vtpotè inferendo ſibi ipſi malũ ſine neceſſitate. Secus autem eſt de tali vomitu, aut de uomitu in tali perſona: ſi neceſſaria eſt ebrietas ad talem vomitum, aut talem perſonam. Ex his autem ad duos caſus Martini ſupra recitatos, dicendum eſt. Et ad illum quidẽ de homine ſic cõplexionato, ſeu infirmo, quòd cum vino inebriatur, ſine uino grauius infirmatur, ſtãdum eſſet conſilio medicinæ, eo ꝙ regula cibi & potus infirmorum in ordine ad ſanitatem corporis ad artem medicinę ſpectat. Ad alterum verò de ebrietate ad euitandum ſæuitiam tyranni, aut infidelis, reſpõdetur, quòd cum potus talis in ordine ad proprium & proximum finẽ ſit immoderatus, quia in ordine ad corpus & vſum rationis eſt immoderatus, & huiuſmodi immoderatio ſcienter facta ſit peccatum ex ſuo genere, & non ſint facienda mala, vt eueniant bona, non excuſaretur à peccato non ſolum qui inebriaretur, ſed nec ſi medium excederet in cibo & potu ut euaderet ſæuitiam tyranni, aut infidelis. Non ſunt enim hæc congrua media ad huiuſmodi finem.

¶ In eodem ſecundo articulo q. 105. dubium circa principalem concluſionem occurrit, An ſcilicet ebrietas ſit mortale peccatũ. Videtur namque ratio in oppoſitum, quoniam delectatio impeditiua uſus rationis, ſeu concupiſcentia vini impeditiui vſus rationis quæ aſſignatur pro cauſa peccati mortalis, non eſt ſufficiens ratio peccati mortalis, quàmuis ſit ſufficiens cauſa peccati: quoniam nec delectatio, ſeu concupiſcentia vini ſecundũ ſe eſt peccatum mortale, niſi in ea ponatur finis ultimus, quod eſt extra propoſitũ: nec priuare ſe vſu rationis abſolutè eſt peccatum mortale, vt patet de dormiente uoluntariè. Si igitur eſt hic peccatum mortale, oportet ꝙ ſit ex utroq; ſimul iuncto, ſcilicet ex hoc quòd concupiſcentia, ſeu delectatio vini eſt ablatiua uſus rationis, & hoc ſuperius affirmauimus: ſed ꝙ hæc duo ſimul non ſufficiant ad peccatum mortale, probatur dupliciter. Primò, ducendo ad inconueniens, ſcilicet quòd ſciẽs, & uolens dormire ſuperfluè ex delectatione, quam percipit in aquę ſtillantis ſonitu, peccaret mortaliter: quoniam utrobiq; ex delectabili volens & ſciens priuat ſe quis uſu rationis. Et ſimiliter quicumque ex aliqua cauſa veniali ſecundum ſe volens & ſciẽs ſine neceſſitate dormiret, peccaret mortaliter, quia ex propoſito, & cauſa mala priuaret ſe uſu rationis. Nil. n. plus mali culpę aſſignatur in cauſa ebrietatis, quàm in iſtis. Deinde probatur oſtenſiuè: quia priuate ſe uſu rationis contingit dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, & ad modicũ tempus. Primo modo eſt maximum malum, ut patet in amentibus & nullo modo licet, multò minus, quàm priuare aliquem uiſu corporali. Sed ſecundo modo conſtat, ꝙ non eſt peccatum mortale ex ſuo genere, vt patet ex ſomno, & dormiente ſuperfluè ſcienter. Oportet ergo aliquid apponere, vnde habeat rationem peccati mortalis: ſed ex adiuncta concupiſcentia, aut delectatione potus uini, hoc non habetur, quia ſecundùm ſe aut non eſt peccatum, aut veniale. ergo.

hoc homo uolens & ſciens priuat ſe uſu rationis, quo ſm uirtutem operatur, & peccata declinat: & ſic peccat mortaliter periculo peccandi ſe cõmittẽs. Dicit. n. Ambr. in lib. de Patriarchis, *Vitandam dicimus ebrietatẽ, per quam uitia cauere non poſſumus. Nam quę ſobrij cauemus, per ebrietatem ignorãtes committimus: undè ebrietas, ꝑ ſe loquendo, eſt pctm̃ mortale.

Ad I. ergo dicendũ, ꝙ aſſiduitas facit ebrietatẽ eſſe peccatũ mortale non propter ſolam iterationem actus: ſed quia nõ poteſt eſſe, ꝙ homo aſſiduè inebriẽt, quin ſciẽs & uolẽs ebrietatẽ incurrat: dũ multotiens experiẽt fortitudinem uini, & ſuã habilitatem ad ebrietatem.

Ad II. dicendũ, ꝙ plus ſumere in cibo & potu, quàm neceſſe ſit, pertinet ad uitium gulæ,

¶ Ad hoc poteſt dici, nouam introducendo opinionem, immò prius antiquam renouando, quòd ebrietas niſi ſit aſſidua, non eſt peccatum mortale non quòd iteratio actus faciat de ueniali C mortale, ſed quia virtus aſſiduæ ebrietatis eſt notabiliter impeditiua uſus rationis, & per hoc notabilis nocumenti illatiua homini, qui ſecundùm rationem uiuere debet. In una autẽ ebrietate non eſt huiuſmodi vis damnificatiua notabiliter uſus rationis, vt experientia teſtari uidetur. Sicut ergo gutta cauat lapidem ex frequenti caſu, ita ebrietas efficit notabile damnum homini ex aſſiduitate. Et quia peccatum mortale ex ſuo genere non eſt, niſi ſit notabiliter contra bonum Dei, proximi, aut ipſius peccantis: ideò ebrietas non niſi aſſidua, eſt peccatum mortale. Et hæc uidetur doctrina Auguſtini in allegato ſermone de purgatorio, vbi diſtinguendo peccata mortalia à nõ mortalibus ponit ebrietatem, ſi ſit aſſidua, inter mortalia. Hoc idẽ ſentit Gloſ. ad Gal. 5. in uerbo, Ebrietates, & diuus Thomas met ibidem gloſſat aſſiduè & in quęſt. de malo q. 8. art. 8. ad tertiũ, & q. 7. art. 4. ad primum, ſentit quòd ebrietas non eſt peccatum mortale ex ſuo genere. Hęc opinio ſequaces multos inueniret, D niſi authoritas tanti doctoris, hic & ſuperius in præcedenti libro q. 88. arti. 5. ad primum, & ſuper epiſtolam ad Roman. 15. expreſſè obſtaret.

¶ Ad cuius euidẽtiã, quia tota difficultas conſiſtit, An una ebrietas inferat notabile nocumẽtum, aduertendum eſt, quòd vſus rationis eſt multò maius bonum, quam uſus domus. Cõſtat autem quòd priuãs aliquem uſu ſuæ domus nõ ſolùm totaliter, hoc eſt, in perpetuum, ſed etiam ad tempus, puta, vno die, peccat mortaliter: quoniam vſus priuatus eſt bonum notabile, & temporis circunſtantia non facit vt pro nihilo habeatur. Quanto ergo magis priuans proximum ſuum vſu rationis per vnũ diem, peccat mortaliter? Et eadem ratione priuans ſeipſum vſu rationis peccat mortaliter: quoniam vſus rationis nõ eſt bonũ volũtarium ſicut domus, ſed eſt bonũ naturale. ſicut oculus &c. naturalia. In naturalibus autem ita peccat mortaliter priuans ſeipſum, ſicut priuans proximum: quia homo nõ eſt dominus E ſuorum naturalium, vt poſſit ſe priuare illis cum vult, ſicut poteſt donare domũ, & illius vſum. Inuenitur ergo in ebrietate, quæ uſum rationis violenter tollit, iniurioſa priuatio notabilis bõni ex ſuo genere, nec ex imperfectione actus, ꝓpter breue tẽpus excuſatur, ſicut nec excuſaretur ſi tanto tempore quis violenter impediret aliquem ab vſu manuum ſuarum: ligando illas.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum de dormiente ſuperfluè ex delectatione, vel alia illicita cauſa, reſpondetur, quòd nõ eſt ſimile propter duo. Primò, quia priuatio vſus rationis ꝑ ſomnum, eſt priuatio naturalis: priuatio autem per ebrietatem, eſt priuatio uiolẽta, quoniã illa fit media quiete ſenſuum, in qua conſiſtit ſomnus: iſta fit perturbatione ægritudini, vt patet in ebrijs uigilantibus. Secundò, quia in vſu rationis conſiderãtur tria. Primò, ipſe actualis vſus rationis. Secũdò, rationis ſolutio, ut poſſit quis ea vti ſi vult. Tertiò, expeditio ad ſolutionem rationis in ſomno. Prima duo tolluntur: in ebrietate autem tollit ẽt tertium, quia ebrietas non ſolùm vinculum rationi imponit,

sed

quæ non ſemper eſt peccatum mortale: ſed plus ſumere in potu ſcieter vſq; ad ebrietatē, hoc eſt peccatū mortale. vndè Aug. dicit in 10. confeſſ.* Ebrietas lógè eſt à me, miſereberis ne appropinquet mihi: crapula autē nonnunq̄ ſubrepſit ſeruo tuo.

G Ad III. dicendum, ꝙ ſicut dictū eſt,* cibus, & potus eſt moderandus, ſm ꝙ competit corporis valetudini: & ideò ſicut qñq; contingit vt cibus, vel potus, qui eſt moderatus ſano, ſit ſuperfluus infirmo: ita ēt poteſt econuerſo contingere, vt ille q eſt ſuperfluus ſano, ſit moderatus infirmo. Et hoc modo cú aliquis multum comedit, vel bibit ſm cōſilium medicinæ ad vomitum prouocandum, non eſt reputandus ſuperfluus cibus, vel potus. Nec tamē ad vomitum prouocandum requiritur quòd ſit potus inebriās, quia ēt potus aquæ tepidæ vomitum cauſat: & ideò pp hanc cauſam nó excuſaretur aliquis ab ebrietate.

ARTICVLVS III.

Vtrum ebrietas ſit grauiſſimum peccatorum.

AD TERTIVM ſic procedit. I Videtur quòd ebrietas ſit grauiſſimum peccatorum. Dicit enim Chryſ.* ꝙ nihil ita eſt dæmoniacum, ſicut ebrietas, & laſciuia, quæ eſt mater omniū uitiorum. Et in decreto dicitur diſtin. 35.† Antè omnia clericis vetatur ebrietas, quę omnium vitiorum radix, & nutrix eſt.

¶ 2 Præt. Ex hoc dr̃ aliquid eſſe peccatum, ꝙ bonū rationis excludit: ſed hoc maximè facit ebrietas. ergo ebrietas eſt maximum peccatorum. K

¶ 3 Præt. Magnitudo culpæ ex magnitudine pœnæ oſtēditur: ſed ebrietas videt̄ eſſe maximè punita. dicit. n. Ambro.* ꝙ non eſſet in homine ſeruitus, ſi nō fuiſſet ebrietas: ergo ebrietas eſt maximum peccatorum.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſm Grego.* vitia ſpiritualia ſunt maiora, q̄ carnalia: ſed ebrietas continetur inter vitia carnalia. ergo non eſt maximum peccatorū.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ex hoc dr̃ aliq̄d eſſe malū, ꝙ priuat bonū: vñ quātò mai⁹ eſt bonū, qđ priuat̄ p malū, tātò malū graui⁹ ē. Manifeſtū eſt aūt ꝙ bonum diuinū eſt maius, q̄ bonum humanū: & ideò peccata, q̄ sūt directè cōtra Deum, ſunt grauiora pc̄tō ebrietatis, qđ directè opponit̄ bono rationis humanæ.

H Ad I. ergo dicēdū, ꝙ ad peccata intēperātię maximè homo hēt pronitatē pp hoc, ꝙ hmōi concupiſcentię, & delectatiōes connaturales nobis ſunt: & ſm hoc dicūtur hmōi peccata eſſe maximè amica diabolo, non q̄a ſint alijs grauiora, ſed quia sūt apud homines frequentiora.

I Ad II. dicendū, ꝙ bonum rationis impedit̄ dupliciter. Vno modo, per id qđ eſt cōtrariū rationi: alio modo, per id qđ aufert vſum rationis. Plus aūt habet de rōne mali id, quod cōtrariatur rōni, q̄ qđ ad horā vſum rōnis aufert. Vſus. n. rōnis pōteſſe & bonus, & malus, qui tollit̄ p ebrietatem: ſed bona virtutū, quæ tollunt̄ per ea, quæ cōtrariantur rōni, ſunt ſemper bona.

Ad III. dicendū, ꝙ ſeruitus eſt conſecuta ex ebrietate occaſionaliter, inquantum Cham maledictionē ſeruitutis i ſua poſteritate accepit p hoc, ꝙ irriſit patrē inebriatū, nō aūt ſeruitus fuit directè pęna ebrietatis.

ſed etiam neceſſitatem permanendi in tali vinculo. Vnde dormiens aliquo forti ſono facto excitatur, & ſoluta ratione potitur. Ebrius autem quàmuis vigilet, neceſſitatem violentam vinculi rationis patitur. Et rurſus, dormiens poteſt diſponere vt p hominem, aut horologium &c. tali horae excitetur, ebrius autē ſi ordinauerit, nil pdeſt, q̄a tali hora violētæ neceſſitati vinculi rationis ſubiacebit. Quod ergo author i prioribus libris pertranſierat, ſupponendo cum alijs, ꝙ ebrietas erat veniale, poſtmodum ad altiora diuini luminis cum acceſſiſſet, i ſumma hoc determinauit dicendo, quòd eſt mortale peccatum ex ſuo genere, quia tanto bono, ſcilicet vſui rationis opponit̄. Nec obſtat hoc ſuperius dictis, ſcilicet quòd ebrietas materialiter, ſi neceſſaria eſt ex cōſilio medicinæ, eſt licita. Non. n. ſequitur ex his, quòd peccatū ex ſuo genere ſit licitum pp bonum finem: ſed bene ſequitur, quòd materia peccati ex ſuo genere licita ſit propter bonum finē bonum quādoq;, quod non eſſe conueniens patet. Detractio. n. ex ſua ratione eſt peccatum mortale, detractio tamen materialiter eſt quandoque licita, puta ſi aliter nō poteſt peccatum proprium confiteri, aut ſi pp bonum animę illius expedit reuelare peccatum illius. Qui enim ex medicinæ neceſſitate ſe inebriat, vel alium nō niſi materialiter ebrietatem incurrit: quoniā non tendit ad delectabile, quod eſt formale in ſpeciebus intemperātię, de quarum numero eſt ebrietas.

Margin notes: * Li. 10. c. 31. ante mediū to. 1. — * q. 141. ar. 6. — ad reſpō. 1 — *Porrecta per totum.* 726 — * Hom. 1. ad popul. Antioche nū. à medio illius, tom. 5. — † In decr. diſ. 35. ca. ante oīa.

SVPER Q. CL. ART. III.

IN artic. 3. eiuſdem 150. q. in reſpōſione ad primum, Marini obiectio occurrit vbi ſupra, contra authorem hic arguentis, ꝙ non reputat veram hanc ex poſitionem authoris, cum multa uitia ſint magis cōia, quàm ebrietas: immo qui ſe inebriant, pauci ſunt in cōparatione ad alios.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ obiectio non ſolùm contra intentionē, ſed contra verba authoris ſenſum accipit. Author ſiquidem dicit, ꝙ peccata intemperantiæ ſunt communiſſima quo ad pronitatem & non dicit, ꝙ ebrietas eſt maximè communis, ita ꝙ author non intendit, ꝙ Chryſoſtomus ſpeciebus intemperantiæ attribuit tantam amicitiam cum dæmone propter generis ſui frequentiam, quantam amicum redditur dæmoni.

¶ In eodem ar. 3. in reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, quia reſponſio authoris aut eſt falſa, aut non ſoluit argumē- F tum. Reſponſio enim ſua cōſiſtit in hoc, ꝙ maius malum eſt vitium, ſeu peccatum, quàm amiſſio vſus rationis: quia maius bonum eſt virtutis bonum, quod eſt ſemper bonū, quàm vſus rationis, qui poteſt eſſe bonus & malus. Sub hac autem diſtinctione, & doctrina aut author intendit ſubſumi debere, ꝙ ebrietas tollit vſum rationis, & non bonum virtutis, ac per hoc nō magis contrariatur rationi, & ſic falſum dicit, quoniam ebrietas tollit vtrūque bonum, ſ. & uſum rationis, & ponit peccatum contrarium bono ſobrietatis: aut intendit, q. p ebrietatē tollat̄ vtrūque bonum, & ſic verū dicitur. Sed argumentum remanet, q̄a ebrietas totaliter tollit bonū rationis, q̄a & quantum ad bonū moris, & q̄tum ad bonum naturæ.

¶ Ad hoc dicit̄, ꝙ nulla falſitas eſt i hac reſponſione, & ꝙ optime euacuat argumentum. Intendit ſiquidē author, ꝙ cum duobus modis, ſeu quoad duo tollatur bonum rationis, ſ. quo ad bonū naturæ, quod eſt vſus rationis, & quo ad bonū moris, quod eſt bonū virtutis, cōparatio vitiorum in grauitate non eſt tā cōmenſuranda penes bonum, vel malū naturæ, quàm penes bonum, vel malum moris: quia bono naturæ, quale eſt uſus rōnis, pōt q̄s benè & male uti. Bonū verò moris, q̄ale eſt bonū virtutis moralis &c. ē bonum ſemper. Et ſub hac regula nō eſt ſubſumendum, quòd ebrietas tollat tm̄ bonum naturæ, ſ. vſum rationis, q̄ñ in veritate tollit & bonū naturæ tollēdo vſum rōnis, & bonū moris ponendo peccatū cōtrarium bono uirtutis, q̄ eſt ſobrietas. Cōe ſiquidē eſt omni uitio, ac peccato tollere bonū moris. Peculiare autē eſt ebrietati, quòd etiam tollat bonū naturę in ipſa ratione, ſicut alia vitia tollunt alia bona vel naturæ in corpore, vt homicidium tollit vitam, vel fortunæ, ut furtum tollit pecuniam &c. Sed ſubſumendū eſt, quòd grauitas peccatorum præcipuè penſanda eſt ex contrarietate ad bonum moris, ita quòd vitium magis contrarium bono rationis morali eſt grauitas: ac per hoc licèt ebrietas ſit contraria bono rationis & naturali, & morali, quia tamen aliqua alia uitia magis contrariantur bono morali rationis, ideò ex hac ratione, quia ſcilicet ebrietas tollit bonum rationis totaliter. ſ. quia etiam tollit vſum, non ſequitur quòd grauiſſimum ſit peccatorum, ſed illa vitia, quæ tollunt multo maius bonum rationis morale, ſunt grauiora.

Margin notes: * In li. de Helia, & ieiunio, ca. 5. parū ante mediū, to. 4. — * Libr. 33. Moral. c. 11. parū ante med. — *Conclu.*

SVP. QV. CL. ARTIC. IIII.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ebrietas excuſet à peccato.

AD QVARTVM ſic procedit. Videtur ꝙ ebrietas non excuſet a peccato. Dicit[h] enim Philoſ. in 3. Eth.* ꝙ ebrius meretur[h] duplices maledictiones. ergo ebrietas magis aggrauat B peccatum, quàm excuſet.

¶ 2 Præt. Non excuſatur peccatum per[h] peccatum, ſed magis augetur: ebrietas autē eſt pctm̄ ergo non excuſat a peccato.

¶ 3 Præt. Philoſ. dicit in 6. Ethi.* quòd ſicut ratio hominis ligatur per ebrietatem,[h] ita ligatur per concupiſcentiam: ſed concupiſcentia non excuſat a peccato. ergo etiam neq; ebrietas.

SED CONTRA eſt, quòd Lot C excuſatur ab inceſtu propter ebrietatem, ut Aug.* dicit contra Fauſtum.

RESP. Dicendū, ꝙ in ebrietate duo attenduntur, ſicut dictū eſt,* ſcilicet defectus conſequens, & actus præcedens. Ex parte autem defectus cōſequētis, i quo ligatur uſus rationis, [m] ebrietas hēt excuſare a peccato, inquantum cauſat inuoluntarium per ignorantiam.[n] Sed ex parte actus præcedētis vr̄ eſſe diſtinguendum, qa ſi[p] ex actu illo præcedente ſubſecuta eſt ebrietas ſine pctō, tūc pctm̄[q] ſequens totaliter excuſať a culpa,[s] ſicut fortè accidit de Lot.[r] Si aūt actus præcedens fuit culpabilis, ſic nō totaľr ali

---

Perrecta per totum. 727 1. 2. q. 76. ar. 4. ad 2 & 4. Et 2. di. 22. q. 2. ar. 2. ad 2. *Li. 3. c. 5. in medio

IN articulo 4. eiuſdem quæſtio. 150 dubia multa occurrunt. Primum eſt, an peccata commiſſa ab ebrio ſine ſua culpa, totaliter excuſata ſint. Et eſt rō dubij, quoniam Martinus in hac quæſtione ꝓbat partē negatiuā quo ad aliqua peccata, quæ ſcilicet ebrius cognoſcēdo ex paſſionum motibus cōmittit, ꝙ etiam ſine ebrietate eſſet facturus, & 3 tu dez poſt ebrietatem ſi commiſiſſet, quoniam talia peccata ebrij nec per ignorātiam, nec ignorantes cōmittunt. In oppoſitū uidetur litera, dicens, ꝙ ſequens peccatum totaliter excuſatur a culpa.

*Li. 6. c. 5. & 12.

¶ Secūdum dubium eſt. An peccatum cōmiſſum ab ebrio ex ſua culpa excuſetur à toto, uel potius aggrauetur: & eſt ratio dubij, quia ſingula ii circa habēt ꝓprias opiniones. Martinus ſiquidē ubi ſupra, ꝓbare nititur, ꝙ ebrietas culpabilis quandoque aggrauat peccatum ſequens, probatque hoc ſupponendo, ꝙ actus exterior non habet ex ſe propriam bonitatem, uel malitiam, licèt tñ ratione actus interioris, & hoc ſuppoſito, ponit duos caſus ſimiles, unum de ebrio cognoſcente coniugatā, quia non recolit eſſe iam nuptam. Alterum de Lot, ſupponendo ebrietatem eius culpabilē, ipſum putaſſe ſe cognoſcere tūc propriam uxorem. Iſte namque cōmiſit inceſtum, & ille adulterium ex ebrietate, cum tamen ex uoluntate Lot reddere debitum, ille autem ſolū fornicari uolebat. Ebrietas igitur auget quandoque peccatum. Et quàmuis nullum ſciam in ſecundo membro dubitare, ſanè intellecto, quia ſcilicet conſtat ebrium minus peccare in his malis, quæ tunc facit, quàm ſi ſobrius illa met faceret: & propterea proculdubio excuſatur a tāto: dubiū tñ non paruum eſt, an excuſetur a toto. & eſt ratio dubij diuerſitas opinionum, & rationum. Quibuſdam enim probabilius D uidetur, quòd excuſetur à toto, & his ratio ſuffragatur, quia mentis inopes non poſſunt peccare de nouo, quamuis peccauerint ponendo ſe in tali ſtatu mentis: & confirmatur hoc, quia furioſi, & amentes ſiue culpabiliter, ſiue non, excuſantur a toto. Alijs autem uidetur oppoſitum, & de eorum numero uidetur author in litera, dum dicit, Diminuitur ſequēs peccatum, & non dicit, Tollit ſequens peccatum diminutio enim quantitatis magnitudinem aufert, non ſpeciem ſubſtantialem. & his ratio quoque ſuffragatur, quia peccatum ſequens eſt in ſeipſo actus deformis, & eſt uoluntarius in ſua cauſa, quam potuit, & debuit iſte uitare. ergo habet omnia requiſita ad hoc, ꝙ ſit formaliter peccatum in genere moris. Non ſubeſt igitur cā rationabilis, quare excuſabile ſit quin committenti imputetur, licet minus, quàm ſi ſobriè committeret illud.

¶ Ad horum euidentiam diſtinguenda ſunt hæc, quæ in præcedenti libro quæſtionis 76. dictata ſunt de peccatis ebriorum, & E ſimilium, ut clara notitia caſuum habeatur. Dicendum igitur mihi uidetur, quod ebrius ex ſua culpa dupliciter ſe habet ad ſequens ex ebrietate peccatum, ſcilicet præuidendo, uel nō præuidendo illud. Reputatur autem præuiſum peccatum, non ſolùm ſi ſit præuiſum in ſua ſpecie, puta, quia ſcit q ſe ebrium proximis detrahere, aut in ſuo genere, puta, quia nouit quis ſe ebrium uitio linguæ ircedi, quamuis modo detractione, modo contumelia, modo blaſphemia, modo irriſione, modo turpiloquio, ſed etiam ſi ſit præuiſum in communi, puta, qa ſcit ſe ebrium in aliquo peccare, licèt neſciat in quo genere tunc peccabit. Reputatur rurſus præuiſum, non ſolùm ſi ſit præcogitatum, ſed ſi debuit eſſe præuiſum præcogitando, puta, quia expertus eſt inclinationes ſuas pronas, quantò magis bibit, ad peccata: uel quia alias in alienatione mentis, uel prope, incidit in peccatum. Aeſtimatur autem non præuiſum peccatum ex ebrietate, quando nullo modo præuiſum eſt, præui-

A deri que rationabiliter non potuit humano more. Quando igitur peccatum ſequens ebrietatē culpabilem eſt præuiſum, tūc peccatum illud non excuſatur a ſpecie ſui peccati, ſed reddit ad naturam ſuæ ſpeciei rōne uoluntarij in ignorantia iſta incluſi terminati ad præuiſum, licèt excuſetur à tanto, quia non tñ peccat, quātū peccaret ſi ſobrius illud cōmitteret, quia aliquo mō inuoluntarium eſt pctm̄ iſtud, aliter nō ex ebrietate cauſaretur: & tunc ſunt duo peccata, ebrietas, & illud pctm̄ in ſuis ſpeciebus, & quo ad hoc uera eſt opinio dicentium, ꝙ ebrietas culpabilis excuſat a tanto, ſed nō a toto. Licèt n. ſine rationis uſu, abſolutè loquendo, non poſſit quis de nouo peccare, quia tñ prius hūs rōnis uſum ꝓuidet, ꝙ ſi ſe priuat rōnis uſu, actū peccati icurret, & culpabiliter priuat ſe rōnis uſu, iā uult nūc ꝓ tūc, ſ. quādo ſine rationis uſu erit, peccatū incurrere. Et ſi quæratur, Quando ille cōmittit illud ſequens peccatum, rñdetur, ꝙ committit illud, actu quidē interiori qñ inebriatur, quoniam tunc vult ebrietatem, & ſequens peccatū: actu uerò exteriori, quando iam ebrius peccatum illud exercet, percutiendo, uel detrahendo. Et uidetur quoque poſſe contingere in huiuſmodi hominibus, quibus huiuſmodi caſus oportet eſſe præuiſos, ꝙ alienatio mentis ex furia, uino, uniuerſaliter infirmitate euitabili, uel quacunque ſimili cauſa (ꝗ ſecundùm ſe eſſet uenialis) propter præuiſum actū futuri peccati mortalis, fiat mortalis, utpotè cum uoluntate non curāte incurſum peccati mortalis. Quando autem nulla timenti futurum caſum ſubeſt ratio, puta, ebrius aſſuetus eſt dormire in ſua pace &c. tunc ſi caſu ebrius culpabiliter aliquod peccatum committeret, peccatum illud excuſaretur a toto, hoc eſt, a ſpecie ita quòd ebrietas, & ille actus non ſunt duo peccata, ſed ille actus eſt circunſtantia quid: hoc eſt effectus ebrietatis non intētus, nec præuiſus, & nihil, aut parum aggrauat ebrietatē, nihil per ſe, pro quanto non intentus, nec præuiſus. parum per accidens, pro quanto culpabiliter iſte ſe poſuit in ſtatu cauſandi iſtum effectum, ut ſic aliquid de uoluntario imputabili habeat. Et quia ſic Lot inceſtum commiſit, ideò culpandus eſt ſecundùm Auguſtinum non quantum inceſtus, ſed quantum illa ebrietas meruit: & ſecundùm hoc uera eſt opinio dicentiū, ꝙ excuſantur a toto ebrij.

*Li. 22. c. 44. tom. 6 — *Ar. 1. huius quęſt. — Conclu. m — Conclu. p — D. 534. — Conclu. o

¶ Sed reſtat hic dubium, de homine inexperto primò ſe inebriante ex propoſito, nihilque cogitante de periculo ſequentium peccatorum, An ſequens ex tali ebrietate peccatum excuſetur ut non præuiſum, aut imputetur ut præuiſum. Et ad hoc cum diſtinctione dicendum uidetur, ꝙ peccata, quæ ſolent ab ebrijs committi, quàmuis non omnes ebrij illa committant, collocanda ſunt ſub genere præuiſorum: quoniam debuerunt præuideri ab illo, qui ſe inebriauit, ex quo multorum ebriorū actiones contingit eſſe tales. Sicut enim inter præuiſa homicidia computatur, ſi quis caſu hominem in monte occidit, non præſciens an mons ille ſit meabilis ab homine, an non, ex quo aliqui ſunt meabiles, aliqui non. ſic inter præuiſa peccata numeranda ſunt, quæ aliquis neſciens ſi in ſe hæc ſequentur, quæ in multis ebrijs ſequuntur, ebrietati, & ſuæ diſpoſitioni ſibi ignotæ quo ad hoc ſe committit, cum poſſit utraque pars contingere. Peccata autem, quæ magis in paſſione, quàm in actione conſiſtunt, quæ non ex ipſis ebrijs, ſed ab alijs captantibus tempus ebrietatis emergunt, uidentur computanda ſub non præuiſis, quoniam hæc ſubterfugiunt humanam diligentiam communiter, quale fuit inceſtus Lot. Hoc enim excogitabile quodammodo eſt ad cauendum: & propterea non uidetur cadere ſub uoluntate ebrietatis, niſi ſicut euentus, ſeu effectus in ſua cauſa poſſibilis.

¶ Et quoniā in hoc ultimo dubio tractatur propriè de ebrijs ve

q, peccatis: in præcedentibus verò de tali, vel tali ebrio, ideò ſecundum hæc tam authoris, quam noſtra in præcedenti libro dicta de peccatis ebriorum, interpretanda relinquimus.

¶ His prælibatis reſpondetur directè ad primum dubium, & dicitur, q; peccata ſequentia ebrietatem uocantur illa ſolùm, q cauſantur ex ebrietate, inquantù tollit rationis uſum: & ideo ſi aliqua ex parte remanet rõnis uſus liber, nõ eſt ſermo de illis peccatis: ſimiliter ſi peccata fiãt ex ebrietate ob affectata peccata.

Concluſionis 3 pars Huiuſmodi.n. ebrietas aggrauat, procul dubio, ſicut ignorantia affectata. Sed

Li. 22. ca. 44. to. 6. hæc nõ eſt cã q; peccet p ignorãtiam, immò ipſa ignorãtia è inſtrũ ad peccandũ liberius. In peccatis aũt, ad quæ ebrietas ſe habet tm̃ cõcomitanter, regulæ ignorãtiæ concomitantis ſeruandæ ſunt, q; ſ. nec excuſat, nec accuſat, & ppea vi redire

Reſpon. 2. peccatum in naturã ſuæ ſpeciei. Author

** Li. 2. Polit. in fin. tom. 5.* aũt loquitur de peccatis ex ebrietate cauſatis, ita q; ab illo ſobrio nõ fierent, & dicit illa ex toto excu-

** Eodẽ loco nũc dicto.* ſari, ſi ebrietas eſt inculpabilis.

¶ Ad obiecta autem Martini in ſecundo dubio, p aggrauatione peccatorum ex ebrietate in illis duobus caſibus dr dupliciter. Primo in neutro illorum caſuum ebrius eſſet reus adulterij, aut inceſtꝰ, niſi fortè in primo, quia

** In corp. art.* debuit præuidere caſum. Dicitur ſecũdo, & meliꝰ, quòd aliud

D. 357. & 372. & 726. eſt dicere. Ebrietas facit incurrere peccatum grauioris ordinis: & aliud, quòd e-

Reſpon. 2. brietas aggrauet peccatum. Primum.n. gratis conceditur, qm ebrius incurrit & quandoque blaſphemiam, & quandoque homicidium &c Secundum autem negatur, quoniam illud peccatum cuiuſcunque ordinis ſit, quod ebrius ex ebrietate committitur, ita quòd ſobrius nõ committeret, minus eſt, & ex ipſa ebrietatis conditione alleuiatur. Nec huius oppoſitum caſus allati probant, ſed primum, quòd ſcilicet ille adulteratur, qui non adulteraretur.

¶ Ad rationem pro opinione omnino excuſante peccata omnia ebriorum, quia mentis inopes nequeũt de nouo peccare, Rñdetur q; mentis inopes nõ poſſunt totaliter de nouo peccare, ſed bñ poſſunt ex antiqua uoluntate de nouo peccare exeũdo in peccatum exterius. Dicitur enim in litera, quòd ſequens peccatum redditur uoluntarium ex uoluntate pcedẽtis actus. Ad confirmationẽ de amentibus & furioſis, dr q; quia abſolutè loquendo iſta ſunt in genere inuoluntariorum, ſeu pœnarum & ægritudinum, ideò ſimpliciter excuſant a toto. An autẽ ſi accideret huiuſmodi defectus uoluntariè, peccata ſequentia excuſarentur a toto, licèt diuerſa fortè ſit opinio, ratio tamen conuincere uidetur, quòd idem ſit de talium, & ebriorũ uoluntariè peccatis, hoc adiecto moderamine, quod furioſi & amentes poſſunt fieri uoluntariè uenialiter, uel mortaliter. Et ſi uenialiter tm̃ fierent, reliqua conſequentia non excederent gra-

quis excuſat à peccato ſequẽti, quod ſ. redditur voluntariũ ex voluntate præcedẽtis actus, inquantum.ſ. aliquis dãs operã rei illicitę, incidit in ſequẽs peccatum.[p] Diminuitur tñ peccatũ ſequens, ſicut & diminuit rõ voluntarij.[q] Vndè Auguſ. dicit contra Fauſtum,* q; Lot culpãdus eſt non quantum ille inceſtus, ſed quãtũ ebrietas meruit.

G

Ad primum ergo dicẽdũ, q; Philoſophus non dicit, q; mereatur grauiorẽ maledictionẽ ebrius, ſed q; mereatur duplicem maledictionem pp duplex peccatum.[r] Vel põt dici, q; loquitur ſecundùm legẽ cuiuſdã Pitaci, qui, ut dr in 2. Politic.* ſtatuit q; ebrij ſi percuterent, plus punirentur q̃ ſobrij, quia pluries iniuriant in quo ut Ariſto. ibidem dicit,* uidetur magis reſpexiſſe ad utilitatem, ſ. ut cohiberentur iniuriæ, quàm ad ueniam, quam oportet habere de ebrijs propter hoc, quòd non ſunt ſui compotes.

Ad II. dicendũ, quòd ebrietas habet excuſare peccatum nõ ex parte qua eſt peccatum, ſed ex parte defectus conſequẽtis, ut dictum eſt.*

Ad III. dicendum, quòd cõcupiſcentia[d] nõ totalr ligat rationẽ, ſicut ebrietas, niſi fortè ſit tanta q; faciat hominem inſanire:[r] & tamen paſſio concupiſcentiæ diminuit peccatum, quia leuius eſt ex infirmitate, quàm ex malitia peccare.

QVAESTIO CLI.

De Caſtitate, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de caſtitate.

¶ Et primò, de ipſa uirtute caſtitatis.

¶ Secundò, De uirginitate, quæ eſt pars caſtitatis.

¶ Tertiò, De luxuria, quæ eſt vitium oppoſitum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrũ caſtitas ſit virtus.

¶ Secundò, Vtrum ſit uirtus generalis.

¶ Tertiò, Vtrum ſit uirtus diſtincta ab abſtinentia.

H

¶ Quartò, Quomodo ſe habeat ad pudicitiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum caſtitas ſit uirtus.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃ q; caſtitas non ſit uirtus. Loquimur.n. nunc de virtute animæ: ſed[h] caſtitas uidetur ad corpus pertinere, dicitur.n. aliquis caſtus ex eo, quòd aliqualiter ſe habet ad vſum quarundam corporis partium. ergo caſtitas non eſt uirtus.

I

¶ 2 Præt. Virtus eſt habitus volũtarius, ut dr in 2. Ethic.* ſed caſtitas[h] non vr̃ eſſe aliquid volũtarium, cum per uiolentiam auferri uideatur mulieribus violenter oppreſſis. ergo videtur

F

uitatem venialem. Ebrietas autem culpabilis propriè dicta, nõ niſi mortaliter peccando incurritur, vt patet in artic. 2.

¶ Accedit ad hæc Ariſt. in 3. Ethic. authoritas, qui ex eadem cauſa ebriorum ignorantiam atque peccata, & malos habitus, & orbitates corporales uoluntarias, & ignorantiam legũ ob negligentiam reprehendit, quia ſcilicet in poteſtate noſtra eſt, ut ſiamus, uel non ſiamus tales, puta, ebrij, iniuſti, cæci, ignorantes. Simile ſiquidem eſſe conſtat in caſu poſito, ſcilicet, ſi uoluntariè quis fiat amens, aut furioſus. Et hoc intantum verum uidetur, ut non ſolum in moralibus, ſed etiam in iudicijs ſecundum leges, ſi conſtaret, quòd aliquis voluntariè ſe furioſum feciſſet, puniretur, & eſſet irregularis ſi occidiſſet hominem: quoniam in Sexto furioſus abſolutè, non furioſus uoluntariè excuſatur ab irregularitate homicidij. Leges en.m, ut Ariſto. ibidem dicit, uoluntarias ignorantias arguunt ac puniunt, non excuſant. *Prreſſa per totum.*

¶ Ad rationem uerò alterius opinionis, quòd nullum peccatum culpabiliter ebrij excuſetur a toto, hoc eſt, quin ſit formaliter in ſe peccatum, dicendum eſt, quòd peccata, quæ rationabiliter puſa ſunt non ſequi, aut ſunt de raro contingentibus, quæ ab extra cauſantur, aut non ſunt uoluntaria in cauſa, ita quòd debuerit ille uitare ebrietatem vt cauſam horum, licèt debuerit ipſam uitare abſolutè. Et propterea iſta non imputantur ut peccata, ſed ut euentus conſequentes peccatum ebrietatis.

725

3. Eth. le. 22.

** Lib. 3 ex ca. 4. & 6. videtur poſſe haberi, to. 5.*

SVP. QV. CLI. ARTIC. I.

K

IN ar. 1. q. 151. in reſponſione ad ſecũdum, aduerte Nouitie, q; quia uiolẽtia non põt inferri animo, in quo eſt conſenſus, ſed corpori: ideò mulier tunc tm̃ dr̃ uiolenter oppreſſa, quando nõ conſentit ẽt in pati actum uenereũ, q̃uis corpus compellatur, ut patiatur actum illum. Sic, n. non perditur caſtitatis virtus, ſed perſeuerat cum duplici corona, ut Lucia dixit. Sed ſi maluit ſe opprimi, q̃ clamare, & in linguas loquentium incidere, ut multæ uidentur mulieres facere, quo ad impudicitiã, aut q̃ percuti, occidi, & infamari, ut Lucretia dicitur feciſſe, nõ ſalua remanet caſtitas. Oportet ſiquidem aut Suſannam imitari, aut declinare, ſi fieri poteſt, contagionem.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad tertiũ Martinus occurrit in quæſt. 1. de caſtitate, dicens, q; hæc opinio uidetur multis dura, & quòd eſt in uno ſenſu vera. ſ. de infideli. nec t habbamo, nec illuminato ad bonam operationem: ſed in generali concedenda eſt uirtus uera, & ſic Augu. loquitur, &, ut puto, Thomas: alias ſequeretur, quòd nũquàm ex infideli poſſet fieri fidelis,

delis, qa non fiet fidelis per malam operationem, ergo per bonam. ergo antequā fit fidelis, fuit in eo bona, & laudabilis operatio.

¶ Ad hoc di. q̧ nec Auguſtini, nec Thomæ mens habet, qm̄ loquuntur iſti de uirtute ſimpliciter, hoc eſt, in ordine ad vltimum finem ſimpliciter, qui eſt beatitudo humano generi promiſſa per gratiam, ut patet ex Aug. ratione Abſit, ut iuſtus, niſi ex fide uiuat. Huiuſmodi autē uirtus in nullo eſt infideli, ut patet. Obijciens autem loquitur de uirtute infra bonum humanum, de qua in præcedēti libro diſputatum eſt, an egeat gr̄a, uel &c. Et conſtat, q̧ in infidelibus põt eſſe aliqua operatio uere bona humano more, ut honorare parentes, reddere depoſitū domino, ſeruare fidem coniugalem &c. Et per ſimilia bona opera accedit infidelis paulatim ad fidem.

* Cap. 3. a medio, tomo 3.
* Lib. 3. c. vlt. to. 5.
* 1.2.q.64 art. 1.
Conclu. m
D. 319.

quòd caſtitas non ſit virtus. A

¶ 3 Præt. Nulla[h] virtus eſt in infidelibus: ſed aliq. infideles ſunt caſti. nõ. ergo caſtitas eſt virtus.

¶ 4 Præt. Fructus a virtutibus diſtinguunt: ſed caſtitas iter fructus ponitur, vt patet ad Gala. 5. ergo caſtitas non eſt virtus.

Sed contra eſt, qđ Aug. dicit i li. de decē chordis.* Cū debeas in uirtute pcedere uxorē, qm̄ caſtitas eſt uirtus, tu ſub uno impetu libidinis cadis, & B uis uxorem tuam eſſe uictricē.

Resp. Dicēdū, q̧ nomē caſtitatis ſumit ex hoc, q̧ p rõnem cõcupiſcētia caſtigat, q̄ ad modū pueri eſt refrænanda, ut patet p Phil. in 3. Eth.* In hoc aūt rõ uirtutis humanæ conſiſtit, q̧ ſit aliqd ſm rõnē modificatū, ut ex ſupradictis patet:* vñ[m] manifeſtū eſt caſtitatē eē uirtutē[c].

Ad primvm ergo dicendū, q̧ caſtitas[d] cõſiſtit qdē in anima, C ſicut in ſubiecto, ſed materiam hēt in corpore. Pertinet.n. ad caſtitatem, ut ſecundum iudicium rationis, & electionē uoluntatis, aliquis moderate utatur corporalibus membris.

Ad II. dicendū, q̧ ſicut Aug. dicit in 1. de ciu. Dei.* Propoſito animi permanente, per quod etiā corpus ſanctificari meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatē uiolētia libidinis alienæ, quā ſeruat pſeuerantia cõtinentiæ ſuæ. Et ibidē dicit,* q̧ eſt uirtus animi, q̄ comitē hēt fortitudinē, q̄ potius qlibet mala tolerare, q̄ malo conſentire decreuit.

* Li. 1. c. 18 poſt mediū to. 5.
* Eiuſdē 1. lib. c. 18 tom. 5.
* lib. 4. c. 3. al. ante finem tom. 7

Ad III dicendum, q̧ ſicut Aug. dicit in 4. cõtra Iulianū*. Abſit, ut ſit in aliquo uera uirtus, niſi fuerit iuſtus. Abſit autem vt ſit iuſtus uerè, niſi uiuat ex fide. Et ideò concludit, quòd in infidelibus neque eſt uere caſtitas, neque aliqua alia uirtus, qa ſcilicet non referuntur ad debitum finem. & ſicut ibidem ſubdit. Non officijs, ideſt, actibus, ſed finibus à uitijs diſcernuntur uirtutes.

Ad IIII. dicendum, q̧ caſtitas, inquantum eſt quidem ſecundum rationem operans, habet rationem virtutis: inquantum autem habet delectationem in ſuo actu, connumeratur inter fructus.

SVPER QV. CLI. ARTIC. II.

[Porrecta per totum. 729]

In art. 2. eiuſdēq. in rñſione ad ſecūdum, dubiū occurrit ad hominem, quia author falſum dicere uidetur reddendo rationem, quare concupiſcentia delectabilis maximè aſſimilatur puero, eo q̧ appetit[9] delectabilis eſt nobis cõnaturalis &c. Nam author in principio iſtius rñſionis refert ſe ad ſupradicta. Conſtat autem q̧ ſuperius in q. 142. ar. 2. vbi ex propoſito ſimilitudo inter puerum, & intemperatū tractata eſt, non habetur iſta ratio, q̄ hic aſſignatur. Falſum ē ergo quod hic dicitur. Supra dictū eſt.

* Cap. 10. poſt med. tom. 4.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, q̧ ly ſupra dictum eſt, nõ refertur ad rationē ſimilitudinis, ſed ad ipſam ſolam ſimilitudinem. Nā ſuperi[9] dictum eſt, q̧ appetitus delectabilis maximè aſſimilatur puero. ſed ratio ſubiuncta eſt noua. Secūdò, dicitur q̧ vtrumque ſuperius dictum eſt, ſed diuerſimodè, qa ſimilitudo explicata ſatis eſt. Ratio uero ſimilitudinis inſinuata eſt & in ſecūda, & in tertia ſimilitudinis cõuenientia, ſ. in euentu augmenti, & in indigētia remedij caſtigatiui. Nā quia eſt nobis connaturalis, ideò maximè augetur delectabilis appetitus ſibi derelict[9]. Et ſimiliter, quia connaturalis eſt nobis, iõ caſtigatione eget, ne indomitus efferatur.

Articvlvs II.

Vtrum caſtitas ſit virtus generalis.

Ad secvndvm ſic procedit. Vr q̧ caſtitas ſit uirtus generalis. Dicit.n. Aug. i lib. de mēdacio,* q̧[b] caſtitas animi eſt ordinatus animi motus nõ ſubdēs maiora minoribus: ſed hoc ptinet ad quamlibet uirtutem. ergo caſtitas eſt generalis uirtus.

¶ 2 Præt. Nomē caſtitatis à[h] caſtigatione ſumit: ſed qlibet motus appetitiuæ partis debet caſtigari à rõne, cū ergo p quālibet uirtutem moralem refrænetur aliquis appetitiuus motus, uidetur quòd quælibet uirtus moralis ſit caſtitas.

¶ 3 Præt. Caſtitati[k] fornicatio opponit: ſed fornicatio uidet ad oē genus pcti pertinere. dicitur enim in Pſal. 72. Perdes omnes, qui fornicantur abs te. ergo caſtitas eſt generalis uirtus.

Sed contra eſt, quod Macrobius* ponit eam partē temperantiæ.

* Lib. 1. in ſom. Scipionis, in fol. 2. ān med. libri.
Conclu. m

Resp. Dicendum, q̧ nomen caſtitatis dupl'r accipitur. Vno mõ, pprie, & ſic[m] eſt ſpālis uirtus[n] habēs ſpālē materiā, ſ. cõcupiſcētias delectabilium quæ ſunt in uenereis. Alio mõ, nomē caſtitatis accipit metaphoricè. Sicut.n. in corporis cõmiſtione cõſiſtit delectatio uenereorū, circa qua pprie eſt caſtitas, & oppoſitū uitiū, ſ. luxuria: ita ēt in quadā ſpūali coniunctione mētis ad res aliquas cõſiſtit qdā delectatio, circa quā eſt qdā delectatio, circa quā eſt qdā ſpūalis caſtitas metaphoricè dicta, uel ēt ſpūalis fornicatio hoīs ſil'r metaphoricè dicta. Si.n. mēs hoīs delectet in ſpūali coniunctione ad D id, cui dēt coniungi, ſ. ad Deum, & abſtinet ſe ne delectabiliter alijs cõiungat contra debitū diuini ordinis, dicetur caſtitas ſpūalis, ſm illud 2. ad Cor. 11. Deſpondi uos uni uiro uirginē caſtā exhibere Chriſto. Si autem delectabiliter contra debitū diuini ordinis coniungatur mens quibuſcumq; alijs rebus, dicetur fornicatio ſpiritualis, ſecundum illud Hier. 3. Tu autem fornicata ēs cū amatoribus multis: &[p] hoc mõ accipiendo caſtitatē, caſtitas eſt generalis uirtus[q], quia per quamlibet uirtutē retrahitur mēs humana ne rebus illicitis delectabiliter cõiungatur.[r] Principaliter tamen rõ huius E caſtitatis conſiſtit in charitate, & alijs uirtutibus thelogicis, quibus mens hominis cõiungit Deo[s].

Conclu. p
Concluſionis 2. Pars.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa pcedit de caſtitate metaphoricè dicta.*

Ad II. dicēdū, q̧ ſicut ſupra dictum eſt,* concupiſcentia delectabilis maximè aſſimilat puero, eo q̧ appetitus delectabilis eſt nobis connaturalis, & præcipuè delectabilium ſm tactum, quæ ordinantur ad conſeruationem naturę: & inde eſt, q̧ ſi nutriat horū delectabiliū concupiſcentia per hoc, q̧ ei conſentiatur, maximè augebitur, ſicut puer, q ſuæ uoluntati relinquitur. Et ſic concupiſcētia horum delectabilium maximè indiget caſtigari: & iõ

* In corp. art.
* ar. præc. q. 142. ar. tic. 2.
Vnde augetur, & maximè, cõcupiſcentia.

circa huiuſmodi concupiſcentias antonomaſicè dicitur caſtitas: ſicut & fortitudo eſt circa ea, in quibus maximè indigemus animi firmitate.

AD III dicendum, quod ratio illa procedit de fornicatione ſpirituali metaphoricè dicta, quæ opponitur caſtitati ſpirituali, vt dictum eſt.* (* In corp. art.)

ARTICVLVS III.

Vtrum caſtitas ſit virtus diſtincta ab abſtinentia.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod caſtitas nō ſit uirtus diſtincta ab abſtinentia. Quia G circa materiam unius generis ſufficit vna uirtus: ſed[h] vnius generis uidentur eſſe, quæ pertinent ad unū ſenſum. cū ergo delectatio ciborū, circa quā abſtinentia, & delectatio uenereorū, circa quam eſt caſtitas, pertineat ad tactum, uidetur quòd caſtitas nō ſit alia uirt⁹ ab abſtinētia.

¶2. Præt. Phil. in 3. Ethi.* omnia uitia intēperātiæ aſſimilat puerilibus peccatis, quæ caſtigatione indigent: ſed caſtitas nominatur à caſtigatione uitiorū oppoſitorū. ergo cum per abſtinētiam[h] cohibeantur quædam uitia intemperātiæ, uidetur quòd abſtinentia ſit caſtitas. (* Lib. 3. c. vlt. to. 5.) H

¶3 Præt. Delectationes aliorum ſenſuū pertinent ad temperantiā, inquātū ordinantur ad delectationes tactus, circa quas tēperātia: ſed delectationes ciborū, circa quas eſt abſtinētia, [h]ordinant ad delectationes uenereorū, circa quas eſt caſtitas, vñ dicit Hier.* Vēter, & genitalia ſibi metipſis vicina ſunt, ut ex uicinitate mēbrorū, confœderatio intelligatur uitiorū. ergo abſtinētia, & caſtitas non ſunt uirtutes ab inuicem diſtinctæ. (* Ad Amādum, aliquantulū à princi. tom. 4.) I

SED CONTRA eſt, quòd Apo. 2. ad Corin. 6. connumerat caſtitatem ieiunijs, quæ ad abſtinentiam pertinet.

RESP. Dicēdū, quod ſicut dictū eſt,* tēperantia eſt propriè circa cōcupiſcētias delectationū tactus: & ideò oportet ut ubi ſunt diuerſæ rationes delectationis, ibi ſint diuerſæ uirtutes ſub tēperātia cōprehenſæ. Delectationes aūt ꝓportionātur operationibus, quarū ſunt ꝑfectiones, ut dr̄ 9. Ethic.* Manifeſtum eſt autem quod alterius generis ſunt operationes pertinen- F tes ad uſum ciborū, quibus natura indiuidui cōſeruat: & operationes ꝑtinentes ad uſum uenereorū, quibus conſeruatur natura ſpeciei. Et iō[m] caſtitas, quæ ē circa delectationes uenereorū, eſt virt⁹ diſtincta ab abſtinētia, quæ ē circa delectatiōes ciborū.* (* q. 141. ar. 4.) (* Lib. 9. ex capit. 7. à med. habe. to. 5.) (Concluſ. m)

AD PRIMVM ergo dicendū, quod temperātia nō conſiſtit principaliter circa delectationes tactus quātū ad iudiciū ſenſus de G tāgibilibus, quod eſt eiuſdem rōnis in oībus, ſed quantum ad ipſum vſum tangibilium, ut dicit in 3. Eth.* Eſt aūt alia ratio utēdi cibis, & potibus, & uenereis: & ideò oportet eē diuerſas uirtutes, licèt ſint unius ſenſus. (* Lib. 3 c. 10. to. 5.)

AD II. dicēdū, quod delectationes venereæ ſunt uehementiores, & magis opprimentes rōnem, quàm delectationes ciborum, & ꝑꝑ hoc magis indigent caſtigatione, & refrænatione: quia ſi eis cōſentiat, magis ex hoc increſcit uis cōcupiſcētiæ, & deijcitur virtus mentis. Vnde Aug.* dicit in 1. ſoliloquiorum. Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilem, quam blandimenta fœminæ, corporumque ille cōtactus, ſine quo uxor haberi non poteſt. (* Li. 1. c. 10 ante mediū to. 1.)

AD III dicēdū, quod delectationes aliorū ſenſuū nō pertinent ad naturā hominis conſeruandā, niſi prout ordinant ad delectabilia tactus, & ideò circa huiuſmodi delectationes nō ē aliqua alia uirtus ſub tēperātia cōprehenſa: ſed delectationes ciborū, quāuis aliqualiter ordinent ad delectationes uenereorū, tñ ēt per ſe ordinantur ad uitam hominis conſeruandā, & iō ēt per ſe habent ſpecialē uirtutē, quāuis illa uirtus, quæ abſtinentia K dicitur, ordinet actum ſuum ad finem caſtitatis.

SVPER QV. CLI. ARTIC. III.

Porrecta per totum. 730

IN ar. 3. eiuſdē q. in rñſione ad ſecūdum, dubiū occurrit, quia delectationes uinariæ magis opprimunt rōnem, quàm venereæ: quoniam ebrijs ratio eſt magis deperdita, quàm uacantium uenereis. (2. diſt. 24. q. 2. ar. 1. ad 3. Et vir. q. 1. a. 4. cor. fi.)

¶ Ad hoc dr̄, quod aliud eſt loqui de delectationibus ſecundum ſe, & aliud de illis ſecundū earū effectus. Delectationes ſiquidem uenereæ ſunt ſecundum ſe maiores, & ipſæmet ſunt magis opprimentes rōnem, quàm delectationes, quas ſentimus in bibendo vinū. Sed effectus uini delectabilis, ſ. fumalis euaporatio ad cerebrum, magis opprimit rationem, quàm delectatio venerea. Author autem loquitur de delectationibus, & non de effectibus earum.

¶ In rñſione ad tertiū eiuſdem articuli, dubiū occurrit de hoc, ſcilicet, Delectationes aliorū ſenſuum non pertinent ad naturā hominis conſeruandam, niſi prout ordinantur ad delectabilia tactus. Nā Ariſt. in lib. de ſenſu & ſenſato, prærogatiuā hominis inter alia animalia ponit, quod delectatur odore ſecundum ſe. Et hoc prouidit natura ad ſalutē hominis ꝑpter frigiditatem cerebri humani contemperandam, ut ibi dr̄. Sunt ergo ſine ordine ad tactum delectabilia ad conſeruandū hominem, delectabilia odoratus, cuius oppoſitum in litera dr̄: ac ꝑ hoc oportet aliquā temperantiæ ſpeciē circa hæc ponere.

¶ Ad hoc dr̄, quod ordinari ad delectabilia tactus multipliciter cōtingit, & nō uno tantum modo. Ordinatur ſiquidē aliquid ad delectabilia tact⁹ uel quia ordinatur ad cibum, aut potum, aut uenerea: uel quia ordinatur ad ipſa qualia, quæ ſunt delectabilia ſecundum tactū, puta, ad frigida, humida, calida, & ſicca. Iſta ſiquidem tangibilia ſunt, ex quibus ſumus, & nutrimur. Senſibilia igit̄ aliorū ſenſuum ſiuè ꝑ unā uiam, ſiuè per aliam, nunquā pertinent ad conſeruandā noſtrā naturā, niſi ordinent ad tangibilia. Odor ſiquidem florum, quæ ſecluſis cibo, potu, atque venereis hominem delectat, illique prodeſt, non niſi rōne tangibilium ſanitaté operatur contēperando ſ. frigiditatē cerebri, ut ibidem dicit Ariſt. Natura ſiquidem hominis nō cōſeruatur odore, quòd non nutrit, ſed cōſeruatur calidis, & frigidis, humidis & ſiccis contēperatis, ex quibus conſtat. ſunt igit̄ uera authoris uerba. Nec eſt opus aliqua ſpeciali uirtute propter delectationē huiuſmodi odorū, qui non referuntur ad cibum, potum, atque uenerea: quoniā huiuſmodi delectabilia ſecundum ſe non iā et ſunt ut uirtute egeant propria, quoniā uirtus circa difficile eſt.

SVPER QV. CLI. ART. IIII.

IN ar. 4. eiuſdem q. 151. dubiū ex Maruno occurrit ubi ſupra arguente contra aſſignatā diſtinctionem pudicitiæ à caſtitate & dicente, quod hæc opinio nō uidetur rōnabilis, nec doctrinæ eiuſdem doctoris in eodē art. conſona. Et arguitur ſic. Pudicitia eſt de illis actibus, de quibus

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pudicitia pertineat ſpecialiter ad caſtitatem.

Porrecta per totum. 731

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd pudicitia non pertineat ſpecialiter ad caſtitatē. Dicit enim Aug. in 1. de ciuita. Dei,* quòd[h] pudicitia eſt quædam uirtus animæ. non ergo eſt aliquid ad caſtitatem pertinens, ſed eſt per ſeipſam uirtus à caſtitate diſtincta. (Sup. q. 143. cor.) (* Lib. 1. c. 18. parū à princ. t. 5.)

¶2 Præt. Pudicitia à[h] pudore dicit, qui uidetur idē eſſe uerecundiæ: ſed uerecundia ſecundum Damaſcenum,* eſt de turpi actu, quod conuenit omni actui uitioſo. ergo pudicitia non magis ꝑtinet ad (* Li. 3. or. th. fid. ca. 15.)

ſus maximè verecundamur: ſed homines magis verecundant de actibus venereis, q̃ ſunt ſigna uenereorum. ergo pudicitia eſt magis circa venereos actus, q̃ circa ſigna eorum. Maior eſt S. Thomæ. Minor eſt per ſe vera. Concluſio eſt contra authorē. Secundo, quia ſecundum Hugutionem, pudicitia habet cōtrariam ſignificationē. Tertio, Si pudicitia eſſet talis virtus, tūc ſtaret aliquē eſſe pudicum, & non caſtū, puta, rectè ſe habendo circa ſigna, & malè circa actum venereum: & econtra eſſe caſtum, & impudicum, habendo ſe oppoſito modo.

* Li. 3. ca. 12. tom. 5.

¶ Ad hęc quod Martinus gloſſando, vel trahēdo ad ſe authorem dixerit, reſpōdetur, quòd pudicitia apud authorem eſt circa utraq; ſ. ſigna, & actū venereum: & ſimiliter caſtitas eſt circa utraq;. Differētia ergo non eſt ex hoc, caſtitas circa actū, & pudicitia circa ſigna, ut prima, & tertia obiectio ſupponit. Et propterea nō oportet eas aliter ſoluere: quia ex hac falſa imaginatione procedunt. Sed differentia eſt, ut in litera dī, in explicatione, quia pudicitia explicat magis virtutē illam quo ad ſigna, pp duo. Primò, quia ut in litera dī, ſigna magis ſolēt deprehendi, ac per hoc ſunt magis materia occaſionās pudorē, qui conſiſtit in hoc, q̃ turpe manifeſtatur: erubeſcētia n. reſpectu aliorū eſt. Secūdo, quia pudor ſimpliciter non eſt, niſi ſe extēdat ad ſigna. Paruus n. perſonarum illarū pudor eſt, quæ de ſolo actu venereo erubeſcunt. Pudicitia ergo ſimpliciter non eſt niſi ad ſigna venereorū ſe extendat continēda. Caſtitas autem à caſtigatione appellata, caſtigatam concupiſcentiā quo ad appetitum delectabiliū huiuſmodi, ſonat, non explicando ſic ſigna, vt pudicitia à pudore ſumpta.

* cap. 10. paulo a princ. t. 7.

* In arg. 2 huius artic.

Vnde maxime verecundia.

* Li. 14. c. 18. cir. medium t. 5

* Li. 2. c. 6. poſt mediū to. 6.

¶ Ad ſecundam obiectionem ex Hugutionis authoritate dicitur, q̃ quia unaquæq; ars proprijs terminis, ſeu uocabulis gaudet: ideò nos in moralibus rectius moralium patrem diuum Thomam, quàm extraneum quempiam ſequimur.

caſtitatem, q̃ ad alias uirtutes.

¶ 3 Præt. Phil. dicit in 3. Ethic.* q̃ omnis intemperantia generaliter eſt maximè exprobrabilis: ſed ad pudicitiam pertinere vr̃ fugere ea, quæ h exprobrabilia ſunt. ergo pudicitia pertinet ad oēs partes tēperātię, nō autem ſpecialiter ad caſtitatē.

SED CONTRA eſt, q̃ Augu.* dicit in lib. de pſeuerantia, Prædicanda eſt ēt pudicitia, ut ab eo q̃ habet aures audiēdi, nihil genitalibus mēbris illicitū perpetretur: ſed uſus genitaliū mēbrorum propriè pertinet ad caſtitatē. ergo pudicitia propriè ad caſtitatem pertinet.

RESP. Dicendū, q̃ ſicut dictū eſt,* nomen pudicitiæ a pudore ſumitur, in quo verecundia ſignificat̄: & iō oportet, q̃ pudicitia propriè ſit circa illa, de quibus homines maximè verecundantur. Maximè aūt uerecūdantur hoīes de actibus uenereis, ut Aug. dicit in 14. de ciui. Dei.* intantum q̃ ēt cōcubitus coniugalis, qui honeſtate nuptiarū decoratur, uerecundia nō careat: & hoc ideò quia motus genitalium membrorum nō ſubijcit̄ imperio rōnis, ſicut motus aliorū exteriorū membrorū. Verecundatur aūt hō nō ſolùm de illa commiſtione uenerea, ſed ēt de quibuſcunque ſignis eius, ut Philo. dicit in 2. lib. rhetoric.* Et iō pudicitia attēditur propriè circa uenerea, & p̄cipuè circa ſigna uenereorū, ſicut ſunt aſpectus impudici, oſcula, & tactus. Et quia hæc magis ſolent deprehendi, ideò pudicitia magis reſpicit huiuſmodi exteriora ſigna: caſtitas autē magis ipſam uenereā commiſtionē. Et iō̄m pudicitia ad caſtitatē ordinat̄ nō quaſi uirtus ab ipſa diſtincta, ſed ſicut exprimens caſtitatis circunſtantiam quandam: interdum tamē vnū pro alio ponitur.*

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̃ Auguſt. ibi accipit pudicitiam pro caſtitate.

AD II. dicēdū, q̃ q̄uis omnia vitia habeāt turpitudinē quandā, ſpecialr̄ tñ uitia intemperātiæ, ut ex ſupra dictis patet.

AD III. dicēdū, q̃ inter vitia intēperantię præcipuè ſunt exprobrabilia peccata uenerea, tum pp inobedientiam genitalium membrorum, tum ēt propter hoc, q̃ ratio ad huiuſmodi maximè abſorbetur.

QVAESTIO CLII.

De Virginitate, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE conſiderādum eſt de Virginitate.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, In quo conſiſtat virginitas.

¶ Secundò, Vtrum ſit licita.

¶ Tertiò, Vtrum ſit virtus.

¶ Quartò, De excellentia eius reſpectu matrimonij.

¶ Quintò, De excellentia eius reſpectu aliarum uirtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Virginitas conſiſtat in integritate carnis.

AD PRIMVM ſic procedit̄. Vr̄ q̃ uirginitas nō cōſiſtat in integritate carnis. Dicit. n. Augu. in lib. de nuptijs & concupiſcentia,* q̃ uirginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio: ſed meditatio nō pertinet ad carnē. h ergo uirginitas ñ cōſiſtit ī carne.

SVPER QV. CLII. ARTIC. I.

Capr. 2. d. 10 q. 1. con. 2.

IN art. 1. q. 152. dubium ex Martino in 1. quæſt. de uirginitate occurrit, contra authorem arguente quo ad tria. Primū eſt, Propoſitum perpetuæ incorruptionis per ſe pertinet ad virginitatem. Contra, inquit, Propoſitum nubendi non repugnat virginitati. ergo. Aſſumptum probatur, quia aliàs nunquàm virgo uoluntariè deſponderetur uiro. Præterea, Tales ſunt caſtæ, & non ſunt uiduæ, nec coniugatæ. ergo virgines.

¶ Secundum eſt, Integritas ſignaculi virginalis per accidens ſe hēt ad virginitatem. Hoc ſiquidē cōcedit Martinus abſolutè, ſed non modificatè opinās, q̃ integritas virginalis ſignaculi oppoſita corruptioni libidinoſę, eſt de rōne virginitatis, & ad eā p ſe ptinet. Et intendit p corruptionem libidinoſam agitationē membrorū genitalium ad opus venereum. Et probat hoc quadrupliciter.

Concluſio.

¶ Primo, illud, ſine quo nō cōſiſtit uirginitas, p ſe ptinet ad rōnē uirginitatis: ſed talis itegritas eſt huiuſmodi. ergo. Maior p̄batur: quia ſi aliqd ſpectat per accidens tm̄ ad uirginitatē, illo poſito, uel remoto nihil minus conſiſteret uirginitas. Secundo, illud qd eſt p ſe obiectū uolitionis, q̃ eſt eſſentialiter virginitas, per ſe pertinet ad uirginitatē: ſed talis integritas eſt huiuſmodi. ergo. Tertio, Quicquid eſt de diffinitione uirginitatis, per ſe ptinet ad virginitatē: ſed talis integritas eſt hmōi. ergo. Quarto, illa integritas eſt de rōne virginitatis, ſecundū quam feruntur iudicia humana de virginitate: ſed ex integritate ſignaculorū naturaliū fiunt iudicia de uirgine. ergo &c.

¶ Tertiū eſt, Immunitas à delectatione in ſeminis reſolutione eſt de rōne uirginitatis tanq̃ materia. Cōtra, Poſito propoſito integritatis oppoſitę corruptioni libidinoſæ, & ipſa itegritate, ponit̄ uirginitas: alterō aūt eorum remoto, remouetur uirginitas. ergo immunitas à delectatione ſeminis non eſt de ratiōe uirginitatis. Antecedens probat̄, quia ſi per poſſibile uel impoſſibile puella habens dictam integritatem, & illius propoſitum, quantumcunque haberet delectationem uoluntariè in reſolutione ſeminis, manet uirginitas. Secundo, Pono duas puellas, quarum una eſt paſſa non procuratam reſolutionem ſeminis cum delectatione in ſomno, & in uigilia, cum meminit eius: altera nihil cogitans de delectatione, ſed pecunia ſubducta conſentit uiro, ſed nec delectationem ſentit, nec ſeminat, & poſtea proponit interdum non conſentire delectationi venereæ. Tunc ſic, Prima eſt virgo, & ſecunda non. ergo propoſitum integritatis dictæ, & non propoſitum immunitatis à delectatione, eſt Virginitas.

Porrecta per totū.

732

4. diſt. 33. q. 3. art. 1. & diſ. 34. q. 1. art. 5. ad 4. & d. 49. q. 5. artī. 3. q6. 1. cor. & ad 4.

Et quolibet 5. art. 24. ad 2. & quol. 6 ar. 18. cor.

* Id habet Aug. li. de virginitate. c. 13. in princ. t. 6.

¶ 2 Præt. Virginitas pudicitiam quandam importat: ſed Auguſ. dicit in 1. de ciuitate Dei,* quod [b] pudicitia conſiſtit in anima. ergo uirginitas non conſiſtit in carnis incorruptione.

¶ 3 Præt. Carnis integritas ur̃ [b] cõſiſtere in ſignaculo uirginalis pudoris: ſed quandoq; abſq; uirginitatis præiudicio frangit illud ſignaculum. dicit.n. Aug. in 1. de ciuit. Dei,* quod illa mẽbra poſſunt diuerſis caſibus uulnerata uim pati, & medici quandoq; ſaluti opitulãtes hoc ibi faciũt, quod horret aſpectus: obſtetrix ẽt uirginis cuiuſdã integritatem manu uelut explorãs, dũ inſpicit, perdidit. & ſubdit: Nõ opinor quẽquã tã ſtultè ſapere, ut huic periſſe aliquid exiſtimet etiã de ipſius corporis ſanctitate, quãuis membri illius integritate iã perdita. ergo uirginitas non conſiſtit in carnis incorruptione.

G

H

¶ 4 Præt. Corruptio carnis maximè in ſeminis[h] reſolutione cõſiſtit, quæ põt fieri ſine cõcubitu uel in dormiẽdo, uel etiã uigilãdo: ſed ſine cõcubitu nõ ur̃ perdi uirginitas. dicit.n. Aug. in lib. de uirginit.* quod uirginalis integritas, & per piã continentiã ab omni cõcubitu immunitas, angelica portio ẽ. ergo uirginitas nõ cõſiſtit in carnis incorruptione.

I

Sed contra eſt, quod Aug. in eodẽ lib. dicit,* quod uirginitas eſt cõtinentia, qua integritas carnis ipſi creatori aiæ & carnis uouetur, cõſecratur, ſeruatur.

Respon. Dicendũ, quod nomen uirginitatis à uirore ſumptũ ur̃: & ſicut illud dr̃ uirẽs, & in ſuo uirore perſiſtere, quod nõ eſt ex ſuperabũdantia caloris aduſtionẽ expertũ: ita etiã uirginitas hoc importat, quod perſona, cui ineſt, immunis ſit à cõcupiſcentiæ aduſtione, quæ eſſe ur̃ in cõſumatione maximæ delectationis corporalis, qualis eſt uenereorũ delectatio. Vñ Amb.* dicit in libro de uirginitate, quod caſtitas uirginalis eſt expers cõtagionis integritas. In delectatione aũt uenereorũ tria eſt cõſiderare. Vnũ quidẽ, quod eſt ex parte corporis, ſ. uiolatio ſignaculi uirginalis. Aliud aũt eſt, in quo coniungitur id quod eſt aiæ, cum eo quod eſt corporis, ſ. ipſa reſolutio ſeminis delectationem ſenſibilem cauſans. Tertium

---

Tertio ſequeretur quòd virgo conſentiens viro, & ſeminans, præter vim tamen doloris non delectata, eſſet virgo ſecũdùm corpus. Probatur ſequela, quia in ea non eſſet illa delectatio, quam ponit Thomas.

¶ Deinde ex doctrina authoris infero, inquit Martinus, quinq; corrolaria. Primum, Mulier non conſentiens violento corruptori eſt uerè virgo.

*Li. 1. c. 18 tom. 5.

¶ Secundũ eſt, Mulier cognoſcẽs, quod cum de die cogitationẽ habet circa uenerea, de nocte patitur in ſomno pollutionem circa eadem delectabilia, ſi ex propoſito habeat huiuſmodi cogitationem cum nocturna ſequela iã dicta, perdit uirginitatẽ: quia delectatio ſeminis ex mẽtis propoſito procedit.

* Li. 1. ca. 18. circa med. to. 5

¶ Tertiũ eſt, quod ſcientes ſe impotentes ad ſeminis reſolutionẽ, ut de perfectè ſciatricis dicit Ariſt. in problematibus ſuis, quãtumcumq; concuberẽt, & frãgerẽtur clauſtra pudoris &c. ſemper eſſent uirgines: quia nec in actu, nec in propoſito ſeminis reſolutionẽ habeant.

¶ Quartũ eſt, quod naturaliter põt eſſe, quod uirgo pariat. Probatur de puella uiolenter corrupta, & grauida.

¶ Quintũ eſt, quod ſi ſint duæ puellæ uirgines, quarum una commiſceatur uiro per menſem ſine ſeminis effuſione: altera uero conſentiat in commiſtionem, & per menſem, ſed impedita non cõmiſcetur, ſequeretur quod prima eſſet ita immunis à corruptione oppoſita uirginitati, ſicut ſecunda.

* Cap. 13. in princ. tom. 6.

¶ Ad euidentiam horum ſcito primo, quòd uirginitas ſumitur dupliciter, ſ. naturaliter, uel moraliter. Et rurſus moraliter ſumitur dupliciter, ſcilicet pro quodam caſtitatis ſtatu, & prout eſt ſpecialis uirtus à caſtitate diſtincta. Virginitas naturalis conſiſtit in naturali integritate membrorum. Secundum cõmunem .n. uſum loquendi, illas appellamus uirgines, quæ integritatem carnis, quam à natura habent, ſeruant: & ad hoc inſpiciuntur quandoque mulieres ſi ſint uirgines. Virginitas, ut eſt ſtatus caſtitatis, requirit duas conditiones. Primò, quòd perſona non ſit uoluntariè polluta. Secundo, quod ſit in propoſito ſic ſe ſeruandi, niſi matrimonio iungatur: & hoc modo puellæ nubiles caſtæ dicuntur uirgines. Virginitas prout eſt ſpecialis uirtus, addit ſupra uirginitatis ſtatũ perpetuitatẽ uoto firmatã, ut patebit: & hoc modo author tractat de uirginitate hoc in loco. Scito deinde, quod noua hæc opinio, quam Martinus introducere nititur de uirginitatis materia, ſcilicet quòd eſt integritas oppoſita corruptioni per libidinoſum actum, irrationabilis eſt, & procul à p ıs, & pudicis auribus abiicienda: quod monſtratur & oſtenſiuè, & ducendo ad inconueniens. Oſtenſiuè quidem, quia libidinoſus ille actus, quem etiam turpe eſt dicere, per ſe ordinatur ad ſeminis delectationẽ. Quod manifeſtè patet ex hoc, quòd uterq; ſexus ab huiuſmodi actibus ceſſat, cum ad reſolutionem ſeminis peruẽtum eſt: & numquàm naturali ordine ceſſat quouſque ad hoc perueniat. Quia ergo intemperantia eſt circa delectabile ſecundum tactum, & omnes eius ſpecies ſunt circa aliquod delectabile præcipuum ſecundùm tactum, conſequens eſt ut uirginitas ſit circa præcipuum delectabile ſecundùm tactum inter ea, quæ ad ipſam ſpectant: ſed præcipua delectatio non eſt in iſtis libidinoſis actibus, ſed in ipſa ſeminis reſolutione. ergo talis delectatio eſt propria materia uirginitatis. Et confirmatur, quia

K

F ubi vnũ propter alterum, ibi vnũ tantum: ſed actus libidinoſus eſt per ſe & naturaliter propter ſeminis reſolutionẽ, & illa delectatio propter iſtã delectationẽ. ergo ſola delectatio in ſeminis reſolutione eſt materia virginitatis. Et confirmatur rurſus ab oppoſitis: quia cætera vitia luxuriæ ſecundùm perfectam ſuæ ſpeciei rationẽ conſtituuntur ex aliqua reſolutione ſeminis, ut patet de fornicatione, adulterio, inceſtu, mollitie, ſodomia &c. ergo ſtuprũ cõſiſtit etiã in aliqua inordinata ſeminis emiſſione, ac per hoc uirginitas oppoſita conſiſtit in abſtinentia ab huiuſmodi delectatione. Ducit autẽ ad inconueniens maximum hæc nouitas: quia ſecundùm hoc iſta mulier, quàm uir uoluntariè in moroſis delectationibus inhoneſtatis manentes, & aduertenter uolẽtes indè ſequi pollutiones, quæ ſic diſpoſitis communiter adueniunt, tũc poſt mille pollutiones uoluntarias, ſine exteriori tamen procuratione, eſſent uirgines moraliter: qua integritatẽ oppoſitam libidinoſę corruptioni omnino ſeruare uolunt. Hoc autem non ſolùm uiri docti, ſed ipſæ mulieres uirgines nõ admittunt: & quo modo poteſt ſuſtineri, ut illuſtrior portio gregis Chriſti uirginitas compatiatur ſecũ, quæ communis caſtitas non compatitur? Communis ſiquidẽ animi conceptio omnium Chriſtianorum eſſe uidetur, quòd uirginitas ſanctior eſt caſtitate. Quo autem pacto ſanctior, ſi ſecum compatitur tot peccata mortalia, carnalia, naturalia, conſummata, quæ caſtitas conſtat, quòd non compatitur ſecum? Et benè nota, quòd hoc inconueniens non eſt inconueniens ex aliquo caſu per accidens in infirmitate, ſed ſtando infra naturalem communemque curſum rerum, frequenter iſtud inconueniens accideret. Sequendo ergo patrum ueſtigia, ad obiecta reſpondendum eſt.

* Ca. 8. in in ſi. to. 6

* In lib. de uirgin. in 2 fo. a pri. 1. lib. to 2

¶ Ad duas obiectiones in primo dubio iam patet reſponſio ex dictis, ſcilicet, quòd de ratione uirginitatis, ut eſt ſtatus caſtitatis, non eſt perpetuitatis propoſitum: & ſecundùm talem caſtitatis ſtatum uirgo uoluntariè nubit, & diſtinguitur ſtatus uirginalis à coniugato, & uiduali. Sed author loquitur, ut eſt ſpecialis uirtus ipſa uirginitas à caſtitate diſtincta ſecundùm ſpeciẽ. Nec ſomniauit author, aut ex ſe poſuit perpetuitatem de ratione uirginitatis, ſed, ut in litera patet, ex Aug. hoc accepit.

¶ Ad obiecta in ſecundo dubio dicitur ordinatè. Et ad primũ, quòd maior eſt falſa, quoniam ſubiectum non eſt ſine propria paſſione, & tamen propria paſſio non eſt de ratione ſubiecti. Et probatio eius aſſumit falſum, ſcilicet, quòd eſt ſine eo, quod per accidens ſe habet, nihilominus remanet res, ut patet in inſtantia data. Paſſio enim per accidens, hoc eſt, extra eſſentiã, eſt ſubiecti: & tamen ſine illa non eſt, ſaltem naturaliter, ſubiectum. Apparet autem manifeſtè error in iſta maiore, & probatione: quia plus exigitur ad eſſe ratione alicuius, quàm inſeparabiliter ſibi connexum eſſe. Non adulterari namque neceſſario annexum eſt uirginitati, ita quòd ſine hoc non conſiſtit uirginitas: & tamen nõ adulterari non eſt de ratione uirginitatis. Vndè ad minorẽ dicitur, quod dato quod ſine tali integritate non ſaluaretur uirginitas, ex hoc non habetur, quod ſit de ratione uirginitatis, ſed quod radix huiuſmodi integritatis, ut ſit de ratione eius, ſicut radix

ma

aũt eſt ſolùm ex parte aïæ, ſ. ꝓpoſitũ perueniendi ad talẽ delectationẽ. In quibus tribus id, qđ primò poſitũ eſt, ꝑ accidens ſe habet ad moralẽ actum, q̃ non cõſiderat per ſe, niſi ſm̃ ea quæ ſunt animæ. Secũdũ verò materialiter ſe habet ad actũ moralẽ: nã ſenſibiles paſſiones ſunt materia moraliũ actuũ. Tertium uerò ſe hẽt formaliter, & cõpletiuè, qa rõ moralium in eo qđ eſt rõnis cõplet̃. Quia ergo virginitas dr̃ ꝑ remotionẽ p̃dictæ corruptionis, cõſequẽs eſt ꝙ* integritas mẽbri corporalis per accidens ſe habeat ad virginitatẽ. Ipſa autẽ immunitas à delectatione, q̃ cõſiſtit in ſeminis reſolutione, ſe hẽt materialiter. Ipſũ aũt ꝓpoſitũ ꝑpetuò abſtinẽdi à tali delectõe, ſe hẽt formaliter, & cõpletiuè in virginitate.*

Ad I. ergo dicendum, ꝙ illa diffinitio Aug. tangit quidem in recto id, qđ eſt formale in virginitate: nam per meditationẽ intelligitur propoſitũ rõnis. Qđ autẽ addit, ꝑpetua, non ſic intelligit, ꝙ oporteat uirginẽ ſemꝑ actu talẽ meditationẽ habere, ſed qa hoc debet in propoſito gerere, ut ꝑpetuò in hoc ꝑſeueret. Id verò qđ eſt materiale, tãgitur in obliquo, cũ dr̃, incorruptionis i carne corruptibili, qđ additur ad oſtendendã uirginitatis difficultatem. Nam ſi caro corrumpi non poſſet, non eſſet difficile perpetuã incorruptionis meditationem habere.

Ad II. dicendũ, q̃ pudicitia eſt quidem eſſentialiter in aïa, materialiter autem in carne, & ſimiliter uirginitas. Vndè Aug. dicit in lib. de virginitate,* ꝙ licèt uirginitas in carne ſeruet̃, ac per hoc corporalis ſit, tamẽ ſpiritualis eſt, quã fouet, & ſeruat continentia pietatis.

*Ca. 8 parũ à prin. tom. 6.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ ſicut dictũ eſt,* integritas corporalis membri per accidẽs ſe habet ad virginitatẽ, inquãtum ſ. per hoc, ꝙ ex propoſito uolũtatis abſtinet quis à delectatione uenerea, remanet integritas in mẽbro corporeo. Vndè ſi contingat, ꝙ ꝑ alium modum aliquo caſu mẽbri integritas corrũpatur, non magis pręiudicat uirginitati, q̃ ſi corrumpatur manus, aut pes.

*In corp. ar.

Ad IIII. dicendũ, ꝙ delectatio, q̃ eſt ex ſeminis reſolutione, dupliciter põt cõtingere. Vno modo, ut procedat ex mentis ꝓpoſito: & ſic tollit virginitatẽ, ſiuè fiat ꝑ concubitũ, ſiuè abſq; concubitu. Facit autẽ mẽtionẽ Auguſt.* de concubitu, quia hmõi reſolutio cõiter, & naturaliter ex concubitu cauſatur. Alio modo, põt prouenire ꝑter propoſitum mẽtis uel in dormiẽdo, vel per uiolentiã illatã, cui mẽs nõ cõſentit, q̃uis caro delectationem experiatur: uel ẽt ex infirmitate naturæ, ut patet in his, q̃ fluxum ſeminis patiuntur: & ſic non perdit̃ uirginitas, quia talis pollutio non accidit ꝑ impudicitiam, quã uirginitas excludit.

Pollutio quæ tollat uirginitatem.

*Loco citato in argum.

eius, quod eſt non adulterari, & ſimiliter radix eius, quod eſt non libidinosè corrumpi, ſ. non ſeminare uoluntariè, eſt de ratione uirginitatis, & non ipſa integritas oppoſita, niſi vt via ad immunitatem ſeminatæ delectationis.

¶ Ad ſecũdum dicitur, ꝙ hmõi integritas, ſecluſa pollutione, nõ eſt per ſe obiectũ propoſiti virginalis, ſed cadit ſub ꝓpoſito virginali, ut uia ad immunitatẽ à pollutione ſeminis. Et ꝑ hoc patet reſpõſio ad tertium: quoniam integritas hmõi non niſi ratione immunitatis à pollutione, ſeu ordinis ad illã in rõne uirginitatis clauditur, ſi aliqua talis diffinitio inueniretur.

¶ Ad quartũ iam patet, quia æquiuocat de virginitate: quoniam apparent uirginitatis naturalis, non moralis, ut clarum eſt.

Concl. m

¶ Ad obiecta in tertio dubio reſpondet̃. Et primò, negatur antecedens: quoniam poſita tali integritate, & illius propoſito, non ponit̃ virginitas, vt patet: quia ſtat cum hoc ꝙ nullus perdat caſtitatem cõſumatè uoluntaria pollutione procurata per ſolas moroſas delectationes. Vndè patet, quòd probatio petit principium.

¶ Ad ſecundum verò dr̃, ꝙ in caſu illo, prima ideò diceret̃ uirgo, quia nunq̃ habuit uolũtariam pollutionẽ. Approbatio enim poſt factum non reddit ꝑteritam uoluntariam, ſed uĩ æquiualere deſiderio, ſeu uolũtati pollutionis, quæ uirginitatem mentalem ſolã tollit. Secũda autẽ eſt per accidẽs ex parte corporis, ſeu materiæ virgo, ſicut per accidẽs non ſeminauit in actu cõcubitus. Ea aũt quę ſunt ꝑ accidens, non debent inducere mentẽ doctorum ad mutãdas virtutũ diffinitiones, quæ attenduntur penès id quod eſt ut in pluribus, & per ſe. Idem eſt enim iudicium de iſta, & quacumq; alia, quæ incæpit perdere uirginitatem, & per accidens non eſt perdita conſumatè.

¶ Ad tertium negatur ſequela. Mulier enim conſentiens ſtupro, & ſeminans, omnino perdit uirginitatem. Et ad probationem, quia præ dolore non ſentit delectationem, reſpondetur, ꝙ huiuſmodi non ſentire eſt per accidens. Sat eſt enim ad uiolationem uirginitatis, quòd delectatio in reſolutione ſeminis adſit, licet non ſentiatur: quia etiam ſi aliqua eſſet mulier, quæ non ſentiret in huiuſmodi reſolutione delectationem aliquam, nil obſtaret: quoniam ſat eſt, quòd reſolutio ſit ſecundùm ſuam naturam delectabilis, & ita de facto eſt, ut in pluribus. Naturalia ſiquidem, & moralia iudicantur ſecundùm ea, quę in pluribus apta nata ſunt inueniri.

¶ Ad obiecta in corollariis conceditur primum corollarium.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, ꝙ magni refert inter habere pollutionem in ſomno ex propoſito, & habere ex propoſito cogitationem, quæ nõ ſcitur futura in ſomno cauſa pollutionis: & tñ arguens quaſi ſynonimis iſtis utitur. In primo enim, propoſito obiectum eſt ipſa pollutio: in ſecundo autẽ eſt cogitatio. Primũ nõ poteſt eſſe licitum: ſecundum poteſt etiam cum merito eſſe, ſi ſ. cogitatio eſt neceſſaria, nec ſequens pollutio præcognita eſſet peccatum. negatur ergo ſecundum corollarium, ut iacet.

¶ Ad tertium autẽ dr̃, ꝙ ſentientes ſe omnino impotentes, & coeuntes, per accidẽs tñ, remanent, ut dictũ eſt, quo ad aliquid virgines, quia ſcilicet deeſt eis materia ſtupri. Vnde per ſe & formaliter loquẽdo, illi & ſupradicta mulier, quæ poſita eſt nõ ſeminare, non ſunt uirgines, ſed materialiter & ꝑ accidens ex parte materiæ remanent uirgines. Sicut per oppoſitum, pauperes excellẽti prædit animo, ſũt formaliter magnifici, remanent tamen materialiter non magnifici propter defectum materiæ.

¶ Ad quartum dr̃, ꝙ illa, ſcilicet eſſe naturaliter vera, Virgo moraliter parit. non autẽ illa. Virgo naturaliter parit. Nec hoc ẽ admiratione dignũ, niſi in uerbo: quoniam uirgo moraliter põt eſſe naturaliter corrupta, & grauida, utpotè uiolẽter oppreſſa.

¶ Ad quintum negat̃ ſequela, quoniam prima non niſi per accidens ex parte materiæ immunis eſt à materia ſtupri. Quãtum. n. in ſe eſt, dedit operã corporaliter naturalẽ ad huiuſmodi materiã, quod non fecit ſecũda, quæ ſolum ſecundùm mentem corrupta eſt.

¶ Aduertendum quoque inter hæc eſt, ꝙ licèt cõiter ante annos pubertatis utroq; ſexus impotens ſit ad generandũ: quandocumq; tamen perſonam aliquam contingit uolũtariè ſeminare, perditur virginitas. Et quoniam ſexus fœmineus inuenitur ſeminare, ſi prouocatus ad hoc fuerit nõ ſolùm parum ante pubertatẽ, ſed in ſexto ætatis anno, & ſupra, ut ipſæ mulieres ex parte teſtantur, ita ꝙ quantum ex auditis conijcio, non eſt hoc per accidẽs, ſed puto poſſe fieri uniuerſale, ſ. vt in pluribus ineſt eis potentia hæc: ideò longè citius poſſunt mulieres irreparabiliter uirginitatem perdere, q̃ uiri. Quantũcunq; autem infra tẽpus, quo impotens quis eſt naturaliter ad ſeminãdum, operam det uenereis citra ſeminationem, & uirginitatem perdat mentalem, non perdit ita uirginitatem, quin per pœnitentiam reparetur. Differt ſiquidem puer à uiro per infirmitatem impotẽte, ꝙ puer eſt per ſe impotẽs, uir autem infirmus eſt per accidẽs impotens. Et propterea puero per ſe deeſt materia ſtupri, uiro autem per accidens: ac per hoc puer remanet uirgo per ſe ex parte materiæ, ſeu corporis: uir autem remanet ex parte corporis per accidens uirgo. Et propterea non eſt dubium, quin pueris uirginitas ſit reparabilis per pœnitentiam. Sed an ſit etiam reparabilis ſic perdita infirmi uiri uirginitas, non facilè dixerim. Trahitur fortè id quod eſt per accidens, ad id, quod eſt per ſe.

Porrecta per totum. SVPER QV. CLII. ARTIC. II.

733 IN art. 2. eiuſdem quæſtionis in reſpõſione ad primum Maiunus, vbi ſupra, occurrit: dicens, Nec mihi placet opinio Thomæ dicentis, ꝙ lex illa tantum obligat multitudinẽ: quia credo ꝙ pro aliquo tempore ſatis longo obligauit vnumquẽque de multitudine ad multiplicationẽ generis humani.

Inf. art. 3. & 4. cor. Et 4. d. 33. q. 3. ar. 2. ad 2. Et 3. cõ. c. 136. Et Mal. q. 15. art. 2. ad 13. Et virt. q. 1. ar. 13. ad 6. Et 2. Eth. lect. 2. fi.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ cum de vinculo præcepti alicuius eſt ſermo, oportet ꝙ iudicium feratur ſecũdum id, quod per ſe reſpicit tale præceptum. Inter hæc autem duo naturalia præcepta, ſcilicet, de alimento ſumendo, & de prole procreanda, maniſeſtè hæc eſt differentia, ꝙ primum per ſe reſpicit ſingulos homines: ſecundum autem multitudinem. An aũt per accidens ꝑꝑ penuriam hominum: in aliquo temporẽ præceptum hoc obliget ſingulos, quia per accidens eſt, naturã præcepti non variat. Et propterea cum ſi verum eſſet, ꝙ aliquo tẽpore ſinguli tenerentur, adhuc reſpõſio, & deciſio authoris in ſua ſoliditate pſtat, formaliter, & per ſe loquendo.

Lib. 2. c. 2. a medio: & lib. 3. c. 11. to. 5.

Ca. 3. nõ multum procul a fine, to. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum virginitas ſit illicita.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ virginitas ſit illicita Omne .n. quod contrariatur præcepto legis naturæ, eſt illicitũ: ſed ſicut ꝑceptum legis naturæ ad cõſeruationẽ indiuidui eſt, qđ tangitur Gen. 2. De omni ligno quod eſt in paradiſo comede, ita ẽt ꝑceptum legis naturæ eſt ad cõſeruationẽ ſpeciei, qđ ponit Gen. 1. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. ergo ſicut peccaret, qui abſtineret ab omni cibo, vtpote faciẽs contra bonum indiuidui: ita ẽt peccat, qui omnino abſtinet ab actu generationis utpote faciens contra bonum ſpeciei.

¶ 2 Præt. Oẽ illud, quod recedit à medio virtutis vr̃ eſſe vitioſum: ſed virginitas recedit à medio virtutis ab oĩbus delectationib⁹ venereis abſtinẽs. dicit enim Phil. in 2. Eth. ꝙ q oĩ uoluptate potiẽ, neq; ab vna recedit, intemperatus eſt: q aũt oẽs fugit, agreſtis eſt, & inſenſibilis. ergo virginitas ẽ aliqđ vitioſũ.

¶ 3 Præt. Pœna nõ dẽtur niſi uitio: ſed apud antiquos puniebãtur ſm̃ leges illi, q ſp cælibem vitã ducebant, ut Maximus Valerius dicit. Vñ & Plato ſecũdũ Aug.* in lib. de vera religione, ſacrificaſſe dicitur, vt perpetua eius continentia tamquàm peccatum aboleretur. ergo virginitas eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, ꝙ nullũ pctm̃ rectè cadit ſub cõſilio: ſed virginitas rectè cadit ſub cõſilio. dr̃. n. 1. ad Cor. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. ergo virginitas non eſt aliquid illicitum.

D. 2185.

RESP. dicendum, ꝙ in humanis actibus illud eſt vitioſum, qđ eſt ꝑter rectã rõnẽ. Hẽt aũt hoc recta rõ, vt his, q̃ ſunt ad finẽ, utatur aliquis ſm̃ eã mẽſurã, q̃ cõgruit fini. Eſt aũt triplex hominis bonũ, ut dr̃ in 1. Eth. Vnum qdẽ, qđ conſiſtit in exterioribus rebus, puta, diuitijs. Aliud aũt, quod cõſiſtit in bonis corporis. Tertium autem, quod conſiſtit in bonis aĩæ, inter quæ etiam bona contẽplatiuæ uitæ ſunt potiora bonis uitæ actiuæ, ut Phil. probat in 10. Eth. & Dominus dicit Luc. 10. Maria optimã partẽ elegit: quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea, quę ſunt corporis: ea uero, q̃ ſunt corporis ad ea, quæ animæ: & ulterius ea, quæ ſunt uitæ actiuæ ad ea, q̃ ſunt uitæ contẽplatiuæ. Pertinet igitur ad rectitudinem rõnis, ut aliquis vtatur exterioribus bonis ſm̃ eam menſuram, quæ competit corpori, & ſimiliter de alijs. Vñ

Lib. 1. c. 4. in fin. t. 5.

Li. 10. c. 7. tom. 5.

ſiquis abſtineat ab aliquibus poſſidendis, q̃ alias eſſet bonum poſſidere, ut conſulat ſaluti corporali, uel etiam cõtemplationi ueritatis, nõ eſſet hoc uitioſum, ſed ſm̃ rationem rectam. Et ſimiliter ſiquis abſtinet à delectationibus corporalibus, ut liberius uacet contẽplationi ueritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rõnis. Ad hoc autem pia uirginitas ab oĩ delectatione venerea abſtinet, ut liberi⁹ diuinæ contemplationi uacet. Dicit enim Apo. 1. ad Corin. 7. Mulier innupta, & uirgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ mundi ſunt, & quo placeat uiro. Vnde relinquitur, ꝙ uirginitas non eſt aliquid uitioſum, ſed potius laudabile.

G

Concluſio.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ præceptum habet rationem debiti, ut ſupra dictum eſt.* Dupliciter autem aliquid eſt debitum Vno modo, ut impleatur ab uno: & hoc debitum ſine peccato præteriri nõ poteſt. Aliud aũt eſt debitum implendum à multitudine: & ad tale debitum implendum non tenetur quilibet de multitudine. Multa enim ſunt multitudini neceſſaria, ad quæ implenda unus nõ ſufficit: ſed implentur à multitudine, dum unus hoc, alius illud facit. Præceptũ igitur legis naturæ homini datum de comeſtione, neceſſe eſt ꝙ ab vnoquoque impleatur: aliter enim indiuiduum conſeruari non poſſet. Sed præceptum datum de generatione reſpicit totã multitudinẽ hominum, cui neceſſariũ eſt non ſolũ ꝙ multiplicetur corporaliter, ſed ẽt ꝙ ſpiritualiter proficiat: & iõ ſufficienter prouidetur humanę multitudini, ſi quidam carnali generationi operam dent, quidam uerò ab hac abſtinentes contemplationi diuinorũ uacent ad totius humani generis pulchritudinẽ, & ſalutẽ. Sicut ẽt in exercitu qdã caſtra cuſtodiũt, quidam ſigna deferunt, quidam gladijs decertant: q̃ tñ omnia debita ſunt multitudini, ſed ꝑ unũ impleri non poſſunt.

q. 122. ar. 1.

Mira doctrina de præceptis, cõtra impetentes virginitatem.

H

AD II. dicendũ, ꝙ ille qui abſtinet ab omnibus delectationibus ꝑter rõnẽ rectam, quaſi delectationes ſm̃ ſe abhorrens, eſt inſenſibilis, ſicut agreſtis: Virgo aũt nõ abſtinet ab oĩ delectatione, ſed ſolum a delectatione uenerea: & ab hac abſtinet ſm̃ rõnem rectam, ut dictũ eſt.* Medium autẽ uirtutis non ſm̃ quantitatẽ, ſed ſm̃ rationem rectam determinatur, ut dicitur in 2. Ethic.* Vnde de magnanimo dicitur in 4. Eth.† quòd eſt magnitudine extremus, eo autem quòd ut oportet, medius.

I

In corp. ar.

Li. 2. c. 6. tom. 5.

†Li. 4. c. 3. tom. 5.

D. 918.

AD III dicendũ, ꝙ leges feruntur ſecundũ ea, quæ ut in pluribus accidunt. Hoc autem rarũ erat apud antiquos, ut aliquis amore ueritatis contemplandæ ab omni delectatione uenerea abſtineret, quod ſolus Plato legitur feciſſe. Vnde non ſacrificauit quaſi hoc peccatum reputaret, ſed peruerſę opinioni ciuium cedens, ut ibidem Aug.* dicit.

K

Loco citato in argum.

Porrecta per totum.

ARTICVLVS III.

Vtrum virginitas ſit virtus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Virginitas non ſit uirtus. Nulla. n. uirt⁹ ineſt nobis a natura, ut Phi-

SVPER QV. CLII. ARTIC. III.

734 IN art. 3. eiuſdem q. 152 dubia multa occurrunt Primũ, ex Buridano apud Maiorem.

Inf. q. 155. art. 1 cor. & ad 5. Et 4. diſt. 33. q. 3. ar. 2. & 4. d. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. corin. Et 2. Eth. lc. 1. fin.

loſophus dicit in 2. Ethic.* ſed virginitas ineſt nobis à natura, quilibet.n.mox natus virgo eſt. ergo virginitas non eſt uirtus.

¶ 2 Præ. Quicūq; hēt unā uirtutē, [h] habet oēs, ut ſupra habitū eſt: ſed aliqui hñt alias uirtutes, qui nō habēt uirginitatē, alioquin cū ſine uirtute nullus ad re- B gnū cælorū perueniat, nullus ſine uirginitate ad ipſum poſſet peruenire, quod eſſet matrimonium damnare. ergo virginitas non eſt uirtus.

¶ 3 Præt. Ois [h] uirtus reſtituitur ꝑ pœnitentiā: ſed uirginitas nō reparatur per pœnitentiā. undè Hieron.* dicit. Cū cætera Deus poſſit, nō pōt uirginitatē poſt ruinam reparare. ergo uidetur ꝙ uirginitas non ſit uirtus.

¶ 4 Præ. Nulla [h] uirtus ꝑditur ſine peccato: ſed uirginitas ꝑdit̄ ſine peccato, ſ. ꝑ matrimoniū. ergo uirginitas non eſt uirtus.

¶ 5 Præ. Virginitas cōdiuidit̄ [h] uiduitati, & pudicitiæ coniugali: ſed neutrū illorū ponit̄ uirtus. ergo uirginitas non eſt uirtus.

Sed contra eſt, qd̄* Amb. dicit in lib. de uirginitate. Inuitat uirginitatis amor, ut aliquid de uirginitate dicamus, ne ueluti tranſitu quodā perſtricta uideatur, quæ principalis eſt uirtus.

Resp. Dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, * in uirginitate eſt ſicut formale & cōpletiuū ꝑpoſitū ꝑpetuò abſtinēdi à delectatione uenerea. Qd̄ qdē ꝑpoſitū laudabile redditur ex fine, in quantū. ſ. hoc fit ad uacandū rebus diuinis. Materiale autem in uirginitate eſt integritas carnis abſq; oī experimento uenereæ delectationis. Manifeſtū eſt aūt ꝙ ubi eſt ſpecialis materia boni habens ſpecialē excellentiā, ibi inuenitur ſpecialis rō uirtutis: ſicut patet in magnificētia, quę eſt circa magnos ſumptus, & ex hoc eſt ſpecialis uirtus à C liberalitate diſtincta, quę cōiter ſe habet circa oēm pecuniarū uſum. Hoc aūt qd̄ eſt conſeruare ſe immunē ab experimento uenereæ delectationis, hēt quandā excellentiā laudis ſupra hoc, qd̄ eſt cōſeruare ſe immunē ab inordinatione uenereæ uoluptatis: & ideò [m] uirginitas [d] eſt qdā ſpecialis uirtus, habens ſe ad caſtitatē, ſicut magnificentia ad liberalitatem.*

D

Martinum, ꝙ virginitas nō ſit uirtus, quia uirtus ſemper, & in A quolibet eſt uirtus: ſed uirginitas nō in quolibet ſemper eſt uirtus, ſed quandoq; eſt uitiū, ut patet in multis caſibus. ergo &c.

¶ Ad hoc breuiter dr̄, ꝙ de uirtutibus, & vitiis nō eſt iudicandū ſecundùm ea quæ ſunt per accidēs, ſed ſecundùm id qd̄ eſt per ſe. Cōſtat aūt ꝙ uirginitas moraliter ſumpta, ut. ſ. importat ꝑpoſitum perpetuæ incorruptionis ꝑp Deū, eſt bona moraliter, & ſemper eſt in quolibet, cū importet ordinē rectiſſimæ rōnis, quo inferiora ſuperioribus bonis ſubijciūtur, & maxima minoribus præferūtur. Perinde aūt eſt dicere ꝙ uirginitas nō eſt uirtus, qa in aliquo caſu peccaret virgo, ac ſi diceretur, ꝙ religio non eſt uirtus, qa in aliquo caſu uacās religioni peccaret, impediēdo aliud neceſſariū bonū. Dicito ergo, ꝙ aliud eſt dicere. A. eſt uirtus, ſiuè act⁹ uirtuoſus ſimpliciter, & in quolibet, & ſemp: & aliud eſt dicere A. ſemp & in omni caſu uirtuosè poteſt exerceri. In primo. n. dicto cōſideratus habitus, & actus, ſecundū ſuā rōnem. In ſecundo aūt conſiderātur circūſtantiæ, & accidētia circa executionē actus. Cōſtat autē ꝙ multarū uirtutum actus poſſunt ſic impediri aliqñ ab executione, ita ꝙ licet abſolutè ſint uirtuoſi, ſi tñ tunc fierent, eſſent uitioſi, ut ſi quis celebraret, quando infirmus illius eget uiſitatione, & ſi quis redderet gladium furioſo. Erant igitur fortè aliqui in hac re non aduertentes qd uirginitas ut eſt nomen moralis habitus, aut act⁹ importet, ꝑpoſitum ſcilicet perpetuę integritatis propter Deum, ut hic in reſponſione ad ſecundum in litera exprimitur. In hac enim ratione manifeſtè apparet rectiſſimus rationis ordo ſecundùm ſe, & abſolutè.

* In prin. lib. 10. ſ.

* Ad Euſtochium de cuſtodia uirginitatis in fol. a pric. tom. 1.

* Li. 1. de uirginib. nō multū longe a prin. 10. 1

¶ Secundum ex Ricardo in 3. diſtin. 4. quòd uirginitas non eſt uirtus diſtincta à caſtitate, ſicut magnificētia à liberalitate: quia materia uirginitatis, & materia caſtitatis ſe habent ut magis & minus, & nō ſicut alterius & alterius rationis, ſicut materia magnificentiæ & liberalitatis. ergo. Et propterea cum dicitur in litera. Vbi eſt ſpecialis materia boni habens ſpecialem excellētiā, oportet addere, aut ſubintelligere, alterius rōnis. Et ſic minor eſt falſa. non ualet ergo ratio literæ. Et augetur quæſtio, quia ſi uirginitas eſt, ut in litera dicitur, ſequitur quòd uirginitas ſit ſubiectiuè in iraſcibili, & caſtitas in concupiſcibili, & obiectum illius ſit arduum: iſtius verò bonum abſolutè, ut proportionaliter ſe habebāt, ut magnificentia & liberalitas: ſed hæc patet eſſe falſa. ergo nō ſe hēt ad caſtitatē, ut magnificētia ad liberalitatē.

¶ Ad hoc dicitur, quòd uirginitas poteſt cōſiderari dupliciter. Primo, infra limites temperantiæ purè. & ſic uirginitatis materia eſt materia uirtutis, ſed non diſtinctè à caſtitate, & ſimiliter uirginitas eſt uirtus, ſed non diſtincta à caſtitate. Et ſic benè ſaluatur Ricardus, nec oppoſitū ſenſit author: & hoc concludunt argumenta allata. Nam materia uirginitatis non eſt alterius rationis, ſicut materia magnificentiæ: nec uirginitas eſt circa arduum, cum non ſit circa actum aliquem iraſcibilis, ſed concupiſcibilis, delectationem ſcilicet ueneream. Si autem conſideretur in ordine ad diuinum obſequium, quoniam uirgo cogitat quæ Domini ſunt &c. ſic uirginitatis materia conſtituit materiam ſpecialiter bonam, & alterius rationis à materia caſtitatis:

& ſic uirginitas ſe habet ad caſtitatē, ut magnificentia ad liberalitatem, nō ꝙ ſimilitudo iſta teneat quo ad oīa, vt obiectiones quaſi ſupponunt, ſed quo ad duo. ſ. ꝙ ſicut illæ differunt penès mediocre & magnū, ita iſtæ penès excellens, & mediocre: & ſicut ibi magnū diſtinguitur ſpecie à mediocri, ita hic excellens à mediocri. Sed quo ad rōnē diuerſitatis ſpecificę non aſſimilantur: quia ibi magnū diſtinguitur ſpecie, qa ingreditur ordinē arduorū: hic uerò excellens diſtinguit ſpeciē, qa trahitur ad ordinē diuinorū. Vndè patet ꝙ ſolida ſtat doctrina authoris.

* Ar. 1. huius queſt.

¶ In rñſione ad tertiū, dubiū ex Martino occurrit directè contra authorē hic, arguente in qō. 2. de uirginitate, probareq; nitente, ꝙ per pœnitentiā nec materiale, nec formale uirginitatis reparari pōt. Et primo, qa in quocunq; non pōt eſſe ꝑ quācumq; pœnitentiā propoſitū ſeruandi integritatē carnis, in eo non pōt per pœnitentiā reparari formale uirginitatis: ſed corrupta eſt huiuſmodi. ergo. Probatur minor: quia tali non poteſt reparari integritas carnis per penitentiam, ut ipſe Thomas fatetur. Secundo, Virginitas, caſtitas coniugalis, & caſtitas uidualis formaliter & ſpecificè differunt, ut probabitur: ſed non niſi per hoc, quòd de ratione uirginitatis eſt propoſitum ſeruandæ integritatis, & hoc propoſitum non eſt reparabile per pœnitentiam. ergo. Tertio, quia propoſitum ſeruādi, integritatem carnis aut eſt materiale tantùm in virginitate & hoc non: aut formale tantùm, & habeo intentum: aut compoſitum ex utroq;, & hoc nō, tum quia corrupta credens ſe integram, ſuo errore poſſet reparare ſibi uirginitatem, intendens ſeruare integritatē: tùm quia materiale uirginitatis eſt integritas non obiecta uoluntati, ſed inexiſtens carni: ideò, inquit, dico quòd ſunt aliquæ uirtutes per pœnitentiam irreparabiles.

Conclu.

D. 1166.

¶ Ad hoc dicitur cum authore, quòd reparatio uirtutum eſt intelligenda, ſicut connexio earundem. Et propterea ſicut decrepitus poteſt eſſe fortis, & pauper magnificus, ita corrupta perſona pōt eſſe uirgo quo ad formale: ſed formale uirtutis aliter inuenitur coniunctum ſuæ materiæ, & aliter ſeparatum ab ea: nam cum materia uirtutis ſubeſt, per formale ſimpliciter determinatur. Cum. n. adeſt pecunia magna, uirtuoſus magnificentia præditus determinat eam ad ſumptus magnos. Cum autem uirtuoſo pecunia deeſt, non pecunia abſolutè, ſed pecunia ſi adeſſet, à magnificentia determinatur: & ſimile eſt in alijs. Et ſicut ſaluatur hoc modo in paupere magnificentia formaliter, ita ſaluatur in corrupta uirginitas formaliter ex ꝑpoſito integritatis ſeruandæ ſi adeſſet: & hoc ſufficit. Nec requiritur propoſitum ſaluandæ integritatis abſolutè ad formale uirginitatis ſeparatum à materia, ſed ad coniunctum ſuæ materiæ. Et quia huiuſmodi propoſitum patet eſſe reparabile per pœnitentiā; ideò patet omnes virtutes eſſe reparabiles per pœnitentiam quo ad ſuum formale, cum omnes ſint connexæ. Et hoc magis cōſonat & ſacræ doctrinæ, ſecundùm quam filio prodigo data eſt ſtola prima, & philoſophiæ morali, ſecundùm quam qui una caret uirtute, nullam habet. Et per hoc patet ſolutio omnium.

E

¶ In eodem 3. art. in reſponſione ad quartum, dubiū occurrit ex Martino, ubi ſupra dicente, ꝙ hæc concluſio ponitur contra

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ hoīes ex ſua natiuitate hn̄t id qđ eſt materiale i virginitate, ſ. integritatē carnis immunē ab experimento venereorū. Non tn̄ habent id, quod eſt formale in virginitate, vt. ſ. habeant propoſitū ſeruandi huiuſmodi integritatē propter Deum: & ex hoc habet rationem virtutis. Vndè * Aug. dicit in lib. de virginitate. Nec nos in virginibus prædicamus, ꝙ virgines ſunt, ſed quòd Deo dicatæ pia continentia virgines ſunt.

G

AD II. dicendū, ꝙ cōnexio virtutum accipitur ſm illud qđ eſt formale in uirtutibus, ideſt, ſm charitatem, uel ſm prudentiam, ut ſupra habitū eſt, * non autem ſm id, quod eſt materiale in uirtutibus. Nihil enim ꝓhibet alicui uirtuoſo ſuppetere materiā unius uirtutis, non autem materiā alterius. Sicut pauper habet materiā tēperantiæ, non autē materiā magnificentiæ: & hoc modo alicui habenti alias uirtutes deeſt materia uirginitatis, id eſt, prædicta integritas carnis. Tn̄ poteſt id, quod eſt formale in uirginitate habere, ut. ſ. ſit in præparatione mētis, prædictæ integritatis cōſeruandæ propoſitum, ſi hoc ſibi cōpeteret. Sicut pauper poteſt in præparatione animi habere propoſitū magnificos ſumptus faciendi, ſi ſibi competeret. Et ſimiliter ille qui eſt in proſperitate, habet in pręparatione animi propoſitum aduerſa ęquanimiter tolerandi, & ſine hac pręparatione animi non poteſt eſſe aliquis uirtuoſus.

AD III. dicēdū, ꝙ uirtus per pœnitentiā reparari pōt quantum ad id, qđ eſt formale in uirtute, nō autē quantū ad id, qđ eſt materiale in ipſa. Nō. n. ſi qs magnificꝰ cōſumpſerit diuitias ſuas, ꝑ pœnitētiā peccati reſtituunt ei diuitiæ: & ſiīr ille q uirginitatē [d] peccādo amiſit, ꝑ pœnitentiā nō recupat uirginitatis materiā, ſed recupat uirginitatis ꝓpoſitū. Circa materiā āt uirginitatis eſt aliqd, qđ miraculoſè reparari poterit diuinitus, ſ. integritas mēbri, quā dicimus accidētaliter ſe ad uirginitatē habere. Aliud autē eſt, qđ nec miraculoſè reparari pōt, ut. ſ. ꝙ q expertus eſt uoluptatē uenereā, fiat non expertus. Nō [d] enim Deus poteſt facere, ut ea quę facta ſunt, nō ſint facta, ut in primo * habitum eſt.

H

AD IIII. dicendū, ꝙ uirginitas, ſm ꝙ eſt uirtus, importat propoſitū uoto firmatū integritatis perpetuo ſeruādę. Dicit. n. * Aug. i lib. de uirginitate, ꝙ per uirginitatem integritas carnis ipſi creatori animę & carnis uouetur, conſecratur, ſeruatur. Vndè [d] uirginitas ſm quòd eſt uirtus, nunquam amittitur niſi per peccatum.

I

AD V. dicendū, ꝙ caſtitas cōiugalis ex hoc ſolo habet laudē, ꝙ abſtinet ab illicitis uoluptatibus: undè nō habet aliquā excellentiā ſupra cōmunē caſtitatē. Viduitas autē addit quidem aliquid ſupra caſtitatē cōmunem: non tn̄ peruenit ad id qđ eſt perfectū in materia iſta, ſcilicet, ad omnimodā immunitatē uenereæ uoluptatis, ſed ſola uirginitas. Et ideò ſola uirginitas ponitur uirtus ſpecialis ſupra caſtitatē, ſicut magnificentia ſupra liberalitatem.

K

tra Thomā, ſ. Virginitas nullo voto firmata eſt virtus. Et probat quinq; medijs. Primò, qa eſt actus humanus bonus & laudabilis in medietate cōſiſtens. Secundò, qa eſt actus rōni conformis. Tertiò, quia eſt actus qui eſt materia voti. Quartò, quia eſt temperantia. Quintò, quia in aliquo caſu virginitas nō voto firmata, eſt laudabilior, q̄ voto firmata. Probat aſſumptū. Si frater regis Fràciæ cognoſceret probabiliter, ꝙ rege ſine hærede decedēte, regnū tranſiret ad tyrannū crudeliſſimū, cōſultius ageret ſine uoto ſeruare uirginitatem, q̄ uouere.

¶ Ad hæc breuiter di. ꝙ aut rōnes iſtæ non militant cōtra doctrinam authoris, cōtra quā inducuntur, aut nihil ualent. Nā ex rōnibus iſtis intēdit cōcludere ꝙ virginitas ſine uoto eſt uirtus, aut ꝙ talis uirginitas eſt uirtꝰ ſpecie diſtincta à caſtitate. Si primū, nō eſt contra authorē: qm̄ gratis oēs fatemur, virginitatis propoſitū eſſe actū caſtitatis. Si ſecundū, rōnes nihil valēt. Nā licèt cōcludant, ꝙ ſine uoto uirginitas ē ſub tēperātia, & actus uirtuoſus, &c. non tn̄ cōcludunt diſtinctionē ſpecificā eius à caſtitate. Et tn̄ author ponit virginitatē nō ad hoc ꝙ ſit uirtus, ſed ad hoc, ꝙ ſit ſpecialis cōtra caſtitatē, uirtus diſtincta, exigere firmitatē uoti. Nec huius oppoſitum Martinus ꝓbauit: quin etiā reſpōſio Martini ad rōnē in litera huius argumēti tactā, ſ. Nulla virtus ꝑditur ſine peccato, nil valet: dū dicit, ꝙ oēs virtutes quę ſunt de actibus cadētibus ſub conſilio, perduntur ſine peccato, vt voluntaria paupertas. Hoc namq; nihil valet, tum quia nulla virtus eſt, quæ ſit circa cōſilia, quin eadē ſit circa præcepta, vt patet diſcurrenti per oēs virtutes morales, iuſtitiā, fortitudinē, temperantiam, prudentiam, & partes earum. Sed videtur deceptio cōtingere: quia aliud eſt loqui de aliquo excellenti actu virtutis, & aliud de ipſa virtute. Poteſt ſiquidem excellens actus uirtutis omitti abſq; peccato, quia excellentia illa eſt in conſilio. Et ſic contingit de actu uirginitatis, & paupertatis uoluntariæ, & ſimilibus, non ꝙ virtus aliqua per horum omiſſionem perdatur. Patet autē nullam uirtutē perdi ſine peccato: quia vt in prædicamentis dicitur, contrarium bono ex neceſſitate eſt malum. Quicquid ergo contrariatur uirtuti, quam conſtat eſſe bonum morale, oportet eſſe malum morale, quod eſt peccatum, ſeu uitium.

* Cap. 11. in princ. to. 6.

Cōnexio virtutū, vnde.

* q. 129. ar. 3. ad 2.

¶ Sed contra hanc authoris doctrinam virgens magnum occurrit dubiū. qm̄ ſi firmitas voti exigitur ad conſtituendū virginitatē in eſſe virtutis ſpecificè diſtinctę à caſtitate, cū cōſtet, ꝙ votum eſt actus religionis, & trahat ad ipſam religionis ſpeciē materiā, ſupra quā cadit virginitas firmata voto, erit quidē diſtincta ſpecificè à caſtitate, qa erit religio, aut religionis pars: ſed nō erit diſtincta à caſtitate, vt una ſpecies temperantiæ diſtinguitur ab alia tēperantiæ ſpecie. Diuerſorū ſiquidē generū, & non ſubalternatim poſitorū diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, vt in Prædicamentis dicit.

¶ Ad hoc di. ꝙ ſicut adulteriū ponitur ſpecies luxuriæ, & tn̄ nō per differentiā per ſe intemperantię, ſeu luxuriæ diſtinguitur à ſpeciebus luxurię, ſed per differentiā per ſe iniuſtitiæ, vt inferius patet: ita virginitas ponitur ſpecies temperantiæ, & tn̄ nō per differentiā per ſe temperātiæ, ſed per religionis differentiā diſtinguitur ab alijs tēperantiæ ſpeciebus. Eſt autem vtrobique eadem ratio, ſcilicet, quia materia ibi eſt luxuriæ, hic temperantiæ. Et quod plus vrget, quia ſic locuti ſunt non ſolùm populi ratione materię. ſed priſci patres, quorum venerationem decuit authorem, decet & omnes moralia docentes ſapere ad ſobrietatem, & ſpecies temperantiæ, & luxuriæ appellare etiam ex non per ſe illius generis differentijs. Vndè & author vt uirginitatem poneret ſpecialem virtutem, ſeipſum in 4. diſtinct. 33. correxit, ubi virginitatem tam cū uoto, quàm ſine voto, minus tunc ſciens, poſuerat, vt magnificentiam.

D. 1168.

D. 499.

* 2. 2. q. 88. art. 4.

* Ca. 8. in fin. to. 6.

D. 1168.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte, quòd hinc habes, quòd licèt peccatum luxurię in vidua ſit grauius, quàm in alijs fornicarijs, non tamen diſtinguitur ſpecie, cū vidualis caſtitas non ſit ſpecialis virtus, cui huiuſmodi luxuria opponatur. Aliunde ſiquidem non haberet diſtinctionem ſpecificam ſatis apparet, ex quo ſoluta eſt à viri lege.

¶ In eadem reſponſione dubium ex Martino in eodē lib. quæſtione de viduitate occurrit, nitente probare, ꝙ viduitas eſt virtus diſtincta ſpecie à virginitate, & caſtitate coniugali. Et quidē quòd ſit virtus probat: quia eſt habitus electiu[illegible] immediatè conſiſtēs indeterminata ratione. Quòd verò ſit uirtus diſtincta ſpecie ab alijs, probatur: quia habent obiecta ſpecie diſtincta. Nam obiectum virginitatis eſt integritas carnis, obiectum viduitatis eſt continentia perpetua.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, ꝙ viduitas non eſt nomen virtutis, ſed

ARTICVLVS IIII.

Vtrum virginitas ſit excellentior matrimonio.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur q̀ virginitas nõ ſit excellentior matrimonio. Dicit enim* Aug. in lib. de bono cõiugali. Nõ impar[b] meritũ eſt continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abrahã, q filios generauit: ſed maioris virtutis maius eſt meritũ. ergo virginitas non eſt potior virtus, quam caſtitas coniugalis.

B ¶ 2 Præt. Ex virtute depẽdet laus virtuoſi. Si ergo virginitas præferretur continentiæ coniugali,[b] vr̃ eſſe conſequens, q̀ quælibet virgo eſſet laudabilior qualibet coniugata.: hoc autem eſt falſum. ergo virginitas non præfertur coniugio.

C ¶ 3 Præt. Bonum cõe potius eſt bono priuato, vt patet p Philoſoph.* 1. Eth ſed coniugiũ ordinatur ad bonum cõe. dicit.n. † Augu. in lib. de bono cõiugali. Quod eſt cibus ad ſalutẽ hominis, hoc eſt concubitus ad ſalutẽ humani generis: virginitas autem ordinatur ad bonũ ſpeciale, ut ſ. vitent tribulationem carnis quã ſuſtinent coniugatæ, ſicut patet p Apoſto. 1. ad Cor. 7. ergo virginitas non eſt potior continentia coniugali.

SED CONTRA eſt, quod dicit *Aug. in lib. de uirginitate. Certa ratione, & ſanctarum ſcripturarum authoritate nec peccatũ eſſe nuptias inuenimus, nec eas bono aut virginalis continẽtię, uel etiam uidualis æquamus.

RESPON. Dicendũ, q̀ ſicut patet in lib.* Hier. contra Iouinianum, hic error fuit Iouiniani, q poſuit uirginitatem nõ eſſe matrimonio præferendam. Qui quidem error præcipuè deſtruitur & exemplo Chriſti, qui & matrem uirginẽ elegit, & ipſe uirginitatem ſeruauit, & ex doctrina apoſtoli, qui 1. ad Cor. 7. uirginitatem conſuluit tanq̃ melius bonum. et etiã ratione, tum quia bonum diuinum eſt potius humano bono: tum quia bonũ animæ præfertur bono corporis, tum etiam quia [d] bonum cõtemplatiuæ uitæ præfertur bono actiuæ. virginitas aũt ordinatur ad bonum animæ, ſ̃m uitam contemplatiuam, qđ eſt cogitare ea quæ ſunt Dei: coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod eſt corporalis multiplicatio generis humani, & D p tinet ad vitã actiuã: qa vir & mu

Porrecta per totum.

735

2. d. 30. q. 2. ar. 3. ad 6. & d. 33. q. 3. art. 2. ad 5. & ar. 3. ad 1. Et 3. con. capi. 137.

* ca 21. in fine, to. 6.

* Li. 1. c. 2. in fi. to. 5.

† cap. 16. in prin. to. 6.

* Cap. 19. fi. tom. 5

* Li. 1. non remote à prin. to. 3.

D. 1185.

ſed ſtatus continentium. Claudit autem in ſe virtutem caſtitatis, & dicit perfectionem gradum caſtitatis, q caſtitatis coniugalis. Omnis tamen huiuſmodi caſtitas ſub vna caſtitatis virtute comprehenditur, quod probatur ex eo, q̀ numquam peccatur, niſi contra uirtutem caſtitatis agatur. Vidua enim ſi nubit, non peccat. Nulla autẽ virtus ſine peccato perdit. Et licèt hoc Martinus negauerit, à veritate tñ actus, immemor ſuæ negationis aſſerit poſt. in q. 1. de luxuria, concluſione tertia, aſſerendo q̀ nihil deiicit animum à ſtatu virtutis, niſi peccatũ. Et p hoc pbat, q̀ non omnis actus venereus deiiciat animũ à uirtute, quãuis deiiciat ab arce & excellẽtia perfectionis.

¶ Ad obiectionẽ ergo in oppoſitũ conceditur, q̀ viduitas eſt virtus caſtitatis, ſeu claudit illam: caſtitas.n. ſufficit ad medietatẽ eligendam in vidua.

¶ Ad ſecundũ uerò dicitur, q̀ non quęcumque diſtinctio obiectorũ, ſed ſola formalis in eſſe morali, hoc eſt, in ordine ad rationẽ, diſtinguit ſpecie virtutẽ à virtute. Seruare autem ſe immunem ab illicita delectatione venerea, qđ pertinet ad caſtitatẽ, & ſuper hoc nolle licitis venereis delectationib⁹ ſe immiſceri, qđ addit uidualis caſtitas, nõ diſtinguuntur formaliter: ſed ſicut actus neceſſarius, & actus ſupererogationis ſub eadem formali ratione qua perſona circa venereas delectationes rectè ſe habet. Plus enim, vt in litera dicitur, exigitur ad conſtitutionẽ ſpecialis uirtutis, q̃ aliquid plus dignitatis, ſeu excellẽtiæ habere.

SVPER Q. CLII. ART. IIII.

Ferr. 3. cont. c. 137.

IN art. 4. eiuſdem q. in reſponſione ad primum, dubium ex Martino in q. 3. de virginitate occurrit dicente. Iſta ſolutio non mihi uidetur rationabilis, tùm primò, quia Abraham nũquam habuit coniugium in opere, & uirginitatem in præparatione animi, cum nihil habeamus in præparatione animi, niſi quod eſt nobis poſſibile, niſi apud inſipientes. Nec iuuat inducta Auguſtini authoritas: quia non dicit, q̀ Abrahã habuit virginitatem in habitu, ſed continentiam, uel cælibatum, qui etiã uiduis conuenit. Tùm quia habere aliquam uirtutem in actu & opere multò perfectius eſt, quàm habere eam ſecundùm pręparationem animi: ſed Ioannes habuit uirginitatem in opere, & Abraham in ſola præparatione animi. ergo.

¶ Ad euidentiam horum aduerte, quod author nõ æquat opus coniugii operi uirginali: ſed adæquat meritum continentiæ Abrahæ merito continentiæ uirginalis Ioannis Baptiſtæ. Hæc autem conſtat diſtare valdè. Vndè in principio reſponſionis author dicit, quòd meritum non ſolùm penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Per hoc enim quod dixit ex genere actus, denotauit primam inæqualitatem. Nam ex genere operis uirginitas præſtat continentiæ coniugali. Per hoc uerò quod ſubdit, Sed magis ex animo operantis, denotauit adæquationem ſecundo loco dictam quo ad præmium ſubſtantiale.

¶ Ad primam igitur Martini obiectionem dicitur, q̀ Abraham habuit ſemper uirginitatem in præparatione animi. Nec eſt verum quòd ſolùm id quod eſt poſſibile nobis, habeamus in ani-

A mi præparatione, cũ ſenex impotẽs pertinax in luxuria, habeat in pręparatione animi adulteria, ſtupra &c ſi poſſet. Et ſicut inimicus alicuius, quàmuis priuatus manibus, omniq; ſpe occidendi inimicum, habeat animum præparatum occidendi illum ſi poſſet, & ſic de aliis. Et ſicut iſti quo ad damnũ, & pœnam ſenſus ſubſtantialẽ ſunt ita rei ſicut adulteri, & homicidæ, & fortè plus iuxta animi maiorem ardorẽ ad hęc: ita Abraham uirtuoſus priuatus pp neceſſariam cauſam exercitio uirginitatis perſeuerabat in pręparatione animi ad uirginitatem, ſi eſſet cõueniens tunc. Authoritas quoque Auguſt. allata adiuuat, quoniã continẽtia ibi ab Auguſt. pro continentia tollente coniugiũ ſumitur, quam conſtat eſſe virginalem ſolã. Vidualis enim nõ ſimpliciter, ſed poſt tempus tollit cõiugium. Patet autẽ Auguſtinũ ſic accipere ibi continentiam, quia loquitur de ea, quam non habebat in opere Abrahã, ſed in animo, & Ioannes in opere.

¶ Ad ſecundum autẽ dicitur, q̀ licèt quãtũ ad bonitatẽ ex genere affectus, & penes pmiũ accidentale plus ſit habere uirtutem ĩ opere, q̃ in ſola pręparatione animi, tamẽ quãtum ad bonitatẽ meriti ex animo operantis, & quantũ ad meritum ſubſtantiale non oportet q̀ ſit plus, ſed quandoque eſt minus, ut patet ex dictis: & ideò ratio nihil valet.

¶ In reſpõſione ad tertium eiuſdem articuli, dubium ex Martino, ubi ſupra, occurrit dicente, Hæc ſolutio non placet mihi. Et uidetur concedendũ, q̀ multiplicatio, ſiuè conſeruatio ſpeciei humanæ eſt ſimpliciter melior, quàm contemplatio diuinorum quantumcumque ſint diuerſorũ generum. Si.n. finis uirginitatis eſſet melior ſimpliciter quàm finis coniugii, uideretur q̀ propter conſeruationem humanæ ſpeciei non eſſet deſerenda uirginitas etiam firmata uoto, nec pro pace unius regni poſſet Papa diſpenſare, qa diſpenſatio non fit niſi propter melius: hoc autem eſt error.

¶ Ad hoc dr̃, q̀ cõparatio rerum in bonitate nõ eſt conſiderãda ſecundùm caſus aut euentus, ſed abſolutè. Conſtat autem ſecundum oẽs, q̀ bonum aĩæ pfertur bono corporis, & q̀ contẽplatio diuina eſt magnum animæ bonũ, multiplicatio aũt hominum E per generationem, corporale bonũ ſecũdùm ſuũ genus eſt. Generatio ſiquidem carnalis carnale bonum directè facit, iuxta illud Ioãnis 3. Quod natum eſt ex carne, caro eſt. Igitur optimè author dixit, q̀ finis virginitatis ſecũdùm genus ſuũ, eſt ſimpliciter melior, quàm multiplicatio hoĩum, quæ eſt finis cõiugii.

¶ Ad obiectionẽ aũt Martini negatur utraq; ſequela. Prima quidem, quia in caſu, quo ſpeciẽ humanã oporteret cõſeruari, præceptũ iuris naturę pualeret uoto uirginitatis, & ſic ſimpliciter melius eſt philoſophari q̃ ditari: tpe tñ neceſſitatis oppoſitũ agẽdũ eſt. Ita licet ſimpliciter melior ſit uirginitas matrimonio, tpe tñ neceſſitatis melius eſt nubere. Secũda aũt, quia in pace unius regni non tenditur ad bonum temporale tantum, ſed ad bonum ſpirituale, uirtutũ. ſ. in regno, q̃ diſcordiis, ſeditionibus, belliſq; impediuntur, tollũtur. Et uniuerſaliter dr̃, q̀ diſpenſatio poteſt fieri nõ ſolùm propter melius ſecundùm ſuum genus, ſed propter melius ex circunſtantia, puta hic, in tali euentu.

re in matrimonio uiuentes neceſſe habent cogitare quæ ſunt mundi, vt patet per Apoſtolũ 1. ad Corinth. 7. Vndè [m] indubitanter virginitas præferenda eſt continentiæ coniugali. [n]

Conclu. m

Ad 1. ergo dicendum, ꝙ meritũ non ſolùm penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Habuit aũt animum Abraham ſic diſpoſitum, vt paratus eſſet virginitatem ſeruare, ſi eſſet tẽpori congruum, ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipſo, æquatur merito [d] continentiæ virginitatis in Ioanne reſpectu præmij accidentalis, non aũt reſpectu præmij ſubſtantialis. Vndè* Auguſ. dicit in lib. de bono coniugali, ꝙ Ioannis cælibatus, & Abrahę connubium pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt, ſed continẽtiam Ioãnes in opere, Abraham uerò in ſolo habitu habebat.

D. 1. — *ca. 21. in fine, to. 6.

Ad 11. dicendum, ꝙ licèt virginitas ſit melior, q̃ continentia coniugalis, poteſt tñ coniugatus melior eſſe, q̃ virgo, duplici rõne. Primò quidẽ ex parte caſtitatis, ſi ſ. ille qui eſt coniugatus, habeat animũ magis paratum ad virginitatẽ ſeruãdã, ſi oporteret, q̃ ille qui eſt actu virgo. Vndè* Augu. inſtruit virginem in libr. de bono coniugali, vt dicat. Ego non ſum melior, q̃ Abraham, ſed melior eſt caſtitas cælibum, quàm caſtitas nuptiarũ. & rationem poſtea* ſubdit, dicens. Quod. n. nunc ago, melius ille egiſſet, ſi tunc agendũ eſſet. Quod autẽ illi egerunt, ſic ego nõ agerem, ẽt ſi nunc agendum eſſet. Secundò, quia fortè ille qui nõ eſt virgo, habet aliquam excellentiorem virtutem. Vndè* Auguſti. dicit in libr. de virginitate. Vndè ſcit virgó, quàmuis ſolicita quæ ſunt Domini, ne fortè ꝓꝑ aliquam ſibi incognitam infirmitatem non ſit matura martyrio, illa verò mulier, cui ſe præferre geſtiebat, iam poſſit bibere calicem dominicæ paſſionis?

*c. 22. ante mediũ, tom. 6. — *Ibidẽ. — *ca. 44. in fine, to. 6.

Collatio boni priuati ad bonũ cõe.

Ad 111. dicendum, ꝙ bonum cõe potius eſt bono priuato, ſi ſit eiuſdẽ generis: ſed põt eſſe ꝙ bonum priuatum ſit melius ſecũdum ſuum genus: & hoc modo virginitas Deo dicata præfertur fœcũditati carnali. Vndè* Aug. dicit in libr. de virginitate, ꝙ fœcunditas carnis, ẽt illarum, quæ in hoc tẽpore nihil aliud in coniugio, quàm prolem requirunt, quam mancipent Chriſto, pro amiſſa virginitate compenſari non poſſe credenda eſt.

*Ca. 9. in prin. to. 6.

SVPER Q. CLII. ART. V.

Ferr. 3. cont. c. 134.

Porrecta per totum.

736 Inf. q. 155. ar. 1. & q. 185. ar. 4. Et 4. d. 33. q. 3. art 3. Et 3. cõtra c. 134.

IN artic. 5. eiuſdem q̃ó. nihil ſcribendũ occurrit, niſi ꝙ illud, quod in fine articuli dr de cantico nouo, ſeu gaudio ſingulari de integritate carnis ſeruata, cũ de aureolis tractabitur, declarandum eſt.

Articvlvs v.

Vtrum virginitas ſit maxima virtutum.

AD qvintvm ſic proceditᵣ. Vr ꝙ virginitas ſit maxima virtutum. Dicit. n. * Cyprian. in libr. de virginitate. Nunc nobis ad uirgines ſermo eſt, quarum quo [h] ſublimior eſt gloria, eo eſt maior cura: flos eſt ille eccleſiaſtici germinis decus atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, [h] illuſtrior portio gregis Chriſti.

*In tract. de habitu virginũ nõ remote à prin. incipit hic Diſciplina cuſtos. † Eſt gloſſ.

¶ 2 Præt. [h] Maius præmium debetur [ll] maiori uirtuti: ſed virginitati debetur maximum præmium, ſcilicet fructus centeſimus, ut patet † Matth. 13. in gl. F ergo virginitas eſt maxima uirtutum.

Hierony. ibidẽ c. 9.

¶ 3 Præt. Tãtò aliqua virtus eſt maior, quãtò ꝑ eam aliqs Chro [h] magis cõformaᵣ: ſed maximè aliqs cõformaᵣ Chro ꝑ uirginitatẽ. dr. n. Apocal. 14. de virginibus, ꝙ ſequuntur agnum quocumq; ierit, & ꝙ cantant canticum nouum: quod nemo alius poterat dicere. ergo uirginitas eſt maxima virtutum.

Sed contra eſt, quod* Aug. dicit in lib. de virginitate. Nemo, quantũ puto, auſus fuit virginitatẽ ꝑferre monaſterio. & in eodẽ lib. † dicit. Præclariſſimum teſtimoniũ perhibet Eccleſiaſtica authoritas, in qua fidelibus notũ eſt quo loco martyres, G & quo defunctę ſanctimoniales ad altaris ſacramẽta recitentur, per quod daᵣ intelligi, ꝙ martyrium virginitati ꝑfertur, & ſimiliter monaſterij ſtatus.

*Ca. 46. in fine, to. 6. † ca. 45. in prin. to. 6.

Resp. Dicendũ, ꝙ aliquid põt dici excellentiſſimũ dupliciter. Vno modo, in aliquo genere: & [m] ſic virginitas eſt excellẽtiſſima. ſ. in genere caſtitatis. [n] Trãſcendit. n. & caſtitatẽ uidualem, & cõiugalem. Et quia caſtitati antonomaſicè attribuitur decor: ideò virginitati ꝑ cõſequẽs attribuitur excellẽtiſſima pulchritudo. Vndè & Amb. dicit in li. de uirginitate. Pulchritudinẽ quis põt maiorem æſtimare decore virginis, q̃ amatur à rege, probatur à iudice, H dedicaᵣ Dño, cõſecraᵣ Deo? Alio modo, põt dici aliqd excellentiſſimũ ſimpliciter: & [p] ſic uirginitas nõ eſt excellẽtiſſima uirtutũ. [q] Sẽper. n. finis excellit id qđ eſt ad finẽ. & quãto aliqd efficacius ordinaᵣ ad finẽ, tãtò melius eſt. Finis aũt ex quo uirginitas laudabilis reddiᵣ, eſt uacare reb⁹ diuinis, ut *dictũ eſt. Vnde ipſę virtutes theologicæ, & ẽt virtus religionis, quarũ actus eſt ipſa occupatio circa res diuinas ꝑferunᵣ uirginitati. Similiter ẽt vehemẽtius operanᵣ ad hoc, ꝙ inhæreant Deo martyres, q. ad hoc poſtponũt propriã uitã, & uiuẽtes in [d] monaſterijs, q. ad hoc poſtponũt propriã uolũtatẽ, I & oĩa quæ poſſunt habere, q̃ uirgines quæ ad hoc poſtponunt veneream uoluptatẽ: & ideò uirginitas non ſimpliciter eſt maxima uirtutum.

Concl. m — Concluſ. p — *Ar. 2. huius queſt. — D. 26.

Ad 1. ergo dicẽdum, ꝙ uirgines ſunt illuſtrior portio gregis Chriſti, & eſt earum ſublimior gloria per comparationem ad uiduas & coniugatas.

Ad 11. dicendũ, ꝙ cẽteſimus fructus attribuitur uirginitati ſm* Hier. ꝓꝑ excellentiam quam habet ad uiduitatem, cui attribuitur ſexageſimus, & ad matrimonium, cui attribuitur triceſimus: ſed ſicut * Aug. in lib. de quæſtionibus Euãgelij, centeſimus fructus eſt martyrum, ſexageſimus uirginũ, & triceſimus K coniugatorum. Vndè ex hoc non ſequiᵣ, ꝙ uirginitas ſit ſimpliciter maxima uirtutum omnium, ſed ſolùm in alijs gradibus caſtitatis.

*Loco citato ĩ arg. — Lib. 1. c. 9. ſ prin. to. 4.

Ad 111. dicendum, quòd uirgines ſequuntur agnum quocumque ierit: quia imitantur Chriſtum non ſolum in integritate mentis, ſed etiam in integritate carnis, ut* Auguſtinus dicit in lib. de virginitate. Et ideò in pluribus ſequuntur agnum: non tamen oportet, quòd magis in propinquo, quia aliæ uirtutes faciunt propinquius inhærere Deo per imitationem mentis. Canticum autem nouũ, quod ſolæ uirgines cantant, eſt gaudium quod habent de intergritate carnis ſernata.

Cap. 27. a med. to. 6

SVPER Q. CLIII. ART. I.

IN art. 1. q. 153. aduerte, quòd quia par eſt, vt quælibet ars gaudeat proprijs vocabulis, ideò in morali philoſophia & theologia, luxuriæ nomen propriè ſumitur pro ſuperfluitate in materia delectationũ uenereatũ, & per ſimilitudinẽ ad quẽlibet abũdantẽ exceſſum translata dr. Nã cũ in Eccleſia dicimus luxuriæ peccatũ, ſine cunctatione intelligimus peccatũ in uenereorũ exceſſu: ſed apud grãmaticos cõtrarius uidetur trãſlationis ordo, quoniam prius ſignificata eſt apud eos luxuriæ nomine ſolutio cuiuſcũq; libidinis, & deinde aſſociata eſt ad ſolutionẽ libidinis in materia venereæ delectationis, quæ ſolutio in ſuperfluitate venereæ delectationis manifeſtè conſiſtit. Et ſic diuerſæ trãſlationes, quia iſti ex parte nominis ſignificantis, illi ex parte rei ſignificatæ tranſlationem ordinarunt.

Porrecta per totum. 737

1. Ethic. c. 5. lc. 2. co. 3.

* lib. 2. c. 6 a med. to. 1.

QVAESTIO CLIII.

De uitio luxuriæ, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderandũ eſt, de uitio luxuriæ, quod opponitur caſtitati. Et primò, de ipſa in generali. Secundò, de ſpeciebus eius.

CIRCA primum quæruntur quinque.

¶ Primò, Quæ ſit materia luxuriæ.

¶ Secundò, Vtrum omnis concubitus ſit illicitus.

¶ Tertiò, Vtrum luxuria ſit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum luxuria ſit uitium capitale.

¶ Quintò, De filiabus eius.

ARTICVLVS I.

Vtrũ materia luxuriæ ſint ſolũ concupiſcẽtiæ & delectationes uenereæ.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr quòd materia luxuriæ nõ ſolùm ſint cõcupiſcẽtię, & delectationes uenereę. Dicit.n.* Auguſt. in lib. cõfeſ. quòd luxuria ad ſatietatẽ atq; abundantiã ſe cupit uocari: ſed ſatietas pertinet ad cibos & potus, abũdãtia aũt ad diuitias, ergo luxuria nõ eſt propriè circa concupiſcentias, & uoluptates uenereas.

¶ 2 Præt. Prouerb. 20. dr. Luxurioſa res eſt uinum: ſed uinum pertinet ad delectationem cibi & potus. ergo circa ea maximè uidetur luxuria eſſe.

¶ 3 Præt. Luxuria dr eſſe libidinoſæ uoluptatis appetitus: ſed libidinoſa uoluptas nõ ſolũ eſt in uenereis, ſed etiam in multis alijs. ergo luxuria nõ eſt ſolũ circa cõcupiſcẽtias, & uoluptates uenereas.

SED CONTRA eſt, quod dr in lib.* de uera religione de luxurioſis. Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem: ſed ſeminatio carnis fit per uoluptates uenereas. ergo ad has ptinet luxuria.

RESP. Dicendum, quòd ſicut Iſidor.* dicit in lib. Etymol. Luxurioſus aliquis dicitur, quaſi ſolutus in uoluptates. Maximè autem uoluptates uenereæ animum hominis ſoluunt: & ideò circa uoluptates uenereas maximè luxuria conſideratur.

* Aug. lib. de uera rel. c. 3. a medio, to. 1.

* Lib. 10. c. 11. incipit, Luxuſ. a med. illius.

Concluſ.

AD I. ergo dicendum, quòd ſicut temperantia principaliter quidem & propriè eſt circa delectationes tactus, dr autem ex conſequenti, & per ſimilitudinem quandam in quibuſdam alijs materijs: ita etiã luxuria principaliter quidem eſt in uoluptatibus uenereis, quę maximè & pręcipuè animũ hominis reſoluunt: ſecundariò aũt dr in quibuſcumq; alijs ad exceſſum pertinentibus. Vnde ad Galat. 5. dicit gloſ.* quòd luxuria eſt quælibet ſuperfluitas.

* Gl. inter lineariſſu per Illud: Impudicitia, luxuria &c.

AD II. dicendum, quòd uinum dr res luxurioſa, uel ſm hunc modum quo in qualibet materia abundãtia ad luxuriã refertur, uel inquantum ſuperfluus uſus uini incentiuum uoluptati uenereæ præbet.

AD III. dicẽdũ, quòd libidinoſa uoluptas etſi in alijs materijs dicatur, tñ ſpecialiter hoc nomẽ ſibi uẽdicat uenereæ delectationes, in quibus etiã ſpecialiter libido dicitur, ut* Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei.

*Lib. 14. c. 15. & 16. tomo 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum nullus actus uenereus poſſit eſſe ſine peccato.

AD SECVNDVM ſic pceditur. Vr quòd nullus actus uenereus poſſit eſſe ſine peccato. Nihil enim ur impedire uirtutẽ niſi peccatũ: ſed omnis actus uenereus maximè impedit uirtutẽ. dicit.n.* Auguſt. in primo ſoliloquiorũ. Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilem, quàm blandimenta fœminæ, corporumq; ille cõtactus. ergo nullus actus uenereus uidetur eſſe ſine peccato.

¶ 2 Præt. Vbicũq; inuenitur aliquid ſuperfluũ, per quod à bono rõnis recedit, hoc eſt uitioſum, quia uirtus corrũpitur per ſuperfluũ & diminutũ, ut dr in 2. Ethic.* ſed in quolibet actu uenereo eſt ſuperfluitas delectationis, quæ intantũ abſorbet rationẽ, quòd impoſſibile eſt aliquid intelligere in ipſa, ut * Philoſ. dicit in 7. Ethic. Et ſicut Hiero. † dicit, In illo actu, ſpiritus prophetiæ nõ tangebat corda prophetarũ. ergo nullus actus uenereus poteſt eſſe ſine peccato.

¶ 3 Præt. Cauſa potior eſt, quàm effectus, ſed peccatũ originale in paruulis trahitur a cõcupiſcẽtia, ſine qua actus uenereus eſſe nõ poteſt, ut patet per Aug. * in lib. de nuptijs & cõcupiſcẽtia. ergo nullus actus uenereus poteſt eſſe ſine peccato.

SED CONTRA eſt, quod Aug. † dicit in lib. de bono cõiugali. Satis reſponſum eſt hęreticis, ſi tñ capiũt, nõ eſſe pctm quod neq; cõtra naturã cõmittitur, neq; cõtra morẽ, neq; contra præceptũ. Et loquitur de actu uenereo, quo antiqui patres pluribus cõiugibus utebãtur. ergo nõ omnis actus uenereus eſt peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd peccatum in humanis actibus eſt, quod eſt contra ordinem rationis. Habet autem hoc rationis ordo, ut quælibet conuenienter ordinet in ſuum finem: & ideò non eſt peccatum, ſi per rationem homo utatur rebus aliquibus ad finem, ad quem ſunt: modo & ordine conuenienti, dummodo ille finis ſit aliquod uerè bonum. Sicut autem eſt uerè bonum, quod conſeruetur corporalis natura unius indiuidui, ita ẽt eſt quoddam bonũ excellens, quòd conſeruetur natura

SVPER Q. CLIII. ARTIC. II.

IN art. 2. eiuſdẽ q. nota primo cõtra ſcrupuloſas mentes, quòd ſine omni peccato venereus actus exercetur, quoniam & exercere, quia debitis eſt circunſtantijs honeſtatus actus cõiugalis, inter quas circũſtãtias nõ eſt ut perſona non delectet, aut nõ cõplaceat ſibi delectatio. Hoc.n. inſenſibilis, aut ſtulti eſt. Cõplacentia.n. uoluntaria in delectatione operis talis alias bene circunſtantionati, puta, pp plẽ, &c. nullũ omnino peccatum eſt, ſed donũ Dei eſt abſolutè generis humani, collatũ homini, & cæteris animalibus. Vndè nõ debet perſona de huiuſmodi delectatione percepta dolere, ſed potius Deo gratias agere.

¶ Nota ſecundo, quòd author in reſponſione ad ſecundũ, theologalẽ rationem reddit, quare delectatio venerea nõ ſubiacet moderationi rõnis, ſ. ex originali peccato, nõ quòd igno ret hoc eſſe naturale, ſed ſicut mors, cũ hoc quòd eſt naturalis, eſt etiã pœna peccati originalis, quia pro gratia adẽpta nobis erat neceſſitas moriendi: ita quia hmõi perturbatio rõnis adẽpta nobis erat per donũ originalis iuſtitiæ, quo inferiora ſuperioribus ſubiecta erant in homine, facta eſt pœna originalis peccati.

Porrecta per totum. 738

Mala. q. 15. art. 1.

* Lib. 1. ca. 10. ante med. to. 1.

* Lib. 2. c. 6. tom. 5.

* Lib. 7. c. 11. a med. to. 5.

† Hier. de Monogamia, ad Gieron. Et refert. 32. q. 2. c. con nubia.

* lib. 1. c. 24. circa med. to. 7.

† ca. 25. circa princi. tom. 6.

ra ſpeciei humanæ. Sicut aũt ad cõſeruationẽ vitæ vnius hoĩs ordinat̃ vſus ciborũ, ita ẽt ad cõſeruationẽ totius humani generis vſus venereorũ. Vñ ✱ Aug. dicit in lib. de bono cõiugali. Qđ eſt cibus ad ſalutẽ hoĩs, hoc eſt cõcubitus ad ſalutẽ generis. Et iõ [m] ſicut vſus ciborũ põt eſſe abſq; peccato, ſi fiat debito modo & ordine ẽm ꝙ cõpetit ſaluti corporis: ita etiã & vſus [d] uenereorũ poteſt eſſe abſq; oĩ peccato, ſi fiat debito modo & ordine, ẽm quòd eſt conueniens ad finem generationis humanæ. [a]

Cap. 16. in princ. to. 6. — *Conclu.* — *D. 858.*

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ aliquid põt impediri duplicitter uirtutẽ. Vno mõ, quantũ ad cõem ſtatũ uirtutis: & ſic non impedit̃ uirtus niſi per pctm̃. Alio mõ, quantũ ad perfectũ uirtutis ſtatũ, & ſic põt impediri uirtus per aliquid qđ nõ eſt pctm̃, ſed eſt minus bonũ. Et hoc modo, uſus fœminæ deiicit animũ nõ à uirtute, ſed ab arce, ideſt, perfectione uirtutis. Vndè Aug. dicit in lib. ✱ de bono coniugali. Sicut bonũ erat, qđ Martha faciebat occupata circa miniſteriũ ſanctorũ, ſed melius [d] qđ Maria audiens uerbũ Dei: ita etiam bonum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus, ſed bonum uiduæ Annæ, & magis Mariæ uirginis anteponimus.

✱ Cap. 8. a medio, to mo. 6. ✱ D. 1185.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra ✱ dictũ eſt, medium uirtutis nõ attẽdit̃ ẽm quantitatẽ, ſed ſecundũ ꝙ cõuenit rõni rectæ: & iõ abũdãtia delectationis, q̃ eſt in actu uenereo ẽm rõnem ordinato, nõ cõtrariat̃ medio uirtutis. Et p̃terea ad uirtutẽ nõ p̃tinet quantũ ſenſus exterior delectet̃, qđ cõſequit̃ corporis diſpoſitionẽ, ſed quãtũ appetitus interior ad hm̃õi delectationes afficiat̃: nec ex hoc ẽt, ꝙ rõ nõ põt liberũ actũ rõnis ad ſpiritualia conſiderãda ſimul cũ illa delectatione habere, oſtendit̃ ꝙ actus ille ſit uirtuti cõtrarius. Nõ. n. eſt uirtuti cõtrariũ, ſi rõnis actus aliqñ intermittat̃ aliquo, qđ ẽm rõnẽ fit: alioquin ꝙ aliqs ſe ſomno tradit, eſſet cõtra uirtutẽ. Hoc tñ ꝙ cõcupiſcentia, & delectatio uenereorũ nõ ſubiacet imperio & moderationi rõnis, p̃uenit ex pœna primi peccati, inquantũ. ſ. ratio rebellis Deo meruit habere ſuam carnem rebellem, ut patet per Auguſt. 13. ✱ de ciuita. Dei.

✱ q. 152. ar. 2. ad 2. & 1. 2. q. 64. ar. 2. — *✱ Lib. 13. c. 13. to. 5.*

Ad III. dicendũ, ꝙ ſicut Aug. †ibidẽ dicit, ex cõcupiſcentia carnis, quæ regeneratis non imputat̃ in peccatũ, tãquàm ex filia peccati proles naſcit̃, originali obligata peccato. Vndè non ſequitur, ꝙ actus ille ſit peccatum, ſed quòd in illo actu ſit aliquid pœnale a peccato primo deriuatum.

† Loco citato in argu.

Articvlvs III.

Vtrum luxuria, quæ eſt circa actus uenereos, poſſit eſſe peccatum.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ luxuria quæ eſt circa actus uenereos, nõ poſſit eſſe aliqđ peccatũ. Per actũ. n. uenereorũ ſemen emittitur, qđ eſt [h] ſuperfluũ alimenti, ut patet per Philoſ. ✱ in lib. de generatione animaliũ: ſed in emiſſione aliarũ ſuperfluitatũ, nõ attenditur aliqđ peccatũ. ergo neq; circa F actus uenereos poteſt eſſe aliquod peccatum.

¶ 2 Præ. Quilibet põt[h] licitè uti, ut libet, eo qđ ſuũ eſt: ſed ĩ actu uenereo homo non utit̃ niſi eo qđ ſuũ eſt, niſi forte in adulterio, uel raptu. ergo in uſu uenereo non põt eſſe peccatum, & ita luxuria non erit peccatum.

¶ 3 Præ. Oẽ peccatũ habet [h] uitiũ oppoſitũ: ſed luxuriæ nullũ uitium uidetur eſſe oppoſitum. G ergo luxuria non eſt peccatũ.

Sed contra eſt, ꝙ cauſa eſt potior ſuo effectu: ſed uinum prohibet̃ p̄p luxuriã, ẽm illud Apoſtoli ad Epheſ. 5. Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria. ergo luxuria eſt prohibita.

¶ Præt. Galat. 5. enumeratur inter opera carnis.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ quãtò aliquid eſt magis neceſſariũ, tãtò magis oportet, ut circa illud rõ H nis ordo ſeruet̃: unñ p̄ cõſequẽs magis eſt uitioſum, ſi ordo rõnis p̃termittat̃. Vſus aũt uenereorũ, ſicut dictũ eſt, ✱ eſt ualdè neceſſarius ad bonũ cõmune, qđ eſt cõſeruatio humani generis: & ideò circa hoc maximè attẽdi debet rõnis ordo, & p̄ cõſequẽs ſi qđ circa hoc fiat præter q̃ ordo rõnis habet, uitioſum erit. Hoc autẽ pertinet ad rationem luxuriæ, ut ordinẽ & I modum rationis excedat circa uenerea: & ideò [m] abſque dubio luxuria eſt peccatum. [a]

✱ In corp. art. — *Conclu.*

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ ſicut ✱ Philoſ. in eodẽ libro dicit. Semẽ eſt ſuperfluũ quo indigetur. Dr̃. n. ſuperfluũ ex eo, ꝙ reſiduũ eſt operationis uirtutis nutritiuæ, tñ indiget̃ eo ad op⁹ uirtutis generatiuæ: ſed aliæ ſuperfluitates humani corporis ſũt, qb⁹ nõ indiget̃, & iõ nõ refert K qualitercũq; emittant̃, ſalua decẽtia cõuictus humani: ſed non eſt ſimile in ſeminis emiſſione, quæ taliter debet fieri, ut cõueniat fini ad quem eo indigetur.

✱ Loco citato in argum.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ ſicut Apoſt. dicit 1. ad Corin. 6. cõtra luxuriã loquẽs. Empti eſtis p̃tio magno, glorificate, & portate Deũ in corpore ueſtro. Ex eo ergo ꝙ aliqs inordinatè ſuo corpore utit̃ p̄ luxuriã, iniuriã facit Deo, qui eſt principalis dñs corporis nr̃i. Vndè & Aug. ✱ dicit in lib. de decem chordis Dñs qui gubernat ſeruos ſuos ad utilitatem illorum, non ſuam, hoc præcipit, ne per illecebras,

✱ Cap. 10. circa medium to. 9.

Correcta per totum.

739

Svper Q. CLIII. ARTIC. III.

Ferr. 3. cont. c. 121. *Nic. de Naſtra. 3. lp. 3. po. 3. q. 7.*

Sup. q. 35. ar. 3. cor. & q. 26. arti. 3. cor. Et 4. di. 33 q. 1. ar. 3. q. 2. Et 3. con. 121. Et mal. q. 15. art. 2. Et 1. co. 6. lect. 3. ✱ lib. 1. c. 19. to. 2.

In ar. 3. eiuſdẽ q6. in reſponſione ad primũ, dubiũ ex Martino occurrit, in q. 2 de luxuria, dicente: Hæc ſolutio nõ ſatiſfacit, tũ quia circa emiſſionẽ aliarũ ſuperfluitatũ põt eſſe inordinatio, & in quantitate cõtra ſanitatẽ corporis, pcurãdo nimis earum emiſſionẽ, uel alia uia, puta, p̄ vlationẽ naturales, puta egere per os, tũ q aliq nõ habent ſemẽ aptũ generationi, aut p̄p ætatẽ, aut p̄p cõ lexionẽ. nõ peccatẽt luxuriando, dũ quomodolibet emitterent ſeminis talis ſuperfluitatẽ.

¶ Ad primũ horũ dr̃, ꝙ vt ſæpe dictũ eſt, authoris ſermo & doctrina eſt formalis, & nihil detrimẽti patit̃ ex his quæ ſunt per accidens. Inter emiſſionẽ ergo ſeminis, & aliarũ ſuperfluitatũ per ſe, & ſecundùm ſua genera, hæc eſt differentia, ꝙ emiſſio ſeminis ex ſuo genere hẽt, q ad finẽ generationis ordinet ſecũdùm rectã rõnẽ: emiſſio aũt aliarũ ſuperfluitatum ex ſuo genere nullũ hẽt ordinẽ ad rõnẽ, niſi pro quãto hẽt decentiã humani cõuictus annexã. Per accidens aũt, puta, q a nõ eſt ſuperfluũ, qđ ſuperfluũ creditur: & ideo nimis procuratur, aut quia admiſſũ eſt bonũ naturæ, aut q a hõ abutitur membris eſt aliis corporis, peccatum in hm̃õi emiſſionib⁹ cõſtituitur. Ad ſecundũ quoq; dr̃, ꝙ ſemẽ puerorũ dr̃ ineptũ generationi, nõ q a generat, ſed quia deficit à pfectione generatiuis, ſiue q ls generandæ. Et ſimile de ſemine inepto p̄p cõplexionẽ vr̃. Si tñ daretur ꝙ alicuius ſemẽ nõ eſſet pro tunc ſaltẽ generatiuũ, vt patet de ſemine mulierũ poſtquàm amplius nõ patiuntur mẽſtrua, nõ p̄pterea ſubtrahi à rõne in literaaſſignata ex parte finis, q p̄cepta moralia attendũt ad id, qđ ſecundum naturã eſt, & nõ ad id, qđ per accidẽs in hac uel cõplexione, uel ætate inuenit̃. Per ſe autem ſemen ... à natura

à natura ordinatum eſt ad prolis generationem, alioquin ſemē A non eſſet: & ideò circa ſeminationem quamlibet, cōia pcepta q maximè ex fine qui eſt generatio, ſumuntur, ſeruāda ſunt quantuncumq; per accidens generatio tunc ſequi non poſſit. Falſiſſima eſt ergo, & destructiua moralis doctrinæ conſequentia allata. Quòd ſi ex fine, puta, generatione, prouenit ordo, & pœna in emiſſione ſeminis, habentes ſemen ineptū generationi, non peccarent. Procedit n. ex cōfuſione eius quod eſt per ſe cum eo qd eſt per accidēs, qd ſæpe in moralibus, & in cæteris facit errare. Cōtingit. n. ēt ſapientes in his, quæ ſunt p accidens falli.

¶ In eodem art. in reſponſione ad ſecūdū aduerte, q author reddens theologam rōnē, inſinuauit ſimul & moralem naturaliter, quare homo non poteſt mēbris ſuis, & corpore ſuo ut vult, quia ſ. ipſe non eſt dñs naturaliū ſuorum totaliter, ſed pſtituta ē ſibi à natura naturæq; actore ratio ſui dominij in ordine ad finem. Dictat ſiquidē naturale ius in nobis non quodlibet, ſed ut decet, homini cōceſſum eſſe pprij corporis vſum.

Porrecta per totum. 740

*Mal. q. 15. artic. 4.

• Glo. interlinearis ſup illud: Ōis fornicatio.

† Greg. li. 31. ca. 31.

*lib. 2. ca. 39. in pri.

¶ In rñſione ad tertiū aduerte, q nō reddere debitum coniugi, act⁹ duorū vitij, ponitur uitiorū. ſ. iniuſtitię, qua ſubtrahit illi, qd ſuū eſt: & inſenſibilitatis, qua uſum venereū totaliter plona refutat. Et licet ratiō talis negatio debiti ab inſenſibilitate pcedat, ab iniuſtitia tñ ſæpe contingit. Et eſt proculdubio mortale peccatum ſiue alteram, ſiue vtramq; habeat deformitatē: quia ad reddendum debitum coniugi tenetur aliter de neceſſitate præcepti, ſicut ad extera pcepta iuſtitiæ. Et quia reddere debitum eſt actus ſub præcepto affirmatiuo cadēs, ideò obligat p loco alijſq; circunſtantijs cōcurrentibus. Nō. n. tenetur impotens, aut infirmus cū notabili dāno perſonæ, aut in loco incōgruo, puta, publico, uel ſacro: quis teneatur oī tpe quantumcunq; ſacro, aut cōionis præteritę, vel futuræ, debitum reddere. Et ratio diuerſitatis patet, quia locus publicus eſt contra honeſtatem, ſacer verò contra diuinam reuerentiam. Damnum autem notabile pſonæ ad huiuſmodi debita perſoluenda. Tempus aūt ſacrū non uiolatur propterea, nec communio impeditur, aut deturpatur. Iſta enim quæ ſunt ad benè eſſe, debent ſine coniugis præiudicio de conſenſu utriuſq; fieri, vt Apoſtolus docet. An autem petenti tempore menſtrui, aut modo indebito, teneatur reddere, in ſequenti quæſtione clarum fiet.

*q. 35. ar. 4

*Li. 31. c. 31.

*q. 148. articu. 5. Et 1. 2. q. 84. artic. 3. & 4.

& illicitas voluptates corruat tēplū eius, quod eſſe cœpiſti.

AD III. dicendum, q oppoſitū luxuriæ nō cōtingit i multis, eo q hoīes magis ſūt pni ad delectationes, & tñ oppoſitū vitiū cōtinetur ſub inſenſibilitate: & accidit hoc vitiū in eo, qui intantum deteſtat mulierum vſum, q ēt vxori debitum non reddit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum luxuria ſit vitium capitale.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr̄ q luxuria nō ſit vitium capitale. Luxuria. n. vr̄ idem eſſe [h] immunditiæ, ut patet p gl. *ad Epheſ. 5. ſed immunditia eſt [b] filia gulæ, ut patet per Grego. 31. Moral. † ergo luxuria non eſt vitium capitale.

¶ 2 Præt. Iſido. dicit in lib. de ſummo bono, * q ſicut per ſuperbiā mentis itur in proſtitutionem libidinis, ita per humilitatem mētis ſalua fit caſtitas carnis: ſed cōtra rationē capitalis vitij eſſe vr̄, q ex alio vitio oriatur. ergo luxuria nō eſt vitium capitale.

¶ 3 Præt. Luxuria [h] cauſatur ex deſperatione ſm illud Epheſ. 4. Qui deſperātes, ſemetipſos tradiderūt impudicitię: ſed deſperatio nō eſt uitium capitale, quinimmò ponit filia accidiæ, ut ſupra habitū eſt. * ergo multò minus luxuria eſt vitium capitale.

SED CONTRA eſt, quòd Gregor. 31. Moral. * ponit luxuriam inter vitia capitalia.

RESPON. Dicendum, q ſicut ex dictis patet, * vitiū capitale eſt, q habet finē multū appetibilē, ita q eius appetitu homo pcedat ad multa peccata perpetranda, quæ oīa ex illo uitio tāquā ex principali oriri dicūtur. Finis autem luxuriæ eſt delectatio venereorū, quę eſt maxima. Vndè hmōi delectatio eſt maximè appetibilis ſm appetitum ſenſitiuum, tum pp vehemētiā delectationis: tum etiam pp cōnaturalitatem hmōi concupiſcētiæ. Vndè manifeſtum eſt, q [m] luxuria eſt vitium capitale. [n]

AD I. ergo dicendum, quòd immunditia ſecundum quoſdam, quę ponitur filia gulæ, eſt quædā immunditia corporalis, vt ſupra dictū eſt: • & ſic obiectio nō eſt ad propoſitum. Si uerò [d] accipiatur pro immunditia luxuriæ, ſic dicendum, q ex gula cauſatur materialiter, inquātū ſcilicet gula miniſtrat materiā corporalem luxuriæ, nō autem ſm rationem cauſæ finalis, ſecundùm quam potiſſimè attēditur origo aliorum uitiorum ex uitijs capitalibus.

AD II. dicendum, q ſicut ſupra dictum eſt, * cū de inani gloria ageretur, ſuperbia ponitur communis mater omnium peccatorum: & ideò etiam uitia capitalia ex ſuperbia oriuntur.

AD III. dicendum, q à delectationibus luxuriæ præcipuè aliqui abſtinēt pp ſpem futuræ glorię, quam deſperatio ſubtrahit: & ideò cauſat luxuriam ſicut remouens prohibens, non ſicut per ſe cauſa, quod requiri uidetur ad uitia capitalia.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter dicātur eſſe filię luxurię, cęcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſeculi, & horror futuri.

AD QVINTVM ſic procedit. Videtur quòd inconuenienter dicantur eſſe filiæ luxuriæ, cæcitas mentis, inconſideratio, pręcipitatio, incōſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſęculi, horror uel deſperatio futuri. Quæ cæcitas mentis,

SVPER Q. CLIII. ARTIC. IIII.

delectationem hmõi fiant, cõſequẽs eſt ꝙ ſint peccata mortalia. In qua ꝑpoſitione cauſali, niſi includat̃ illa minor. ſ. Oſcula &c. propter delectationem ordinãtur ad delectationem cõcubitus, nullos ſenſus ſecũdũ planã literæ expoſitionem haberet. Dicendo nãque, Et ideò cũ iſta fiant propter delectationẽ hmõi. ſ. concubitus antedicti, aptè ſupponit iſta ordinari ad delectationẽ cõcubitus ut ad finẽ, & confirmatur ex eo, ꝙ ſtatim ſubiũgitur, ſ. Et ſic ſolùm dr̃ libidinoſa. Cõſtat.n. hoc nõ eſſe verum niſi cõprehẽdat hæc, ut ſiũt quatenus delectabilia ſecũdum tactum, qm̃ ſic patrata cõſtat claudi ſub libidinoſis. Ad intelligendũ autẽ planè literã ſcito, ꝙ oſcula &c. dupliciter ſumuntur. Primò abſolutè, & ſic non ſignificant aliquid inordinatũ, & propterea poſſunt licitè fieri in ſignum beneuolentiæ iuxta patriæ conſuetudinẽ, uel in ſignum pacis &c. & ſic ſumpta excludunt̃ in litera ab his, q̃ ſunt mala, ſeu peccata mortalia ex ſua ſpecie. Alio modo ſumuntur ut ſunt delectabilia ſecundum tactum: & ſic ſumpta ſicut non important aliquid inordinatum, ſicut nec concubitus humanus importat aliquid inordinatum: ſed important actus ſecundùm naturam ordinatos ad concubitum. & ꝓpterea ſequuntur in bonitate & malitia concubitum, & illius delectationem. Et ꝓpterea ſicut concubitus, ſi ſit ex libidine, eſt peccatum, & ſi ex libidine mortali, puta, cum nõ ſua, eſt mortale, ita hmõi actus, ſi fiunt ex libidine, ſunt peccata, & ſi ex libidine mortali, puta, cũ non ſua, ſunt mortalia. Et ſicut concubitus ex hoc, ꝙ fit principaliter propter delectationem, fit ex libidine: ita huiuſmodi actus cum fiunt ꝑꝑ delectationem principaliter, fiũt ex libidine. Dixi autem principaliter, ꝑꝑ oſcula coniugatorum, quæ ſecundùm naturam ad concubitum, ſeu illius delectationem ordinãtur: qm̃ talia ſic facta nullum habent peccatum, ſicut nec cõcubitus delectab lis eorundem peccatum aliquod eſt. Oportet igitur actus iſtos, vt delectabiles ſecundum tactũ, ex cauſa reddi inordinatos, ſ. ex fine: & cum finis ſit duplex. ſ. operãtis, & operis, de fine operis eſt hic ſermo, ita. ſ. ut cum iſta ut delectabilia, quantum in ſe eſt, ordinantur ad finem mortalẽ, ſunt mortalia: cum ad venialem, venialia. & propterea author oſcula, & huiuſmodi inter peccata mortalia ex ſua cauſa finali collocauit. Et licèt exẽplum dederit de cauſa finali ex parte operantis in eleemoſyna propter hæreſim, ſubiunxit tamen in propoſito de cauſa finali quodammodo ex parte operantis, & quodãmodo ex parte operis. Nã delectatio concubitus, ſi referatur ad oſculum &c. abſolutè, ſic eſt finis ex parte operantis: ſed ſi referat̃ ad actus iſtos, vt delectabiles ſecundùm ſenſum tactus, ſic eſt finis ex parte operis. & primũ quidẽ inſinuauit author ex exemplo dato. Secundũ autem ex proceſſu ſubiuncto, in quo claudit̃ ꝙ perpetratio horum actuũ claudit in ſe conſenſum, aut in actum cõcubitus, aut in illius delectationẽ: quia conſenſus in delectationem horum actuum, eſt conſenſus in id quod ſecundùm ſe ordinatur in cõcubitum, uel illius delectationẽ. Et ſic cũ iſta ordinantur ſecũdùm ſe ad concubitũ moralẽ, ſeu illius delectationẽ, ſunt pctã mortalia, & ſic vocant̃ fieri ex libidine: & ſub his ſubſumas ꝙ actus iſti, ut ſecundùm tactũ delectabiles, cum nõ ſua, ordinant̃ ſecundum ſe ad fornicationem, uel eius delectationem: cũ con ſanguinea, ad inceſtũ, & ſic de alijs, cõſequẽs eſt ꝙ iſta ſic facta ſint peccata mortalia. Hic mihi vr̃ planus literæ ſenſus concordans cum uerbis authoris alibi. ſ. in q. 15. de malo. ar. 10. ad ultimũ. Vbi rñdendo ad argu. qđ in hoc articulo ponit̃ primo loco. ſ. ex authoritate Apoſtoli ad Ephe. 5. non replicantis inter mortalia turpitudinẽ, dr̃ ꝙ oſcula, amplexus, & tactus, quia nõ ſunt ſecundùm ſuã ſpeciem mortalia, ſed ſolũ ſecundùm ꝙ conſequuntur ad conſenſus in actũ, uel delectationem fornicationis, ideò &c. & explicãdo dr̃, ꝙ hæc inquantum ordinantur in actũ fornicationis, conſequunt̃ conſenſum in fornicationẽ. inquantum vero ordinãtur in ſolã delectationẽ, conſequuntur conſenſum in delectationẽ, qui eſt peccatũ mortale, & ideò [illegible] q. modo ſunt peccata mortalia. Ex quibus apparet quòd c[illegible]ſus in ſolam delectationem oſculorum, tactuum &c. cum [illegible]ta, includit

cludit, conſenſum in delectationem venereã cum ſoluta, quam F delectationem conſtat eſſe delectationem conſequentem actū fornicationis, & ideò eſſe peccatum mortale.

¶Ad primum ergo dubium dr̄, ꝙ intentio authoris eſt ꝙ oſcula amplexus &c. quatenus fiunt propter ſolam delectationem tactus cū non ſua, ſunt peccata mortalia, quia conſenſus in talē delectationē, eſt conſenſus in delectationem fornicationis, quàmuis non in opus. Et cū primo objicitur, ꝙ author non appellat libidinoſa, niſi quæ ab exercente ordinantur ad cōcubitū illicitū, vel eius delectationē, dr̄ primo, ꝙ hoc ē falſum: quia ſufficit ꝙ ex natura operis ordinētur ad aliquod horū. Dr̄ ſecūdo, ꝙ licet ab exercente hæc poſſit auferri relatio ad concubitum, & futuram illius delectationē in executione: non tñ poteſt auferri, quin ipſa quæ tunc conſequitur delectatio, ſit inchoatio, ſiuè pars illius, & hoc modo p ſe ordinata ad illam, ut initiū ſeu pars illius, & eiuſdē moris cum illa: & propterea conſentiendo in delectationē horum actuū, conſentit in delectationem cōcubitus. Si.n. conſentiens in delectationē fornicationis cogitatæ peccat mortaliter, H quantò magis conſentiens in delectationem fornicationis inchoatæ, uel rectius loquendo, in delectationem quæ eſt principium, aut pars delectationis fornicariæ peccat mortaliter? & ſic ut eſt ex parte operātis eo ipſo ꝙ oſculū, amplexum &c. facit cū ſoluta pp ſolam delectationē, ordinat ipſa in delectationem fornicationis, quia ordinat ipſa ut in principium, aut partē illius. Et confirmatur, quia nō poteſt aliter intelligi ꝙ oſcula, amplexus, & huiuſmodi, fiant abſq; uoluntate concubitus propter delectationem illius, niſi quia ipſa delectatio in oſculis &c. eſt aliquid illius delectationis. Ex quo.n. ponitur, ꝙ ille non intendit coitum, & cōſequēter delectationem quæ coitum conſequitur, cum illa nō habeatur niſi cogitatione ſine actu, non reſtat alius modus quo oſcula, & huiuſmodi fiant abſque uoluntate actus propter delectationem mortalem, ut propter finē, niſi quia conſenſus in delectationem ipſorum oſculorum &c. includit cōſenſum in delectationem concubitus, ſiuè hoc ſit ut finis includit I in initio ſui, ſiuè ut totum ſucceſſiuū in parte ſua, ſiuè quouis alio modo. Parui ſiquidem refert quouis modo hoc ſit: ſat eſt ꝙ delectatio iſtorum actuum eſt eiuſdem rationis cum delectatione concubitus. Et propterea conſenſus in delectationem horum, etiam abſquè intentione alia, eſt conſenſus in delectationem concubitus: & ſic oſcula, & huiuſmodi, propter delectationem ſolam cum non ſua, continentur ſub ordinatis ab exercente ad delectationem mortalem &c.

*Li.1.Epi. Epiſto. 11. circ. med.

de virginitate dicit, Certè ipſe cōcubit, ipſe amplex*, ipſa cōfabulatio & oſculatio, & cōiacētiū duorū turpis & fœda dormitio, quātū dedecoris & criminis ſit, cōfitenť. Ergo p p̄dicta hō ſit re9 criminis, i. peccati mortalis.

Concl. in

RESP. Dicēdū, ꝙ aliqd dr̄ eſſe pctm̄ mortale dupliciter. Vno G modo, ſm ſpeciē ſuam: & * hoc modo oſculū, amplexus, uel tactus, ſm ſuam rationem non nominant peccatū mortale.* Poſſunt.n. hæc abſque libidine fieri uel pp conſuetudinē patriæ, vel pp aliquam neceſſitatē, aut rationabilē cauſam. Alio mō, dr̄ aliqd eſſe pctm̄ mortale ex ſua cauſa, ſicut ille qui dat eleemoſynā, ut aliquē inducat ad hæreſim, mortaliter peccat pp itentionē corruptā. Dictū ē aūt *ſupra, ꝙ cōſenſus in delectationē pcti mortalis, ē pctm̄ mortale, & nō ſolū conſenſus in actū. Et ideò cū fornicatio ſit pctm̄ mortale, & multò magis aliæ luxuriæ ſpecies, cōſequens ē ꝙ cōſēſus in delectationē talis pcti ſit pctm̄ mortale, & nō ſolū cōſenſus in actū: & ideò cum oſcula, & amplexus huiuſmodi pp de-

* 1.2. q. 74. ar. 7 & 8.

¶Ad obiectionem uerò ſecundam dr̄, ꝙ in litera non dr̄, ꝙ cum iſta fiunt propter delectationem huiuſmodi: ſed dicitur, Sed cū fiant. Conſtat autem ꝙ inter hæc magna eſt differentia, quia ſi diceret, cum fiunt, diſtingueret quòd quandoq; fierent propter delectationem huiuſmodi, & quandoque non. Dicendo, cum fiat, affirmat quòd fiunt propter huiuſmodi delectationem.

¶Ad tertiam autem obiectionem dicitur, quòd aliud eſt dicere, oſcula, amplexus & cæt. ſunt mortalia peccata ex ſuo genere: & K aliud eſt dicere, oſcula propter delectationem cum nō ſua ſunt ex ſuo genere mortalia peccata. In litera negatur primum, & probatur ſecundum, quod concidit cum hoc, ſcilicet ꝙ oſcula libidinoſa, ſeu ex libidine ſunt mortalia.

¶Ad obiectionem quoque in oppoſitum, quia non uſquequaq; claudit venam, iam patet quid dicendum, quòd. ſ. loquendo de oſculis &c. abſolutè, ſic ex ſola intentione operantis ſunt mala. Loquendo autem de oſculis cauſa delectationis, ſic ex fine operis. ſ. ex concubitus illiciti delectatione, quam includunt, ſunt mortalia, & propterea opus fuit labore quæſtionis.

¶ Ad ſecundum autem dubium iam patet ex dictis reſponſio, ꝙ. ſ. oſcula, amplexus, & tactus cum non ſua, in ſola delectatione ſiſtendo ſunt peccata mortalia. Et ad primam Martini obiectionem dr̄, ꝙ delectatio iſta prohibita ſimul intelligitur cum prohibitione delectationis illiciti coitus, quũ eiuſdē moris eſt cū illa, utpote illius ſecūdùm naturā circunſtantiæ initium, pars.

¶Ad ſecundum dr̄, ꝙ authoritas authoris in nullo obſtat, quia loquitur de oſculis &c. abſolutè. Et etiam quia cum iſta, ut ſunt peccata mortalia, non ſunt alterius ſpeciei, quàm illa alia enumerata. ſ. fornicatio, immunditia, & ſimilia: & propterea replicatis iſtis intelligit replicata turpitudo, inquātum eſt mortalis.

¶Ad tertium dr̄, ꝙ authoritas Dñi adiuuat quo ad hoc: quia plus ē cum cōſenſu experiri delectationem veneream inchoatiuè cum non ſua, aut aliena, q̃ uidere illam ad cōcupiſcendum, quātò tactus plus ad luxuriā ſpectat, quā uiſus. Cypriani quoq; authoritas apertè propoſito fauere uř: quia de amplexu ſine uoluntate operis loquitur. & gl. dicens ꝙ cōfitetur crimen non exiſtēs, ſed p̄ſumptum, uoluntaria eſt: & eadem facilitate cōtemnitur, qua dicitur.

¶ Ad quartū vř, ꝙ conſequentia literæ nō integre recitatur: quoniam in litera additur ly huiuſmodi: vndè dicitur, Et ideò cum oſcula, & amplexus huiuſmodi, id eſt, inter perſonas illegitimas, inter quas ſunt ſpecies luxuriæ, fiant propter delectationem huiuſmodi, ſcilicet illiciti coitus. Hæc autem conſequentia optimè valet.

¶ Ad quintam, quam ego addidi, dicitur, quòd licèt oſcula &c. ſint antecedentia actum fornicationis, & delectationis eius ſecūdum ſuam conſumationem, ſunt tamen conſequentia conſenſum in delectationem inchoatã, ita ꝙ non poſſunt habere proprios conſenſus diſtinctos à conſenſibus in delectationem, uel opus: ſed, vt dictum eſt, conſenſus in ipſorum amplexuum delectationem, eſt conſenſus in delectationem illiciti coitus.

¶ In rñſione ad ſecundum eiuſdem ar. 4. aduerte ꝙ ſicut delectatio moroſa eſt peccatum mortale, non quia ſit contra bonū generationis humanæ directè, ſed quia procedit ex eodē motiuo, obiecto. ſ. ex quo procedit concubitus contra bonum humanū, puta, fornicatio, adulterium &c. Delectatio namque de fornicatione ſequitur naturam fornicationis: & delectatio adulterij ſequitur naturam adulterij &c. quas luxuriæ ſpecies cōſtat ex obiectis ſpecificari. Et propterea ſicut delectatio moroſa reductiuè ſpectat ad ſpecies luxuriæ, quæ ſunt contra bonum humanum: ita delectatio in oſculis, amplexibus &c. etſi non ſit directè contra bonum humanū, quia tamen reductiuè ſpectat ad dictas luxuriæ ſpecies, quæ ſunt contra bonū humanum, ideò eſt peccatum mortale, ſicut ſpecies ad quã ſpectat. Et quia libido eſt naturalis radix ſpecierum luxuriæ (ante omnem.n. ſpeciem luxuriæ ducuntur homines utriuſq; ſexus cōmuniter, & ut in pluribus ex libidine, & ex libidine procedunt oſcula, amplexus &c, propter delectationē &c.) ideò author ex libidine radicāte ſpecies luxuriæ reddit rationē, quare huiuſmodi delectatio eſt peccatū mortale. Et ſimile eſt ac ſi de delectatione moroſa libidinē pro cauſa mortalis peccati quis aſſignaret. Interpretanda ſunt quippe verba huiuſmodi de libidine vt radicante ſpecies luxuriæ. Talis nãq; libido eſt mortalis: & ex tali procedunt tam delectationes moroſæ, quàm oſculorum, & tactuum, quæ dñr peccata mortalia. Ex quibus patet, ꝙ non ſolùm oſcula cōiugatorū propter delectationem, ſed ēt ſponſarum per uerba de præſenti, excuſantur à mortali peccato, eo ꝙ ſecūdùm ſe ordinanť ad cōcubitū coniugalem, & illius delectationem, quàmuis per accidens tunc non circunſtent coniugalem cōcubitum, puta, quia nolunt ultra progredi. Nec obſtat ſponſis de præſenti, ꝙ ſtatutum eſt alicubi expectare benedictionem antè cōcubitum cōiugalem, qm̄ hoc per accidens ſe habet ad naturam actuum in ſe: ſed ſponſis de futuro obſtat, ꝙ adhuc poſſunt diſſolui. Videtur autem ꝙ ſicut ſponſalitium inchoatio quædam eſt coniugij: ita huiuſmodi actus, inchoatio quædā eſt carnalis copulæ. Et quēadmodum conceſſum eſt, vt inter ſponſalia ſuſpirent ſe inuicē, iuxta illud Aug. Ne vilem habeat maritus oblatã, quam non ſuſpirauit ſponſus dilatam: ita conceſſa uidētur huiuſmodi oſcula inter eoſdē, ſecūdùm indulgentiam tamē, qua uenialia cōcedunť. Et niſi ut hmōi inchoationes permiſſæ venialiter in ordine ad promiſſas nuptias excuſentur, neſcio excuſare ſponſorū de futuro propter delectationem &c. oſcula, amplexus &c. De

oſculis

oſculis autem & amplexibus inter eos ad beneuolentiæ & familiaritatis ſigna, nõ loquor quia licita proculdubio ſunt, excuſaturq; ſpõſa credens ſponſum beneuolẽtiæ cauſa ea facere, quæ honeſtas morũ admittit fieri pro beneuolẽtia. Secus aũt de tactibus impudicis, quos non oportet exprimere. Habes quoq; ex his q tactus q in choreis leuitatis cauſa fiũt, ut cũ inuenis digitos mulieris nõ ſuæ intorquet: hmõi, cũ nõ delectationis illi*, quæ ex tactu eſt (quã diximus ex libidine appeti) cauſa, fiãt, nõ ſũt peccata mortalia.

Contin. ſ. p

¶ Circa hmõi tactus dubium occurrit, An mulier ſciẽs ſe tãgi ab alio mala intentione, & nõ cõſentiẽs, peccet nõ retrahẽdo ſe, cum nõ põt ſine ſcãdalo ſe retrahere. & eſt rõ dubii, qa hinc apparet, q peccet mortaliter, tenendo corpus ſuũ in cõtactu quẽ ſcit libidinoſum & pernicioſũ ex parte illius qui eã tangit. Scriptũ eſt. n. ad Rom. 1. q. digni ſũt morte nõ ſolũ qui faciunt: ſed qui cõſentiunt faciẽtibus. Hæc aũt mulier in tali caſu, etſi non conſentit abſolutè, conſentit tñ oĩbus cõſideratis, qa ſcilicet mauult ſe tãgi q̃ ſe retrahere: & ideo vr̃ voluntariè tangi, ſicut voluntarium eſt proiicere merces in mare tẽpore tẽpeſtatis. In oppoſitũ autẽ eſt, quia ſicut mulier ſciens ſe uideri ad cõcupiſcentiã peſſimam ab aliquo, non tenetur inde recedere & ſubtrahere ſe tali aſpectui, ſed ſatis eſt q nõ conſentiat ita ſi in vita tangatur, ſatis eſt q non conſentiat, & cum commodè poteſt, ſe ſubtrahat.

Porrecta per totum.
746
3.q.80.artic.7.cor. Et 4. diſt. 8. ar. 4. q. 1. ad 1. & q. 2. p to. Et opu.64 c.16.

¶ Ad huius dubii euidentiam diſtinguendum eſt, q tactus humani ſunt in duplici differentia, quidam ſunt tanquàm ex ſuo genere uenerei, ut tactus pudendorũ, oſcula furtiua, & ſi quid eſt eiuſmodi: quidam ſunt nõ ſolũm ex ſuo genere non uenerei, ſed licita coram omnibus, ut tactus manus, oſcula obuiantis, ſecundùm patriæ morem, confeſſio conſanguineorum, & huiuſmodi. Inter quos hæc eſt differentia, quãdo vtrique fiunt ex libidine ab altero tantum, quod primi tactus deformitatem ſuam in exteriori actu manifeſtam deferunt, ac per hoc tamquàm mali ex ſuo genere cẽſentur. Secundi autem tactus nullam in actu exteriori deformitatẽ oſtendũt, ſed ſolũ ſciens hæc fieri ex libidinoſa intentione nouit deformitatem eorum. & ideò tamquàm non mali ex genere cenſentur. Ex hac autẽ differentia oritur, q mulier primos tactus nullo pacto ſuſtinere debet, quantumcumq, ſecreto fiant, aliis nõ diſcernẽtibus, ſicut nec ſuſtinere debet q ille in aliqua corporis parte, etiã ſic ſecreto, abutatur ea, ſed debet oĩno ſe ſubtrahere. & ſi aliud nõ poſſet, cũ Suſanna clamare. Vnde ſcriptũ eſt, q vir in ciuitate oppreſſa, rea eſt mortis, quia nõ clamauit, cũ poſſet ſe clamore tueri. Nihil. n aliud eſſet nõ ſubtrahere ſe ab iſtis actibus exterius impudicis, q̃ malle illos q̃ recedere, ſeu clamare, qd cõſtat eẽ mortale peccatũ & uolũtariũ ſicut proiectio mercis in mare. Secũdos aũt actꝰ nõ tenet̃ mulier de neceſſitate cuſtare, qm̃ ſuſtinẽdo actus exteriores, nihil mali ſuſtinet: & conſentiẽdo actibus exterioribus nulli malo cõſentit: ſed cõſentit opi bono uel nõ malo, qđ ille libidinoſus ex mala intẽtione ordinat ad malũ. Verbi gratia. Reuertiſ cõſobrinus mulieris & de more oſculatꝰ eſt eã. Licet illa ſciat q iſte ex libidine oſculabit̃ eã, nõ tenet̃ tñ aduenientẽ repellere corã aliis ab oſculo licito, nec conſentiendo tali oſculo, libidini illius, q̃ ex mala intẽtione illud facit, ſe ſociat: ſed bono mori, q ille abuuſ in corde ſuo, & ubi accipit ſcandali occaſionẽ nõ ſibi datã. Ex ex hac rõne excuſatur mulier q̃ nõ omittit itinera, aut opera ſua, in loco ubi ſcit ſe uideri ad cõcupiſcẽtiã. Cõſentiẽdo ſi quidẽ, q uideatur, ex hoc q itaſit p loca, in quibus ſic uideri, nulli malo cõſentit: ſed alii uidẽdo apponũt libidinẽ ſuã uiſioni q̃ licita de ſe eſt & cõis. Et per hæc patet reſpõſio ad quæſitum, & obiecta.

* Li. 12.c 15. in medio, to. 3.
D. 989.

lectationem hmõi fiant, conſequẽs eſt, q ſint peccata mortalia, & ſic ſolùm dñr libidinoſa. Vnde p hmõi ẽm qđ libidinoſa ſunt, ſunt peccata mortalia. q

Ad primvm ergo dicẽdũ, q Apoſt. ideò nõ reſumit illa tria, qa nõ habẽt nomẽ peccati, niſi ẽm q ordinanẽ ad pcedentia.

B Ad II. dicendũ, q oſcula & tactus, q̃uis ẽm ſe nõ impediãt bonum prolis humanæ, procedunt tamen ex libidine, quæ eſt radix huiuſmodi impedimenti: & ex hoc habent rationem peccati mortalis.

Ad III. dicendũ, q ratio illa cõcludit, q hmõi non ſunt peccata ſecundùm ſuam ſpeciem.

Articvlvs V.

Vtrum pollutio nocturna ſit peccatũ.

Ad qvintvm ſic pcedit̃. Vr̃ quòd nocturna pollutio ſit peccatũ. Meritũ. n. & demeritũ habent fieri circa idẽ: ſed dormiens põt mereri, ſicut patet de Salomone, qui dormiens à Dño donũ ſapientiæ impetrauit, ut dicit̃ 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. ergo in dormiẽdo põt aliquis demereri. & ita uidetur q nocturna pollutio ſit peccatũ.

¶ 2 Pręt. Quicũq; habet h uſum rõnis põt peccare: ſed in dormiẽdo aliquis habet uſum rõnis qa frequẽter aliquis in ſomnis rõcinatur, & præelegit unũ alteri, cõſentiens, uel diſſentiens. ergo in dormiẽdo poteſt aliquis peccare. Et ita propter ſomnũ nocturna pollutio nõ impedit̃ quin ſit peccatum, cum ex genere actus ſit peccatum.

¶ 3 Præt. Fruſtra increpat̃, & inſtruitur h q. nõ põt uti, uel agere ẽm rationẽ, uel cõtra rõnẽ: ſed homo in ſomnis inſtruitur à Deo & increpatur, ſecũdũ illud Iob, 33. er ſomniũ in uiſione nocturna qñ ſopor ſolet occupare hoĩes, tũc apperit aures uirorũ, & erudiens eos inſtruit diſciplina. ergo in ſomnis põt aliqs agere ẽm rõnẽ, uel cõtra rationem: quod eſt benè agere uel peccare. Et ſic uidetur quòd nocturna pollutio ſit peccatũ.

C Sed contra eſt, qđ Aug. * dicit 12. ſup Gen. ad literã, Ipſa phantaſia, quæ fit in cogitatione ſermocinãtis, cũ ex pſſa fuerit in uiſione sõniãtis, ut inter illã & uerã coniũctionẽ corporũ nõ diſcernat̃ cõtinuè mouet̃ caro, & ſequitur qđ eũ motum ſequi ſolet, cũ hoc tam ſine peccato fiat, q̃ ſine peccato à uigilantibus dicitur, quod ut diceretur ſine dubio cogitatum eſt.

Resp. Dicendũ, q nocturna pollutio dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ẽm ſe, & hoc modo nõ habet rõnẽ peccati. Omne. n. peccatũ depẽdet ex iudicio rõnis, d quia ẽt primus motus ſenſualitatis nõ habet q ſit peccatũ, niſi inquantũ iudicio rõnis reprimi põt: & iõ ſublato iudicio rõnis tollit̃ rõ

D peccati. In dormiendo aũt rõ non habet liberũ iudiciũ. Nullus. n. eſt dormiens, qui nõ intẽdat aliquibus ſimilitudinibus phantaſmãtũ, uelut rebus ipſis, ut patet * ex his quę in primo dicta ſunt. Et iõ id qđ agit homo dormiẽs, qui non habet liberũ iudiciũ rationis, nõ imputatur ei ad culpã, ſicut nec illud, qđ agit furioſus, aut amens. Alio modo põt cõſiderari nocturna

E pollutio per comparationẽ ad ſuã cauſam, quæ poteſt eſſe triplex. Vna quidẽ corporalis. Cũ

SVPER Q. CLIIII. ART. V.

In art. 5. eiuſdẽ q. 154. aduerte titulum, q nomine nocturnæ pollutionis intelligit author pollutionem in ſomno*, quàm appellauit nocturnam, quia ſomnus communiter fit nocte.

* 1.p.q.84 ar.8.

¶ Circa cõcluſionem principalem. ſ. Pollutio nocturna nũquã eſt peccatum, ſed qñque eſt ſequela peccati præcedentis, dubiũ occurrit, quo ad primam eius partem, tùm quia dormiens ideò, ut uel ex ſomno, aut ſomnio, aut ſitu tali dormienti ſequatur pollutio, non ſolũm peccat antequam dormiat: ſed in ipſa ſubſequente pollutione, cum pollutio illa ſit uoluntaria, & procurata mediante ſomno: tùm quia pollutio nocturna affectata in uigilia, eſt peccatũ, & non ſolũ ſequela peccati. Probatur, quia eſt uoluntaria in ſua cauſa, ita q poteſt & debet homo cauſam huiuſmodi prohibere. Niſi. n. huiuſmodi uoluntaria ſint peccata, perit doctrina de uoluntario indirectè, quod imputatur agenti.

¶ Ad hoc dicitur, q cum dicitur in ſomno non poſſe hominem peccare, intelligitur per ſe, quia ſcilicet homo in ſomno nõ eſt dominus

dam suorum actuum, sed per accidens, si scilicet homo non utitur somno ut somno, hoc est, ut uinculo naturali liberi arbitrij: sed ut instrumēto liberæ malitiæ ad executionē mali pōt homo in somno peccare mortaliter, non imperatiuè, sed executiuè, ita q exequatur per somnū ut instrumentū, executionē sui sceleris. & sic persona, quæ ideò obdormiuit ut polluatur, uel ex ipso somno, uel situ dormiētis, uel ab alio, peccat mortaliter, ita q peccatū inchoat elicitiuè & imperatiuè in uigilia, & cōsumatur p instrm sōni executiuè in ipsa pollutiōe. Nec obstat q nō est in potestate sua, ex quo dormit, inhibere pollutionē, sicut nō obstat peccato homicidij per longū iactū bōbardæ, q ex quo emissa est, nō est in potestate eius q emisit, inhibere homicidiū. Sat est. n. q i principio fuerit uoluntariè imperata, & applicata sint instrumēta executiua: & p hoc patet rūsio ad dubiū, & utrūq; argumentū. Nam uerū est simpliciter & absolutè. per se loquēdo, q pollutio in somno nō est peccatū, sed sequela qnq; peccati. Cū quo tn stat, q per accidens siquis utatur sōno in instrō ad peccandum pollutio est peccatum, eo modo quo actus exterior in executione est peccatū: qd primū ingerebat argumentū. Et qa pollutio nocturna, q in uigilia fuit affecta tā solū, nō habet somnū pro instro, ac per hoc ipsa nō est executio imperij, sed solū obiectū affectus cū euētu in rerū natura: ideò talis pollutio relinquitur in ordine pollutionū nocturnarū per se, quas in litera docemur non esse peccata, sed sequelas præcedentiū peccatorum, qn accidit, ut in proposito huius secūdi argumēti. Et ad pbationē in oppositū, negatur q ista pollutio sit voluntaria in sua causa, qm desiderium non est causa rei desideratæ, ac per hoc pollutio affectata non est, propriè loquendo, uoluntaria, sed uolita. Voluntarium enim significat quod est à uoluntate, uolitū aūt obiectū eius. & si instetur, quia hmōi affectio præsumitur, & qnque est causa sequentis pollutionis nocturnæ, respondetur q huiusmodi affectus contingit dupliciter. Primò, ut commotiuus corporis ad pollutionem: & sic habet rationem causæ. Alio modo F absolutè, ut desideriū tn: & hoc quidē modo remotus est à ratione causæ. Primò autē modo habet rationem causæ, sed imperfectè. s. dispositiuè, & per accidens, pro quanto nō assumitur ut instrumentū rediuiuū in somno ad pollutionē nocturnam, & ideò relinquit nocturnam pollutionem in suo ordine, ita q non est in se magis peccatum huiusmodi pollutio nocturna, quàm pollutio ex cogitationibus morosis sine uoluntate pollutionis. Eiusdem siquidē rationis sunt quo ad causam: qm utrobique nō nisi dispositio est. Voluntarium autē in causa non dicitur ex eo quòd est uolitum in sua dispositione.

¶ In eodē ar. 5. aduerte illud uerbum scilicet, Ita q quandoque formantur in imaginatione phantasmata ptinentia ad emissionē taliū superfluitatum, intelligi proculdubio de phantasmatibus compositorum. Sicut ex phantasmate auri & montis fit phantasma montis aurei. Hoc. n. modo ex diuersis in nobis phantasmatibus formātur phātasmata cōpositorum spectantiū ad seminationem. Non uidetur autē remotū quin etiā formari possit aliqd phantasma simplicis, simile tn alicui prius per sensum accepto, uel aliqua intētio noua ex ipsis phantasmatibus eliciatur, cū imaginatiua in somno soluta appareat.

¶ In rñsione ad tertiū ibidē nota benè hanc philosophiam distinguentem de actu apprehensionis, & de actu iudicij: qm apprehēdere cognitorū, & penetratiōe eorūdē præcipuè cōsistit, iudicium autem in resolutione. Aut ideò hoc omnino impeditur in somno, quia resolutio nostra ad principia sensibus innixa, oportet quòd fiat. Illa uero non omnino impeditur, quia & recipere à superioribus, & inspicere in phantasmatibus intellectus noster potest nobis dormientibus.

enim humor seminalis supabūdat i corpe, uel cū facta est humoris resolutio, uel p nimiā calefactionē corpis, uel p quācūque aliā cōmotionē sōniat dormiēs ea, q ptinēt ad expulsionē hmōi humoris abūdātis, uel resoluti, sicut ēt cōtigit qn natura grauat ex aliqua alia supflui G tate: ita q qnq; formant i imaginatione phātasmata ptinētia ad emissionē taliū supfluitatū. Si igit supabūdātia talis humoris sit ex causa culpabili, puta, cū ex supfluitate cibi uel pot*, tūc nocturna pollutio hēt rōnē culpæ ex sua cā. Si aūt supabūdātia, uel resolutio talis humoris nō sit ex aliqua cā culpabili, tūc nocturna pollutio non ē culpabilis nec in se, nec i sua H cā. Alia uerò cā nocturnæ pollutiōis pōt eē aialis iterior, puta, cū ex cogitatiōe pcedēti cōtingit aliquē dormiētē pollui. Cogitatio aūt q i uigilia pcessit, qnq; ē purè speculatiua, puta, cū aliqs cā disputatiōis cogitat de peccatis carnalibus: qnq; aūt ē cū aliqua affectiōe uel cōcupiscētiæ, uel horroris. Cōtingit aūt magis pollutio nocturna ex cogitatiōe carnaliū uitio I rū, q sunt cū cōcupiscētia taliū delectationū, qa ex hoc remanet qddā uestigiū & inclinatio i aia: ita q dormiēs facili* inducit i sua imaginatione ad assentiēdū actib*, ex qbus seqt pollutio. Et sm hoc Philo. dicit* i 1. Ethi. q inquantū paulatim ptrāseūt qdā mot* à uigilātibus ad dormiētes, meliora sūt phātasmata studiosorū q quorūlibet. Et Aug.* dicit 12. sup Gen. ad li K terā, q pp bonā aīe affectionē, quæda eius merita ēt in somnis clarent, & sic patet q nocturna pollutio habet rationē culpæ ex parte suæ causæ. Qūque tn cōtingit q ex præcedenti cogitatione carnaliū actuū, ēt speculatiua, uel si sit cū horrore, seqt in sōnis pollutio: & tūc nō hēt rōnē culpæ nec i se, nec in sua cā. Tertia uerò cā est spūalis extrinseca, puta, cū ex opatione dæmonis cōmouent phātasmata dormiētis i ordine ad talē effectū: & hoc qdē qnq; est cū pctō pcedēti. s. negligētia pparādi se cōtra dæmonis illusiōes. Vn &i sero cātat. Hostēq; nrm cōprime, ne polluāt corpora. Qnq; uerò ē absq; oi culpa hois ex sola neqtia dęmōis. Sicut i collationib* patrū legit * de quodā, q semp in dieb* festiuis pollutionē nocturnā patiebat, hoc diabolo pcurāte, ut impediret à sacra cōmunione. Sic igit patet q nocturna pollutio nūquam est peccatū, sed qnq; est seqla pcti pcedentis.

Ad I. ergo dicendū, q Salomō nō meruit in dormiēdo sapiētiā a Deo, sed fuit signū pcedentis desiderij, pp qd dr talis petitio Deo placuisse, ut Aug. dicit 12. * super Gen. ad litera.

Ad II. dicēdū, q sm q uires sēsitiuę iteriores magis uel minus opprimunt à somno pp uaporis turbulētiā, uel puritatē, sm hoc usus rōnis magis uel minus ipedit i dormiēdo. Semp tn qtū ad aliqd ipedit, ut nō possit oīno liberū iudiciū hre, ut in 1. par. dictū * est, & iō nō imputat ei ad culpā qd tunc agit.

Ad III. dicēdū, q apprehēsio rōnis nō ita ipedit a somno sicut ei* judiciū, qd pficit p cōuersionē ad sēsibilia, q sunt prima principia cogitationis humanæ. Et iō nihil prohibet hoīem sm rōnē apprehēdere aliquid de nouo in dormiēdo, uel ex ipsi* reliqjs pcedētiū cogitationū & phātasmatib* oblatis, uł ēt ex reuelatiōe diuina, aut imissione angeli boni, uel mali.

ARTICVLVS VI.

Vtrū stuprū dēat pōi una spēs luxuriæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q stuprū non de-

SVPER Q. CLIIII. ART. VI.

IN ar. 6. eiusdem q. 154. dubium multiplex occurrit circa speciem stupri. Primū est, quia differentia eius non uidetur habere locum in puella spontanea de uoluntate parētū sic acquirente dotem pro matrimonio. Talis. n. ex stupro fit habilior ad matrimo-

* Lib. 1. c. vl. a med. tom. 5.

Li. 12. c. 5. ad fi. tom. 3.

*In collatione 22. c. 6. in pri.

Conclu.

* Li. 12. c. 15. in fin. tom. 3.

*1. p. q. 84 ar. 8.

Porrect. per totum.

747

Sup ar. 1. cor. & 4. di. 41. ar. 4 q. 1. & 2. co. i mal. q. 15. ar. 3. cor.

beat poni vna ſpecies luxuriæ. Stuprũ. n. importat illicitã virginũ deflorationẽ, vt hr̃ in decretis * 36. q. 1. ſed hoc põt eſſe ſoluti cum ſoluta, quod pertinet ad fornicationem. ergo ſtuprũ non debet poni ſpecies luxurię à fornicatione diſtincta.

¶ 2 Præt. Ambr. dicit † in li. de Patriarchis. Nemo ſibi blandiatur de legib' hoĩum, oẽ ſtuprũ adulteriũ ẽ. Sed ſpecierũ ex oppoſito diuerſarũ vna nõ cõtinetur ſub alia. cũ ergo adulteriũ ponatur ſpẽs luxurię, vr̃ ꝙ ſtuprũ ſpẽs luxuriæ poni non debet.

¶ 3 Pręt. Inferre alicui iniuriam vr̃ magis ad iniuſtitiã, q̃ ad luxuriã ꝑtinere: ſed ille q ſtuprũ cõmittit, iiuriã facit alteri. ſ. patri puellæ, quã corrũpit, q põt ad animũ ſuum iniuriã reuocare, & agere actione iniuriarum contra ſtupratorẽ. ergo ſtuprũ nõ debet poni ſpecies luxuriæ.

Sed contra eſt, ꝙ ſtuprum ꝓpriè cõſiſtit in actu venereo, quo uirgo defloratˀ. Cũ igr̃ luxuria ꝓpriè ſit circa venerea, vr̃ ꝙ ſtuprum ſit ſpecies luxuriæ.

Reſp. Dicẽdũ, ꝙ vbi circa materiã alicuius vitij occurrit aliqua ſpecialis deformitas, ibi debet poni determinata ſpẽs illi' vitij. Luxuria aũt eſt pctm̃ circa venerea exiſtens, vt ſupra dictũ * eſt, in uirgine aũt ſub cuſtodia patris exiſtẽte quædã deformitas ſpecialis occurrit, ſi corrũpatˀ, tũ ex parte puellæ, quæ ex hoc ꝙ violatˀ, nulla pactione cõiugali ꝓcedẽte, impeditˀ à legitimo matrimonio cõſequẽdo, & ponitˀ in uia meretricandi, à quo retrahebatˀ ne ſignaculum
B uirginitatis amitteret: tũ ẽt ex parte patris, qui de eius cuſtodia ſolicitudinem gerit, ſcd̃m illud Eccleſ. 42. Sup filiã luxurioſam confirma cuſtodiã, nequando faciat te in opprobriũ uenire inimicis. Et ideò manifeſtũ eſt, ꝙ ſtuprũ, quod importat illicitã uirginum deflorationẽ ſub cura parentũ exiſtentiũ, eſt determinata luxuriæ ſpecies.

C Ad 1. ergo dicẽdum, ꝙ q̃uis virgo ſit ſoluta à uinculo matrimonij, non tamen eſt ſoluta à patris poteſtate. Habet ẽt ſpeciale impedimẽtum fornicarij cõcubitus uirginitatis ſignum, quod non debet niſi per matrimonium auferri. Vndè ſtuprũ non eſt fornicatio ſimplex, ſed concubitus qui fit cum meretricibus. i. mulieribus iam corruptis, ut patet per * gloſſ. 2. ad Corinth. 12. ſuper illud, Qui nõ
D egerunt pœnitẽtiam ſuper immunditia & fornicatione &c.

Ad 2. dicẽdũ, ꝙ Amb. ibi aliter accipit ſtuprum, prout. ſ. cõmuniter accipitur pro oĩ pec-

* 36. q. 1. c. Lex illa pręteritorũ

† Libr. 1. de Abrahã c. 4. iter princip. & medi, to. 4.

* Q. pręce. ar. 1. & 3.

* Gl. interlinearis ibi.

matrimonium. Nec patri fit iniuria, quia ſcienti & uolenti non fit iniuria. In muliere quoque virgine ætatis grandæuæ, puta, quinquaginta annorũ, quæ amplius nõ eſt habilis generationi, nec eſt ſub cuſtodia alicuius, locum non vr̃ habere ratio ſtupri.

¶ Secundum dubium eſt, An maſculus ꝑdẽdo ſuam uirginitatẽ, puta, prima ſeminatione ſua concubens cũ meretrice, cõmittat pctm̃ alterius ſpeciei à ſimplici fornicatione, puta in ſpecie ſtupri. Et eſt rõ dubij, quia ſi non, ſequeretˀ, ꝙ nõ oẽs luxuriæ ſpecies ſe tenerẽt ex parte utriuſq; ſexus: qm̃ ſtupri ſpecies ex parte fœminæ tñ inueniretur, & ſequeretˀ, ꝙ maſculus eſſet capax aureolæ propriæ virginũ, & non vitij proprij oppoſiti virginitati ſub ſtupri ſpecie locatæ. Si ſic, oportet ſaluare ĩ tali peccato differentiam conſtitutiuam ſtupri, quod non apparet.

¶ Tertium dubiũ eſt, An mulier uirgo quæ ſeipſam polluẽdo veneream experitur delectationẽ, peccet peccato ſtupri. Et eſt rõ dubij, quia uirginitas non perditur irreparabiliter & illicite: niſi per ſtuprum, ſaltẽ ĩ fœmina: cũ ſtuprum directè virginitati' in muliere opponatur. Per omnem autẽ uoluntariam pollutionẽ extra matrimonium aduenictem virgini, perditur irreparabiliter & illicitè virginitas mulieris. ergo eſt ſtuprum. In oppoſitũ autem eſt, quia ꝑ talẽ pollutionẽ non ꝑdiˀ virginitatis ſignaculum, cuius priuatione minus habilis redditur mulier ad cõiugium: ſine hac autem priuatione non committitur ſtuprum.

¶ Quartum dubium huic tertio annexũ eſt, An illicitus cõcubitus cum muliere integra polluta tñ per mollitiẽ, ſeu ſodomiã, ſit ſtuprũ. Et eſt ratio dubij, quia ꝙ non ſit ſtuprum, apparet ex eo ꝙ ibi non eſt uirginis defloratio, quia non eſt uirgo, ut ex ſupradictis de uirginitate patet. Et confirmatur, quia cum dr̃. ſtuprum eſt illicita uirginis defloratio, aut ly virgo eſt nomen virtutis, aut naturalis ſtatus. Si eſt nomen uirtutis, hr̃ intentum: quia illa non eſt virgo formaliter, nec materialiter. Si naturalis ſtatus, ſequitur ꝙ ſtuprum, quod directè ei opponitur non eſt vitium: qm̃ uitium opponitur virtuti non naturali ſtatui, niſi vt eſt materia uirtutis. Sed hoc dici nõ põt ſecundum authoris doctrinam, dicentis integritatẽ carnis non niſi per accidens ſe habere ad virginitatẽ. Conſtat nãq; ꝙ uitia non contraponuntur virtuti ſecundùm ea quę per accidens ſe habẽt ad virtutẽ: aliter eſſent infinita uitia contra unam uirtutẽ, eo ꝙ infinita uni accidunt. In oppoſitum autem eſt, quia in tali coitu inuenitur vtrumque ad ſtupri differentiam ſpectans, ſcilicet & uiolatio ſignaculi virginalis, & iniuria paternæ cuſtodiæ.

¶ Quintum dubium eſt ex Martino in quęſt. de ſtupro, uolente quòd ſtuprum non ſortitur rationem ſuę ſpeciei ex adiũcta parentum cuſtodia: quia poſita ſola illicita oblatione virginitatis per coitum, ponitur ſtuprum & ea remota, quocumq; alio poſito, non ponitur ſtuprum. ergo ad ſtupri rationem ſat eſt illicita per coitum defloratio. Antecedens pro prima parte probatur.

A Si ponatur puella ſine cuſtodia, defloratio illius non eſſet ſimplex fornicatio, non adulterium, non raptus, non inceſtus ergo ſtuprum. Quo ad ſecundam uerò, quia concubitus cum puella in domo patris iam ſtuprata, non eſt niſi ſimplex fornicatio.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, ꝙ naturale luxuriæ genus in ſtupri ſpeciem trahitur per naturale ſignaculũ virginitatis mulieri attributũ ſub naturali cuſtodia parentum: ita ꝙ naturali ſignaculo non ꝑ accidẽs, ſed naturaliter debetˀ paterna cuſtodia ꝓp infirmitatem muliebrem in conſeruando proprium decus. Propter quod dr̃ Eccl. 7. c. Filiæ tibi ſũt, cuſtodi corpus earũ. Et qm̃ hęc naturali ordine cõnexa ſunt, ut. ſ. cuſtodia paterna ſignaculo adſit uirgineo, & econtra, qm̃ ſecundùm naturæ ordinem ſub mariti cura & iure, mulier deinceps eſſe debet, quę in adiutorium ad generãdum proculdubio creata eſt: ideò defloratio uirginis extra coniugium offendit quidem duo. ſ. ſignaculum virginitatis, & paternam cuſtodiã, alterum in fœmina, alterum in parente. Sed quoniã naturalis eſt connexio inter iſta, ideò non ex altero tãtum, ſed vtroq; ſimul differẽtia propria ſtupri ſumẽda eſt. Et cũ vnum eorum dr̃, alterum cointelligendũ eſt. Paterna namq; cuſtodia non cuiuſcumque, ſed ſignaculi virginalis eſt. Nam ſicut naturali ordine patris eſt alere filiam, & prouidere illi uſque ad nuptias incluſiuè: ita eiuſdem eſt cuſtodire filiam bene habitem ad matrimonium. Minus autem habilis eſt mulier corrupta, quantum in ſe eſt, ad matrimonij copulam, vt patet, ſi ſciretur ipſam eſſe corruptam, quoniam non inueniret ſuę conditionis virum. Et ſic cum ſtuprum contra paternam dicitur cuſtodiam, cointelligitur eſſe etiam contra ſignaculum cuſtoditũ. Et ſimiliter quia ſignaculum huiuſmodi habilem ſeruans mulierem ad matrimonium, naturaliter eget paterna cuſtodia, & ſub illo naturali ordine eſt, ſeu eſſe debet: ideò contra ſignacu-
E lum virgineum agens, iniuriã paternæ facere cointelligitur cuſtodiæ. Illius eſt ſiquidem ſignaculũ illud ita patris quo ad conſeruationem, ſicut mulier eſt mariti quo ad uſum venereum.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, ꝙ mulier ex ſtupro acquirens dotem, redditur quidem habilior ad matrimonium quo ad bona fortunæ, ſed redditur inhabilior, quo ad bona naturæ tam corporis, quàm animæ. Stuprum autem penès dãnum naturalis boni attenditur, & non penès bona exteriora. Conſenſus quoque tam ſuus, quàm paternus etſi ſtupratoris iniuriam attenuet, non tamen tollit, tum quia huiuſmodi conſenſus nõ eſt omnino uoluntarius ſed mixtus, ſicut proijciens merces in mare propter neceſſitatem maiorem: tùm, præcipuè & propriè; quia conſenſus in his, quorum nõ ſumus pro libito domini, nõ tollit quin ſcienti & conſentiẽti fiat iniuria, ita quòd cum dicitur, Scienti & uolenti non fit iniuria: &, Nullus patitur iniuſtum volens, intelligitur in his tantũ, quorum homo eſt dominus ſecũdum libertatem ſuæ uoluntatis, ut ſunt bona fortunæ: & nõ in his

quæ

cato luxuriæ. Vñ ſtuprũ ibi nominat cõcubitum viri cõiugati cũ quacumq; alia muliere præter uxorẽ: quod patet ex hoc, q̃ ſubdit. Nec viro licet, quod mulieri nõ licet. Et hoc modo etiam accipitur Numeri. 5. ubi dicitur. Si latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia G non eſt inuenta in ſtupro &c.

Ad III. dicendũ, q̃ nihil p̃hibet unum peccatũ ex adiunctione alterius deformi⁹ fieri. Fit autẽ deformius pc̃tm̃ luxuriæ ex peccato iniuſtitiæ: quia vr̃ concupiſcentia eſſe inordinatior, q̃ à delectabili non abſtinet, ut iniuriam uitet. Habet aũt duplicẽ iniuriã annexam, Vnam quidẽ ex parte uirginis, quã etſi non vi corrumpat, tñ eam ſeducit, H & ſic teneẽ ei ſatisfacere. Vndè dr̃ Exod. 22. Si ſeduxerit q̃s uirginem nondum deſponſatam, dormieritq; cũ ea dotabit eam, & habebit vxorem. Si aũt pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modũ dotis, quã uirgines accipere cõſueuerunt. Aliã uero iniuriam facit patri puellæ: vñ & ei ſm̃ legẽ tenetur ad pœnã. Dr̃. n. Deut. 22. Si inuenerit uir puellã uirginẽ, quę nõ habet ſpõſum, & apprehendẽs concubuerit cũ illa, & res ad iudiciũ uenerit, dabit q̃ dormiuit cũ ea, patri puellæ 50. ſiclos argẽti, & habebit eã uxorẽ: & q̃a humiliauit illã, non poterit dimittere eam cũctis diebus uitæ ſuæ. & hoc ideò, ne uideaẽ ludibrium feciſſe, ut Auguſt.* dicit.

quæ etſi noſtra ſint, non tamen poſſumus, vt uolumus, de illis F ordinare, ut patet in naturalibus. Nam licèt manus tua, ſit tua: non tñ propterea põt de conſenſu tuo à te tolli ſine iniuria tua. Eſſet. n. mutilationis ſuæ reus, qui hoc facinus patraret. Et ſimiliter uxor tua non poteſt de cõſenſu tuo ſine tua iniuria cognoſci ab altero. Eſſet. n. adulterij reus cõcumbens, & te nolente, cũ ea. Et rõ dicta eſt, quia non ſumus ſecũdùm noſtræ uoluntatis libertatem, talium dñi: ſed ab altiori principio ſunt hæc noſtra quo ad aliquid ſeruato certo ordine, cõtra quẽ ſi fiat, iniuriæ locus reſtat. Et q̃a ſignaculũ virginitatis nec mulieris, nec patris ſubeſt libertati ad libitum, ſed à natura tributũ, vtriq; eſt ſeruãdũ uſque ad nuptias: ideò neutrius iniuria euitaẽ ex utriuſq; cõſenſu contra naturale debitum, quo vterque cõmendatũ hoc decus ſeruare teneẽ. Ad obiectionẽ autem de muliere grãdæua, dr̃ q̃ quandiu virgo eſt, ſemper quantũ eſt ex habilitate naturalis decoris, apta eſt cõiugio: & ideò ſemper ex uiolatione redderetur inhabilis coniugio. Quòd autẽ ſub nullius cuſtodia ſit, quàmuis de facto ſit poſſibile, quia tñ hoc eſt per accidens, non tollit quin talis deſloratio eſſet ſtuprum: qm̃ morales ſpecies attenduntur ſecũdùm id quod cõiter inueniri natum eſt. Cõſtat autem q̃ cõiter in humano genere uirgines ſub parentum, uel alicuius loco parentum cuſtodia ſunt & eſſe debent: & ideò uirginũ deſloratio abſolutè & per ſe ſtuprum eſt, ad quam ſpeciẽ deſlorationes, quæ per accidens aliter contingunt, reducendæ ſunt.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, q̃ cum ſpecies rerum ſint ſicut numeri, ut dicitur 8. Meta. in quibus ſublatio unitatis variat ſpeciem, & in maſculo primò coeunte cum meretrice differentia ſtupri non ſaluetur, quia nec ſignaculum aliquod naturale perdit, quo inhabilior redditur coniugio, nec aliquid perdit quod I paternæ cuſtodiæ naturaliter commendatum ſit ſeruandũ vſque ad coniugium, ut patet ex hoc, quòd filij antè coniugium poſt pubertatis annos abſque ulla cuſtodia communiter diſcurrunt, repugnante natura ſi oppoſitum fieret. Quod communiter in naturalibus fit, oſtendit ſic natum eſſe fieri, ut dicitur in 2. Phyſic. Et propterea ex eo quòd naturali inclinatione fœminæ antè coniugium cuſtodiuntur, maſculi non: ſed ſi cuſtodire quis eos uellet, cõtra naturalem morem agere diceretur, ſignũ habemus naturalis cuſtodiæ in fœminis uſque ad coniugium, & liberæ facultatis in maſculis, conſequens eſt q̃ cõcubitus maſculi primus cum meretrice non eſt in ſpecie ſtupri, aut proportionali, ſed ſimplex tantum fornicatio. Nec obſtat quòd ex primo concubitu reddatur habilior ad luxuriam, utpote expertus. Hoc enim commune eſt omni primo peccato in quolibet genere, q̃ ex primo reddatur habilior ad ſimile, & conſtat q̃ nõ omne primum peccatum habet propriam ſpeciem diſtinctam a ſecundo & tertio &c. Et hinc habes q̃ ſi maſculus confitetur de K luxuriæ peccato, non oportet quærere ſi erat uirgo.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppoſitum, cõceditur quòd non omnis ſpecies luxuriæ ſumitur ex parte utriuſque ſexus.

¶ Ad ſecundam verò dicitur, q̃ ſtuprum non ſignificat uitium oppoſitum uirginitati adæquatè, ſed in muliere tantum. Et propterea obiectio nihil obſtat. Et præterea uirginitatis aureola, nõ opponitur tantum uitio contra virginitatem, ſed etiam caſtæ amiſſioni virginitatis. vndique ergo ruit ratio illa.

¶ Ad tertium dubium dicitur, q̃ cum ſtuprum ſit ſpecies luxuriæ naturalis, & propterea tàm à magiſtro ſententiarum, quàm à Gratiano quinque tantum ſpecies numerantur luxuriæ, & nõ fit mentio de uitio contra naturam, utpotè nõ pertinente ad dictum genus: & mollities, qua mulier ſeipſam pollit, non ſit luxuria naturalis, ſed contra naturam, dicendum eſt quòd huiuſmodi pollutio non eſt ſtuprum, ſed eſt longè maius peccatum, ſcilicet contra naturam, tollẽs irreparabiliter virginitatem. Falſum eſt enim quòd in muliere virginitas ſolùm tollatur per ſtuprum, nec ſtuprum opponitur adæquatè virginitati in muliere. Vni namque virtuti multa opponi ex ſupradictis patet uitia.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd talis concubitus eſt ſtuprum, quia ibi ſaluaẽ propria differẽtia ſtupri, quã addit ſupra illicitum naturalẽ cõcubitum, dũ auferẽ ſignaculum uirginale paternæ cuſtodię cõmendatum, qđ natũ eſt mulierẽ habilem ſeruare ad coniugiũ. Redditur ſiquidẽ mulier ad cõiugium inhabilis, p̃priè loquẽdo, non ex mollitie, aut ſodomia cũ fœmina, ſed ex huiuſmodi violatione ſignaculi, cuius ſignũ eſt, q̃ ſi ſciret puella mollitie ſola polluta, non pp̃ hoc cõiugiũ eius deſpiceret quaſi non uirginis.

¶ Ad obiecta aũt in oppoſitum dr̃, q̃ cũ ſtuprum ponitur illicita uirginis deſloratio, ly uirginis, p̃priè & directè eſt nomen naturalis ſtatus, qui, qm̃ eſt materia virtutis. ſ. caſtitatis, uel uirginitatis diſtinctæ contra caſtitatẽ, ideò penès uiolationem illius poni poteſt unum ſpeciale uitium, ita q̃ ſicut magnanimitati ſecũdùm diuerſa opponunẽ multa uitia, puta, p̃ſumptio, ambitio, inanis gloria &c. ita uirginitati, ſeu caſtitati ſecundùm diuerſa opponunẽ plura uitia. Nã ſecundum ſeminationem opponitur quodcumq; luxuriæ uitium ad ordinationem ſeminationis ſpectãs, & propterea tam caſtitas quàm uirginitas uirtus perditur per mollitiẽ &c. Secundum uerò uirginalem ſtatum, opponitur illi ſtuprũ: ſecundum autem cõiugalem, opponitur illi adulterium &c. Et cum obiicitur, q̃ huiuſmodi ſtatum, ut eſt materia uirtutis, per accidẽs ſe habet ſignaculum uirginale, reſpondetur q̃ integritas fœminei mẽbri dupliciter poteſt cõſiderari, Primò, ut eſt quædã carnis integritas: & ſic verum eſt, q̃ per accidens ſe habet ad ſtatum uirginalem, ut eſt materia uirtutis, & hoc ſupra docuit author ex Aug. Alio modo, ut eſt ſignaculum uirginale. ſ. cõcluſiuum uteri & animi ad amplexum uirilem. Et ſic non per accidẽs, ſed per ſe ſpectat ad ſtatum uirginalem, ut eſt materia uirtutis: & propterea ſi ſic perditur, reddit mulierem minus habilem ad coniugium. Si autem perderetur primo tãtum modo ob caſum, uel infirmitatis curandæ neceſſitatem, nõ propterea minus habilis ad coniugiũ eſſet. Vnde in nullo patris cuſtodię iniuria fieret, ſi ſic perdereẽ.

*In li. q̃. ſup Deu. quæ 141 med. to 4

¶ Ad quintum dubium dr̃, q̃ ſtuprum ſumit ſpeciẽ propriã ex adiuncta ſupra illicitum concubitũ iniuria paternæ cuſtodiæ non reſpectu cuiuſcumque, ſed ſignaculi uirginalis ut ſic. Ita q̃ paterna cuſtodia põt dupliciter ſumi. Vno modo, ut reſpicit filiã ut cuſtoditã, ſiuè ſit uirgo, ſiuè non: & ſic nõ conſtituit ſtupri ſpeciem. Et propterea cognoſcens filiã alicuius iam ſtupratam in domo parentum, nõ committit ſtuprũ, ſed ſimplicẽ fornicationẽ tantò grauiorem, quantò offendit & patrẽ, ſub cuius adhuc cuſtodia eſt ante nuptias. Alio modo, ut reſpicit filiã ſecũdùm uirginale ſignaculũ, & ſic conſtituit ſtupri ſpeciẽ. Et cum obijciẽ, q̃ remota paterna cuſtodia à uirginali ſignaculo, adhuc cõſtitueret ſtuprũ, reſpondetur; q̃ licet ſignaculum uirginale poſſit fortè eſſe ſine paterna cuſtodia, nõ põt tñ eſſe ſine indigẽtia naturali, quantũ in ſe eſt, paternæ cuſtodiæ. Ac per hoc non põt abſolui ab ordine ad paternam cuſtodiã, & ideò caſus non eſt admittendus. Et ſi inferatur, q̃ iſta cõditionalis eſt uera. Si ſignaculũ uirginale eſſet ſine paterna cuſtodia, adhuc illius illicita violatio eſſet ſtuprum, reſpondetur, q̃ intelligendo per paternam cuſtodiam, ordinem ad paternam cuſtodiam, à quo nõ poteſt ſignaculum uirginale abſolui, iſta conditionalis eſt falſa, quoniam deſtruit ſeipſam: quoniam ſi ſignaculum uirginale eſſet ſine ordine ad paternam cuſtodiam, non eſſet ſignaculum uirginale, ſed eſſet ſicut uirginitas naturalis maſculorum. Sicut & iſta conditionalis eſt falſa, Si pater eſſet ſine filio, eſſet pater.

SVPER

ARTICVLVS VII.

Vtrum raptus sit species luxuriæ distincta a ſtupro.

Porrec. per tot.

748

Sup. art. 1. co. Et 4. d. 41. ar. 4. q. 1. co. fi. & q. 2. cor. & ad 6. Et ma. q. 15. ar. 3. cor.

AD SEPTIMVM ſic ꝓceditur. Vr̄ ꝙ raptus ñ ſit ſpēs luxuriæ diſtincta a ſtupro. Dicit.n.* Iſidorus in li. Etymo. ꝙ ſtuprū[h] i. raptus, propriè eſt illicitus coitus à corrūpendo dictus: ūñ & q raptu potit̃, ſtupro fruitur. ergo ui detur ꝙ raptus non debeat poni ſpecies luxuriæ a ſtupro diſtincta.

* Li. 5. Ethymo. ca. 26. ante medium.

¶2 Præt. Raptus vr̄ quādā violentiā iportare. Dr̄.n. in Decretis 36.† q.1. ꝙ raptus cōmittit̃, cum puella violēter a domo patris abducit̃, ut corrupta in vxoré habeat̃: ſed hoc ꝙ violentia alicui inferat̃,[h] ꝑ accidēs ſe hēt ad luxuriā, q̃ ꝑ ſe reſpicit delectationē cōcubitus. ergo videt̃ ꝙ raptus non debeat poni determinata ſpecies luxuriæ.

† 36. q. 1. c. Lex illa ꝑ tertiorum

¶3 Præt. Pctm̄ luxuriæ ꝑ matrimoniū cohibet̃. Dr̄.n. 1. ad Co. 7. Propter fornicationē vnuſq̄ſq; ſuā vxoré habeat: ſed raptus impedit matrimoniū ſequēs. dr̄.n. in cōcilio* Meldēſi. Placuit ut hi q̄ rapiunt[h] feminas, uel furant̃, uel ſeducūt,[h] eas nullatenus habeāt vxores, q̄uis eas poſtmodum nuptialiter cum conſenſu parentū ſuorū ſuſceperint. ergo raptus nō eſt determinata ſpēs luxuriæ.

* Habet̃ 36. q. 2. c. Placuit, in pr.

¶4 Præt. Aliqs pt̃ cognoſcere ſuā ſponſā abſq; pctō luxuriæ: ſed[h] raptus pt̃ cōmitti ſi aliqs violenter ſponſā ſuā auferat de domo parentū, & eā carnaliter cognoſcat. ergo raptus nō dēt poni deteriata ſpēs luxur.

SED CONTRA ē, ꝙ raptus ē illicitus coitus, vt Iſid.* dicit: ſed hoc ꝑtinet ad pctm̄ luxurię. ergo raptus eſt ſpēs luxuriæ.

* Li. 5. Ethymo. c. 26. ante med.

RESP. dcd̄m, ꝙ[m] raptus, ꝑut núc de eo loqmur, eſt ſpēs luxuriæ. Et qñq; qdē in idē cōcurrit cū ſtupro: qñq; āt inuenitur raptus ſine ſtupro: qñq; vero ſtuprū ſine raptu[n]. Cōcurrūt qdē .n. idē, qñ aliquis violentiā infert ad uirginē illicitè deflorandā, quæ quidē violentia qñq; infert̃ tā ipſi uirgini, quā patri: qñq. āt infertur patri, ſed nō uirgini, puta, cū ipſa cōſentit ut per uiolētiā de domo patris abſtrahatur. Differt ēt uiolētia, & raptus alio mō: qa qñque puella uiolenter abducit̃ a domo parētū & violēter corrūpit̃: qñq; āt etſi uiolēter abducat̃, nō tñ uiolenter corrūpit̃, ſed de uoluntate uirginis, ſiue corrūpat̃ fornicario cōcubitu, ſiue matrimoniali. Qualitercūque .n. uiolētia adſit, ſaluat̃ rō raptus. Inuenit̃ āt raptus ſine ſtupro, puta, ſi aliqs rapiat uiduā, uel puellā corruptā. Vnde Symmach* Papa* dicit. Raptores uiduarū, uel uirginū ob immanitate facinoris tāti deteſtamur. Stuprū uero ſine raptu inuenit̃ qñ aliqs abſq; uiolētię illatiōe uirginē illicite deflorat.

Concl. eſt

* Habet̃ 36. q. 2. c. Raptores.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ qa raptus plerunq cū ſtupro in idē concurrit, ideo quandoque unum pro alio ponitur.

AD II Dcd̄m, ꝙ illatio uiolentię ur̄ procedere ex magnitudine concupiſcētię, ex qua aliqs nō refugit periculo ſe immittere uiolentiæ inferendæ.

AD III dcd̄m, ꝙ aliter ē dicē

SVPER QVÆ. CLIIII. ARTIC. VII.

IN ar. 7. eiuſdem 154. q. occurrunt dubia quatuor. Primum circa principium corporis ar. quo pacto ſtant iſta duo ſimul. ſ. ꝙ raptus ſit una ſpēs luxuriæ diſtincta ab aliis, & tamen coincidat cū ſtupro, & aliis ſpeciebus luxuriæ. Species namque eiuſdē gñis nō coīcidūt.

¶Secundum dubium eſt in reſponſione ad ſm̄, quia magnitudo luxuriæ impellēs hominem ad violentiā inferendā, nō variat ſpeciē luxurię: maior .n. & minor luxuria ñ differūt ſpē ex maiori magnitudine.

Ad primvm ergo dcdm, ꝙ ſicut ordo rõis rectæ ab hoie, ita ordo naturę ē ab ipſo Deo: & iõ in peccatis cõtra naturá, in q̄bus ipſe ordo naturę violatur, fit iniuria ipſi Deo ordinatori naturæ. Vn̄ Aug.* dicit in 3. cõfeſſio. c.8. Flagitia q̄ ſunt contra naturá, vbiq; ac ſp deteſtanda, atq; punieda ſunt, qualia Sodomitarũ fuerunt, quę ſi oẽs gentes facerent, oẽs eodẽ criminis reatu diuina lege tenerent, qua nõ ſic fecit hoies, vt ſe illo vterent mõ, Violat quippe ipſa ſocietas, q̄ cũ Deo nobis eſſe debet, cũ eadẽ natura, cuius ille author eſt, libidinis peruerſitate polluitur. B

Ad II dcdm, ꝙ ẽt vitia cõtra naturá ſunt contra Deũ, vt dictũ* eſt. & tanto ſunt grauiora q̄ ſacrilegii corruptela, quantò ordo naturæ humanę inditus eſt prior & ſtabilior, quam quilibet alius ordo ſuperadditus.

Ad III dcdm, ꝙ vnicuique

ſemen eſt hoc mõ ſuperfluum. Signum aũt ꝙ ſemen muliebre ſit ſuperfluitas ſanguinis, eſt illud idem per quod Ariſtoteles indicat ſemen viri eſſe ſ. perfluum ſanguinis. ſ. ꝙ nimis prouocãdo ſeminationẽ exit ſanguis, ſeu ſanguinolẽtus humor: hoc .n. idem in muliere contingere expertum eſt. Et quia via hæc ſatis probabilis vt & ſm̃ rationem, & ſm̃ apparẽtiá ad ſenſum iõ ad indicia Ariſtotelis ſm̃ eũ dicendũ eſt, ꝙ mulieres qñq; concipere ſine illa delectatione non eſt ſignum ſufficiens, ꝙ tunc ſemẽ muliebre nõ concurrat: ſed vt Alber. dicit ꝙ prius ille ſanguis albus peruenit ad matricem. Puto ego ꝙ quia hoc eſt vt in paucioribus, ꝙ hoc eſt ſignum indiſpoſitionis naturæ, quæ non delectat in illa emiſſione, ſicut pp varietatẽ diſpoſitionum aliquæ parum delectantur, aliquæ cõuenienter, aliquæ valde, aliquæ intantum ꝙ extra ſe quoddammodo fiunt in huiuſmodi emiſſione. Secundum autem. ſ. ꝙ concurrente vtroq; ſemine non ſequitur generatio, indicium eſt, non ꝙ ſemen non concurrat ad generationem, ſed quia non eſt ſufficiens paſſiuum ſine ſanguine rubeo, aut quia in ſe eſt imperfectum, vt ante pubertatem, & poſt fœcunditatem, aut quia & ſimilis poteſt tpe fęcunditatis accidere diſpoſitio in illo albo ſanguine, vt. ſ. ſit ita imperfectum ſicut eſt ante & poſt fœcunditatis ætatem, aut quia ſicut homo ſine ſanguinis pabulo non viuit, ita ſanguis ille albus ſine ſanguinis rubei pabulo ſiue fulcimento, non eſt pro conceptione ſufficiens. C

Lib. 3.c.8. circa prin. tom. 1.

¶ Ad tertium verò indicium dr̃, ꝙ quibuſcumq; mulieribus conuenit menſtruum, eiſdem credimus conuenire ſemen, niſi forte per accidens, ſicut contingit mulierem ẽt menſtruoſam menſtruo priuari: ſed quibuſdam mulieribus conuenit ſeminare ſenſibiliter ab extra, & quibuſdã ſolum ad intra, ita vt nõ cognoſcant mulieres ſe ſeminare: ſed ſolũ delectabiliter cõmoueri cum ſatietate, ſeu quiete carnis, completa cõmotione quam ſentiunt intus. Et forte neſcire hunc duplicẽ modum ſeminationis, cauſa eſt putandi ꝙ non oẽs ſeminant. Signum .n. delectationis ſeminariæ eſt quies concupiſcentiæ carnalis, ſeu ſacietas terminans delectabilem commotionem. D

¶ Ad quartum indicium de quantitate dr̃, ꝙ ſicut ſanguini rubeo, qui generationi ſeruit, tantam menſtrui ſuperfluitatem annexam videmus, ita non eſt remotum, vt ſanguini albo eidẽ generationi ſeruienti nonnulla iungatur humiditas impura, quæ quantitatem ſeminis metitur maiorem quàm eſſe debeat, in fęmina præſertim, qm̃ abundat humido, crudo præſertim, & ad huiuſmodi crudi humoris multiplicationem ſpectare videtur copia ſeminis fęminei ex cibis acris ſaporis.

¶ Ad quintũ dicit Albertus, ꝙ non eſt remotum quin ẽt fęminis aliorum animalium conueniat hmõi ſeminatio ad intra.

¶ Ad ſextum aũt indicium dr̃, ꝙ falſum experientia teſte, aſſumit in mulieribus: qm̃ ſolo contactu ſine coitu ſeminant, & ẽt ſine contactu in ſomno & in vigilia imaginatione &c. In fœminis aũt aliorum animalium, ſi verum aſſumitur, dr̃ ꝙ ratio varietatis in promptu eſt, quia fęminæ aliæ ſeminant ſolum intus, & ppea ex contactu non emittunt extra. Mulier aũt, quia ſeminat vſque ad redundantiam ad extra, ita ex contactu emittit ẽt ſicut extra. Diui autem Thomæ poſitio a Galeno, Aui. & Alb. diſſentit in hoc, ꝙ apud ipſum, ſemen fęminæ non eſt aliquid requiſitum in fœmina ad generationem humanam: & in hoc conuenit cum Ariſt. & ppea ratio Ariſt. & illius indicia, nõ ſunt contra diuum Tho. ſed pro ipſo. Vnum tñ ſingulare dicit Diuus Tho. ſ. ꝙ ſemen mulieris eſt in genere ſeminis, vt imperfectum tñ, ita ꝙ ſm̃ hanc viam ſemen mulieris eſt ſicut ſemen viri impotentis generare ex defectu naturæ non ſufficientis perfecte decoquere ſanguinem, ita vt perducat ipſum ad perfectionẽ ſeminis. Ac per hoc ſicut ſemen viri ſic imperfecti põt dupliciter conſiderari. ſ. quantũ eſt ex natura ſui generis & ſpeciei, & ſic per ſe ordinatur ad gñationẽ humanã, vt ſemen humanũ: alio mõ, vt eſt iſtius ſic imperfecti: & ſic per accidens nõ ordinatur ad gñationẽ humanam, quia non eſt aptum generationi humanæ: ita ſemen fœminæ poteſt dupliciter cõſiderari ſ. quantum eſt ex natura ſui generis, & ſuæ ſpeciei humanæ: & E

A ſic per ſe ordinatur ad generationem humanam, vt ſemen. & iõ natura apposuit in illius emiſſione talem ac tantam delectationem. Alio mõ inquantum eſt in talibus indiuiduis. ſ. in mulieribus virtutis impotentis decoquere, & ad perfectionem ſeminis illud deducere: & ſic per accidens, ratione. ſ. talium indiuiduorum, non ordinatur ad gñationem humanam nec vt ſemen nec vt materia. Non vt ſemen, quia deficit à perfectione ſeminis. Non vt materia, quia totũ genus agrmis ineptum eſt, vt ſit materia ex qua & hæc poſitio forte coincidit cum poſitione Ariſtotelis, ſi intelligamus Ariſtotelem, excluſiſſe ſemen mulieris à ſemine ſecundum perfectionem ſui generis, & dixiſſe illud eſſe excrementum vteri, quia conuenit mulieribus non propter generationem, ſed neceſſitate materię ſcilicet non propter finem per mulierem per tale ſemen aſſequendum, ſed quia eſt pars ſpeciei. Non enim tacuit ibidem Ariſtoteles huiuſmodi impotentiam mulieris ad decoctionẽ. Hæc de primo. In ſolu. præced.

C ¶ Quo ad ſm̃, multi occurrunt modi dicendi, quare in mulieribus ſeminatio voluntaria extra concubitum naturalem eſt peccatum mortale, ſiue ſit mollitiei, ſiue ſodomiæ vitium. Primus eſt, ratione delectationis venereæ: qm̃ ſm̃ rationem rectam nõ debet extra concubitum naturalem procurari. Sed huic rationi obſtat, ꝙ delectatio in bonitate & malitia morali ſequitur operationem: & ideo oportet ſi delectatio ſit mala moraliter, ꝙ ſeminatio illa ſit mala. Ridiculum eſt enim dicere ꝙ delectatio ſm̃ ſe eſt mala: & ppea oportet ad bonitatem, vel malitiam ſeminationis deuenire. Quare ſi ſeminatio muliebris non eſt niſi ſuperfluitatis emiſſio, non eſt magis ratio peccati procuratione huius ſeminationis, & delectatione eiuſdem, quàm ſi qs procuret egerere, aut ſudare, & delectetur in huiuſmodi. Secundus dicendi modus eſt, ꝙ licet mulieribus ſeminatio ſm̃ ſe nõ ſit niſi ſuperfluitatis emiſſio, quia tñ connexus eſt ſibi cõcurſus humoris, qui per menſtruum purgatur ad matricem, qui hu- D mor eſt principium materiale generationis: ideo habet rationem peccati mortalis propter abuſum. ſ. principii generationis concomitantem. Sed huic rationi obſtat, quia ſecundum hanc rationem ſeminatio ipſa non eſt niſi per accidens, hoc eſt, propter aliud adiunctum malum moraliter. Ac per hoc cum ante & poſt ætatem fœcunditatis ſeminatio mulieris ſit naturaliter ſeparata, & non connexa concurſui humoris qui eſt principiũ generationis, ſequeretur ꝙ talis ſeminatio procurata extra ętatem fœcunditatis, non eſſet peccatum mortale. Tertius dicendi modus eſt, ꝙ licet ſeminatio muliebris non ſit ſecundum ſe niſi ſuperfluitatis emiſſio, quia tamen naturali ordine per ſe ad principium generationis ordinatur ſcilicet ad concubitum naturalem: ideo peccatum mortale eſt abuti ipſa ſeminatione, ſicut peccatum mortale eſt abuti concubitu, puta, coeundo cum ſtatua. Eſt enim concubitus naturalis, generationis principiũ, ſicut debita coniunctio actiui & paſſiui eſt inter principia ope- E rationis, quæ ab illis exigit principiis. Et ꝙ talis ſeminatio ordinetur ad concubitum naturalem, patet ex eo ꝙ aliter natura non appoſuiſſet proportionaliter delectationẽ in muliere ſicut in viro. Sed hæc ratio manifeſte deficit, quia ad delectationem confugit, & operationem omittit. Oportet enim probare, ꝙ ſeminatio, quæ eſt operatio illa quam ſequitur huiuſmodi delectatio, per ſe ordinetur ad concubitum: quod nõ probatur nec ſignificatur ex hac negatiua, quia. ſ. natura non prouidiſſet aliter de delectatione proportionali in muliere ſicut in viro: qm̃ delectatio proportionalis in muliere debet eſſe naturaliter vt in principio generationis, quod eſt mulier, quod non dicit ſm̃ hanc viam niſi miniſtrationem menſtrui, & receptionem ſeminis virilis per coitum. In omnibus autem his tribus appoſita eſt delectatio: & in concubitu & in receptione ſeminis manifeſte patet. In concurſu autem ſanguinis ad matricem dicunt delectationẽ quoq; eſſe minus tñ, vt apparet, perceptibilẽ differenter ab aliis delectationibus. Et ſic dicentes ſeminationem mulieris eſſe ſecundum ſe emiſſionem ſuperfluitatis ineptæ ad generationem, non videntur poſſe reddere rationem, quare talis

ſeminatio

indiuiduo magis coniuncta natura ſpeciei, q̃ quodcũq; aliud indiuiduum. & ideo peccata quæ ſunt contra naturam ſpeciei ſunt grauiora.

Ad IIII dicendum, ꝙ grauitas in peccato magis attendit̃ ex abuſu alicuius rei, q̃ ex omiſſione debiti vſus: & idẽo inter vitia q̃ ſunt cõtra naturã, infimũ locũ tenet pctm̃ immunditiæ, quod conſiſtit in ſola omiſſione concubitus ad alterũ. Grauiſſimũ aũt eſt peccatum beſtialitatis: quia non ſeruatur debita ſpecies. Vnde ſuper illud Gen. 37. capite, Accuſauit fratres ſuos crimine peſſimo: dicit gloſ. ꝙ cum pecoribus miſcebantur. Poſt hoc aũt eſt uitium Sodomiticum, cũm ibi non ſeruetur debitus ſexus. Poſt hoc aũt eſt peccatum ex eo, ꝙ non ſeruat̃ debitus modus cõcumbendi. Magis autem ſi non ſit debitũ vas, quàm ſi ſit inordinatio ſecundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.

G

ſeminatio voluntaria eſt peccatum mortale: unde quartus dicendi modus eſt, ꝙ licet ſeminatio muliebris non ſit neceſſaria ad gñationem, eſt tñ utilis ad gñationem ita ꝙ melius concipitur ſeminando, & melius generatio promouetur, cui muliebre ſemen admiſtum eſt. Et quia non ſolum abuſus principiorũ neceſſariorum, ſed et ordinatorũ à natura pp melius ad gñationem, eſt pctm̃ mortale, tali ſeminatio procurata extra concubitũ naturalẽ, eſt pctm̃ mortale. Maior probatur authoritate Alberti, ſentiẽtis abſque dubio ꝙ melior conceptio ſit qñ mulier ſeminat. Minor verò manifeſtat̃ in membris officialibus duplicatis à natura pp melius, puta, in duobus oculis. Neceſſitati quippe aialis ſufficit videre p vnũ oculũ, ſed natura pp melius dedit duos. Conſtat aũt ꝙ priuare hoĩem vno oculo eſt peccatum mortale, q̃uis non ſit priuatio neceſſarii ſimpliciter ad videndum: ſed pp melius videre. Et ita priuare hoĩem principio pp melius à natura ordinato ad gñationem, eſt peccatũ mortale. Hoc aũt facit mulier ſeminans voluntariè extra naturalem concubitum. Huic rationi hoc ſolum obſtare vr̃, ꝙ ſupponit quod neſcit: dum dicit ſemen muliebre concurrere ad generationem vt utile ſeu pp melius, & non dicit quo concurrit, actiuè vel paſſiuè, vt eiuſdem vel diuerſæ naturæ à mẽſtruo. Ad quod tñ oportet deſcendere ſcientificè loquentem. Alb. aũt dixit, & illud cõe, & ſpecificauit ꝙ concurrit paſſiuè ut res eiuſdẽ rõnis cum menſtruo, & ꝙ ſp ac neceſſario concurrit illud ſemen: ſed tunc melius qñ mulier delectabiliter ſeminat in ipſo concubitu ſimul cum viro. Et non vult ꝙ ſemen muliebre ſit abſolutè pp melius: ſed ꝙ ipſa delectabilis ſeminatio ſimul cũ viro ſit pp melius, ipſum aũt ſemen muliebre pp neceſſe eſſe. Vñ quintus modus dicendi eſt: ſequendo viã Auic. & Alb. ſatis rationabilẽ, ꝙ ſicut vir ſeminando voluntariè extra naturalẽ concubitũ, peccat mortaliter, quia contra naturalem ordinem actiuæ generationis humanæ principio abutitur, in damnũ humanæ vitæ: ita mulier ſeminando voluntariè extra concubitũ naturalẽ, peccat mortaliter, quia abutitur potentia ſua actiua miniſtrando principium paſſiuum generationis humanæ contra naturalem ordinem in damnum humanæ vitę. Sed quid dicemus iuxta viam diui Tho. negantis muliebre ſemen eſſe materiam generationis, & aſſerentis ipſum non eſſe neceſſariũ ad generationem? Fortè diceretur ꝙ quia eſt vtile ad gñationem, vel ut adiuuans ſemen uiri ex quo eſt in genere ſeminis, vel vt cũ materia menſtrui, ita ꝙ declinando ex perfectione ſeminis licet non cadat in materiam neceſſario requiſitam, cadit tñ in commateriam vtilem ad gñationem: ideo abuſus eius eſt peccatum mortale. Vel diceret̃, ꝙ quia mulier eſt ſicut mas impotens, ſeminatio mulieris poteſt dupliciter conſiderari. Vno mõ ſm̃ rõnem ſuę ſpeciei, & ſic, quia ſm̃ ſe ordinatur ad gñationẽ, ſicut ſeminatio maſculi naturaliter impotentis generare, ideo eſt peccatum mortale abuſus talis ſeminationis. Alio modo, prout eſt à tali indiuiduo. ſ. impotente decoquere ſemen. Et ſic, quia hoceſt per accidens ſicut patet ſi maſculo ex frigida complexione conueniret talis impotentia, idẽo hinc, licet ſit ineptum ſemen ad gñationem, nõ tñ excuſatur à peccato mortali illius abuſus, qm̃ actus iudicandus eſt ſm̃ ſuam ſpeciem per ſe, & non ſm̃ id ꝙ cõuenit ei per accidens. Sed huic rationi obſtant duo. Primo, quia impotentia concoctiua ſeminis in muliere non eſt per accidens ſ. ratione indiuidui vt contingeret in uiro ex infirma complexione: ſed eſt per ſe ex naturali ſpecie ſexus fœminei. Diſtinguitur enim ſpecie fœmina a mare ſub genere ſexus, quàmuis ſint eiuſdem ſpeciei in ſpecie hominis, in ſpeciei leonis &c. Et propterea non eſt eadem ratio de ſeminatione viri infirmi ſeu orbati, & fœminæ. Iſtius enim impotentia eſt naturalis, illa infirmitatis.

¶ Ac per hoc fœminæ impotentia eſt per ſe, maris aũt impotentia eſt per accidens. Obſtat ſecundo, quia ſi ſeminatio mulieris ſecundum ſe ordinatur ad generationem oportet ꝙ ordinetur ſecundum ſe ad generandum, aut in ſe (& ſic dic opinio Gale.) aut in alia perſona, & ſic concubitus mulieris cum muliere non eſſet peccatum mortale: quia ibi ſeruatur id quod per ſe ſpectat

F ad ordinem illius ſeminationis. Primo ergo modo iuxta viam authoris dicendum vr̃, ꝙ ſeminatio mulieris extra naturalem concubitum, eſt abuſus eius quod eſt vt utile ſeu pp melius ad generationem naturalem ordinatum. Secundum aũt Gal. viã, quæſtio nulla eſt: quia muliebris ſeminatio eſt emiſſio ſeminis.

¶ Ego autẽ etſi inter tot illuſtres uiros ſilere deberem, proferã tñ ſermonẽ rationabilem. Puto ego ſeminationem mulieris eſſe emiſſionem ſeminis materialiter tñ ad gñationem neceſſario requiſiti, & propterea abuſum muliebris ſeminationis eſſe peccatum mortale. Quòd n. ſemẽ mulieris, ſit propriè ſemen, non ſolum ex cõi appellatione, qua ſemen appellatur, ſed ex duobus patet ſignis. Primo, ex eo ꝙ ꝙ eſt ſuperfluum alimenti vlti. hoc eſt ſanguinis, vt teſtatur experientia humoris ſanguinei emiſſi a muliere poſt multas ſeminationes procurante adhuc ſeminare. Secundo, ex eo quòd natura non fruſtra dedit mulieri vaſa ſeminaria, hoceſt teſtes, qui pubertatis tempore diſtendi, & tumeſcere dicuntur. Quòd uerò ſit materiale tantum ratione, & ſigno probatur. Ratione quidem, quia

H ſemen eſt in potentia totum animatum: ac per hoc ſicut animatum componitur ex anima, & corpore, ita ſemen ex uirtute actiua formatiua &c. & primo ſubiecto. Et propterea ſicut in uegetabilibus, ubi indiſcretus eſt ſexus, ſemen continuè utrumque ſcilicet principium actiuum, & primum principium paſſiuum: quòd fotum & alitum ex humore admiſto, ſubiectum primum generationis eſt: ſic in animalibus ubi diſcretus eſt ſexus, non ſolum ſemen eſt quod actiuum eſt generationis: ſed etiam quod primum paſſiuum eſt generationis. Et quoniam maris conſtat eſſe agere, & fœminæ pati: conſequens eſt ꝙ principium actiuum ex parte maris ſit ſemen, & primum principium paſſiuum ex parte fœminæ ſit ſemen, ut ſic ex utroque fiat integrum ſemen: ſicut in uegetabilibus ex indiſcreto ſexu ſit integrum ſemen. Et ſicut in uegetabilibus ſemen integrum nõ generaret, niſi fotum, & alitum ex admiſto ab extra humido in terra: ita ſemẽ integrum, viri ſcilicet & mulieris, niſi fotum &

I alitum puro humore ſanguinis menſtrui, numquã generaret. Atteſtantur huic proportionali rationi ſigna: quia. ſ. naturales actus fœminarum in concubitu ſunt ſub eſſe, & recipere quę matricis & paſſiui principii ſunt. Nec contra hanc ſententiam militat ratio Ariſt. ſ. ſi menſtrua, ergo non ſemen. Et ſi ſemen, ergo non menſtrua: quoniam ratio iſta non tenet in ſubordinatis, ſed in indiſparatis: quoniam quæ ſunt diuerſa, aut diſparata ſi vnum eſt proportionale ſemini, ergo non reliquum: quia aliter eſſent duo. Sed in his quorum unum ſubordinatur reliquo; non currit ratio: quia ambo ſunt unum ordine naturalis ſubminiſtrationis: ac per hoc, ꝙ ſi unum ponitur proportionale ut primum, alterum oportet etiam ponere ut conſequens. Et non duo, ſed unum tantum ponitur proportionale ſemini viri, ſ. ſemen fœminæ, ut primum paſſiuum fotum, & alitũ menſtruo. Conſonant quoque huic poſitioni & quæ Aui. & Alb. docuerunt, & quæ Gal. quo ad hoc quod eſt ſemen: & quæ diuus

K Tho. quoad hoc ꝙ eſt in genere ſeminis, ut imperfectum quid & quæ dicit Ariſto. quo ad hoc, ꝙ menſtruum eſt ſemen impurum egens concoctione. Atteſtatur & delectatio talis, ſcilicet uenerea: & tanta a natura poſita in tali ſeminatione: huic poſitioni, & ratio moralis, ac mortalis peccati, quæ hinc manifeſte habetur, ſatis quadrat. Hinc etiam patet, quòd non excuſatur mulier ante, & poſt ætatem menſtruorum abutens tali ſeminatione: quia ſcilicet per accidens ſe habet ad ſpeciem actus ſecundum ſe ætas. Et licet imperfectum ualde ſit ſemen puellarum ante ætatem menſtruorum, quia tamen ad ſpeciem ſeminationis ſpectat actus ille, ideo à peccato mortali, quod in abuſu ſeminationis ſecundum ſe committitur non excuſatur ſicut nec uiri ex infirmitate impotentis generare, excuſantur ab abuſu ſeminationis, & peccato mortali; & breuiter nulla apparet in hac uia ſecundum ſe difficultas. ſed tantum apud ſequaces huius uel illius philoſophi. conſtat autem ultimum in philoſophia locum authoritatem habere.

SVP. QVÆ. CLV.

ART. I.

IN art. 1. q. 155, nota duo. Primo, qđ continentiæ nomine apud Ari. & communiter apud morales intelligitur, qm̃ hac ſignificatione utũtur tam ponentes continentiam non eſſe uirtutem, ſed gradum, q̃ ponentes non eſſe uirtutem propriè, ſed imperfectum quid in genere uirtutis. Vtrique n. dicunt continentiã eſſe qua reſiſtitur concupiſcentiis prauis uehementibus, infra latitudinem tamen humanam. Quod addo propter ea, quæ humanos exeunt limites, ut beſtiales paſſiones. Sed tãta eſt inter has opiniones differentia ut diſputare ſimul nequeant, ſed ſemper æquiuocatio interſit, niſi redeundo in principium primum, puta, quòd dentur uel non dentur tales gradus quod ſuperius tactũ eſt. Et nunc ideò rememoratum ſit, ut meminerint diſputãtes cum Martino, ſe mortis his præſuppoſitis ſibiinuicem aduerſantibus, an. ſ. continentia ſit gradus, an ſit imperfectum quid in genere uirtutis, diſputent de reliquis, niſi uelint reducere ſemper quæſtionem ad principium. Secundo diligenter aduerte, q̧ continentia ab authore ponitur ſub genere principii laudabiliũ operum qm̃ hinc habes, q̧ eſt i ſpecie qualitatis, qui eſt habitus, vel diſpoſitio, Nã conſtat nõ eſſe aliter principiũ laudabilis operis, niſi ſicut habitus, uel diſpoſitio potẽtiæ eſt principium laudabilis operis. Et hac doctrina erit opus pluries, ſcilicet in art. 3. huius q. & in 3. art. ſequentis qõ. & habet utrobiq; difficultatẽ,

Porrec. per tot.

754 1. 2. q. 85. ar. 3. ad 2. & 3. q. 7. art. 2. ad 3. Et uerit. q. 24. à. 4. cor fin: Li. 7. c. 9. & lib. 4. c. ult. to. 5. † Li. 2. ca. 18. & 19. tom. 1.

† gl. interlinearis ſuper illud Modeſtia, eo itinen. &c.

SVPER QV. CLVI.

ART. II.

Concl.

IN ar. 2. eiuſdem q. dubium ex Martino in q. de continẽtia occurrit dupliciter. Primo arguente, q̧ continentia nõ determinatur ad materiam ta-

155 2. ar.

QVÆSTIO CLV.

De partibus potentialibus temperantiæ, in quatuor articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de partibus potentialibus temperantiæ.

¶ Et primo de continentia.

¶ Secundo, De clementia.

¶ Tertio, De modeſtia.

¶ Circa primum conſiderandũ eſt de continentia, & de incontinentia.

Circa continentiam quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrũ continentia ſit uirtus.

¶ Secũdo, Quæ ſit materia eius.

¶ Tertio, Quid ſit ei[a] ſubiectũ.

¶ Quartò, De cõparatione eius ad temperantiam.

ARTICVLVS I.

Vtrum continentia ſit uirtus

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃ q̧ cõtinentia nõ ſit uirtus.[h] Species. n. non condiuiditur gñri: ſed cõtinẽtia cõdiuidit uirtuti, ut patet[*] per Phil. 7. Eth. ergo cõtinẽtia ñ ẽ uirt[9].

¶ 2 Præt. Nullus vtẽdo uirtute peccat, q̃a ẽm Aug. in li † de li. arb. Virtus eſt qua nemo male utit̃: ſed aliqs[h] cõtinendo põt peccare, puta, ſi deſideret aliqđ bonũ facere, & ab eo ſe contineat. ergo cõtinẽtia nõ ẽ uirt[9]

¶ 3 Præt. Nulla uirtus retrahit hominẽ à licitis, ſed ſolũ ab illicitis: ſed continentia retrahit. hominem à licitis. dicit. n. gl.† Gal. 5. q̧ per continentiam aliquis ſe etiam à licitis abſtinet. ergo continentia nõ eſt uirtus.

SED CONTRA. Omnis habitus laudabilis vr̃ eſſe uirtus: ſđ continentia eſt huiuſmodi. dicit. n. Andron. q̧ cõtinentia eſt habitus inuictus à delectatione ergo continentia eſt uirtus.

A

RESP. Dcđm, q̧ nomẽ cõtinentiæ dupliciter ſumit̃ à diuerſis. Quidã. n. cõtinẽtiã nominãt, p̧ quã aliqs ab omni delectatione uenerea abſtinet. Vndè & Apoſt. ad Gal. 5. continẽtiã caſtitati coniungit: & [m] ſic cõtinẽtia p̃fecta principalis q̃dẽ eſt uirginitas ſecundaria uero uiduitas. Vñ ẽm hoc eadẽ rõ eſt de cõtinentia, q̃ de uirginitate, quã s[*] diximus uirtutẽ. Alii uerò dicunt cõtinentiã eſſe, per quã aliquis reſiſtit concupiſcentiis prauis, quę in eo uehemẽtes exiſtunt: & hoc mõ accipit Phil. continentiã[*] 7. Ethi. hoc ẽt mõ accipitur continẽtia in collationibus patrum. Hoc aũt mõ cõtinentia habet aliqđ de rõe uirtutis, inquãtũ. ſ. rõ firmata eſt cõtra paſſiones, ne ab eis deducatur: non tñ attingit ad perfectã rõem uirtutis moralis, ẽm quã ẽt appetitus ſenſitiuus ſubditur rõi ſic, ut in eo non inſurgant uehemẽtes paſſiones rõni cõtrariç. Et iõ Phil. dicit in[*] 4. Ethi. q̧[*] continentia nõ eſt uirtus, ſed quæda mixta[a] inquãtum. ſ. habet aliqđ de uirtute, & in aliquo deficit à uirtute.[*] Largius tñ accipiendo nomẽ uirtutis p̧ quolibet principio laudabiliũ operũ, poſſum[9], dicere cõtinentiã eſſe uirtutẽ.[*]

B

C

AD PRIMVM ergo dicẽdũ quòd Phil. continentiam cõdiuidit uirtuti quantum ad hoc, in quo deficit à uirtute.

AD II dcđm, q̧ hõ p̧prie eſt id qđ eſt ẽm rõem: & iõ ex hoc dr̃ aliquis in ſeipſo ſe tenere, q̧ tenet ſe in eo qđ conuenit rõi. Qđ aũt pertinet ad peruerſitatẽ rõis, nõ eſt conueniens rõi: uñ ille ſolus uerè cõtinens dr̃, qui tenet ſe in eo qđ eſt ẽm rõnẽ rectã, nõ aũt in eo qđ eſt ẽm rõem peruerſam. Rõi aũt rectæ opponuntur concupiſcentię prauæ, ſicut & rationi peruerſæ opponuntur concupiſcẽtiæ bonæ. Et iõ p̧prie & uere cõtinens eſt qui perſiſtit in rõe recta abſtinẽs à concupiſcentiis prauis: non aũt qui perſiſtit in rõe peruerſa abſtinens a concupiſcentiis bonis: ſed hic magis poteſt dici obſtinatus in malo.

D

E

AD III dcđm, q̧ gl. ibi loqtur de continentia ẽm primũ modum, ẽm quẽ continentia nominat[i] quandam uirtutẽ p̃fectã, quæ non ſolũ abſtinet ab illicitis bonis, ſed ẽt à q̃buſdã licitis min[9] bonis, ut totaliter intẽdatur p̃fectioribus bonis.

ARTICVLVS II.

Vtrum materia continentiæ ſint cõcupiſcentię delectationum tactus.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ q̧ materia conti

lem. ſ. delectationes tactus, ſed reperibilis eſt in omni genere uirtutis ſecundo, ſoluente rões, S. Th. in hoc art. quibus concludit continentiam proprie eſſe circa concupiſcentiam delectabilium ſm tactum. Arguit igitur primo ſic. In omni genere uirtutis reperitur continentia. ergo. añs probatur. Si quis in opere iuſtitiæ patiatur impugnationes a rebus delectabilibus, puta, muneribus &c. uir. cat, talis eſt iuſtus ſm aliquem gradum & non ſm gradum heroicum. quia tentatio non excedit communem hominũ facultatem, nec ſm gradum temperantiæ quia patitur impugnationem. ergo ſecundum gradum continentiæ. Secundo, In omni materia, in qua reperiũtur paſſiones impellentes ad perſequendum aliquid, qđ recta ratio dictat, innititur continentia: ſed in omni genere & materia uirtutis reperiũtur huiuſmodi paſſiones. ergo. Maior eſt S. Tho. in hoc ar. I prin. Licet eam limitare uideatur, ſed nimiũ uoluntarie, ut patebit ſoluendo rõnem eius. Minor eſt certa. Nam per cupiditatẽ pecuniæ impellit̃ quis ad iniuſtitiam, alius ad proditionem, alius ad fugã: tertio quarto & quinto affert primum. ſm, & tertium argumenta huius articuli. & ſubdit, Has rõnes fere omnes ſoluit Th. per hoc, q̧ nomẽ continentiæ poteſt accipi communiter, uel ſtricte, in quo ineſt ap eo diſſentio, dum tamen cõſtet hos uirtutum gradus in omni uirtutis genere reperiri. Soluit deinde primũ argumentum literæ in oppoſitum ex authoritate. Ariſt. 7. Eth. ſ. continentia & incontinentia ſunt circa ea, circa quæ eſt temperantia & intemperantia, dicendo q̧ Ariſt. non loquitur ibi de temperantia, quæ uirtus eſt ſpecialis, ſed de temperantia quæ eſt gradus cuiuſq; uirtutis. Secundo, rõem corpore articuli, ſ. Cõtinentia eſt circa paſſiones impellentes uehemen-

Lib. 7. per totũ to. 5.

Li. 4. c. ult. tom. 5.

Concl. p

Concl. ſ

D. 1166.

Porrec. per tot.

755 Li. 1. c. 46. in princ. tom. 1.

hementer ergo eſt circa naturales ad tactum pertinentes ut F propriam materiam, quia ſunt principia aliarum &c. cum qa delectationes guſtus ſunt etiam naturales: tum quia continentia eſt quidem circa paſſiones uehementes, ſed non circa uehementiores; qm̄ tam uehementer poſſet facere inclinationem, q̄ uehemētia ipſa poneret actū extra gradū continentiæ, & faceret ipſum pertinere ad gradū heroicū, puta, cum inclinatio facta eſſet tam uehemens, q̄ pauci hominum regulariter eam uincerent. Tertio, ſoluit motiuum ſumptū ex litera in rōnē ad primū. ſ. Continētia proprie dr̄ in illa materia, in qua difficillimū eſt cōtineri. Soluit aūt per idem, quia. ſ. poſſet eſſe tanta difficultas continēdi, q̄ actus non eſſet actus continentiæ ſed uirtutis heroicæ, puta, ſi uincere talē paſſionem, eſſet ſupra cōem hoium facultatem. Quarto, ſoluit motiuum ex litera in rōne ad tertium. ſ. de continētia ſimpliciter, uel ſm̄ quid: & dicit q̄ cū de continēte, uel incontinente loquimur, circa alias delectationes a tactu & guſtu aliquid addimus, ut magis explicemus quid intendimus, quoniam continentia multis modis ſumitur.

Lib. 1. c. 46 in pr. to. 1. — *Ar. præce.* — *Li. 1. de ira ca. 1.* — *† Li. 1. de ſuētione in fol. 5. ante finem lib.*

¶ Ad euidentiam huius materiæ ſciendū eſt, q̄ cum apud Ari. exēplo Mart. acceptū, continentia proprie ſit circa uehemētes pugnas delectationum humanarum, & circa pugnas humanarum delectationū naturalium. ſ. cibi & potus, ac uenereorū, dicatur continentia, uel incontinētia ſimpliciter: circa pugnas autem aliorum delectabilium, puta, honoris, pecuniæ &c. dicatur ſm̄ quid. ſ. cū additione, puta, continens, uel incontinēs iræ, honoris, pecuniæ, & non continēs, uel incontinens ſimpliciter, manifeſte & abſque ſcrupulo aliquo, conſequens eſt ut continentia trifariā inueniatur. ſ. ſimpliciter & per ſe, & ſm̄ quid, & per accidens. Nam in illo uirtutis genere in quo paſſiones delectabilium non niſi per accidens inueniuntur, conſequens eſt q̄ cōtinentia nō niſi per accidens inueniatur. Et quia iuſtitia non eſt circa paſſiones, ſed operationes ad alterum, & non niſi per accidens ad iuſtitiam paſſiones ſpectāt, ideo continentia iuſtitię operibus locum nō habet niſi per accidens. In illo uero uirtutis genere, in quo paſſiones delectabilium per ſe inueniūtur, ut in magnanimitate, magnificentia, liberalitate & huiuſmodi, cōtinentiæ quidē rō ſaluatur, ſed ut Ariſtoteles dixit, ſecundum quid. In illo aūt

Li. 7 ca. 5. tom. 5.

nentię non ſint concupiſcētiæ delectationum tactus. Dicit. n. Amb. in 1.* de offic. q̄ gn̄ale decorum ita eſt, ac ſi ęquabilē formam, atq; uniuerſitatē honeſtatis habeat in oī actu ſuo cōtinētē: ſed nō oīs actus humanus* ptinet ad delectationē tact*. ergo cōtinētia n̄ ē ſolū circa cōcupiſcētias delectationū tact*. G

¶ 2 Præt. Nomen continentiæ ex hoc ſumitur, q̄ aliquis tenet [b]ſe in bono rōis rectæ, ſicut dictum* eſt: ſed quedā aliæ paſſiones vehementius abducunt hominem à rōe recta q̄ concupiſcentię delectabilium tactus, ſicut timor periculorū mortis q̄ ſtupefacit hoīem, & ira q̄ eſt iſaniæ ſimilis, vt Seneca* dicit. H ergo continentia nō dr̄ ꝓprie circa concupiſcentias delectationum tactus.

¶ 3 Præt. Tullius dicit in 2.† Rhetor. q̄[b] cōtinētia eſt, ꝑ quā [b]cupiditas conſilii gubernatione regit̄: cupiditas aūt magis conſueuit dici diuitiarū, q̄ delectabiliū tactus, ſm̄ illud 1. ad Thim. ult. Radix omniū malorū eſt cupiditas. ergo contīnētia nō eſt propriè circa concupiſcētias delectationū tactus. I

¶ 4 Præt. Delectationes tactus nō ſolū ſunt i reb* venereis, ſꝫ ēt i uſu ciborū: ſꝫ cōtinētia ſolū circa uſū uenereorū ꝯſueuit dici. ergo n̄ ē ꝓpria materia ei* ꝯcupiſcētia[b] d̄lectationū tact*.

¶ 5 Pręt. Inter delectaiones tactus qdā ſūt non humanæ, ſed beſtiales tā i cibis, ut pote ſiqs delectaret̄ in eſu carniū humanarū, q̄ ēt in uenereis, puta, in abuſu beſtiarū, uel puerorū: ſꝫ circa hmôi non eſt cōtinentia, ut dr̄ in * 7. Eth. non ergo propria materia cōtinētiæ ſunt cōcupiſcētiæ[b] delectationū tact*. K

SED CONTRA eſt, q̄ Phil* dicit in 7. Ethi. q̄ continentia & incontinentia ſunt circa eadē, circa q̄ tēperātia & intēperantia: ſed tēperātia & intēperantia ſunt circa cō cupiſcētias delectationū tactus, ut ſ. habitū* eſt: ergo ēt cōtinētia & incōtinētia ſunt circa eandē materiā.

RESP. Dicēdm, q̄ nomen continentiæ refrænationem quandā importat, inquātum. ſ. tenet ſe aliquis ne paſſionē ſequat̄: & iō proprie continentia dr̄ circa illas paſſiones, quæ impellūt ad aliquid proſequendum, in qbus laudabile eſt, ut rō retrahat hoīem à proſequendo. Nō aūt proprie eſt circa illas paſſiones, quæ important retractionem quandam, ſicut timor & alia hmôi. In his. n. laudabile eſt firmitatē ſeruare in proſequendo qđ rō dictat, ut ſupra dictū* eſt. Eſt aūt conſideradū, q̄ naturales inclinationes principia ſunt oim ſuperueniētiū, ut ſ. dctum† eſt: & ideò paſſiones tāto uehemētius impellūt ad aliquid proſequēdū, quāto magis ſequunt̄ inclinationē naturæ, quæ pręcipue inclinat ad ea, q̄ ſunt ſibi neceſſaria uel ad cōſeruationē īdiuidui, ſicut ſūt cibi: uel ad cōſeruationē ſpēi, ſicut ſunt actus uenere, quorū delectationes ad tactū ꝑtinet. Et iō[m] continētia & incontinētia proprie dn̄r circa concupiſcētias delectationum tactus[a].

AD PRIMVM ergo dcēdm, q̄ ſicut nomen temperātiæ pôt cōmuniter accipi in quacūq. materia, propriè tn̄ dr̄ in illa materia, in qua eſt optimū hominem refręnari: ita ēt cōtinētia ꝓprie dr̄ in materia, in qua eſt

genere, in quo paſſiones delectabilium non ſolum per ſe, ſed principales inueniuntur, ut in temperantia, ibi continentia & per ſe, & ſimpliciter inuenitur. Et iō diuerſitatis inter per ſe, & per accidens ſatis clara eſt. Sed inter ſimpliciter, & ſecundum quid, duplex vi. Prima, quam puto principalem, ui ex uſu, qa ſ. ſic conſueuimus his nominibus uti. ſ. in materia temperātiæ uti continentia & incontinentia ſimplr̄, in aliis autem materiis ſm̄ quid. Alia aūt iō ex rerū natura ſumitur, quæ in litera aſſignatur, quia. ſ. de rōe continentię eſt, q̄ contra uehemētes ſit paſſiones. Vehemētes aūt per ſe primo ſunt ſolę naturales reſpū cibi & potus, & uenereorum, Continentia ergo principaliter eſt, circa iſtas, & circa alias ſecundario. Et hoc ē dictū circa iſtas proprie & ſimpliciter. & circa alias ſecundū quid, & communiter.

Lib. 7. c. 4 tom. 5. — *q. 141. ar. 4.*

¶ Ad primū ergo argumentum Martini negatur añs loquendo de continentia per ſe, & propriæ: qm̄ talis ñ inuenitur niſi in genere, & materia uirtutis temperantiæ. Ad probationem autē dicitur, q̄ ſi quis patiatur impugnationes iuſtitiæ à concupiſcētia alicuius delectabilis, & frequenter uincat, talis ſi alias caret uirtute iuſtitiæ, inquantū exercet actū iuſtū, eſt iuſtus quoad actū & diſpoſitiue, & non ſm̄ aliquem gradum iuſtitię: inquantū uero uincit pugnam a concupiſcentia delectabilis, eſt continēs, ſimpliciter quidem ſi illud eſt delectabile ſecundum tactum. ſecū dum quid uero ſi eſt aliter delectabile, ut eſt munus. Vnde patet ruere totam fabricam illius argumēti. Et forte error accidit iſtis, quia non aduertunt, quòd faciūt homines ſæpe iuſta opera ſine iuſtitiæ uirtute, ſeu habitu, ut patet in 5. Ethicor. Et ſimile eſt de operibus temperantis, & fortibus.

q. 123. ar. 3. & 4. — *† Elicit̄ ex q. 26. ar. 3. 7. & 8.* — *Concl.*

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd maior eſt uera, ſi intelligatur per ſe, ſcilicet, ubi inueniuntur per ſe paſſiones impellentes &c. & tunc eſt uerum, quòd ibi eſt continentia ſimpliciter, uel ſecundum quid. Et propterea limitatio authoris ad delectabilia neceſſaria naturaliter non eſt uoluntaria, ſed rationabilis ad hoc, ut ſit continentia proprie. Ad reliqua ſuffic. ſūt ſolutiones, quę ſunt in litera, qualitercunque ſentiat, uel diſſentiat Martinus.

¶ Ad ſolutiones motiuorum literæ deueniendo dicitur, q̄ ſolutio motiui ex authoritate Ariſtotelis cōfutat̄: qa uolūtarie

æquiuocationem

optimū & difficillimū contineri. ſ. in cōcupiſcētiis delectationū tactus: cōiter āt & ſm quid pt dici in quacunque alia materia: & hoc modo vtitur Amb. nomine continentiæ.

Ad ii dcdm, ꝙ circa timoré non ꝓpriè laudaꝭ continentia, B ſed magis firmitas animi quā fortitudo importat. Ira āt impetū quidē facit ad aliquid ꝓſequendū. Iſte tñ impetus magis ſeqtur apprehenſionē animalē, prout ſ. aliquis apprehendit ſe eſſe ab alio læſum, q̄ inclinationem naturalem. Et iō dr̄ quidem aliqs ſm quid continens iræ, nō tamē ſimpliciter.

Ad iii dcdm, ꝙ huiuſmodi exteriora bona ſicut honores, diuitiæ, & huiuſmodi, ut Philoſophus dicit in 7. Ethicorū*, videntur quidem ſm ſe eſſe eligibilia, non āt quaſi neceſſaria ad cōſeruationē naturæ: & iō circa ea non dicimus ſimpliciter aliquos continētes, vel incontinentes, ſed ſm quid, apponēdo ꝙ ſint continētes, uel incontinentes lucri, vel honoris, uel alicuius huiuſmodi. Et iō uel* Tullius cōmuniter vſus eſt nomine continentiæ, ꝓut cōprehendit ſub ſe & cōtinētiam ſm quid: vel accipit cupiditatem ſtrictè pro concupiſcentia delectabilium tactus.

Ad iiii dcdm, ꝙ delectationes venereorū ſunt vehementiores q̄ delectationes ciborū: & iō circa venerea magis conſueuimus continentiā & incōtinentiā dicere, q̄ circa cibos, licèt ſecundum Philoſophum circa vtrumque poſſit dici.

Ad v dcdm, ꝙ continentia eſt bonū rōis humanæ: & ideo attenditur circa paſſiones, quæ poſſunt eſſe homini connaturales. Vñ Philo.* dicit in 7. Eth. ꝙ ſi aliquis tenens puerum cōcupiſcat eū, uel cōmedere, uel ad venereorū inconuenientem delectationē, ſiuè ſequaꝭ cōcupiſcentiā, ſiue nō, nō diceꝭ ſimpliciter cōtinens, ſed ſm quid.

Articvlvs III.

Vtrum ſubiectum continentiæ ſit uis concupiſcibilis.

Ad tertivm ſic proceditꝭ. Vr ꝙ ſubiectū cōtinētiæ ſit uis cōcupiſcibilis. Subiectū .n. alicuius virtutis oportet eē ꝓportionatū materiæ: ſed materia continentiæ, ſicut dictū* eſt ſunt cōcupiſcentiæ delectabiliū tactus, quæ ptinent ad vim concupiſcibilem. ergo continētia eſt in ui concupiſcibili.

¶2 Præt. Oppoſita ſūt circa idē C ſed incōtinentia eſt in cōcupiſcibili, cuius paſſiōes ſupant rōem. dicit .n. Andron. ꝙ incontinentia eſt malitia concupiſcibilis, ſm quam elegit prauas delectationes ꝓhibente rōali, ergo & continentia pari ratione eſt in concupiſcibili.

¶3 Præt. Subiectū uirtutis humanæ uel ē rō, uel uis appetitiua, q̄ diuidiꝭ i volūtatē cōcupiſcibilē, & iraſcibilē, ſed cōtinē D tia nō ē in rōe, qa ſic eēt uirtus intellectualis: neq; ēt in voluntate, qa continētia eſt circa paſſiones q̄ non ſunt in uoluntate: nec ēt eſt i iraſcibili, qa non eſt ꝓpriè circa paſſiones iraſcibilis, ut dictū eſt*. ergo relinquitur quòd ſit in concupiſcibili.

Sed contra. Oīs virtus in aliqua potentia exiſtens aufert malum actum illius potentiæ: ſed continentia nō aufert E malū actū concupiſcibilis, habet .n. continens concupiſcentias prauas, ut Philoſ. dicit* in 7. Ethic. ergo continentia non eſt in concupiſcibili.

Resp. Dcdm, ꝙ oīs virtus i aliquo ſubiecto exiſtens, facit illud differre à diſpoſitione,

æquiuocationem temperātiæ imponit Ari. De illa namq; ſēpē & tantia interpretādus eſt loq. de qua ſuperius tractauerat, & cui materiā aſſignauerat: alioquin non p notiora declaraſſet materiā continentiæ, ſed ignotū p ignotius, dicendo ꝙ continētia eſt circa illa, circa quæ eſt temperantia. Nā non minus ignotū eſt circa q̄ eſt temperantia illa ficta p gradu. Conuincitur quoq; hāc eſſe doctrinā Ari. aperte dū dicit Neq; .n. circa oīa eſt ſimpliciter incontinens, ſed circa q̄ intēperatus. Conſtat nāque, ꝙ ſi de intemperantia gradu ficto loqreꝭ, ꝙ falſo dixiſſet. Neq; .n. circa omnia eſt ſimpliciter incontinens, qm intēperātia gradus oīb. vitiis cōis, eſt, & circa oīa ē. Solutio vero rōis literę in corpore cōfutaꝭ quo ad primū: qa delectationes guſtus ut eſt qdā tactus, ſub delectatione tactus cōphenduntꝭ. Et qa in litera in reſpōſione ad 4. explicaꝭ prius, ꝙ ēt ad guſtus delectationes extendi pt continentia, ſm Ariſtotelē. Quo ad ſm, qa uehementia intelligēda eſt ſm ſubiectā materiā, ſ. infra delectationes humanas, & īfra latitudinem ſubiectæ materiæ ſtādo, ut debet ſtari, iō currit, & nullā habet a Martino inſtantiā. Patet reſponſio. Et ſimiliter dicendū eſt de ſolutione motiui ex difficultate, ſ. ꝙ de difficultate infra humanas concupiſcentias eſt ſermo, & ſic rō expedita cum ſubiecto motiuo inueniꝭ. Et quis ſi ſit neceſſariū, ad bonitatem tñ doctrinæ ſcito, ꝙ ſiquis maximè delectabilis pugnā ſuſtinens uinceret, quā rariſſimus hō vinceret, ſi ꝑpterea haberet virtutem pfectiſſime, hoc eſt, heroice: ſed haberet tātum actū heroicū. Sicut uir q ſine iuſtitiæ virtute facit iuſtum, non niſi ſm actū iuſtus eſt. Verbi grā. Siqs agonizans p conſequendo regno totius orbis terrarum, ad aliqd malū impelleretꝭ, puta, ad dicendū mendaciū, & tñ p ualente rōe uinceret, non eſſet hic ſ alias ſine uirtute morali exiſtens, p hunc actū heroicæ virtutis, ſed heroici actus, & dicendus eſſet heróice continens imperij. Solutio demū motiui ex Ari. diſtinctione de ſimpliciter, & ſm quid cōfutaꝭ, & continet falſa: ita ꝙ nec ē ex multiplici ſignatione cōtinentiæ, nec ad maiorē expreſſionē ht iſta additio in delectabilibus extra tactū & guſtū, cū dr̄. Continens, uel incontinens honoris, lucri &c. Nam ſi ex multiplici hoc eſſet ſignificatione, ita oporteret addi in una materia, ſicut in alia, ut æquiuocatio, aut incertitudo vitareꝭ. Et ſic ēt in delectabilibus tactus & guſtus oporteret addere aliquid, & dicere continens, uel incontinens venereis &c. Et ſi ad maiorem expreſſionem hæc fieret additio in omni ſimiliter materia additione eſt opus ad maiorem expreſſionem. Fateatur ergo veritatē, ꝙ additio in aliis materiis fit, quia ſolum habet ibi locum continentia ſecundū quid, & in materia delectabilium tactus nulla fit additio, qa ibi eſt incontinentia ſimpliciter. Et hoc quadrat.

Lib. 7. ca. 4. tom. 5.

Loco citato in arg.

reſpon. 1.

Lib. 7. c. 5. nō lōge a fine, to. 5.

Por. ꝯ to. 756

Supr. q. 53. ar. 5. ad 3. Et 1. 2. q. 58. ar. 3. ad 2. Et 3. di. 33. q. 2. a 4 q. 2. Et 7. Ethi. lect. 10.

* Ar. præc.

* Ar. præc ad 2.

Lib. 7. c. 9. circa finē to. 5.

Svp. Qv. CLV. Artic. III.

In artic. 3. eiuſdē q. dubium occurrit ad hominem quo ad tria. Primo, quo pacto cum doctrina authoris ſtat, continentiam eſſe habitū ſubiectiue in uoluntate, cum ad bonum morale ſuppoſito ꝓprium, quod per paſſiones impeditur, uoluntas ſit naturaliter inclinata, ita quòd non egeat uirtute, nec habitu aliquo ſm authorē. Secūdò, qa author repugnantia hic de ipſa voluntate dicit, dū dicit ꝙ tam continens, q̄ incōtinens extra paſſiōem exiſtens, gerit in propoſito cōcupiſcentias illicitas non ſeq. Ex hoc .n. manifeſte habetur, ꝙ hēt intētionem rectā, ac p hoc voluntatem rectam. Et conſequenter male ſubiungitur, ꝙ prima eorum differentia eſt in voluntate. Tertio, quia apud authorem continentia eſt ſpecies conſtantiæ, ut patet ſuperius in quæſtio. 53. articul. 5. ad 3. Cōſtātia autem eſt pars integralis prudentiæ. & ad rationem ſpectat. Et pluries ab authore habetur ꝙ incontinentia eſt in rōe, ſeu rōnabili parte animæ. Quō ergo hæc ex propoſito determinatio, quòd eſt in uoluntate conſonat?

¶ Ad primum horum dr̄, ꝙ ſecundum doctrinam authoris, & veritatem, continentia, ſicut non eſt virtus, ita non eſt habitus proprie loquendo, ſed eſt diſpoſitio, quod ex differentia ſpecifica inter habitum & diſpoſitionem patet, quia ſcilicet eſt de facili mobilis ex propria ratione, non ex modo inexiſtendi. Et ne hoc appareat uoluntarium, pro-

baſ ex actu continentiæ: actus. n. eius proprie eſt hois in paſſionibus exiſtentis. Cõſtat ãt ꝙ paſſio ẽ de facili mobilis: ex ꝓpria igĩ rõe ꝯtinẽtia eſt de facili mobilis, ac ꝑ hoc nũ eſt habitus, ſed diſpõ, q̃uis extenſo habitus uomine ad totã primã ſpeciẽ qualitatis continentia habitus uocet̃ interdũ. Nõ obſtat ãt authoris doctrinæ, ꝙ volũtas egeat diſpoſitione ſuperaddita ad pugnandũ contra vehementes paſſiones, quę inſunt contra morale bonũ proprium ipſius ſuppoſiti, licet ſit contra doctrinã ponere in ea habitum, aut virtutẽ reſpectu huiuſmodi boni. Et ſic terminata ſit qõ in p̃cedenti libro mota, & diſputata, de ſubiecto continentiæ.

Concl. — D. 491. — *Concl.* — 1. 2. q. 23. art. 1.

¶ Ad ſecundum dr̃, ꝙ author expreſſe ſpecificat, ꝙ prima differentia inuenit̃ in voluntate ut eligit, & non ſecundum quod intendit. Quo fit, ut inter virtutem moralem & cõtinentiam tanta ſit differentia, ꝙ virtus moralis rectificat intentionem & electionem: quoniam rectificat uolũtatem reſpectu finis, eius quod eſt ad finẽ. Et ideo a priori & ꝑfecte eſt habitus electiuus. Continentia autem ſolam electionem rectificat ꝓ tũc ſ. in ſtatu pugnę, ſicut incontinentia ſolã electionem inficit, & obliquat in ſtatu pugnę.

¶ Ad tertiũ dr̃, ꝙ ex reſpõſione ad ſm̃ in litera habet̃ glo. & rõ omniũ verborũ ſonantiũ, ꝙ continentia ſit in rõe. ſ. ꝙ intelligitur ut ĩ primo mouente. Et hoc modo dr̃ ſpecies conſtantiæ, ut mouentis.

D. 981.

¶ In eodem art. 3. dubiũ occurrit, qa litera iſta expreſſe cõtra dicit Ariſtoteli in 7. Ethicorũ, ubi ponit differentiã inter temperatũ, & cõtinẽtem in hoc, ꝙ temperatus eligit, continens non eligit. Quomodo ergo in litera dr̃, ꝙ continens & incõtinens eligit?

Par. per to. 775

¶ Ad hoc dicit̃ quòd

quã hẽt, dum ſubiicitur oppoſito vitio. Concupiſcibilis aũt eodẽ mõ ſe hẽt in eo q eſt cõtinens, & in eo qui eſt incontinẽs, qa in vtroq; ꝓrũpit in cõcupiſcentias prauas vehementes. Vndè manifeſtũ eſt ꝙ [m] cõtinentia nõ eſt in concupiſcibili ſicut in ſubiecto. [n] Similiter ẽt rõ eodẽ mõ ſe hẽt ĩ vtroq; qa tã cõtinẽs q̃ incontinẽs hẽt rõem rectã, & vterq; extra paſſiones exiſtẽs eligit in ꝓpoſito cõcupiſcentias illicitas nõ ſe qui. Prima ãt differentia eorũ inuenit̃ in electione, qa continẽs q̃uis patiat̃ vehemẽtes d̃lectatiões & cõcupiſcẽtias, tñ eligit ñ ſeq eas ꝑ rõné, ĩcõtinẽs ãt eligit ſeq eas nõ obſtãte cõtradictiõe rõis. Et [o] iõ oportet ꝙ cõtinẽtia ſit ſicut ĩ ſubiecto ĩ illa ui aĩæ, cui [p] actus ẽ electio: & hec ẽ volũtas [q] ut ſ̃ habitũ ẽ [r].

Ad primvm ergo dcẽm, ꝙ continentia hẽt materiã concupiſcentias delectationum tactus, nõ ſicut quas moderet̃, ꝙ pertinet ad temperantiã, quæ eſt in concupiſcibili: ſed ẽ circa eas quaſi eis reſiſtens. Vnde oportet, ꝙ ſit in alia vi, quia reſiſtentia eſt alterius ad alterũ.

Ad ii dicendũ, ꝙ voluntas media eſt inter rõem & cõcupiſcibilem, & põt ab vtroq; moueri. In eo ẽt qui eſt continens mouetur à rõe: in eo aũt qui ẽ incontinens mouetur à concupiſcibili. Et ideo continẽtia põt attribui rõi ſicut primo mouẽti, & incontinentia concupiſcibili, quamuis vtrumque immediatè pertineat ad uoluntatem ſicut ad proprium ſubiectum.

Ad iii dicendũ, quòd licet paſſiones non ſint in uoluntate ſicut in ſubiecto: eſt tñ in poteſtate voluntatis eis reſiſtere. Et hoc mõ voluntas continentis reſiſtit concupiſcentiis.

Articvlvs iiii.

Vtrum continentia ſit melior quàm temperantia.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd continẽtia ſit melior q̃ temperantia. Dr̃ enim Eccl. 26. Omnis ãt ponderatio non eſt digna cõtinentis animæ. ergo nulla [h] virtus põt continentiæ adęquari.

¶ 2 Præt. Quãtò aliqua virt⁹ meret̃ maius pmiũ, tãtò potior ẽ: ſed cõtinẽtia [h] vr̃ mereri maius pmiũ. dr̃. n. 2. ad Timo 2. Nõ coronabit̃, niſi qui legitimè certauerit. Magis ãt certat continẽs qui patit̃ vehementes paſſiões, & cõcupiſcentias prauas, q̃ tẽperatus, qui nõ hẽt eas vehẽmentes. ergo cõtinentia ẽ potior virtus quàm temperãtia.

¶ 3 Præt. Voluntas eſt [h] dignior potentia q̃ vis concupiſcibilis: ſed cõtinẽtia eſt in voluntate, tẽperãtia in vi concupiſcibili, ut ex dictis patet. ergo ꝯtinẽtia eſt potior virtus, q̃ tẽperantia.

Sed contra eſt, ꝙ Tullius * & Andronicus ponunt continentiam adiũctã temperãtiæ, ſicut, principali virtuti.

Tullius li. 2. de inuẽtiõe in fo. 3. ante fin. lib.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, * nomen continentiæ dupliciter accipit̃. Vno mõ ſm̃ ꝙ importat ceſſationẽ ab oibus delectationibus uenereis. Et [m] ſic ſumendo nomen continentiæ, continentia ẽ potior tẽperantia ſimpliciter dictã, ut patet ex his quæ ſupra dicta ſũt * de præeminentia uirginitatis ad caſtitatẽ ſimpliciter dictã. Alio modo poteſt accipi nomen continentiæ ſm̃ ꝙ importat reſiſtentiam rõis ad concupiſcentias prauas, quæ ſunt in homine vehementes: & [p] ſm̃ hoc temperãtia eſt multò potior q̃ continentia, quia bonum virtutis laudabile eſt ex eo quod eſt ſm̃ rõem. Plus aũt uiget bonũ rationis in eo qui eſt temperatus, in quo etiam ipſe appetitus ſenſitiuus eſt [q] ſubiectus rationi. & quaſi à ratione edomitus: quàm in eo qui eſt continens, in quo appetitus ſenſitiuus vehementer reſiſtit rationi per concupiſcẽtias prauas. Vnde [r] continentia comparatur ad temperantiam ſicut imperfectum ad perfectum [s].

Art. 1. huius quæſt. — *q. 152. a. 5*

Ad primvm ergo dcẽm, ꝙ authoritas illa põt dupliciter intelligi. Vno modo, ſm̃ ꝙ accipitur continentia prout abſtinet ab oibus venereis. Et hoc modo dr̃, ꝙ omnis ponderatio non eſt digna animæ continentis in genere caſtitatis, qa etiam fęcunditas carnis, quæ

dupliciter poteſt affirmari, vel negari ꝙ aliquis eligat. Primo, quo ad ſubſtantiam actus intelligendi. Secundo, quo ad modum eligendi, hoc eſt, per modum eligentis. Et quo ad ipſum quidem actum electionis reſpiciendo, verum dicit author ꝙ tam cõtinens q̃ incontinens eligit, alioquin nõ eſſent ſ ter principia moralium actuũ continentia & incontinentia: qũ extra liberũ arbitriũ nihil eſt morale. Quo ad uolendũ verò ꝑ modũ eligentis, uerũ dixit Ariſtoteles, eo ꝙ vterq; in ꝑturbatione conſentit ei qd conſentit. Conſentire ãt ꝑ modũ ꝑturbati, non eſt conſentire ꝑ modũ eligentis: qa modus eligendi eſt ex conſilio quieto animo cõſciente hoc cum illo, optare alterũ. Manus ãt apparent modi huius apud incontinentem, qa non ex conſilio, ſed contra conſiliũ ex paſſionis ꝑturbatione eligit, continens uerò in cõſilio manet, ſed perturbato &c.

Concl.

SVP. QV. CLV. ARTIC. IIII.

In articu. 4. eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad ſecundum, nota bene quòd magnitudo tentationis ex diſpoſitione corporis, vel diuitiarum, quæ habentur, & huiuſmodi, auget meritum reſiſtentibus. Et propter hoc mulieres quæ ex naturali complexione magis naræ ſunt agi quàm agere, magis merentur reſiſtendo paſſionibus: & ſimiliter diuites habentes oportunitates &c. Iuxta illud, Qui potest tranſgredi, & nõ eſt tranſgreſſus. Sed magnitudo tentationum ex negligentia propriæ cuſtodiæ proueniens, minuit meritum etiam ſi reſiſtatur, quia ipſa magnitudo peccato ſit, qd̃ merito aduerſatur. Et ideò in litera dicitur, quod rõne ſuæ cauſæ minuit meritum.

Concl. p. — *Concl. 2*

q. 152. ar. 5 reſpõſio 1. quæritur in matrimonio, adæquatur continentię uirginali, uel uiduali, vt ſup. dictum eſt[a]. Alio modo põt intelligi ſecundum ꝙ nomen continentiæ ſumitur cõiter pro omni abſtinentia à rebus illicitis: & ſic dicitur ꝙ omnis põderatio non eſt digna animę continentis, quia non reſpicit æſtimationẽ auri, uel argenti, quæ commutantur ad pondus.

Ad II dicendum, ꝙ magnitudo concupiſcentiæ, ſeu debilitas eius, ex duplici cã procedere põt. Quãdoque. n. procedit ex cauſa corporali. Quidã enim ex naturali cõplexione ſunt magis proni ad concupiſcendum q̄ alii. Et iterum quidam habent opportunitates delectationum concupiſcentiam inflammantes magis paratas q̄ alii: & talis debilitas concupiſcẽtię diminuit meritum, magnitudo uero auget. Quandoque verò debilitas uel magnitudo concupiſcentię prouenit ex cauſa ſpirituali laudabili, puta, ex uehementia charitatis, uel fortitudine rationis, ſicut eſt in homine temperato: & hoc modo debilitas concupiſcentię auget meritũ ratione ſuæ cauſę, magnitudo uerò minuit.

Ad III dicendum, ꝙ uoluntas propinquior eſt rationi, q̄ uis concupiſcibilis. Vndè bonum rõnis ex quo uirtus laudatur, maius eſſe oſtenditᷣ ex hoc, quòd pertingit nõ ſolum uſque ad uoluntatem, ſed ẽt uſq; ad uim concupiſcibilem, qđ accidit in eo qui eſt temperatus, q̄ ſi pertingat ſolùm ad uoluntatem, ut accidit in eo qui eſt continens.

QVÆSTIO CLVI.

De incontinentia, in quatuor articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de incontinentia. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum incontinentia pertineat ad animam, uel ad corpus.

¶ Secundo, Vtrum incontinentia ſit peccatum.

¶ Tertio, De cõparõe incõtinẽtię ad intẽperantiã.

¶ Quartò Quis ſit turpior, utrum incontinens irę, vel incontinens concupiſcentiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum incontinentia pertineat ad animam, an ad corpus.

¶ Ad dubitationem hanc breuiter, dicis quòd maior illa ſane eſt intelligenda, ſ. de mediocribus, in qbus ſaluatur propria difficultas notabilis. Sic enim intellecta, omnes inſtantias & ſimpliciter, & ad hominẽ excludit. Nec arguendus eſt diminutionis propterea author, quia in omni ſermone formali cũ de materia uirtutis moralis in communi agitur, ſubintelliguntur ſaluę conditiones communes, ſeu generaliter requiſitę ad materiam virtutis moralis. Et propterea ſicut ſubintelligitur q. de mediocribus, quę ſunt actus humani, eſt ſermo, qa ſoli humani actus ſunt materia virtutũ moralium: ita ſubintelligitur, ꝙ de mediocribus habentibus propriam difficultatem notabilem eſt ſermo, quia circa ſola difficilia eſt virtus. Conſtat autem hãc eſſe mentem authoris non ſolum ex 2. arti. allegatæ quæſtionis, ſed etiam ex ratione hic ſubiuncta. ſ. eo ꝙ oportet quantum ad omnia vitã hominis ſecundũ uirtutem eſſe regulatã. Hæc. n. ratio monſtrat, ꝙ de mediocribus quæ reſtãt virtute regulãda, loquitur ita ꝙ ſi propria, mediocria aliqua sũt quæ ſub maximorum regula cõprehenduntur, de illis non eſt ſermo, ut pote iã ſortitis ſuas regulas. Vnde & exẽplum dedit author in illa materia, ĩ qua maximũ habet ſuã difficultatem, & mediocre habet propriã difficultatem, ſcilicet circa ſũptus, ut patet ex ſupradictis.

q. 33. ar. 6.

Li. 2. de inuentione. in fo. 3. ante finem.

q. 141. ar. 4 & 157. ar. 3.

q. 134. art. 3. ad 1.

Concl.

SVP. QV. CLX. ARTIC. II.

IN articul. 2. eiuſdem quæſtionis aduerte primo, quòd author in corpore articuli de virtutibus ab alijs poſitis circa materiam modeſtię, refert ſe ad quæſtionem 143. de partibus temperantię, ubi videre poteris. Aduerte ſecundo, ꝙ in reſponſione ad ſecundum author vult, ꝙ par-

Porrec. per tot.

777

Inf. q. 168 ar. 1. Et 3. di. 33. q. 3. arti. 2. q. 1. ad 3

partes modeſtiæ non oportet, ꝙ diſtinguãtur penes diuerſitaté materiæ in hoc, ꝙ ſicut eſt circa paſſioné, non ſit circa operationem: & econtra: ſicut diſtinguuntꝰ iuſtitia & temperantia ꝑ hoc, ꝙ illa eſt circa operationes, iſta circa paſſiones: quoniam ſtat, vnam & eandé ſpeciem modeſtiæ eſſe & circa paſſiones, & circa operationes: quia in operationib. & paſſionibus, in quibus non eſt aliqua excellens difficultas ex parte materię, ſed ſolũ ex parte moderationis, non ponitur virtus niſi una. Et ut hæc intelligas, inſpice ad oppoſita. v. g. Cũ quis ex ira percutit hoiem, eſt ibi paſſio iræ: eſt & actio ꝑcuſſionis iniuſtæ. Et ex parte vtriuſq; materiæ eſt propria excellẽs difficultas: qm̃ ira hẽt ſuam reſiſtentiã ad rõem, & operatio ad proximũ hẽt propriam difficultatem, ut recta ſit. Et ꝓpterea oportet ibi aliam eſſe virtuté circa moderationé iræ, & aliam circa moderationem operatiõis ſm̃ ſe. Et duo vitia incurruntur in percuſſione huiuſmodi. ſ. iracũdia, & i iuſtitiæ. Vbi ãt paſſio & operatio ex proprijs nõ hẽt excellentes ſuas difficultates, verbi gratia, exteriores motus corporis, & interiores quidam affectus, q ſunt exteriorum motuum rationes, ex hoc ſolo difficultatem notabilem habent, ꝙ moderamine egent: & ideo vnica pars modeſtiæ ſufficit ad vtrumque nec oportet vnã modeſtiæ partẽ ponere ad moderandum tales effectus, & alterã ad moderandum exteriora opera. Ex duobus ergo capitibus modeſtia ad tam diuerſas ſe extendit materias, ut in hac reſponſione exprimitur. Primo ex hoc, quod ſub ea diuerſæ continentur virtutes. Secundo ex eo, quòd pars eius una ſufficit ad paſſionem, & operationem moderandam.

&c. præce.

Li. 2. de inuentione i fol. 3. ante finé libri. D. 903.

ſolũ circa exteriores actiones, F [h]interiores.n.motus paſſionũ aliis noti eé nõ pñt: ſed Apoſtolus ad Phil. 4. mãdat, ut modeſtia nr̃a nota ſit oibus hoibus. ergo modeſtia eſt ſolum circa exteriores actiones.

¶2 Præt. Virtutes q̃ ſunt[h] circa paſſiones, diſtinguunt̃ a virtute iuſtitiæ, q̃ eſt circa operões: ſꝫ modeſtia uꝛ̃ eſſe una[b] uirtus. ſi ergo eſt circa operationes exteriores, non erit circa aliquas G interiores paſſiones.

¶3 Præt. [h]Nulla uirtus una & eadé eſt circa ea, q̃ ꝑtinẽt ad appetitũ, ꝙ eſt propriũ virtutum moraliũ, & circa ea q̃ ꝑtinent ad cognitioné, q̃ eſt propriè uirtutũ intellectualiũ, neq; ét circa ea quæ ꝑtinent ad iraſcibilem & cõcupiſcibilé. ſi ergo modeſtia eſt una uirtus, nõ poteſt eſſe circa omnia prædicta. H

Sed contra In oibus p̃dictis oportet obſeruare modũ, à quo modeſtia dr̃. ergo circa omnia prædicta é modeſtia.

Resp. Dcẽdm, ꝙ ſicut dictũ eſt [*]modeſtia differt a tẽperantia [i]n hoc, ꝙ temperantia é moderatiua eorũ, q̃ difficillimum eſt refrænare: modeſtia ãt é moderatiua eorũ, q̃ in hoc mediocriter ſe hẽnt. Diuerſimodè ãt aliq̃ de modeſtia vident̃ eſſe locuti. I Vbicũq;. n. cõſiderauerũt aliquã ſpãlẽ rõem boni, uel difficultatis i moderãdo, illud ſubtraxerunt modeſtię, relinquentes modeſtiã circa minora. Manifeſtũ eſt ãt oibus, ꝙ refrænatio delectationũ tactus ſpãlẽ quandã difficultaté hẽt: unde oẽs tꝑantiã a modeſtia diſtinxerunt. Et ꝑp hoc Tullius[*] cõſiderauit quoddã ſpãle bonum eſſe in moderõne pœnarũ: & iõ K ét clementiã ſubtraxit modeſtiæ, ponés modeſtiã circa oia q̃ relinquunt̃ moderanda, quæ quidé vident̃ eſſe quatuor, quorũ unũ eſt motus animi ad aliquã excellentiam quam moderat̃ humilitas: ſcḋm ãt, deſideriũ eorũ q̃ ꝑtinet ad cognitioné, & in hoc moderat̃ ſtudioſitas, q̃ opponit̃ curioſitati: tertiũ autẽ, ꝙ ꝑtinet ad corporales motus & actiones, ut. ſ. decenter & honeſtè fiant tã in his q̃ ſerio, q̃ in his quæ ludo aguñt: quartum ãt eſt, qḋ ꝑtinet ad exterioré apparatum, puta, in veſtibus, & in aliis huiuſmodi. Sed circa quædam, eorum alii poſuerunt quaſdam virtutes, ſicut Andronicus manſuetudinem, ſimplicitatem, humilitatem, & alia huiuſmodi, de quibus ſupra[*] dictum eſt A-riſt.[†] autem circa delectationem ludorum poſuit eutrapeliam: quæ omnia continentur ſub modeſtia, ſecundum quòd a Tullio accipitur. Et [m] hoc modo modeſtia ſe habet non ſolum circa exteriores actiones, ſed etiam circa interiores.[n]

q. 143.
†Ariſto. 4. Ethic. cap. 8. tom. 5.
Concl. m

Ad primum ergo dcẽdm, quòd Apoſtolus loqtur de modeſtia prout eſt circa exteriora.[r] Et tamen ét interiorum moderatio manifeſtari poteſt per quædam exteriora ſigna.

Reſpon. a.

Ad II dcẽdm, ꝙ ſub modeſtia continent̃ diuerſæ uirtutes, q̃ à diuerſis aſſignant̃: unde nihil prohibet modeſtiã eſſe circa ea, quæ requirunt diuerſas uirtutes.[a] Et tñ non eſt tanta diuerſitas inter partes modeſtiæ adinuicem, quanta eſt iuſtitię, q̃ eſt circa operatiões ad tꝑantiam, quę eſt circa paſſiones, qa in actionibus & paſſionibus, in qbus non eſt aliqua excellens difficultas ex parte materiæ, ſed ſolũ ex parte moderationis, nõ attendit̃ uirtus niſi una, ſ. ſecundum rõem moderationis. Et per hoc patet etiam reſponſio ad tertium.

Reſpon. a.

QVÆSTIO CLXI:

De ſpeciebus modeſtię, in ſex articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de ſpeciebus modeſtię. Et primò, de humilitate & ſuperbia, quę ei opponitur. Secundò, de ſtudioſitate & curioſitate ſibi oppoſita. Tertiò, de modeſtia, ſecundum quòd eſt in uerbis, uel in factis. Quartò, de modeſtia, ſecundum quòd eſt circa exteriorem cultum.

Circa humilitaté quærunt̃ ſex.

¶Primò, Vtrum humilitas ſit virtus.

¶Secundò, Vtrum conſiſtat in appetitu, uel in iudicio rationis.

¶Tertiò, Vtrum aliquis per humilitatem ſe debeat omnibus ſubiicere.

¶Quartò, Vtrum ſit pars modeſtiæ, uel temperantiæ.

¶Quintò, De comparatione eius ad alias uirtutes.

¶Sextò, De gradibus humilitatis.

Articvlvs primvs.

Vtrum humilitas ſit uirtus.

Ad primvm ſic procedit̃. Vr̃ quòd humilitas non ſit uirtus. Virtus enim importat rationé boni: [B] ſed humi-

SVP. QV. CLXI.

ARTIC. I.

In artic. 1. quęſtio. 161. dubium primo occurrit circa efficaciam proceſſus literæ ad concludendum. Et ideò circa appetitum boni ardui neceſſaria eſt duplex virtus, una refrænans, & alia firmans &c. Apparet enim proceſſus ille defectiuus ex eo, ꝙ fortitudo una exiſtens, eſt firmans, & refrænãs circa arduũ malum: & magnificentia una eſt firmans, & refrænans circa bonum arduũ. Et propterea debebat concludere, ꝙ uel ſunt neceſſariæ duæ virtutes, vel vna habens vtrumque actũ. Et tamé abſolutè concluſum eſt, ꝙ neceſſariæ ſunt duæ virtutes.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proceſſus literæ eſt efficaciſſimus formaliter intellectus. Nam formaliter loquendo, paſſiones differentes i hoc; quòd altera conſiſtit impulſu, altera i tractu, egent ut ſic uirtutibus diuerſarum rationũ, ſcilicet ſubratio-

Por. per to
778
Su. q. 160. ar 2. co. Et inf. pręſẽti q. art. 2. & 4. cor.

ratione refrenantis, & ſub rõne firmantis. Per accidens aũt ſi ſi hmõi paſſiones determinentur ad aliquam materiã, in qua ex vno & eodẽ more proueniũt rõ refrænandi, & firmandi, contingit q paſſiones differentes in hoc, q altera conſiſtit in intentione, & altera in contractione, vnam tñ in illa materia exigant virtutẽ, ita q paſſiones, quæ ſm ſe duas requirerent virtutes relatæ ad talẽ materiã, rõne materiæ, vna ſunt cõtentę virtute. Et qm̃ in propoſito proceſſus litteræ eſt de paſſionibus ſic ſm ſe differẽtibus, & nõ cõtractis ad materiam, vnde gratia materiæ vnitas proueniat virtutis, qa bonũ arduũ non eſt materia exigens vnitatẽ uirtutis, quia tale bonum arduũ, puta honor, aut magnus ſumptus exigat vnitatẽ virtutis: iõ optimè infert, q circa appetitũ boni ardui neceſſaria eſt duplex virtus. Obiectiones aũt in oppoſitum loquunt de iſtis paſſionibus cõtractis ad materiã exigentẽ vnitatẽ virtutis: quia loquuntur de hmõi paſſionibus cõtractis ad tale bonũ, uel malum arduũ, puta, ad pericula mortis, vt contingit in fortitudine: & ad magnos ſumptus vt contingit in magnificentia.

Li. 7. text. 17. & 18. tom. 2.

Lib. 2. c. 3. tom. 5.

litas vr̃ importare rõnem mali pęnalis, ſm illud Pſ. 104. Humiliauerũt in compedibus pedes ei⁹. ergo humilitas nõ eſt virt⁹.

¶2 Præt. Virtus, & vitiũ opponuntur: ſed humilitas qñq; ſonat in vitium, dr̃ n. Eccleſ. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat. B ergo humilitas non eſt virtus.

¶3 Præt. Nulla virtus opponit alii virtuti: ſed humilitas vr̃ opponi virtuti magnanimitatis, q̃ tendit in magna, humilitas aũt ipſa refugit. ergo videtur q humilitas non ſit virtus.

¶4 Præt. Virtus eſt diſpoſitio pfecti, vt dr̃ in 7. Phyſ. ſed humilitas vr̃ eſſe imperfectorum: vñ & Deo non conuenit humiliari, qa nulli ſubiici põt. ergo C vr̃ q humilitas non ſit uirtus.

¶5 Præt. Oĩs virtus moralis eſt circa actiones, & paſſiones, vt dr̃ in 2. Eth. ſed humilitas nõ connumerãt à Philoſopho inter virtutes, q̃ ſunt circa paſſiones: nec ẽt continetur ſub iuſtitia, quæ eſt circa actiones. ergo videtur q non ſit uirtus.

SED CONTRA eſt, quod Origenes dicit, exponens illud Luc. 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuę. Humilitas propriè in ſcripturis vna de uirtutibus prædicatur: ait quippe Saluator. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.

Homil. 8. in Lucã a medio illius, 10. 3.

RESP. Dicendum, q ſicut ſupra dictum eſt cum de paſſionibus ageretur, bonum arduum habet aliquid vnde attrahit appetitum, ſ. ipſam rationẽ boni: & habet aliquid retrahens, ſcilicet ipſam difficultatem adipiſcendi, ſm quorum primum inſurgit motus ſpei, & ſecundum aliud, motus deſperationis. Dictum eſt autem

1. 2. q. 25. art. 2.

¶In eodem articulo primo dubium ex Martino in q. 1. de humilitate occurrit directè contra authorem hic arguente, q humilitas & magnanimitas nõ ſic diſtinguuntur, q humilitatis eſt refrænare ſpem, ne immoderatè tendat in excelſa: magnanimitatis verò eſt firmare contra deſperationem, & impellere animum ad magna: & intendit Martinus, q humilitas eſt quædam magnanimitas, & non eſt virtus diſparata ab illa. Primo, D quia refrænare animum ne feratur in magna quibus quis non eſt dignus, eſt actus magnanimitatis, vt patet 4. Ethic. ergo per hunc actum non eſt differentia inter humilitatem, & magnanimitatem: ſed conuenientia in actu manifeſtat identitatem earum. Secundo, quia virtus, qua fit ne immoderate ferantur in ardua, eſt media inter puſillanimitatem, & caymontem. ergo eſt magnanimitas. Tertio, quia non dignificare ſe quibus nõ eſt dignus, eſt actus magnanimitatis. ergo &c. Probatur aſſumptũ, tum quia eiuſdem virtutis eſt dignificare ſe, quibus eſt dignus & non dignificare ſe quibus non eſt dignus: tum quia poſito caſu, q aliquis virtuoſe agat, & per ſolam magnanimitatem inquirat an ſit dignus aliquo arduo, & vere concludendo non dignificat ſe illo. ergo non dignificare ſe eſt actus magnanimitatis. Quarto, ex oppoſitis: quia vtrique eſt vnum oppoſitum, ſcilicet præſumptio.

¶Affert deinde multas rationes ſupponentes q humilitas conſiſtat in contemptu exteriorum bonorum, & appetitu eorum E quæ ſunt vere magna. Et demum q proprius actus humilitatis eſt æquanimitas in proſperis, hoceſt, in bonis deſiderabilibus, probat dupliciter. Primo, authoritate Tullii in 1. de offic. Secũdo, quia æquanimitas eſt actus alicuius virtutis, & non niſi humilitatis. ergo. Maior patet, quia eſt actus deliberatus rectæ rationi conſentaneus. Minor probatur inducendo per ſingulas virtutes alias à magnanimitate.

¶Ad euidentiam huius rei aduertendum eſt, q quia nouella eſt iſta phantaſia Martini, qua humilitatem poſuit magnanimitatem eſſe reſpectu exteriorum bonorum: iõ doctores, qui de humilitate ſcripſerunt circa hanc, quæ inopinate ſuperuenit, nouitatem, non ſoliciti de hoc directe non ſcripſerunt. Et ppea oportet nunc ex doctrina ſanctorũ colligere, quid eſt humilitatis virtus: & confutare, ac exterminare a finibus Eccleſię, & philoſophiæ moralis nouitatem hanc. Et qm̃ ex propria operatione, & propria materia, ſeu obiecto, virtus maxime cognoſcitur, & diſcernitur ab aliis: ideò hic inchoando dicimus, q A actus, & materia humilitatis diſtinguunt manifeſte humilitatem à magnanimitate. Nam actus humilitatis reſpectu perſonarum, eſt ſubiici oĩbus, iuxta illud Apoſtoli ad Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibinuicem arbitrantes. Reſpectu verò officiorum adminiſtrationum, & bonorum, Indignum & inutilẽ ſe habere, iuxta ſeptimum gradũ humilitatis a Beato. Benedicto poſitũ: neuter aũt actus cõuenit magnanimo. Nam magnanimus quicquid eſt minorationis vitat, vt patet in 4. Ethic. & dignificat ſe multis magnis, quibus eſt dignus, vt patet ibidẽ. Materia quoq; magnanimitatis in ſolis magnis eſt, in tñ q circa mediocria ponitur alia uirtus, vt patet in 4. Eth. Humilitatis uerò materia, oĩa bona ſunt, ſiue ſm ſe ſint magna, ſiue parua: qm̃ eſt circa eadẽ, circa quæ eſt ſuperbia: conſtat aũt ſuperbiã eſſe ẽt in excellentia minimorũ, vt patet in mechanicis, & mediocribus officiis, in quibus peſſima ſuperbia inuenitur: ſunt. n. ẽt coqui ſuperbi. Falliſſimum ergo eſt, humilitatẽ eſſe magnanimitatẽ: ſed quia obſcurior apparet diſtinctio formalis refrænationis quæ fit ab humilitate, & refrænationis quæ fit a magnanimitate, & harum diſtinctio eſt cauſa quæſtionis, ſciendum eſt, quòd cum in rationali creatura ſint quaſi duæ partes, ſcilicet id quod eſt Dei, & id quod eſt ſui: & ad id quod eſt Dei ſpectet quicquid boni eſt, & ad id quod eſt noſtrum ſpectet quicquid mali eſt, iuxta illud Oſeæ 13. perditio tua, Iſrael, ex te: ſalus autem ex me, dupliciter poteſt humana cognitio, & humanus affectus perfici, ſcilicet ſumendo regulas operum ſuorum ex eo D quod eſt Dei, vel ſumendo regulas ex eo quod eſt ſui. Et ſi quidem homo conſideret donum Dei in ſe, & ſecundum illud reguler æſtimationem ſuam, puta, quia eſt doctus, æſtimat ſe dignum doctoratu, & propterea deſideret, & procuret ipſum, recte ſe habet homo ſecundum uirtutes morales, quæ ordinant ad uitam politicam, puta, ſecundum magnanimitatem, magnificentiam, & reliquas uirtutes, quarum regulæ conferunt bonũ bono, hoceſt, donum quo quis eſt præditus, ad bonũ conſequẽdum, uel exercendum. Si uerò homo conſideret ſe ſm id quod ſui tantum eſt, referendo ſic ſe ad Deum, & id quod Dei eſt, & ſecundum hoc reguler æſtimationem, affectumque ſuum, puta, quia ſic nihil eſt, niſi defectus, culpa, oſtenſaque Dei: & ſic ſe æſtimat, & iudicat ſe omni, quod Dei eſt, ſubiici, & ſimiliter ad oĩa quæ Dei ſunt, indignum ac inutilem: & affectum ſuum format ut ſubditus ad dominum, vt indignus & inutilis ad occurrentia, rectiſſimè ſic homo ſe habet ſecundum uirtutem, E quam dominus Ieſus mundo intulit dicens Diſcite a me, quia humilis ſum corde. In huiuſmodi ſiquidem cognitione nõ ſpeculatiuè, ſed practicè, tamquàm regula, & in huiuſmodi appetitu conſiſtit humilitas, vt clarius & latius patebit in quæſtionis ſequentis art. 1. & 2. unde patet quantum diſtet frænatio ſpei ne immoderatè feratur in magna, inquantum a magnanimitate, & inquantũ ab humilitate fit. Nam licet in hoc conueniãt q utraque eſt ſecundum rationem rectam, diſtinguuntur tamen in hoc, q magnanimitas tenet ſpem ne feratur ſupra condigna, & hoc quantum ad rationem ardui: & ne feratur ſupra poſſibile per proprias uires, eſt enim ſpes de arduo poſſibili. Humilitas verò tenet ſpem ne feratur in aliquid vt condignum, & ne feratur in aliquid, ut poſſibile per proprias uires, ſed tñ per potentiam eius, quod Dei eſt: ita quòd ſi unus & idem hõ magnanimus, atque humilis tendat in aliquod arduum, puta, in magnum charitatis, iuſtitiæ, aut fortitudinis actum, inquãtum magnanimus commenſurato opere uiribus propriis, ſpectabit illud perficere: & ſic confidens accinget ſe ad opus. In-

quantum

quantum humilis illudmet condignũ ſperat vt indignus, & ut per id quod Dei eſt poſſibile. Quocirca humilitas ſupponit id quod magnanimi, & mediocris eſt innominati: qm̃ nõ tendit niſi ad ea, quibus ſm̃ Dei in ipſo dona, dignus quis eſt, & ſuperaddit ſubiectionem hãc ſpei, ut ſ. ſperet illud ut ſuperet cedẽs, & per id quod Dei eſt acquiſibile, & conſeruabile. Magnũ namque frænum appetitui noſtro imponit, cũ ad obiectũ tendit, ut noſtram ſuperans dignitatẽ, & per alienum, gratuitumque auxilium habẽdum, aut conſeruandũ. Vñ & de ſanctis angelis hac rõne canimus, Tremunt poteſtates. Relato namque Dei dono quod habẽt, & de cuius æterna conſeruatione ſunt certi, ad id quod ex parte angelorũ ſe tenet, pro quãto ſunt ex nihilo &c. tremor inſurgere dr̃: quia ex hac parte nulla condignitas, ſed poſſibilis defectus patet, totumq; alieno, ac gratuito auxilio tribuit̃. Ex hoc aũt ꝙ humilitas ſupponit id qđ magnanimitas eſt, apparet, ꝙ ſit magnanimitas. Et quia corrumpitur non ſolũ per ſua contraria ſui præſuppoſiti, ſicut uiſus corrumpitur non ſolum per excellẽtiã uiſibilis & tenebras, ſed etiã per contraria tactus, qui præſupponit̃ a uiſu: iõ creditur, ꝙ cõiicet in contrariis cũ magnanimitate, cum tñ ſm̃ ueritatẽ habeat ſua propria cõtraria, ut in ſeq. q. patebit. Hęc aũt eẽ ſm̃ doctrinã authoris patet ex litera, ſi pſpicaciter uideatur. Pluries namque habes, ꝙ humilitas præcipuè importat ſubiectionẽ hoĩs ad Deum: ſub qua cõprehenditur ꝙ hõ id quod ſuum eſt, ei quod Dei eſt ſubiiciat tam in perſonis, quàm in quibuſcumque bonis &c.

F quòd uterus quæ principali ſuo actu facit ne immoderate feramur in magna, non eſt magnanimitatis, ſed humilitatis. Nec eſt media inter puſillanimitatem, & caymonteın: ſed uirtus quæ ſecundario actu huiuſmodi refrænat ſpem, talis eſt media inter dicta uitia, & eſt magnanimitas.

Li. 10. c. 1. cuius initium eſt s humilis in fine.

ſupra,* ꝙ circa motus appetitiuos, qui ſe hñt per modum impulſionis, oportet eſſe virtutẽ moralem moderãtem, & refrenantem. Circa illos ãt q ſe hñt per modum retractionis, & reſilitionis ex parte appetitus, oportet eſſe virtutem moralem firmantem, & impellentem: & iõ circa appetitum boni ardui neceſſaria ẽ duplex virtus. Vna quidem, q̃ temperet & refręnet aĩm, ne immoderatè tendat in excelſa: & hoc ptinet ad virtutẽ humilitatis. Alia uerò, q̃ firmet aĩm cõtra deſperationẽ, & impellat ipſũ ad pſecutionem magnorũ ſm rõem rectã: & hęc eſt magnanimitas. Et ſic patet, ꝙ humilitas eſt quędã virtus. G

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut Iſid.* dicit in lib. etym. humilis dr̃ quaſi humi accliuꝰ, i. imis inhærens: qđ quidẽ contingit dupľr. Vno mõ, ex principio extrinſeco, puta, cũ aliquis ab alio deiicit̃: & ſic humilitas eſt pœna. Alio mõ, a principio intrinſeco: & hoc põt fieri qñq; quidem bene, puta, cũ aliquis conſiderans ſuum defectum tenet ſe in infimis ſm ſuũ modum: ſicut Abraham dixit ad Dñm Gen. 18. Loquar ad dñm meũ cum ſim puluis, & cinis: & hoc mõ humilitas ponit̃ virtus. Qñq; ãt põt fieri male, puta, cum hõ honorem ſuum nõ intelligens, cõparans ſe iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis fit illis.

AD II dicẽdum, ꝙ ſicut dictũ eſt*, humilitas ſm ꝙ eſt virtus, in ſui rõe importat quandam laudabilem deiectionẽ in ima. Hoc ãt qñq; fit ſolum ſm ſigna exteriora ſm fictionem: vñ hęc eſt falſa humilitas, de qua Auguſ. dicit in quadam epiſt. ꝙ eſt magna ſuperbia, quia. ſ. vr̃ tendere ad excellentiam gloriæ. Qñq; ãt fit ſm interiorem motum aĩæ: & ſm hoc humilitas propriè ponitur virtus, quia virtus non conſiſtit in exterioribus, ſed principaliter in interiori electione mentis, vt patet per Philoſ. in lib. Eth.* H

AD III dicẽdum, ꝙ humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna pręter rõem rectam. Magnanimitas ãt aĩm ad magna impellit ſm rõem rectam: vnde patet, ꝙ magnanimitas non opponitur humilitati, ſed conueniunt in hoc, ꝙ vtraque eſt ſm rationem rectam.

AD IIII dicẽdum, ꝙ perfectũ dr̃ aliquid dupľr. Vno mõ ſimpľr, in quo. ſ. nullus defectꝰ inuenitur nec ſm ſuam naturam, nec per reſpm̃ ad aliqd aliud: & ſic ſolus Deus eſt perfectus, cui ſm naturam diuinam non competit humilitas, ſed ſolum ſm naturam aſſumptam. Alio mõ, põt dici aliquid perfectũ ſecundum quid, puta, ſm ſuam naturam, aut ſtatum, aut tp̃s. Et hoc mõ homo virtuoſus eſt perfectus, cuius tñ perfectio in I

In ſol. ad 1 arg. ar. præc.

¶ Ad tertium dr̃, ꝙ indignificare ſe quibus non eſt dignus, contingit dupliciter, ſ. per comparationẽ ad virtutẽ, ſeu bonũ quod eſt in hoĩe, & ſic in arduis ſpectans, ſecundario tñ ad magnanimitatem. Alio mõ, referendo id qđ eſt Dei ad id, quo eſt hoĩs, & ſic ſpectat ad humilitatẽ. Et ppea non oportet aliter rñdere ad pbationes, ex quo cõceditur añs in primo ſenſu.

¶ Ad quartũ ex oppoſitis negat̃, ꝙ humilitas opponatur directè præſumptioni, q̃ opponitur magnanimitati, qm̃ diuerſarũ rerum ſunt, vt infra patebit clarius.

Li. 2. c. 3. a med. to 3.

¶ Ad alłatas deinde rões ſupponentes, ꝙ humilitas conſiſtat in deſpicientia exteriorum bonorum, dr̃ ꝙ falſum ſupponit: qm̃ actus humilitatis principalis, ſm̃ quem iudicantur virtutes, eſt ſubiectio ſui ad id quod Dei eſt. Vt. n. ipſum nomen oſtendit humilitas non ſignificat excellentiam, qua homo ſuper aliqua feratur, vt ſuperior deſpiciens ea, ſed importat deiectionem quandam: ſimiliter nec appetitus eorum, quæ vere magna ſunt, eſt principalis humilitatis actus, ſed magis ſubiectio quędam appetitus, vt ipſum nomen monſtrat. Et ratio eſt quia humilitas magis reprimit ſpem, quàm erigatur illa, cuius oppoſitum eſt in magnanimitate, quæ magis ſpe erigitur, quàm reprimat, ut ipſius nomen monſtrat ſignificans animum ad magna.

¶ Ex his igitur ad obiecta rñdetur. Et ad primum dr̃ diſtinguẽdo, ꝙ refrænare ſpem ne immoderatè feratur in excelſa, contingit dupliciter, ſ. ut excedentia dignitatem: & ſic conceditur ꝙ ſpectat ad magnanimitatem, ſecundario tamen: uel ut ad condigna animo ſecundum id quod ſui, & ſic ſpectat ad humilitatem. Et ſi inſtetur, ergo habetur intentum, quòd penes hunc actum, utpote communem utriuſque ſecundum diuerſas rationes, non erat ponenda diſtinctio inter humilitatem, & magnanimitatem, ut in litera fit: Reſpondetur, quòd diſtinctio facta in litera intelligenda eſt penes actus principales, quia ſcilicet principalis actus humilitatis eſt frænare ſpem ne immoderatè feratur in excelſa: principalis autem actus magnanimitatis eſt firmare contra deſperationem, & impellere animum ad excelſa. Et hinc patet diuerſitas earum, quia penes actus principales diuerſitas virtutum attenditur, cum quibus tamen ſtat, quòd magnanimitas ſecundario actu refrænet etiam ſpem, alia tamen ratione quàm humilitas.

¶ Ad ſecundum dicitur per eandem diſtinctionem: uel aliter,

K ¶ Ad demum illata ad probãdum, ꝙ æquanimitas eſt proprius humilitatis actus, dicitur ꝙ falſum hoc eſt: & quòd Tullius de magnanimitate loquitur, ac forti liberoque animo, non de humilitate quam theologi tractãt, quã m. nemo principum huius ſæculi nouit: & ſi procul odorem ipſius ſenſerint, aliquid illius mandantes.

¶ Ad ſecundam probationem negatur, quòd æquanimitas in proſperis ſit actus deliberatus &c. Nam æquanimitas non eſt nomen actus, ſed diſpoſitionis, ſeu ſtatus animi. importat enim æqualitatem animi, quæ eſt effectus non actus uirtutis. Et quidem ꝙ in proſperis non recedat aliquis a recto ſtatu animi, ex multis fit virtutibus. Quòd enim non recedat per animi tumorem, fit per humilitatem: ꝙ non recedat per appetitum inordinatum vindictæ, fit per manſuetudinem: ꝙ non recedat per libidinem vſurpandi aliena, fit per iuſtitiam: quòd non per cõcupiſcentiam, fit per temperantiam. Et breuiter clare patet, quòd æquanimitas non eſt actus, ſed ſtatus. Et ſi alicui virtuti ſpecialiter tribuendus eſſet effectus ille, charitati tribuendus eſt:

eſt, quoniam per ipſam homo erga Deum, ſeipſum, ac proximum rectè ſe habet: & pax, quæ tranquillitatem animi ponit, charitati attributa ſuperius eſt.

¶ In eodem art. 1. in reſponſionibus argumentorũ, nota quæ diximus authoritate firmari. Nam in reſponſione ad primum habes ꝙ humilitas eſt, cum aliquis conſiderans defectũ ſuum tenet ſe in infimis &c. Et ſimiliter in reſponſione ad quartum, ꝙ quantumcunq; perfectio, ex relatione ſuæ ĩperfectionis ad Deũ, conuenit humilitas. Et in rñſione ad quintum, ꝙ humilitas, ſecundum qđ eſt ſpecialis uirtus pcipuè, hoc eſt, principaliter reſpicit ſubiectionem &c.

SVP. QVÆS. CLXI. ARTIC. II.

IN art. 2. eiuſdem quæſtionis dubium occurrit circa principium corporis articuli primi. ſ. Ad humilitatem propriè pertinet, vt aliquis reprimat ſeipſum ne feratur in ea, quæ ſunt ſupra ſe. Et eſt ratio dubii, tum primo quia obſcuritatem parit diuerſitas dictorum. In præcedenti namque articulo humilitas ex parte modi diffinita eſt, dicendo, ꝙ ad humilitatem pertinet refrænare animum, ne immoderatè tendat in excelſa.

Porrec. per ter.

779 Inf. art. 6. corp. & q. 165. art. 3. ad 2.

comparatione ad Deum deficiẽs inuenitur, ſm illud Iſa. 40. Oĩs gentes quaſi non ſint, ſic ſunt corã eo: & ſic cuilibet homini pt cõuenire humilitas.

AD v. dicendum ꝙ Phil. intẽdebat agere de uirtutibus, ſecũdum, ꝙ ordinantur ad uitam ciuilẽ, in qua ſubiectio unius hominis ad alterum, ſm legis ordinem determinatur, & iõ continentur ſub iuſtitia legali. Humilitas aũt ſecundum quòd eſt ſpecialis uirtus, pręcipuè reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum propter quem etiam alijs humiliando ſe ſubiicit.

ARTICVLVS II.

Vtrum humilitas conſiſtat circa appetitum.

AD SECVNDVM ſic pcedi-tur. Videtur ꝙ humilitas non conſiſtat circa appetitum, ſed magis circa iudicium rõis. Humilitas enim ſuperbię opponit: ſed ſuperbia maxime cõſiſtit i his, quę ptinẽt ad cognitionem. dicit. n. Greg. 34. Mor. * ꝙ ſuperbia cum exterius uſq; ad corpus extenditur, prius ꝑ oculos iudicaĩ: unde & in Pſ. 130. dr̃. Dñe, non eſt exaltatum cor meum, neq; elati ſunt oculi mei. Oculi aũt maxime deſeruiunt cognitioni: unde uidetur quòd humilitas maxime ſit circa cognitionem, per quam de ſe aliquis æſtimat parua.

Li. 34. Moral. c. 6. in princ.

¶ 2 Prę. Aug. dicit in lib. de vir. * ꝙ humilitas pene tota diſciplina chriſtiana ẽ. Nihil ergo qđ in diſciplina chriſtiana cõtinẽ repugnat humilitati: ſed in diſciplina chr̃iana admonemur ad appetẽdũ meliora, ſm illud 1. ad Cor. 12. Æmulamini chariſmata meliora. ergo ad humilitatẽ nõ pertinet reprimere appetitum arduorum, ſed magis ęſtimationem.

Cap. 5. in med. to. 6.

Hic autem ex parte obiecti dicitur, quòd ad humilitatem pertinet refrænare hominem ne tendat ad ea quæ ſunt ſupra ſe. Eſt autẽ hoc obſcuritatis cauſa, quia ex parte modi manifeſta eſt diſtinctio humilitatis à magnanimitate: ſed ex parte obiecti non, ex quo utraque frænat hominem ne tendat in ea, quæ ſunt ſupra ſe. Tum ſecundo, quia aut hic eſt ſermo de his, quæ ſunt ſupra hominem ſecundum regulam magnanimitatis: aut de his, ꝙ ſunt ſupra hominem ſecundum regulam humilitatis, aut de his quæ ſunt ſupra hominem ſimpliciter, & abſolutè. Non poteſt dici primum, quia talia ut ſic magnanimitati ſunt propria. Nec ſecundum, quia commune eſt omnibus appetibilibus ſiue excedant ſiue non, quòd ſecundum humilitatis regulam appetantur, ut ſupra hominem, quia ad omnia humilis ſe habet, ut indignus. Vnde per hoc dictum non haberetur appetibile proportionatum humili, & ſuperexcedens ipſum. Nec tertium, quia reſpectu appetibilium, quę ſimpliciter ſunt ſupra hominem, ſufficit magnanimitas, & ſic humilitas ſuperflueret. Nec poteſt ſaluari hoc dicendo, quòd humilitas non ſuperfluit: quia opus eſt vna uirtute, quæ habeat pro principali actu repreſſionem animi, ne tendat in ea, quę ſunt ſupra ſe: hęc autem eſt humilitas, non magnanimitas. Hoc enim falſum eſt, quoniam niſi habeatur alia formalis ratio uirtutis, neceſſitas iſta non ſufficit ad multiplicandas uirtutes. Alioquin oporteret ponere in materia fortitudinis duas uirtutes. ſ. fortitudinem, cuius principalis actus eſt firmare contra timorẽ: & vnam aliam, cuius principalis actus eſſet frænare audaciam, quamuis fortitudo ſecundario actu frænet illam. Sic dicitur in propoſito, quòd quamuis magnanimitas ſecundario actu frænet animum ne tendat in ea, quę ſunt ſupra ſe, oportet tamen ponere humilitatem, ut ſit uirtus actu principali refrænans hominem ne tendat in ea quę ſunt ſupra ſe. Quocirca licet uerum ſit quòd magnanimitas, & humilitas inter ſe ſic differant quod principalis actus illius eſt impellere, iſtius eſt reprimere, ſi tamen materia eſt eadem utriuſque: aliunde oportet neceſſitatem humilitatis ponere.

¶ Ad hęc ordine præpoſtero dicitur, quòd ſermo literæ eſt de his, quę ſunt ſupra ſe ſimpliciter, & abſolute. Et conceditur, ꝙ humilis, & magnanimus conueniunt in materia pro quanto uterque tendit in magna, & reprimit ſe ab his, quę ſunt ſimpliciter, & abſolutè ſupra ſe. Reprimit enim incipientem in uia Dei à præſumptione operum perfectorum ſicut grammaticum ab orando, quod eſt actus ſuperioris facultatis, & huiuſmodi: ſed differentia conſiſtit in ratione reprimendi. Nam magnanimus reprimit ſe ab his, quę ſunt ſupra ſe ea ratione; quia collatione facta totius, quod in ſe eſt ad illud, inuenit ſe imparem illi. Humilis autem ea ratione, quia tẽdere in illa aduerſatur ſubiectioni ſui ad Deum, & id ꝙ Dei eſt: ita ꝙ tam humilis vt ſic, quàm magnanimus ut ſic, habet cogitationem & eorum, quæ ſunt ſimpliciter, & abſolutè ſupra ſe. & infra ſe, & commenſurata ſibi. Sed in regulis, & appetitu regulato eſt differentia: quia magnanimus ſumit regulas ſuas ad proſequendum, & vitandum ex ipſo bono rationis in proſequendo proportionata, & malo rationis, ſi proſequeretur quę ſupra, aut infra eſſent: humilis autem ad eadẽ tendit, & eadem vitat. Et propterea dictum eſt, quòd ſupponit non magnanimitatem, ſed id quod magnanimitatis eſt, ſcilicet ipſa commenſurata excedẽtia, aut exceſſa; ſed regulas ſumit ex bono diuinę reuerentiæ, hoc eſt, ex collatione eius, quod ſui eſt ad Deum, & id, quod Dei eſt. Et quia ad hoc, quòd homo in hoc exilio cœleſtis patriæ, cuius ꝑfectus virtute huius vix ſit, maximè exigitur, quòd rectè ſe habeat tam in intellectu practico, quàm affectu, & operatione ſecundum collationem imperfecti ſui ad Deum, & id quod Dei eſt, quoniam huiuſmodi collationis ſubiectione prætermiſſa, in infinita ruet mala: ideo humilitas hinc vltra magnanimitatẽ, & alias virtutes neceſſaria eſt. Et per hæc patet ſolutio ſecundæ obiectionis.

¶ Ad primam autem dicitur, quòd diuerſitas dictorum non parit obſcuritatem, ſed auget claritatem: quoniam prius notum tantum erat humilis modus tendendi in excelſa, quia ſcilicet humilitas moderate, hoc eſt, ut indignum, tendere facit in excelſa. Nunc verò declaratum eſt, ꝙ etiam obiectum, in qđ tendit humilis, eſt moderatum, hoc eſt, non ſupra ſe ſimpliciter & abſolute, ut ex utraq; ſimul iuncta doctrina habeas, quòd humilis ſic ad oĩa ſe habet ut indignus, qđ tamen non niſi ad cõmenſurata ſibi abſolutè tendit, & ad illa tendit ut indignus.

¶ In eodem art. 2. in reſponſione ad ſecũdum nota duo. primũ eſt, quod ſupra dixi, ꝙ quia humilitas moderatur ſpem, quę eſt boni ardui poſſibilis, oportet, ꝙ alicui potentiæ innitatur, qua mediante illud adipiſcẽdum, ſeu conſeruandum ſperet. Et quia innititur auxilio Dei, & eius quod Dei eſt: ideò contra humilitatem eſſe dicitur, ꝙ aliquis ad maiora tendat ex confidentia propriarum uirium. Secundum eſt, quòd in litera per ly maiora, non intelligas niſi illa, de quibus eſt ſermo in argumento, hoc eſt, dona Dei meliora, aliter humiles præſumptuoſos faceres ad quæque maiora. Et rurſus, quia auxilium diuinum ordinatum eſt, quia quę à Deo ſunt ordinata ſunt, ut dicitur Roman. 13. ideò humilis ad chariſmata meliora ſi tendit, innixus diuino auxilio, hoc appetat, & conetur ſperãs ordinate ſibi opem diuinam affuturam ad meliora dona: & non quod attentet inchoans ea quæ perfectorum ſunt, ut multi incipientes, in uia Dei ſtatim ad contemplationis quietem ſtudent uolare in quo non ſolum imprudenter, ſed ſuperbe agunt, non menſurantes ſeipſos, & uehementer errant, ac periculoſe. Debent enim ad meliora ordinate procedere, prius domando proprias paſſiones, ac operationes exteriores, & poſt frequentes uictorias in campo ſubactis hoſtibus, ad montem quietæ contemplationis aſcendere. Simile quid accidit his, qui ſeipſos non caſtigant, & ad prædicandum alijs, aut ad regendum alios ſe ingerunt. Non

eſt

¶3 Præt.[h] Ad eandē uirtutē pertinet refrænare ſuperfluū motū, & firmare aīum contra ſupfluā retractionem: ſicut eadem fortitudo eſt, q̄ refrænat audaciam, & quę firmat aīum cōtra timorē: ſed magnanimitas firmat aīum contra difficultates, quæ accidunt in proſecutione magnorum. G Si ergo humilitas refręnaret appetitū magnorū, ſequeretur, ꝙ humilitas non eſſet uirtus diſtincta à magnanimitate, quod patet eſſe falſum. non ergo humilitas conſiſtit circa appetitum magnorū, ſed magis circa æſtimationem.

¶4 Pręt. Andronicus ponit humilitatē[h] circa exteriorem cultū: dicit enim, ꝙ humilitas eſt H habitus non ſuperabundās sūptibus, & præparationibus. ergo non eſt circa motū appetit[9].

Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit in lib. de pęnitentia, ꝙ humilis eſt, qui eligit habitare in domo Dn̄i, magis q̄ habitare i tabernaculis peccatorū: ſed electio pertinet ad appetitū. ergo humilitas cōſiſtit circa appetitū magis q̄ circa æſtimationem

Resp. Dicend, ū ꝙ ſicut ſupra I dictū eſt,* ad humilitatem propriè ptinet, ut aliquis reprimat ſeipſum, ne feratur in ea, quæ ſunt ſupra ſe. Ad hoc autem neceſſarium eſt, ut aliquis cognoſcat id, in quo deficit à proportione eius, quod ſuam uirtutē excedit: & ideò[m] cognitio proprii defectus pertinet ad humilitatem, ſicut regula q̄dām directiua appetitus[n]: ſed in ipſo K appetitu conſiſtit humilitas eſſentialiter. Et iō dicendū eſt, ꝙ [o]humilitas, ꝑpriè ē directiua, & moderatiua motus appetitus.[q]

Ad primvm ergo dcd̄m, ꝙ extollētia oculorū eſt quoddam ſignum ſuperbiæ, inquantum excludit reuerentiam, & timorē. Conſueuerunt. n. timentes, & verecūdati maximè oculos deprimere, quaſi nō audentes ſe aliis cōparare. Non āt ex hoc ſeqt̄, ꝙ humilitas eſſentialiter circa cognitionē cōſiſtat.

Ad ii dcd̄m, ꝙ tendere in G aliqua maiora ex propriarum virium confidentia, humilitati contrariatur. Sed ꝙ aliquis ex cōfidentia diuini auxilij in maiora tendat, hoc non eſt contra humilitatem, præſertim cū ex hoc aliquis magis apud Deum exaltet̄, ꝙ ei ſe magis ꝑ humilitatem ſubiicit. vn̄ Aug. dicit in lib. de pęnit. Aliud eſt leuare ſe ad Deū, aliud eſt leuare ſe contra Deū. H Qui ante illum ſe ꝓiicit, ab illo erigit̄: qui aduerſus illum ſe erigit, ab illo proiicit̄.

Ad iii dcd̄m, ꝙ in fortitudine inuenit̄ eadem rō refrænandi audaciam, & firmandi aīum contra timorem. Vtriuſq;. n. rō eſt ex hoc, ꝙ hō bonum rōis debet periculis mortis præferre, & in refrænando præſumptionem ſpei, quod pertinet ad humilitatem: & in firmando aīm I contra deſperationem, qđ pertinet ad magnanimitatem. Eſt & alia rō. Nam rō firmādi aīm contra deſperationem, eſt adeptio ꝓprij boni, ne. ſ. deſperando hō ſe indignum reddat bono, quod ſibi competebat: ſed in reprimēdo præſumptionem ſpei, rō præcipua ſumitur ex reuerentia diuina, ex qua contingit vt homo non plus ſibi attribuat, q̄ ſibi competat ſm̄ gra- K dum, quem eſt a Deo ſortitus. Vnde humilitas pręcipue vr̄ importare ſubiectionem hoīs ad Deum: & propter hoc Aug. in libro * de ſermone Domini in monte, humilitatem, quam intelligit per paupertatem ſpiri-

eſt bonum aliquid æmulari charifmata meliora per auxilium F diuinum, ſed præſumptuoſum eſſe.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſd. art. dubium ex Martino ubi ſupra, occurrit contra hanc reſponſionem, arguente. Primò, quia aut loquitur de eadem ratione communi, aut propria. Nō de cōi, quia ſic etiam in ꝑſumptione ſpei, & firmitate cōtra deſperationem inuenit̄ vna cōis ratio, puta bonum rationis. Nec de propria, quia ſic vnicuique eſt ſua propria ratio tam in timore, q̄ in audacia; tam in ſpe, q̄ in deſperatione; alioquin non eſſet propria alicui, ſed cōis plurib[9]. Secūdò, quia falſum eſt, ꝙ illa rō aſſignata in fortitudine ſit cōis timori, & audacię. Nam hæc ratio, ſ. bonum rōis, eſt periculis mortis præferendum, non eſt rō frænandi audaciam, ſed magis excitandi audaciam. Nunquā. n. quis ab audendo retrahitur ꝑ illā rōem. Tertio, quia ratio aſſigna a i magnanimo contra deſperōnem, eſt cōis vtriq; actui, ſ. deſperationi, & ſpei. Nam rō iſta. Bonum incompetens, & debitum eſt adipiſcendū, non ſolum firmat cōtra deſperationē, ſed refrænat ſpem ab incompetenti. Quarto, qa ēt alia rō aſſignata ex diuina reuerentia eſt cōis vtrique actui. Nam ſicut ex reuerentia diuina non plus ſibi qs attribuit, q̄ ſibi compe at ſecūdum gradum ſortitū a Deo, ita ex eodem fine homo contēnat, & negligat, quæ hēt a Deo, ſed eis vtatur, q̄ habet ab eo.

In li. de pœnitētię medicina, c. 1. parū à medio, tom. 9

Art. præce

¶ Ad euidentiam horum ſcito, ꝙ compatiendum eſſe Martino, & aliis, qui non intellexerint, neque penetrarunt ſententiam authoris. Acceperūt ſiquidem hinc non ſolum illam affirmatiuam, ſ. Ad eādem virtutem, puta, fortitudinē, ſpectat vterque actus, ſ. firmare timorē. & reprimere audaciam, quia eſt eadem rō &c. ſed ēt iſtam negatiuā, Non ſpectat ad vnam virtutē, puta, magnanimitatem, firmare contra deſperationem, & reprimere ſpem. Et ꝑpea errarunt: quia in litera affirmatiua quidem illa hr̄, ſed iſta negatiua non hr̄, nec eſt intenta, nec eſt vera, vt patet ex ſupradictis: ſed in iſta illi affirmatiuæ quaſi contraponitur alia affirmatiua, ſ. ꝙ in reprimendo ſpem, quod pertinet ad humilitatem, & firmando aīm contra deſperationem, quod pertinet ad magnanimitatē, eſt alia, & alia rō, Hanc affirmatiuam, qui putat æquiualere illi negatiuæ, aut inferre illam, errat. & nūc errorem ſuum cognoſcet. Et vt vno verbo explicetur, ſignat̄ per hoc, ꝙ in materia periculorum mortis, circa quæ ponitur fortitudo, eſt vna tm̄ rō firmandi, & frænandi: & ꝑpea ſola eſt ibi fortitudo: ſed in materia ardui boni, circa quam ponitur magnanimitas, non eſt una tm̄ rō firmandi, & reprimendi, ſed eſt alia, & alia: & iō non eſt ibi ſola magnanimitas: ſed oportet ibi adeſſe humilitatem. Hæc eſt vera intētio, hic verus ſenſus litteræ, oēs ſoluens q̄ōnes. Ex hoc. n. ꝙ explanauit aliam, & aliam rōem ex principalib. actib. magnanimitatis, & humilitatis, ſ. ex firmitate, & repreſſione, nō ꝑpea excluſit, quin vtraque hēat ſecundario reliquum actum: vtraq; nanq; hēt vtrunq; actū ſm̄ propriā tn̄ rōem. Sed quia in hoc differūt, vt prædictū eſt, ꝙ magnanimitas hēt pro principali actu firmare, & impellere cōtra deſperōem: humilitas āt hēt pro principali actu reprimere ſpem, ex iſtis author declarauit intentum ſuū, tacens de ſecundario vtriuſq; actu.

Concl. m

Concl. p

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dr̄, ꝙ author loquit̄ de rōe ꝓpria non actui iſti, vel illi, ſed propria, hoc eſt, ſpecialiſsima inter rōes directiuas actuum reprimentiū, & impellētiū. Huiōi. n. rō nulli particulari actui eſt propria, ſed ipſi virtuti, quam conſtituit.

¶ Ad ſm̄ dr̄, ꝙ falſum aſſumit, Nam ad hoc fortis audaciam moderatam. & ita moderatam, ut bono rōnis expedit, aſſumit ut bonum rōis periculis mortis præferat. Cōſtat. n. q; fortis potius mortem aggrediendo eliget ſuſtinere, q̄ immoderatam audaciam aſſumere. Vbi patet, ꝙ ex bono rōnis præferendo mortis periculis, modus audaciæ imponitur.

¶ Ad tertium conceditur, ꝙ ratio illa ēſt utrique actui cōis, ſed non ut ſola, ſeu non ſecundum oēm rationem, qua uterque actus eſt regulabilis in tali materia, ſed ſecundum aliquam particularem rationem: & ideo oportet ponere aliam rationē, ut ſic uterq; actus in tali materia ſecundum omnem rationem ſit regulatus. Et per hoc patet reſponſio ad quartū, Eodē ſiquidē mō reſpōdemr, ꝙ ratio diuinę reuerentię eſt cōis utriq; actui, ſed non ut ſola: ſicut rō fortitudinis eſt cōis utrique actui ut ſola. Et ſimiliter eſt cōis utrique actui ſecundum aliquam particularem rationem illorum, & non ſecundum omnem rōnem,

Lib. 1. c. 9. ante mediū to. 4.

qua

quia vtrunq; eſt regulabilis. Nam vtrunq; eſt duabus rōbus, & nō vna regulabilis, ſ. ex rōe propria, ac conuenientis boni, & ex diuina repetētia. Licet vtraq. ſit vtriuſq; ſuſcepti cōis, non tñ vt ſola, quia poſſunt alia rōe regulari. Et oportet, q; aliter reguletur ad perficiendum ciuem cæleſtis patriæ in via hac, qua ambulamus, quàm q; per magnanimitatem reguleſ.

SVP. QVÆ. CLXI. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdē q. nō ſcribendū, ſed exequēdū eſt. Clarus eſt. Regula eſt noſtrę vitæ facilis, vt habeat ſpeculatiuæ: ſed rara practicæ, & ad operationē interiorem, ꝓſertim applicata. Eſt & in hoc art. ſpeculādum, q̄ conformiter diuo Thomæ definita ſit humilitas in ſupradictis.

Perrec. per totum.

780

tus, attribuit dono timoris, quo hō Deum reuereſ. Et inde eſt, q; fortitudo aliter ſe habet ad audaciā, q̄ humilitas ad ſpē. Nam fortitudo plus vtitur audacia, q̄ reprimat: vnde ſuperabundantia eſt ei ſimilior q̄ defectus. Humilitas aūt plus reprimit ſpem de ſeipſa, q̄ ea vtaſ vnde magis opponitur ſibi.

AD IIII dcēm, q; ſuperabundātia in exteriorib. ſumptib., & ꝓparationibus ſolet ad quādā iactantiā fieri, quæ per humilitatē reprimitur: & quātū ad hoc ſecundario conſiſtit in exterioribus, prout ſunt ſigna interioris appetitiui motus.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo debeat ſe omnibus per humilitatem ſubijcere.

AD TERTIVM ſic ꝓceditſ. Vr̄ q; hō nō debeat ſe oībus per humilitatē ſubiicere. Quia ſicut dictū eſt, *humilitas ꝓcipuè cōſiſtit in ſubiectione hōis ad Deū: ſed id quod debetur Deo, non eſt hoī exhibendū, vt patet in oibus actibus latriæ. ergo homo per humilitatem non debet ſe homini ſubiicere.

Inf. a. 6. ad 1. Et Philip. 2. Art. præc. ad 3.

¶2 Præt. Aug. dicit in lib. *de natura & gratia. Humilitas collocanda eſt in parte veritatis, nō in parte falſitatis: ſed aliqui ſunt in ſupremo ſtatu, qui ſi ſe inferioribus ſubijcerent, abſque falſitate hoc fieri non poſſet. ergo homo non debet ſe omnibus per humilitatem ſubiicere.

Ca. 29. t. 7.

¶3 Præt, Nullus debet facere id q̄d uergat in detrimentū ſalutis alterius: ſed ſi aliq̄s per humilitatē ſe alteri ſubijciat, quq; hoc vergeret in detrimentū illius, cui ſe ſubiicit, q̄ ex hoc ſuperbiret, vel cōtemneret. vñ Aug. *dicit in regula. Ne dū nimium ſeruaſ humilitas, regendi frangaſ authoritas. ergo hō per humilitatem non debet oībus ſe ſubiicere.

In 3. regula incipit: Ante oia fratres, t. 1

SED CONTRA eſt, quod dr̄ Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.

RESP. Dcēm, q; in hoīe duo poſſunt cōſiderari, ſ. id quod eſt Dei, & id quod eſt hoīs. Hoīs aūt eſt, quicqnid pertinet ad defectum: ſed Dei eſt quicquid pertinet ad ſalutē, & perfectionē, ſm illud Oſeæ 13. Perditio tua, Iſrael, ex te eſt: ex me tm̄ auxiliū tuū. Humilitas aūt, ſicut dictū eſt, *Propriè reſpicit reuerentiā, qua hō Deo ſubiicit: & iō quilibet hō ſm id quod ſuū eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubiicere quantū ad id quod eſt Dei in ipſo. Non aūt hoc requirit humilitas, ut aliquis id, quod eſt Dei in ſeipſo, ſubiiciat ei quod apparet eſſe Dei in altero. Nā illi, q dona Dei participant, cognoſcunt ea ſe habere, ſm illud 1. ad Cor. 2. Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis: & iō abſque præiudicio humilitatis poſſunt dona, q̄ ipſi acceperunt, præferre donis Dei, quæ aliis apparēt collata: ſicut Apoſt. ad Epheſ. 3. dicit, Aliis gñationibus non eſt agnitū filiis hoim, ſicut nunc reuelatū eſt ſanctus Apoſtolis eius. Similiter ēt nō hoc requirit humilitas, ut aliquis id q̄d eſt ſuū, in ſeipſo, ſubiiciat ei, quod eſt hoīs in proximo, alioquin oporteret, vt qlibet reputaret ſe magis peccatorē quolibet alio: cū tñ Apoſtolus abſq; præiudicio humilitatis dicat Galat. 2. Nos natura iudęi, & non ex gentibus peccatores. Pōt tñ aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo, q̄d ipſe non habet, uel aliquid mali in ſe eſſe, quod in alio non eſt, ex quo ſe poteſt ei ſubiicere per humilitatem.

Ar. 1. ad 5. arg. & art. 2. ad 3.

Concl. m

Concl. p

Concl. ſ

Concl. s

AD PRIMVM ergo dcēm, q; non debemus ſolum Deū reuereri in ſeipſo, ſed ēt quod eſt eius debemus reuereri in quolibet, non tñ eo mō reuerētiæ, quo reueremur Deum: & ideo per humilitatē debemus nos ſubiicere omnibus proximis propter Deum, ſecundum illud 1. Pet. 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. Latriā tamen ſoli Deo debemus exhibere.

AD II dcēm, q; ſi nos præferamus id quod eſt Dei in proximo, ei quod eſt propriū in nobis, non poſſumus incurrere falſitatem. Vñ ſuper illud Philipp. 2. Superiores ſibiinuicem arbitrantes, dicit gloſ. *Non hoc ita debemus æſtimare, vt nos æſtimare fingamus: ſed vere æſtimemus poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis ſuperior ſit ēt ſi bonum noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum.

Eſt Aug. in li. 83. quę. q. 71. a me dio, to. 4.

AD III dcēm, q; humilitas, ſicut & cæteræ virtutes, præcipuè interius in aīa conſiſtit: & iō pōt hō ſm interiorem actum aīæ alteri ſe ſubiicere ſine hoc, q; occaſionem habeat alicuius, quod pertineat ad detrimentum ſuæ ſalutis. Et hoc eſt quod Auguſtinus dicit in regula, Timore coram Deo prælatus ſubſtratus ſit pedibus veſtris: ſed in exterioribus humilitatis actibus, ſicut & in actibus cæterarum uirtutum, eſt debita moderatio adhibenda, ne poſſint vergere in detrimentum alterius. Si autem aliquis quod debet faciat, & alii ex hoc occaſionem ſumant pecati, non imputatur humiliter agenti: quia ille non ſcandalizat, quàmuis alter ſcandalizetur.

In 3. regula, tom. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum humilitas ſit pars modeſtiæ, vel temperantiæ.

AD QVARTVM ſic ꝓceditſ. Vr̄ q; humilitas non ſit pars modeſtiæ, uel tēperantiæ. Humilitas. n. ꝓcipue reſpicit reuerentiā, qua quis ſubiicitur Deo, ut dictū eſt: *ſed ad uirtutē theologicā pertinet, q; habeat Deū pro obiecto. ergo humilitas magis debet poni virtus theologica, quàm pars temperantiæ, ſeu modeſtiæ.

Art. præc.

¶2 Præt. Tēperantia eſt in concupiſcibili: humilitas aūt vr̄ eſſe i iraſcibili, ſicut & ſuperbia, quæ ei opponitur, cuius obiectum eſt arduum, ergo vide-

SVP. QVÆ. CLXI. ART IIII.

Pon. per to.

781

IN art. 4. eiuſdem q. dubium ex Martino o currit in 1. q. de humilitate, vbi notat quatuor dicta huius literæ, & ex eis format quatuor rationes pro concluſione huius articuli: & deinde ſoluit eas. Primum dictum eſt authoritas Origenis allata in litera in oppoſitum, ex quo ratiocinatur ſic. Omnis menſuratio, uel moderatio pertinet ad modeſtiam: humilitas eſt huiuſmodi ergo. Secundum eſt. Omnes uirtutes

Su. q. 160. ar. 2. corp. Et 3. di. 33 q. 3. art. 2. q. 3. cor.

refrænantes, ſeu reprimentes impetus affectionũ ponuntur partes temperantiæ: ſed humilitas reprimit motũ ſpei. ergo. Hæc habentur formaliter in litera. Tertium eſt authoritas Ariſtotelis allata in litera, ꝙ tendens in parua ſm̃ modum ſuum, non eſt magnanimus, ſed temperatus: & hoc n. n aliter formatur. Quartum eſt, ꝙ magnanimitas & humilitas licet conueniãt in materia, differũt tñ in modo &c. vt in rãtione ad tertiũ litera dicit. Vnde arguit ꝙ eorũ quæ conueniunt in materia, & differunt in modo, vnũ eſt ſub altero: ſed hæc ſunt huiuſmodi. ergo. Probatur minor, quia magnanimitas eſt circa ardua impellendo, humilitas verò refrę nando. Et primam quidem, & ſecundã ſoluit interimendo maiores: alioquin oẽs uirtutes pertinerent ad temperantiã quia oẽs habent actũ moderationis. Ad tertiam dicit, ꝙ non loquitur de temperãtia propriè dicta. Ad quartam negat minorẽ, quia tã magnanimitas q̃ humilitas impellit, & reprimit.

¶ Ad hæc dicendum, ꝙ unico ſubintellecto verbo, oĩa dicta literę ſolida conſtant, & oppoſita ruunt, ſ. ꝙ ſemper eſt ſermo de actu principalis uirtutis, ita ꝙ nõ eſt authoris doctrina, ꝙ oĩs moderatio, ſeu ꝙ oĩs refrænatio &c. ſpectat ad temperantiam, ut ille ſomniat ſed ꝙ oĩs virtus, cuius principalis actus conſiſtit in moderando, uel in refrænando, eſt temperantia, uel adiuncta temperantiæ. Et tunc clarè vides primum, ſm̃ & quartum, quæ in litera habentur, optimè currere: qm̃ & maiores ſic ſunt veræ, & minor quartæ eſt vera: quia cõſtat, quòd principalis actus magnanimitatis conſiſtit in firmitate, ſeu impulſu animi ad magna. Principalis uerò actus humilitatis conſiſtit in refrænatione ad magna tendentis. De authoritate uerò Ariſt. tertio loco allata, bene dĩ, ꝙ Ariſtoteles non accepit ibi temperantiam propriè, nec hoc author uoluit, ſed accepit temperatum ſm̃ modum. Et hoc eſt ad propoſitum, quia hinc teſtimonium habemus, ꝙ ex modo accedit quis ad temperati nomen.

Concl. m

Lib. 4. c. 5. non remote a princ. tom. 3.

Concl. pars

tur ꝙ humilitas non ſit pars temperantiæ, uel modeſtiæ.

¶3 Præt. Humilitas, & magnanimitas circa eadẽ ſunt, vt ex ſupradictis patet: ſꝫ magnanimitas nõ ponitꝛ pars tẽperãtię, ſed fortitudinis, ut ſ. habitũ eſt. ergo vr̃ ꝙ humilitas nõ ſit pars temperantiæ, uel modeſtiæ. G

Art. 1. huius quæſt.

q. 129. artic. 5.

¶ Sed ſi diligentius doctrina authoris perſpecta fuerit, aliter dicendum eſt. Nã in allegato ex præcedenti libro loco author poſt locatã iuſtitiã in loco propinquo rationi, non tractat de reliqs virtutibus moralibus ſimpliciter, ſed limitate, ſ. de illis, quæ ſunt circa paſſiones, ut expreſſe monſtrat ſubiungens, Inter alias autem virtutes morales, quæ ſunt circa paſſiones. Et rurſus ibidem poſtea de fortitudine ſubdit, quòd primum locum tenet inter virtutes morales, quæ ſunt circa paſſiones. Et ꝓpterea concluſio ex præmiſſis cum tali limitatione explanatis illata, ſ. ꝙ cardinales virtutes ſunt principales etiam dignitate, nõ eſt aliter intelligenda, q̃ ſecundum quod ex præmiſſis ſequitur, ſcilicet ut iuſtitia ſimpliciter, fortitudo autem & tempeE rãtia inter virtutes, quæ ſunt circa paſſiones, ſunt principales dignitate. Et hinc habes vnde humilitatis locus hic ſibi aſſignatus, ſcilicet immediate poſt iuſtitiam, nõ eſt ei ablatus: quoniã ipſa eſt ſubiectiue principaliter in voluntate, & ſecundario eſt circa paſſionem ſpei; quia extendit ſe vltra ſenſibilia, vt patet ex eius contrario, ſ. ſuperbia quæ maxime eſt in bonis ſpiritualibus. Et ſi perſcrutati fuerimus literam, non ſolum ex ſubiecto præeminet humilitas fortitudini, & temperantiæ: ſed author uſus eſt in hoc loco, illamet rõe, qua vſus eſt in allegato loco præcedentis libri, ſcilicet, Participatio maioris boni rationis. Illa enim virtus ibi dicta eſt ſimpliciter maior, in qua maius bonũ rationis relucet. Et hoc idem hic aſſumitur, & ſubſumitur, ꝙ magis in humilitate, quàm cæteris poſt iuſtitiam, ſaluatur bonũ rationis, quia humilitas reddit hominẽ recte ſubditum, ſeu paruulum bono rationis non in hac, uel illa materia, ſed vniuerſaliter: & propterea locatur ante reliquas virtutes ſimpliciter. & uere ſic eſt. Vnde beata Virgo humilitatem ſuã

dominum reſpexiſſe commemorat tanq̃ vniuerſalem virtu- te.n. qua ad ſupernum ſuſcipiendũ diuinæ largitatis influxum latiſſime, ac profundiſſime patula erat. Quærenti ãt de ſubſtãtiali ordine reliquarum uirtutum inter ſe poſt cardinales, uſ mihi dicendum, quòd primo religio, deinde obedientia, & demum miſericordia locanda ſit. Nam maius rõis bonum relucet in religione quæ in voluntate eſt, & debitũ reddit Deo creatori, ac præceptori, q̃ in obedientia, quæ debitum reddit præceptis ipſius. Præcedit tñ miſericordiam, q̃ tenet medium i paſſione triſtitiæ reſpectu alienæ miſeriæ, quando maius bonũ rationis eſt bene ſe habere ad ſuperioribus debitum exhibẽdum, q̃ ad paſſionem particularium defectuum proximi.

Petr. 3 10.

hominis in ſpiritualia, & diuina bona. Sicut ergo eſt pfectio potior diſpoſitione, ita ẽt charitas, & aliæ virtutes, quib⁹ homo directe mouetur in Deum, ſunt potiores humilitate.

ARTICVLVS VI.

G *Vtrum conuenienter diſtinguantur ſecundum B. Benedictum duodecim gradus humilitatis, ſcilicet corde, & opere ſemper humilitatem oſtendere defixis in terram aſpectibus &c.*

783 Inf.q. 161 ar.2.ad 4. Et Mat. 3. Cap.7.

AD SEXTVM ſic procedit. Vr quòd inconuenienter diſtinguantur duodecim gradus humilitatis, quæ in regula B.* Benedicti ponuntur, quorũ primus eſt: corde & corpore ſp humilitatẽ oſtendere defi- H xis in terrã aſpectibus. Secundus, ut pauca verba, & rõabilia loquatur aliqs nõ clamoſa voce. Tertius, ut nõ ſit facilis, aut prõptus in riſum. Quartus, taciturnitas vſq; ad ĩterrogationẽ. Quintus, tenet qđ hẽt communis monaſterii regula. Sextus, credere, & pnũciare ſe oĩbus viliorem. Septimus, ad oĩa indignũ, & inutilẽ ſe confiteri & credere. Octauus, confeſſio I pctõrũ. Nonus, per obedientiã in duris & aſperis patiẽtiã amplecti. Decimus, ut cum obediẽtia ſe ſubdat maiori. Vndecimus, ut voluntatẽ propriam nõ delectetur implere. Duodecimus, ut Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcipit. Enumerantur enim hic q̃dã, q̃ ad alias virtutes ptinent, ſicut obedientia, & patientia: enumerantur ẽt aliqua, quæ ad fal K ſam opinionẽ pertinere uidentur, q̃ nulli virtuti poſſunt cõpetere, ſ. q aliquis pronũciet ſe oĩbus uiliorẽ, q ad oĩa ĩdignũ & inutilẽ ſe cõfiteaĩ, & credat. h ergo incõuenienter iſta ponũtur inter gradus humilitatis.

¶2 Præt. h Humilitas ab interioribus ad exteriora pcedit, ſicut & cęterę uirtutes. Incõuenienter ergo præmittuntur in pręmiſſis gradibus illa, quæ pertinent ad exteriores actus, his quę pertinent ad interiores.

¶3 Prę. Anſel. in li.* de ſimilitudinib. ponit ſeptẽ humilitatis h grad⁹, quorũ prim⁹ eſt, cõtẽptibilẽ ſe eſſe cognoſcere. Scdus, đ hoc dolere. Terti⁹, hoc cõfiteri. Quartus, hoc pſuadere, vt. ſ. hoc uelit credi. Quint⁹, ut patiẽter ſuſtineat hoc dici. Sextus, ut patiaĩ cõtẽptibiliter ſe tractari. Septim⁹, ut hoc amet. ergo vñr pręmiſſi gradus eſſe ſuperflui.

¶4 Pręt. Matt. 3. dicit gloſ.* Perfecta humilitas h tres hẽt grad⁹. Prim⁹ eſt, ſubdere ſe maiori, & nõ pferre ſe ęquali, q eſt ſufficiẽs. Scdus eſt, ſubdere ſe ęquali, nec pferrę ſe minori: & hoc dr̃ abundãs. Tertius gradus eſt, ſubeſſe minori, in quo eſt omnis iuſtitia. ergo pręmiſſi gradus uidentur eſſe ſuperflui.

¶5 Pręt. Aug. dicit in li.* de uirgin. Menſura humilitatis cuiq; ex mẽſura ipſius magnitudinis data ẽ, cui ẽ pericloſa ſupbia, q̃ amplius amplioríb. inſidiaĩ: ſđ mẽſura magnitudinis humanę non põt ſub certo numero graduũ determinari. h ergo uĩ q nõ poſſunt determinati gradus humilitatis aſſignari.

RESP. Dcdm, q ſicut ex ſ. dictis* patet, humilitas eſſentialiter in appetitu conſiſtit, ſecundum quòd aliquis refręnat impetũ animi ſui, ne inordinatè

SVP. QV. CLXI.

ARTIC. VI.

IN art. 6. q6. 161. in reſponſione ad primum, dubiũ ex Martino in qõne de humilitatis gradib. occurrit, arguente contra hanc reſponſionem dicendo, quòd ſi beatus Thomas dixiſſet, q põt quis credere ſe omnibus viliorẽ abſque mendacio, faciliter cõſenſiſſem: ſed quia dixit, abſq; falſitate, nõ vĩ mihi uerum. Et probaĩ, qa ſi ſint decem viri humiles aut quilibet eſt omnibus uilior, aut non. Si nõ, ergo falſa eſt ęſtimatio qua quilibet putat ſe cæteris viliorem. Si ſic, ergo primus eſt vilior ſecũdo. Et tũc vltra, ergo ſecundus nõ eſt uilior primo. Probatur iſta ſecunda conſequentia: qa ſi ſecundus eſt vilior primo, & primus eſt uilior ſecundo, ergo primus eſt vilior ſeipſo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod optime dixit author, q non ſolum abſque mendacio, ſed abſque falſitate quilibet poteſt ſe alio viliorem credere & dicere. Et cum arguitur. Aut quilibet eſt alio vilior, aut non: reſpondetur, quòd quilibet eſt alio uilior referendo quod ſuum eſt ad id quod Dei eſt in alio. Ita enim in huiuſmodi materia ſumitur ly ſe, & ly alia, cum dicitur, quòd quilibet ſe alii ſubdere per humilitatem debet. Et cum contra arguitur, Si primus eſt vilior ſecundo &c. concedi poteſt totum: quoniam non inconuenit, quòd primus ſit uilior ſeipſo ſecundum diuerſas rationes. Veruntamen ad rem dicendum eſt, quòd quilibet ratione eius quod ſuum eſt, quolibet alio rõe eius qđ eſt Dei, eſt inferior. Ita quod quilibet eſt quolibet inferior ſecundum ſuum, & ſuperior ſecundum di- F uinum. Et ſi ex hoc inferatur, ergo quilibet inferior eſt & ſuperior ſeipſo, ſm̃ diuerſa quæ in eo ſunt, nullus error incurritur. Et quia ſermones intelliguntur ſm̃ ſubiectam materiam, & in materia humilitatis ſecundum iſtas rationes accipiuntur terminis, eſt ſimpliciter uera locutio, cum ſimpliciter quis ſe profert, & tenet uiliorem.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad ſecundum, dubium ex Martino ibidem occurrit arguente contra hãc ſolutionem. Non eſt bonitas in actu exteriori, niſi propter bonitatem actus interioris. ergo ſi quis per gratiæ donum, ſiue per humanum ſtudium ueniat ad humilitatem, neceſſe eſt quòd prius habeat actum interiorem bonum, quàm actum exteriorem. A c.7.uſq. ad cap. 18.

Præterea, Cohibitio illa exteriorum aut eſt imperata mediante aliquo bono interiori actu humilitatis, aut non. Si non, ergo nõ pertinet ad humilitatẽ. Si ſic, ergo in acquiſitione humilitatis per humanum ſtudiũ interiora præcedunt exteriora. Deinde arguit contra illud literæ. Prius exteriora, & poſtmodum pertingit ad extirpandum interiorem radicem. Primo, quia contingit q aliquis abſq; contraria radice ab ineunte ætate aſſueſcat humilitati, & conſequenter non egeat extirpatione radicis. Gloſ. ordi. ſuper illud Implere omnem iuſtitiam.

¶ Secũdo, quia in primo gradu dr̃, corde, & opere ſp humilitatem oſtẽdere defixis in terrã oculis. Aut ergo iubetur oſtẽdere humilitatẽ q̃ eſt, aut q̃ nõ ẽ. Nõ q̃ nõ ẽ, qa eſſet fictio, ergo quę eſt. Sed non eſt humilitas niſi corrupta ſit radix contraria. ergo non prius eſt exteriores actus cohibere, q̃ interiorem radicẽ extirpare: ſed ecõtra. Ca. 51. ante me. 106

¶ Ad hæc dr̃, quòd author numq̃ dicit, ut ipſe arguendo ſomniat, q prius fiat, act⁹ exterior bonus, q̃ ſit interior bonus, aut ſine interiori bono: ſed dicit, q humanum ſtudiũ inchoat à cohibendo exteriores actus, & deinde ad interiorem radicẽ extirpandã peruenit, qđ experientia quotidiana teſtaĩ. Quotidie.n. magiſtri Nouitiorũ ab his q̃ extra ſunt cohibere Nouitios docent in principio: deinde ad perfectionẽ actuũ interiorũ paulatim ſic religioſi perducunĩ. Intendit ergo author, q ordo humani ſtudii eſt, ut in principio principalis conatus ſit ad exteriores actus cohibendos per actus interiores bonos ex hoc ipſo, q intendunt, & eligunt cohibitionẽ hm̃õi actuum exteriorum, ut perfectus fiat in uia uirtutum. Et per hoc patet ſolutio primi omnino peruertentis ſenſum literæ. Art. 2. huius quæſt.

¶ Ad

¶Ad ſm vero dr̃, ꝙ actus illi interiores ſperantes cohibitiões exteriorũ, boni quidẽ ſunt, ſed nõ oportet ꝙ ſint humilitatis, niſi diſpoſitiue: quoniam alia rũ uirtutũ ſunt actus proprii iſti, q ponunt in gradibus primis, ut patet de cohibitione linguæ, & ineptæ lætitiæ &c. Sed inter grad⁹ humilitatis cõputantur, quia ad illã diſponunt, aſcenſumq; faciunt. Ad primum ſẽt cõtra extirpationẽ radicis poſtpoſitã

Concl. part. 1 dr̃, ꝙ ſicut ſeminauit tutũ inſunt hoĩ naturaliter, ita fomes peccati ineſt hoĩ ex natura lapſa. Prona. n. ſunt ſenſus hoĩs ad malũ. ad fomitem ſẽt pctĩ ſpectat radix ſupbiæ

Concl. pa. 2 appetitus ꝑpriæ excellentiæ, quẽ maximũ in nobis experimur, adeo ut ẽt ante naturã lapsã; Eux dictũ ſit: Eritis ſicut dii &c. Itaq; nullus ĩ primis naturaliter ẽ, q nõ egeat extirpatione radicis huius tam ſecundæ, & ꝓfundæ. Deinde ſm id qđ in pluribus accidit, doctrina moralis dari dẽt. Conſtat ãt ꝙ ut in pluribus extirpatione radicis opus ẽ.

Conc. pa. 3. Oẽs. n. appetitu alicuius excellentiæ tenimur. Ad ſcm dr̃, ꝙ falſum eſt in primis, ꝙ nõ eſt humilitas, niſi ſit extirpata radix ſupbiæ. Ad exterpandã. n. radicẽ ſupbiæ multẽ ꝑfecti õis humilitate opus eſt. Falſũ eſt deinde, ꝙ i primo gradu oporteat adeſſe humilitatẽ internã, niſi diſpoſitiue, q manifeſte ſtat cum interna radice poſtmodũ extirpanda. Falſum demum eſt, ꝙ in illis uerbis

Concl. pa. 4 primi gradus ſumat humilitas ꝑ interna uirtute, ſed pro deiectione. Quod patet ex hoc, ꝙ in primo gradu iubet̃ oſtenſio humilitatis. Certum eſt ãt, ꝙ in primo gradu nõ ꝑcipit̃ qs manifeſtare uirtutẽ, cũ ad humilitatẽ pcipue ſpectet occultare, nõ oſtendere virtutes.

Concl. pa. 5 Hoc. n. magis ad iactantiã quandã induceret, q̃ ad humilitatẽ: Sed intentio primi gradus eſt, ut hõ ex corde, non ficte, oſtendat ſuũ corpus, & ſpecialiter ſuã deflexionẽ occulorũ i terrã, humilitatẽ, hoc ẽ, deiectionẽ, ut inchoando ab exteriori deiectione uoluntaria, ad internam virtutẽ, quæ intus animi motus dencit, q̃ humilitas vocatur, aſcẽdat. Quocirca licet ĩ hac exteriore deiectione voluntaria interueniat interior electio bona diſponens ad humilitatem, non tamen fit huiuſmodi exterior deiectio ad oſtendendum illam internam humilitatem, ſed ad acquirendam illam.

Ca. 25. parum a me. tom. 6.

tendat in magna, ſed regulã habet in cognitione, ut. ſ. aliquis non ſe exiſtimet ſupra id eſſe qđ eſt: & vtriuſque principiũ, & radix eſt reuerentia, quã qs hẽt ad Deum. Ex interiori aũt diſpoſitione humilitatis procedunt quędam exteriora ſigna in uerbis, & factis, & geſtibus, quibus id quod interius latet, manifeſtatur, ſicut & in cæteris virtutibus accidit. Nã ex uiſu cognoſcit̃ uir, & ab occurſu faciei ſenſatus, ut dr̃ Eccleſia. 19. & ideo [m] in prædictis gradibus humilitatis ponit̃ aliqd qđ pertinet ad humilitatis radicẽ, ſ. duodecimus gradus, q eſt ut homo Deũ timeat, & memor ſit omnium quę præcepit. [p]Ponitur ẽt aliquid ꝑtinẽs ad appetitum, ne. ſ. in propriã excellentiam inordinate tendat: quod quidem fit tripliciter.[q] Vno modo, ut homo non ſequatur propriã voluntatem, ꝙ ꝑtinet ad vndecimum gradũ, Alio modo, ut regulet eam ſm ſuperioris arbitrium, quod ꝑtinet ad gradum decimũ. Tertio modo, ut ab hoc non deſiſtat ꝑp dura & aſpera, quæ occurrunt, & hoc pertinet ad nonum.[r] Ponuntur ẽt quædã pertinentia ad exiſtimationem hominis recognoſcentis ſuũ defectum: & hoc tripliciter[s] Vno qdẽ modo per hoc, ꝙ proprios defectus recognoſcat & confiteatur: quod ꝑtinet ad octauũ gradum. Secundo, ut ex cõſideratione ſui defectus aliqs ĩſufficientẽ ſe exiſtimet ad maiora quod pertinet ad ſeptimũ. Tertio, ut quantũ ad hoc alios ſibi præferat: qđ pertinet ad ſextũ. [t]Ponuntur ẽt quædã, quæ pertinent ad exteriora ſigna, quorũ vnũ eſt in factis, ut. ſ. homo non recedat in ſuis operibus à via cõi: quod pertinet ad quintum. Alia duo ſunt in uerbis, ut. ſ. homo non præcipiat tempus loquẽdi. quod pertinet ad quartum, nec excedat modũ in loquendo: quod pertinet ad ſecundũ. Alia uero conſiſtunt in exterioribus geſtibus[t] puta, in reprimẽdo excellentiã oculorũ, qđ ꝑtinet ad primum: & cohibendo exterius riſum, & alia ineptæ letitiæ ſigna, quod pertinet ad tertium.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliquis abſque falſitate põt ſe credere, & pronũciare omnibus uiliorem ſecundũ defectus occultos, quos i ſe recognoſcit, & dona Dei quæ in aliis latent. Vnde Aug. dicit in libro de virginita.* Exiſtimate aliquos in occulto ſuperiores, qbus eſtis in manifeſto meliores. Similiter ẽt abſq; falſitate ꝑt aliqs cõfiteri, & credere ad oĩa ſe inutilem eſſe & indignũ per proprias vires, ut ſufficientiam ſuam totam in Deum referat, ſm illud 2. ad Corinth. 3. Non quòd ſufficientes ſimus aliquid cogitare à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia nr̃a ex Deo ẽ. Non eſt ãt inconueniens, ꝙ ea quæ ad alias virtutes pertinent, humilitati aſcribantur: quia ſicut unum uitium oritur ex alio, ita naturali ordine actus vnius uirtutis procedit ex actu alterius.

Ad II dicendum, ꝙ homo ad humilitatem peruenit per duo. primò quidem & principaliter per gratiæ donum: & quantum ad hoc interiora pręcedunt exteriora. Aliud autem eſt humanum ſtudium, per quod homo prius exteriora cohibet, poſtmodum pertingit ad extirpandum interiorẽ radicem: & ſecundum hunc ordinem aſſignãtur hic humilitatis gradus.

Ad III dicendum, ꝙ omnes gradus, quos Anſelmus ponit, reducuntur ad opinionem, & manifeſtationem, & voluntatem propriæ abiectionis. Nam primus gradus pertinet ad cognitionẽ proprii defectus: ſed quia vituperabile eſſet, ſi qs propriũ defectum amaret, hoc per ſm gradum excludit̃. Sed ad manifeſtationẽ ſui defectus ꝑtinẽt tertius, & quartus gradus, ut, ſ. aliqs nõ ſolũ ſimpliciter ſuum defectum enunciet, ſed etiã perſuadeat. Alii autem tres gradus pertinent ad appetitum, qui excellentiam exteriorẽ non q̃rit: ſed exteriorem abiectionem uel æquanimiter patit̃ ſiue in verbis, ſiue in factis: quia ſicut Greg.* dicit i regiſtro. Non grande eſt his nos eſſe humiles, à quibus honoramur, quia & hoc ſæculares quilibet faciunt: ſed illis maxime humiles eſſe debemus, à quibus aliquid patimur: & hoc pertinet ad quintũ, & ſextum gradum. Vel ẽt deſideranter exteriorem abiectionem amplectitur, quod pertinet ad ſeptimum gradũ: & ſic omnes iſti gradus cõtinẽtur ſub ſexto, & ſeptimo ſuperius* enumeratis.

Li. 2. e. 24. circa me.

In arg. 1.

Ad IIII dcdm, ꝙ illi tres gradus accipiuntur nõ ex parte ipſius rei, ideſt, ſm naturã humilitatis ſed per comparationem ad gradus hominum, qui ſunt uel maiores, uel minores, uel ęquales.

Ad V dcdm, ꝙ ẽt illa ratio procedit de gradibus humilitatis non ſecundum ipſam naturã rei, ſecundum quam aſſignantur pręmiſſi gradus, ſed ſecundum diuerſas hominum conditiones.

QVÆST. CLXII.

De ſuperbia, in octo articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de ſuperbia.

¶Et primò, De ſupbia in cõi.

¶Secundò, De pctõ primi hominis, qđ ponit eſſe ſupbia.

Circa primum quærũtur octo. G

¶Primò Vtrũ ſupbia ſit pctm.

¶Secundò Vtrũ ſit uitiũ ſpãle.

¶Tertiò, In quo ſit ſicut in ſubiecto.

¶Quartò, De ſpeciebus eius.

¶Quītò, Vtrũ ſit pctm mortale

¶Sextò, Vtrum ſit grauiſſimũ omnium peccatorum.

¶Septimò, De ordine eius ad alia peccata.

¶Octauò, Vtrum debeat poni uitium capitale.

SVPER QVÆS. CLXII. ART. I. ET II.

IN art. 1. & 2, ſimul q. 162. dubium occurrit de quidditate ſuperbiæ. Vr. n. diuerſimode diffiniri. Et qm principium omnis demonſtrationis, & inſtitutionis eſt Quod qd eſt, & diffinitio. ideo ante omnia hoc tractandum eſt. Et qm oppoſitorum eadem eſt diſciplina, ſimul notum fiet qđ quid eſt humilitatis, & alterius oppoſiti uitii. Eſt autem rõ dubitandi: quia diffinitio, quæ ex Auguſtino aſſignatur, ſ. inordinatus appetitus ꝓpriæ excellentiæ, habet qõnes multas. Prima eſt antiqua, ly excellentia, ſumatur relatiuè, an abſolutè. Secunda, eſt noua ex Martino in qõ 1. de ſuperbia, An ſit ſufficiens hæc diffinitio, uel oporteat addere ly contemptiuę: ita q; ſuperbia eſt appetitus excellentię non cuiuſcumq; ſed contemptiuę, ſeu deſpectiuę. Expedit uero ſcire, q; hęc qõ noua clauditur in prima. Nam excellentia relatiuè ſumpta claudit in ſe aliorum deſpectionem. In eo ſiquidem q; ut excellens alios homo ſe habet, neceſſe eſt ut in tali actu contemnat omnes, quos in ueritate non excellit. Apparet quoque ex ſpeciebus ſuperbiæ aſſignatis à Greg. de qbus eſt in hac quæſt. ſpecialis articulus, q; appetere excellentiam deſpiciendo alios, ad quartam ſuperbiæ ſpeciem ſpectat. Non conſtituit igitur rõem generis ſuperbię contemptus, ſeu deſpectus. H Atteſtantur & idem aliæ ſuperbiæ ſpecies. Nam appetitus excellentiæ quaſi à ſe, aut ſuis meritis, nihil dicit de excellentia contẽptiua aliorũ, & tñ primæ duæ ſpecies ſuperbię in his conſiſtunt. De ipſa autem prima quæſtione non clare liquet altera pars: qm tres primę ſpecies ſuperbiæ, nihil de excellentia relatiue dicentes, teſtantur genus non eſſe relationem excellẽtiæ. Quarta uero in relatione conſiſtens teſtatur genus non abſolutum. Actus quoque ſuperbi inuenitur in excellentia utroque mõ: nam ſuperbus appetit ſe celſum, & magnum. Et ꝓpterea Aug. 14. de ciuitate Dei, per celſitudinis, non excellentiæ nomen definiuit ſuperbiam & rurſus ſuperbus appetit ſuperare alios & ire ſuper, ut ipſius nomen ſonat. Et propterea author I 3. articulo huius quæſt. in calce dixit, q; proprie pertinet ad ſuperbiam inordinata præſumptio alios ſuperandi. Vr mihi, q; excellentia communiter ſe habens ad abſolute & relatiue, ſit proprium obiectum ſuperbiæ: ſicut ens communiter ſe habens ad abſolutum & relatiuum, eſt proprium obiectum metaphyſicæ. Et hinc prouenit, q; tam appetitus excellentiæ abſolute, quàm relatiue uerificatur. & attribuitur ſuperbiæ, & nunc per celſitudinem, nunc per excellentiam definitur. Eſt igitur ſuperbię appetere hoc, q; eſt excellere, & celſitudinem. Sed qm multa alia uitia uidentur celſitudinem peruerſam appetere, nam præſumptio appetit celſitudinẽ peruerſam in operibus, ambitio in honoribus, inanis gloria in gloria: ideo quærenda eſt celſitudo, quæ ſit obiectum ſuperbiæ alterius rõis ab iſtis, inquit Martinus. ubi ſcito, quòd dupliciter poteſt poni celſitudo alterius rationis ab iſtis. Vno modo, tamquàm in alia materia, ſicut celſitudo uindicationis alterius rationis diceretur a celſitudine honoris. Alio modo, ſicut celſitudo ſimpliciter diſtinguitur formaliter à celſitudinibus cõcretis tali & tali materiæ: ſicut motus ſimpliciter eſt alterius rõis à motibus applicatis, puta, localis, alterationis, generationis &c. Et quòd hic ſit tanta formalis K diſtinctio. q; ſufficiat ad diſtinctionem ſpecificam habituum, patet ex hoc q; ſpecie diſtinguitur ſcientia de motu ſimpliciter, quę traditur in libris phyſicorum, a ſcientiis de motu ad ubi, quæ in libro cęli, & motu ad formã ſimpliciter, quę in li. de gñatione &c. ita q; obiectum ſuperbiæ eſt celſitudo ſimpliciter, & non in tali, uel tali materia: præſumptio autẽ ad celſitudinem operum ſupra ſe ambitio ad celſitudinem honoris &c. feruntur. Et ſi perſpicacius perſcrutati fuerimus, inueniemus quòd ſicut celſitudo iuncta operibus, uel præmiis inuenitur obiecta dictis uitiis, ita celſitudo iuncta proprię perſonę inuenitur obiecta ſuperbiæ: ita quòd quemadmodum præſumptuoſus in celſum opus, ambitioſus in celſum honorem, ita ſuperbus in celſitudinem ſui tendit. Hæc enim ſola directe eſt perſecta celſitudo ſimpliciter cęteræ ſunt peruerſæ celſitudines ſecundum partem, puta, in honoribus, uel gloria, uel operibus arduis. Et ut melius percipiatur quod dicimus, aduerte, quòd propria perſona poteſt ad uirtutem, uel uitium multipliciter ſe habere, ſcilicet ut obiectum, uel ſubiectum, uel terminus. Commune ſiquidem eſt omni uirtuti & uitio, quòd reſpiciat propriam perſonam ut ſubiectum. Nam uirtus eſt, quæ bonum reddit habentem. Similiter commune uidetur, ſaltem multis, quòd reſpiciant propriam perſonam ut terminum cõmenſurationis obiecti, ſeu materiæ uerbi gratia. Temperantia reſpicit propriam perſonam ut terminum commenſurationis ciborum. Appetit enim cibum prout recta ratio dictat: recta autem ratio dictat ſecundũ commẽſurationem ad propriam perſonam. Et ſimiliter magnanimus appetit magna opera, commenſurata tamen perſonæ propriæ. Et ſimiliter præſumptuoſus appetit magna incommenſurata ſibi: & ambitioſus magnos & honores improportionatos &c. Superbia autem, licet communicet cum aliis in his, habet tamen hoc proprium, quòd reſpicit propriam perſonam ut obiectum. Et propterea author in definitione ſuperbiæ poſuit ly propriæ, dicendo, quòd eſt appetitus excellentiæ propriæ: ita quod obiectum proprium ſuperbi ut ſic, eſt ipſemet celſus ſeu celſitudo ſui: & in hoc differt a præſumptuoſo, & cœteris habentibus pro obiecto magnitudinem talis materiæ, puta, operum, honoris, gloriæ. Magnanimus quoque habet magnitudinem operum pro obiecto proprio, H & magnitudinem honoris, & gloriæ ut materia. Superbus autem habet magnitudinem ſui pro ſe primo obiecto. Et quia ad magnitudinem ſui ordinari poſſunt bona & mala uirtutum & uitiorum, ideo & uirtutes & uitia, & eorum materiæ ſunt materia ſuperbiæ. Ex omnibus enim ſuperbus tumere uult, ita quòd ſicut magnitudo operis, ut ſuperius patet, dupliciter conſideratur, ſcilicet ut conditio operis, & ſic ſpectat ad quamlibet uirtutem: & ut tranſit in rationem formalem obiectiuam, & ſic conſtituit magnanimitatem: ita magnitudo propriæ perſonæ dupliciter conſideratur, ut effectus uirtutis, & cuiuſcumque alterius reddentis habentem potentem, ſeu facientem magnum, & ſic ſpectat ad quamlibet uirtutem. Alio modo ut tranſit in rationem formalem obiectiuam, & ſic conſtituit ſuperbiam. Et ſicut celſitudo ſui eſt proprium obiectum ſuperbiæ, ita abiectio ſui eſt proprium obiectum humilitatis. Et quod hæc ſint uera, & I ſecundum mentem authoris, atque ſanctorum, patet primo ex Domini authoritate, qui humilitatem, & ſuperbiam definiuit per actus habentes pro obiecto ſeipſum, dicendo. Qui ſe humiliat. Qui ſe exaltat. Authoritate deinde Auguſti. allata in litera prius. Aliud eſt leuare ſe contra Deum &c. Authoritate quoque Benedicti in 6. & 7. gradu humilitatis. Credere. & pronunciare ſe omnibus viliorem. Credere & confiteri ſe ad omnia inutilem, & indignum. In litera demum author millies explicat ly ſe, in primis duobus articulis quæſt. præcedentis de humilitate. Et tandem in reſponſione ad tertium clariſſimé dicit. Humilitas plus reprimit ſpem de ſeipſo, quàm ea vtatur. Obiectum ſpei dixit ſeipſum, nõ opus, aut aliquid aliud: quoniam opera & alia materialiter, ſe habent ad ſeipſum, ut ea quę ſũt ad finem, ordinantur ad finem. Conſonat autẽ & optime quadrat regulę humilitatis, ſ. æſtimatio ſui ex collatione eius, quod ſuum ẽ ad Deum, & ad id quod Dei eſt. Huic K n. æſtimationi conformis appetitus, eſt appetitus ſuipſius ut ſubditi: qui eſt humilitatis quod quid eſt. Contrarius per exceſſum eſt appetitus ſuipſius ut celſi, qui in quod quid eſt ſuperbiæ habetur. Contrarius autem per defectum eſt appetitus ſui ipſius, ut nimis ſubditi. Et quoniam diuina reuerentia radix eſt humilitatis, ſubaudiendus eſt in his ordo diuinæ reuerentię, ita ut humilitas ſit uirtus, qua homo ex diuina reuerentia ſe conferens Deo in omnibus ſe habet ut ſubditus. Superbia uero uitium, quo homo diuina abiecta reuerentia, in omnibus, ſeu communiter ſe habet ut celſus. Abiectio uero eſt uitium, quo quis diuinam non ſequens reuerentiam, ſe habet ut abiectus, ſeu vilis. Vbi patet etiam q; materia humilitatis, & ſuperbiæ vniuerſalis eſt: quia ad magna & ardua ſecundum ſe ſe extendit. Et humilis quidem ad omnia ut ardua, ut dictum eſt, tendit. Superbus uero ſui celſitudinem, quæ inter bona ſummum arduorum uidetur, appetit: ideo circa ardui boni appetitum, qui ſpes uocatur ponuntur. Deinceps ad ſpecialia dubia more ſolito procedendum eſt.

SVP.

SVPER QVÆ. CLXII. ARTIC. I.

IN art. 1. eiuſdem q. 162. dubium ex Martino occurit in q. 1. de ſuperbia, directè contra authorem dicente, ꝙ hęc opinio non ví in toto uera. Et primo ponit, ꝙ ſuperbia ſtrictè accepta, non eſt definitiue appetitus, quo quis tendit ſupra id qđ eſt. Probatur, Præſumptio eſt qua quis tendit ſupra id quod eſt, quo ad adminiſtrationes: ambitio, quo ad honores &c. ergo. Præterea, ſi ſuperbia eſt definitiue, qua quis tendit ſupra id quod eſt, aut hoc eſt quo ad aliquid prædictorū, aut quo ad omnia ſimul, aut quo ad aliquid aliud ab his. Si primum, ergo eſt aliquid prædictorū uitiorum. Si ſecundum, ergo erit aggregatum ex omnibus. Si tertium, tunc nullum tale uidetur, niſi excellentia: Et tunc aut tendit in excellentiam maiorem, quàm habet, aut in manifeſtationem. Non in manifeſtationem: quia hoc ſecundum ſanctum Thomam ſpectat ad inanem gloriam. ergo in excellentiam maiorē. Hoc autem non uidetur niſi dupliciter poſſe intelligi, ſcilicet quòd tendat ad excellentiam maiorem habendam: & hoc non eſt uitium. Vel quòd eſt initium ſuperbiæ, & conuenit ſuperbo, & multis aliis, ſcilicet præſumptuoſo, ambitioſo uano. Hi enim omnes exiſtimant ſe maiores, quàm ſint in ſuis materiis, ſcilicet adminiſtrationibus, honoribus, gloria.

Per. per to. 784

1. 2. q. 84. artic. 2. Et Mal. q. 8. ar. 2. ad 16. In Pſal. 46

Ca. 292. habetur inter opa Aug. in fi. to. 3. idem dicit li. 11. ſup. Gen. c. 14. a med. to. 3

*Aug. li. 2. confeſ. c. 6 tom. 1.

¶ Ad hoc dubium ſecundum authoris proceſſum non oporteret reſpondere, tum quia non dicit hanc eſſe deffinitionem ſuperbiæ, ſed argumentum ex nominatione ſumit dicens. Superbia nominatur ex hoc &c. tum ſecundo, quia author poſt iſtum articu. ſubiungit ſtatim articulum, An ſuperbia ſit ſpeciale peccatum, quaſi per ea quæ hic dicit, non adhuc manifeſtum ſit de ſuperbiæ ſpecialitate quo ad peccatum. Sed quoniam ſecundum ueritatem de ſuperbia, ve condiuiditur aliis peccatis, verificantur ea quæ hic dicuntur, quæ eſt ſuperbia proprie accepta, & actus iſte ſcilicet tendere ſupra id quod eſt, proprium actum, ac obiectum ſuperbiæ continet, vt patet ex dictis: ideo pro definitione ſuſtineri poteſt: & propterea reſpondendum eſt obiectis. Et ad primum dicitur, quòd ſuperbia eſt qua quis tendit ſupra id quod eſt ipſe ſimpliciter. Præſumptio autem ſupra id quod eſt ſecundum quid, hoc eſt, ſecundum opera, & ſic de aliis. Ad ſecundum dř, ꝙ ſuperbia eſt qua quis tendit in hæc omnia &c. vt materiam tñ ſui formalis obiecti, quod eſt aliud ab iſtis, ſ. celſitudo propriæ perſonæ. Et cum contra hoc, quaſi tertium membrum ſuæ diſtinctionis arguit, dicitur ꝙ ſuperbus tendit, iuxta definitionem Auguſtini, in pſam ſui celſitudinem peruerſam, quam conſtat non niſi uitioſe appeti poſſe: & ideo falſum dicitur, quòd celſitudo maior vt habenda, poteſt licite appeti. Celſitudo ſiquidem, quæ ex maioritate claudit peruerſitatem, non poteſt licite appeti, vt ſi homo appetat ſe eſſe ſupra ſuperiores ſuos: hæc enim maioritas manifeſte claudit in ſe peruerſitatem. Et ſimile quid accidit in omni appetitu peruerſæ celſitudinis propriæ, vt patet diſcurrendo per ſpecies ſuperbiæ.

¶ In eodem artic. in reſponſione ad tertium Martinus occur-

A ria bis contra doctrinam huius expoſitionis directe, & nominum more ſuo arguens. Primo in q. 1. de humilitate. ubi dicit, quòd opinio iſta deficit, primo in diſtinguendo humilitatem a magnanimitate: quia ad unam ſpectant hæc uirtutem, ut ꝓbatum eſt. Deficit ſecundo, in diſtinguendo, ſuperbiam, prout aſpernatur ſubiectionē, & prout immoderate tēdit ad magna: ita ꝙ primo mō humilitati, ſecundo magnanimitati opponitur. Et probatur primò, ꝙ ſuperbia, ut aſpernať ſubiectionē, opponiť magnanimitati. Quicūq; dignificat ſe magnis, qbus non eſt dignus, eſt oppoſitus magnanimitati, ut patet in 4. Ethi. ſed qui aſpernatur ſubiectionem, maxime reſpectu magnorū, dignificat ſe magnis quibus nō ē dignus. ergo. Probať minor, quia dignificat ſe magna libertate, qua nō ē dignus Deinde probatur qđ ſuperbia ſecundū qđ tendit immoderate in magna opponitur humilitati Nam ſtat aliquem tendere in magna immoderate, & eſſe humilem: ſed ſtat tendentem immoderate in magna, non aſpernari ſubiectionem eorum, qbus tenetur eſſe ſubiectus. ergo ſuperbia ut tendens immoderate in magna ſine adminiculo aſpernatæ ſubiectionis, opponitur humilitati. Deficit tertio, diſtinguē do puſillanimitatem ut eſt defectus à perſecutione magnorū, & ut eſt applicatio ad viliora quàm deceat, & quòd primo modo opponitur magnanimitati, ſecundo uero humilitati. Et multipliciter probatur quod puſillanimus, ut applicat ſe ad uilia dedecentia ipſum, opponitur magnanimo. Primo, Magnanimitas ſufficienter inclinat ad fugiendum ea, quæ pro ſua vilitate dedecent. ergo puſillanimitas ad uilia dedecentia inclinans, illi opponitur. Probatur antecedens, quia non ſtat animum eſſe magnum tam habitu, quàm actu, & applicare ſe ad talia vilia. Secundo, Magnanimitas inclinat ad contemnendum paruos honores, ut patet in 4. Ethi. ergo & ad contemnendum vilia. Tertio, Magnanimus inclinatur ſecundum ſuum habitum ad uere iudicandum de his quæ ſpectant ad dignitatem hominis, ad huiuſmodi iudicium ſecundum. ergo magnanimus ex habitu ſuo inclinatur ad fugiendum vilia. Antecedens patet 4. Ethicor. Quarto, Magnanimitas inclinat ad deſpiciendum omne quo homò ſit minor, ut patet in 4. Ethicor. ergo. Et confirmatur, quia magnanimus, ut patet 4. Ethicor. immemor eſt beneficiorum, eo quòd minoris eſt recipere beneficia. ergo applicatio ad uilia cum multo minorem reddat hominē, magis fugitur à magnanimo, Quinto, Magnanimitas inclinat ad iudicandum id ſolum eſſe bonum, quod eſt honeſtum ergo inclinat ad deſpiciendum ea, quę pro ſua uilitate dedecent. Antecedens eſt Tullii in 1. de offici. Sexto, Omnis dignificans ſe minoribus, quàm ſit dignus, eſt puſillanimus oppoſitus magnanimo, ut patet 4. Ethicor. ſed applicans ſe ad viliora quam deceant, dignificat ſe minoribus, quàm ſit dignus. ergo.

Li. 2. Ethi. ca. 8. to. 5.

Li. 10. c. 16 c. 1° initiū eſt, Sapiēti circa me.

Ca. 4. pa. 4 nō multū ꝓcul fine Concl. m

¶ Secundo principaliter in prima quæſt. de ſuperbia, arguit quadrupliciter, quòd applicare animum ad res viles, dedecētes hominē. non pertinet immediate ad puſillanimitatē oppoſitā ſupbiæ, vt vult Thomas. Primo, Puſillanimitas oppoſita ſup-

ARTICVLVS PRIMVS
Vtrum ſuperbia ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditř. Vř ꝙ ſuperbia nō ſit peccatum. Nullū.n. pctm̄ eſt repromiſſum à Deo. Promittit enim Deus quod ipſe facturus eſt, nō eſt aūt actor peccati: ſed[b] ſuperbia connumerať inter repromiſſiones diuinas. dř.n. Iſa. 60. Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem, & generationem. ergo ſuperbia non eſt peccatum.

¶ 2 Præt.[h] Appetere diuinā ſimilitudinē nō eſt pctm̄. hoc.n. naturaliter appetit quęlibet creatura, & in hoc optimum eius conſiſtit, & ꝓcipuè hoc conuenit rōali creaturę, quę facta eſt ad imaginē, & ſimilitudinem Dei: ſed ſicut dř in lib.* Sent. Proſperi. Superbia eſt amor ꝓpriæ excellentię, per quam hō Deo aſſimilatur, qui eſt excellentiſſimus. vñ dicit Aug. in 2. confeſſ.* Superbia celſitudinē imitatur, cū tu ſis vnus ſuper oīa Deus excelſus. ergo ſuperbia non eſt peccatum.

¶ 3 Prçt. Peccatū non ſolū contrariať uirtuti, ſed ēt oppoſito vitio, ut patet ꝑ Phi.* in 2. Eth. ſed[h] nullū uitium inuenitur oppoſitum eſſe ſuperbiæ. ergo ſuperbia non eſt peccatum.

B SED CONTRA eſt, quod dř. Tob. 4 Superbiam numquàm in tuo ſenſu, aut in tuo uerbo dominari permittas.

RESP. Dcđm, ꝙ ſuperbia nominatur ex hoc, qđ aliqs ꝑ voluntatem tendit ſupra id qđ ē. unde dicit Iſid. in li.* Etym. Superbus dictus eſt, qa ſup uult uideri q̄ eſt. Qui.n. vult ſupergredi quod eſt, ſuperbus e. Habet āt hoc rō recta, ut uolūtas vniuſcuiuſque feratur in id, ꝙ eſt proportionatum ſibi: & iō

C manifeſtum eſt, ꝙ ſuperbia importat aliquid, quod aduerſať rationi rectæ. Hoc autem facit rationem peccati, quia ſecundum Dionyſium 4. cap. de diui. nominibus.* Malum animæ eſt præter rationem eſſe. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſuperbia eſt peccatum.*

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ ſuperbia dupliciter accipi poteſt Vno mō, ex eo ꝙ ſupergre

D

E

diſ regulam rōis: & ſic dicim⁹ eā eſſe pctm̄. Alio modo, poteſt ſuperbia nominari ſimpliciter à ſuperexceſſu: & ſm hoc omne ſuperexcedēs pt nominari ſuperbia, & ita repromittiſ à Deo ſuperbia, quaſi quidā ſup exceſſus bonorū. Vnde & glo. Hier.* dicit ibidem, ꝙ eſt ſuperbia bona, & mala. Quamuis ēt dici poſſet, ꝙ ſuperbia ibi accipitur materialiter pro abundātia rerum, de quibus poſſunt homines ſuperbire,

Ad II dcm̄, ꝙ eorum quæ naturaliter hō appetit, rō ē ordinatrix: & ita ſi aliquis à regula rōnis recedit uel in plus, vel ī min⁹, erit talis appetit⁹ uitioſus, ſicut patet ď appetitu cibi, ꝙ naturaliter deſideraſ. Superbia aūt appetit excellentiā in exceſſu ad rationē rectam. Vñ Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei,* ꝙ ſuperbia eſt peruerſę celſitudinis appetitus. Et inde eſt ēt, G ꝙ ſicut Aug. dicit in 19. de ciui. Dei.* ſuperbia peruerſe imitaſ Deum Odit namq; cum ſociis æqualitatem ſub illo, ſed imponere vult ſociis dominationē ſuam pro illo.

Ad III dcm̄, ꝙ ſuperbia directè opponitur virtuti humilitatis, quæ quodammodo circa eadē cū magnanimitate exiſtit, vt ſ. dictū eſt.* Vñ & vitiū quod opponitur ſuperbiæ in H defectū vergēs, propinquū eſt vitio puſillanimitatis, quæ op-

Li. 14. ca. 13. circa prin. to. 5.

Li. 19. ca. 12. a med. illius to. 5

q. præced. ar. 1. ad 3.

biæ eſt deiectio appretiatiua minus ſuorū, & maiorum alienorū: ſed hmōi applicatio ad uitia non eſt deiectio appretiatiua &c. quia poteſt eſſe talis abiectio ſine huiuſmodi appretiatione ergo. Secundo, Vitium oppoſitum ſuperbiæ poteſt conſumari ſine corporali miniſterio. ergo. Minor eſt certa, quia non pōt conſumari ſine reb⁹ vilibus. Maior ꝓbaſ authoritate Caſſiani Gala. 5. & patet de ſuperbia diaboli. Et eadem rō eſt de oppoſito. Tertio, Huiuſmodi applicatio interdū venit ex auaritia. aut ex uoluptate carnali. ergo non eſt vniuerſaliter vitium ſuperbiæ oppoſitum: Antecedens patet per experientiam. Quarto, Huiuſmodi puſillanimitas qſi ex defectu magnanimitatis venit ē uitiū directe oppoſitum præſumptioni, ergo non eſt uitiū directe oppoſitum ſuperbiæ. Conſequētia tenet, quia ſecundū Thomam, præſumptio, & ſuperbia ſūt vitia ſpecie diſtincta. Et antecedens probatur quia huic, quod eſt adminiſtrare ea, quæ ſunt ſupra uires, directe opponitur illud, quod eſt adminiſtrare ea, quę ſunt infra uires, & dignitatem hominis, ut pro ſua vilitate hominem deiiciant.

2. reſponſi.

In ſententia habeſ in commētario ad capit. 61. Eſa parū a medio. to. 5.

¶ Ad hæc ordinate reſpondendo dicitur, ꝙ diſtinctio humilitatis a magnanimitate ſat probata, & ſeruata eſt.

¶ Ad primam obiectionem de ſuperbia dicitur, ꝙ falſa eſt illa propoſitio. Superbus aſpernando ſubiectionem, dignificat ſe magnis bonis. & cum probatur: quia dignificat ſe magna libertate, reſpondetur quòd talis libertas non eſt in genere bonorum, ut patet ex hoc, quòd eſt contraria uirtuti: & propterea dignificans ſe tali libertate, non bono, ſed magno malo ſe dignificat.

I ¶ Ad ſecundam obiectionem negatur illa propoſitio, Stat tendentem in magna immoderate non aſpernari ſubiectionem eorum, quibus tenetur ſubdi: quoniam niſi aſpernaretur facto, ſaltem ſubiectionem, qua humilis pollet, nunquam immoderate tenderet in magna. Conſtat autem, quod ſubiectio humilis non eſt ſupererogationis, ſed virtutis neceſſariæ ad uitā politicam, quæ uia eſt cæleſtis patriæ,

¶ Ad ea autem quæ de puſillanimitate obiciuntur. reſpondendo præmittitur, quòd applicare ſe ad uilia contingit dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, uel certo genere. puta, arduorum: & quòd quia oppoſita ſunt circa idem, & magnanimitas, ac præſumptio ſunt circa ardua, puſillanimitas quoque circa ardua eſt per defectum. Et propterea in 4. Ethicorum ponitur una alia uirtus cum ſuis extremis uitiis circa mediocria in honoribus: & ad illius uirtutis oppoſitum uitium per defectum ſpectat applicare ſe ad uilia in genere K mediocrium. Ita quòd primus error argumentorum Martini eſt, quia duorum vitiorum cum ſit applicare ſe ad uilia in certis generibus, ſcilicet puſillanimitatis in genere arduorum, & illius innominati uitii in genere mediocrium, in argumentis ſoli puſillanimitati attribuitur. Secundus uerò error eſt, quòd quia diuiſa in inferioribus ſunt unita in ſuperiori, & humilitas eſt ſuperior tam magnanimitate, quàm illa alia uirtute, utpote faciens hominem bene ſubditum rationi uniuerſaliter: ideo diſcerni debent inter applicare ſe ad uilia in certo genere & ſimpliciter, & perſpici quod per applicare ſe ad uilia ſimpliciter diſtinguitur vitiū humilitati oppoſitum ab vtroque dicto vitio, quoniam vtrinſque ē applicare ſe ad uitia in certo genere. Aduertendum quoque eſt, quòd uitium humilitati oppoſitum per defectum, ex duobus deſcribi poteſt, ſcilicet uel ex materia, uel ex proprio obiecto. Et quòd author quidem ex materia ipſum deſignauit cum dixit, quod eius eſt applicatio ad viliora quàm deceant: ſicut etiam humilitatem. & ſuperbiam ex materia ſæpe deſcribimus dicendo, quòd ſunt circa magna, & circa illa, circa quæ eſt magnanimitas, & circa omnia &c. Poteſt & ex

F obiecto proprio deſcribi dicendo, ꝙ eſt animi applicatio ad ſubiectionem plus q̃ deceat. Nam ſicut humilis appetit ſe ſubiici & ſuperbus aſpernatur ſubiectionem, ita reliquus amplectitur ſubiectionem dedecentem. & hæc deſcriptio non excluditur à prima, ſed comes eſt illius: & prior illa. Nam ex animi vilitate, qua appetit quis ſe ſubiici præter, ſeu contra rationem rectā, prouenit ꝙ vilioribus ſe applicat, quàm deceat.

¶ His ergo præmiſſis, ad primum dr, ꝙ añs eſt verum quoad fugam vilium in genere arduorum, & non ſimpliciter, niſi indirecte fortè, & per redundantiam: alioqn nō eſſet opus illa alia virtute cum ſuis vitiis circa mediocria. Et ꝓpꝓea conſequentia nihil valet: quia in antecedēte eſt ſermo de fuga vilū in genere arduorum, in cōſequente verò de fuga vilium ſimpliciter. Et iſta æquiuocatio, ne ſæpius repetatur, ſubintelligitur in ſequentibus. At ſi ad antecedens reſpectu vilium ſimpliciter probandum inducatur, quòd non ſtat animum eſſe magnum &c. Reſpondetur, quòd hoc non eſt per uiam directe oppoſitionis; ſed per uiam redundantię, quia qui fugit minus vilia, fugit viliora: nos autem loquimur de directè oppoſitis uitiis. Ad ſecundum dicitur eodem modo, quod magnanimitas inclinat directè ad contemptum parui honoris in genere arduorum, per redundantiam autem quandam ad contemptum omnium paruorum: ſed de directa inclinatione, & appoſitione eſt ſermo. Ad tertium eodem modo dicitur, quòd inclinat ad iudicandum uerè &c. in genere arduorum tantum directè, & ideo. Et per hoc dicitur ad quartum, & eius confirmationem, quòd magnanimus directè fugit omne quo fit minor in genere arduorum tātum: per redundantiam autem fugit omnia minora. Ad quintum dicitur, quòd magnanimitas inclinat ad iudicandum ſolum honeſtum in genere ardui eſſe bonum arduum. Ad ſextum dicitur, ꝙ maior, & minor modificandæ ſunt, ſcilicet in genere arduorum: humilitas autem, vt dictum eſt, uilia ſimpliciter fugit. Ad obiecta ſecundo loco, ſ. ex quæſtione de ſuperbia contra idem reſpondetur. Et ad primum dicitur, ꝙ ad vitium oppoſitum humilitati per defectum non exigitur appretiatio alienorum, ſed ſufficit æſtimatio ſuorum: humilitas enim nō eſt virtus ad alterum, ſed ad ſe. Et dicitur, ꝙ minor æſtimatio ſui non poteſt in affectu eſſe ſine applicatione animi ad aliquid uilius, dedecens ſaltem ipſam ſubiectionem præter rationem. Ad ſecundum negatur minor: & ad probationem dicitur, ꝙ male intelligitur litera authoris. Nam non dicit applicationem corporis ad exteriora vilia, ſed dicit applicationem animi ad aliqua uiliora. Conſtat enim quòd animus poteſt intus applicari ad uiliſſima, puta, peccata grauiſſima cogitationum, & delectationum. Ad tertium dicitur, quòd ſi huiuſmodi applicatio interdum ex auaritia, aut ex alio oritur uitio, nihil aliud infert, niſi quòd hoc uitium interdum oritur ex illis aliis uitiis: & non infert quòd non ſit in ſe unicum uitium. Nam ſicut furti uitium poteſt ex multis uitiis oriri, & tamen furti ſpeciem habet, ita contingit in aliis. Ad quartum dicitur, quòd undecunque ueniat puſillanimitas talis, ſi eſt talis, ſcilicet reſpectu uilium ſimpliciter, non directè præſumptioni, ſed ſuperbiæ opponitur: & propterea antecedens eſt falſum. Et ad probationem dicitur, quòd non eſt ad propoſitum: quia loquitur in genere arduorum, & debet probare de fuga uilium ſimpliciter. Eſt igitur uitii ſuperbiæ oppoſiti hoīs animum ad uiliora ſe applicare: ſicut ſiquis ex paruitate animi doctus cum ſit, ignorantiū erroribus ſe ſubiicit, & prouenit huiuſmodi ſubiectio peruerſa ex mala collatione eius, quod Dei eſt in homine ad id, quod ſuum eſt in altero. Nec intelligas per hæc ꝙ dicantur in litera eadem uitia opponi magnanimo, & humili, ſed propter penuriam uocabulorum, ut clarior

fieret

ponitur magnanimitati ſm defectum. Nam ſicut ad magnanimitaté pertinet impellere aim ad magna cótra deſperationé: ita ad humilitaté pertinet retrahere aim ab inordinato appetitu magnorum cótra præſumptionem. Puſillanimitas aũt ſi importet defectum à perſecutione magnorũ, propriè opponiť magnanimitati ꝑ modũ defectus. Si aũt importet applicationé animi ad aliqua viliora, q̃ hoiem deceant, opponiť humilitati ſm defectum: vtrumq; .n. ex animi paruitate ꝓcedit. Sicut & ecótrario ſuperbia poteſt ſm ſuperexceſſum & magnanimitati, & humilitati opponi ſm rões diuerſas, humilitati quidem, ſm ꝙ ſubiectioné aſpernať: magnanimitati aũt, ſm ꝙ inordinatè ad magna ſe extendit. Sed qa ſuperbia ſuperioritatem quãdam importat, directius opponitur humilitati: ſicut & puſillanimitas, quæ importat paruitatem animi in magna tendentis, directius opponitur magnanimitati.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſuperbia ſit ſpeciale peccatũ.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ ſuperbia nõ ſit ſpeciale pctm̃. [h] Dicit.n. Aug.* in li. de natura & gr̃a, ꝙ ſine ſuperbiæ appellatione nullũ peccatũ inuenies. & Proſper dicit in libro† de vita contéplatiua, ꝙ nullũ pctm̃ [h] ſine ſupbia põt, vel potuit eſſe, aut poterit. ergo ſuperbia eſt gñale peccatum.

¶2 Præt. Iob 33. Vt auertat hominé ab iniquitate, dicit gloſ. ꝙ contra conditorem [b] ſuperbire, eſt eius præcepta peccando tranſcendere: ſed ſm [r] Amb. oé peccatum eſt tranſgreſſio legis diuinæ, & cæleſtium inobediétia mandatorum. ergo omne peccatum eſt ſuperbia.

¶3 Præt. Oé peccatũ ſpeciale, alicui ſpãli uirtuti [h] opponiť: ſed ſuperbia opponitur oibus virtutibus. dicit.n. Greg. 34.† Moral. Superbia nequaquã eſt vnius virtutis extinctione contenta, per cuncta aiæ membra ſe erigit, & quaſi gñalis ac peſtifer morbus corpus oé corrũpit. & Iſidor. dicit in libr. Ety- A mol.* ꝙ eſt ruina omnium virtutum. ergo ſuperbia non eſt ſpeciale peccatum.

¶4 Præt. Oé peccatũ ſpãle hét [b] ſpecialé materiã: ſed ſuperbia habet gñalem materiam. dicit .n. Greg. 34 *Moral. ꝙ alter intumeſcit auro, alter eloquio, alter infimis & terrenis rebus, alter ſummis cæleſtibuſq; virtutibus. ergo ſuperbia non eſt ſpeciale peccatum, ſed generale.

B SED CONTRA eſt, qđ Aug. dicit in li.† de natura & gratia. Quærat, & inueniet ſm legem Dei, ſuperbiã eſſe peccatũ multũ diſtinctũ ab aliis vitijs. Genus aũt non diſtinguitur à ſuis ſpeciebus. ergo ſuperbia nõ eſt gñale peccatum, ſed ſpeciale.

RESP. Dcđm, ꝙ peccatum ſuperbiæ dupliciter põt conſiderari. Vno mõ, ſm propriam ſpeciem, quam habet ex ratione C proprii obiecti: & [m] hoc mõ ſuperbia eſt ſpeciale peccatum, [n] quia habet ſpeciale obiectum. Eſt.n. inordinatus appetitus ꝓpriæ excellentiæ, vt dictũ eſt.* Alio mõ põt conſiderari ſm redundantiam quandam in alia peccata: & [p] ſm hoc habet quãdam generalitatem, inquantũ. ſ. ex ſuperbia oriri poſſunt oia peccata duplici ratione. [q] Vno D mõ per ſe, inquantũ. ſ. alia peccata ordinantur ad finé ſuperbiæ, quæ eſt propria excellentia, ad quã põt ordinari oé id, quod quis inordinatè appetit. Alio mõ indirectè, & quaſi per accidens, ſ. remouendo prohibens, inquantum. ſ. hõ per ſuperbiam contemnit diuinam legé, per quam prohibeť a peccando, ſm illud Hiere. 2. Cõfregiſti iugum, rupiſti vincula, di E xiſti, Nõ ſeruiam. Sciendũ tñ ꝙ ad hanc generalitaté ſuperbiæ aiæ pertinet, ꝙ oia vitia interdum ex ſuperbia oriri poſſunt non aũt ad ea pertinet, ꝙ oia vitia ſp ex ſuperbia oriantur. Quamuis.n. oia præcepta legis poſſit quis tranſgredi qualicũque peccato ex contemptu qui pertinet ad ſuperbiam, non tñ ſemper ex contemptu aliquis præcepta diuina tranſgrediť, ſed quandoq; ex ignorantia: quandoq; ex infirmitate. Et in-

Porr. ꝓ tot. 785

Inf. art. 8. cor. Et 1.2 q. 84. ar. 2. Et 2. di. 5. q. 1. art. 3. cor. Et di. 42. q. 2. ar. 3. ad 2. Et Malo. q. 8. art. 2.

* Aug. in li. de natura & gr̃a. c. 29. parum a prin. t. 7.

† lib. 3. c. 2. parum a princ.

* In lib. de para. ca. 8. parum ante med. tomo. 4.

† li. 34. c. 17 cir. princ.

* In lib. 2. de ſummo bono c. 38 a med.

Lib. 34. ca. 18. i prin.

Ca. 29. circa med. tomo. 7.

ſeret doctrina cõicauit author vocabula declarata diuerſa ſignificatione, qua vni. & qua alteri opponiť. Propinquitas quoq; vitiorũ extremorũ, ſ. ſuperbiæ, & præſumptionis, ac puſillanimitatis, & illius innominati cauſa quoq; fuerũt, cum ẽt humilitas & magnanimitas conueniant in materia non ſimpliciter ſed quodammodo, vt in hac litera dř in principio huius rñſionis. Et hinc hẽs quantũ ſeipſo doctior euaſerit author hic, vbi diſtinguit quõ ſuperbia diuerſa ſignificatione opponitur magnanimitati & humilitati, cum q. 8. de malo, art. 2. ſuperbiã abſq; diſtinctione opponi magnanimitati, & puſillanimitati, prius dixerit.

SVP. QV. CLXII. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiuſdem q. 162. aduerte quòd Martinus vbi ſupra,* volens ꝙ ſuperbia ſit appetitus excellentiæ deſpectiuæ, ſi intendat ꝙ eſſe deſpectiuum, ſeu cõtentiuũ, eſt de ratione ſuperbiæ, bene ſentire vř: quia cõtemptus Dei eſt proprius ſuperbiæ actus, vt infra patet, & conſequenter contemptus aliorum venit. Si aũt intẽdat, ꝙ ꝓpterea oportet addere iſtã particulã in definitione ſuperbiæ ad determinandũ qualis celſitudinis ſit appetitus, quia ſ. nõ cuiuſcumque, aut qualiſcumque, ſed contemptiuæ celſitudinis eſt appetitus, minus perſpicaciter ſentire vř, tũ ꝓp ſupradicta: tum quia cõtemptus ſuperbiæ adeſt ex parte auerſionis magis q̃ ex parte conuerſionis, ſeu obiecti: qm̃ ex parte obiecti, vt patet diſcurrendo per ſpecies ſuperbiæ, non habetur contemptus expreſſe, niſi in quarta ſpecie, vt patet ex antedictis. Sed ex parte auerſionis, qa ſuperbus ad non ſubiici Deo per ſe tendit, dũ primũ quod aſpicit & appetit vt rõnem oís celſitudinis, eſt non ſubiici Deo: appetit.n. quicquid appetit per modum nõ ſubditi, Sicut humilis ex oppoſito, ad qcquid tendit, tendit vt ſubditus Deo, & ei quod Dei eſt. Sicut.n. humilitas modũ ſubiectionis Deo apponit omni ſuo appetitui, ita ſuperbia modũ aſpernatæ ſubiectionis Deo, & ei qđ Dei eſt, apponit omni ſuo appetitui. Et ꝓpterea contemptiua merito ex parte auerſionis, magiſq̃ ex parte cõuerſionis ad obiectum, ſ. celſitudiné, dř. Et qm̃ rões Martini nihil aſſumunt, niſi ꝙ ſuperbus eſt contemptiuus, & ſimiliter nihil aliud cõcludunt, niſi ꝙ ſuperbia eſt contemptiua, & vtrumq; verum eſt: ideo ſuperfluũ duxi afferre octo argumẽta ſua. Sat eſt diſputatori vti diſtinctione ſupradicta, ſ. ꝙ eſſe contemptiuũ vel dř eſſe de ratione ſuperbiæ, & conceditur: aut eſſe particulam addendam ad definitionem, vt qualificetur celſitudo appetita per ſuperbiã, & hoc negatur: quia appetitum à ſuperbia eſt perſonæ propriæ celſitudo ſimpliciter peruerſa vel in ſe, vel in modo appetendi, & expreſſus cõtẽptus ex parte auerſionis ſe tenet. Erunt autem hæc manifeſta magis in artic. 5. & deinceps.

Concl.

Ar. præce.

Concl. ꝑ.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum, dubium occurrit ad hoiem: qm̃ ibi ponitur contemptus ꝑcepti interior actus ſuperbiæ: & ſuperius in tractatu de inobedientia definitũ eſt, quòd contemptus præcepti eſt proprius actus inobedientiæ, vt eſt ſpeciale vitium a ſuperbia, & reliquis vitiis diſtinctũ. Quomodo ſtant hæc duo ſimul?

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia primogenita ſuperbia ex parte auerſionis, inobedientia videtur: ideo actus inobedientiæ elicitiue attribuitur in litera ſuperbiæ, cuius eſt originaliter. Perſpicacius autem, quòd ſicut cõtemptus hoim ex faſtidio ſubiectionis ad Deum, & id quod Dei eſt, vt ſuperbiæ

perbiæ vitiũ formaliter ſpectat: ita contẽptus præcepti ex contemptu ſubiectionis ad Deũ, actus eſt ſuperbiæ formaliter. Ita q; contemptus p̃cepti ex faſtidio præcepti, eſt prius inobedientiæ actus. Sed cõtemptus præcepti ex faſtidio ſubiectionis ad Deũ, eſt actus ſuperbiæ, cui proprium eſt faſtidiũ ſubiectionis ad Deũ. Et quod dictũ eſt de contemptu præcepti extendẽdum eſt ad contemptũ cuiuſcumq; alterius perſonæ, officii &c. ex faſtidio diuinæ ſubiectionis. Sp.n.huiuſmõi cõtemptus formaliter eſt actus ſuperbiæ in quacumque materia ſit.

Cap. 29. in med. to. 7.
2. reſpõſio
In cor. ar.

SVP. QVÆ. CLXII. ARTIC. III.

¶ Ad horum euidentiam ſciendum eſt, q actus humanus dupliciter qualificatiuus intelligitur, ſicut dupliciter ſumitur qualitas, vt dr̃ in 5. Metaphyſicæ. ſ. pro differentia, & pro accidente. Dicitur ſiquidem primo actus humanus talis in eſſe naturæ ex differentia conſtitutiua ipſius in ſpecifico eſſe naturæ: ſicut uiſio dicitur cognitio talis, & auditio cognitio ex differentiis conſtituentibus cognitionem in ſpecie viſionis, & auditionis in ſuo eſſe naturalibus. Dicitur ſecundo actus humanus talis in eſſe morali, ex accidentali conditione conſtituente ipſum talem in eſſe morali: ſicut uiſionem dicimus impudicã ex appoſitione conditionis malæ moraliter. Et qm̃ morale ſupponit naturale, habetque ſe ad naturale ut accidens ad ſubſtantiam, ille actus dr̃ eſſe ſupra facultatem humanæ naturæ, quo ad ſubſtantiam actus, qui ſecundum naturalem ſuam ſpeciem excedit facultatem humanæ naturæ.
E Ille uerò dicitur eſſe ſupra humanam naturam quantum ad modum actus, & non quantum ad illius ſubſtantiam, qui ſecundum naturalem quidem ſpeciem poteſt ab homine fieri: ſed ſecundum moralem conditionem excedit humanas uires, ut diligere Deum meritorie. Poteſt enim homo naturæ viribus Deum diligere, ſed non meritorie, niſi ex infuſa charitate, quæ ſi apponatur actui, quo diligo Deum, actus meæ dilectionis ſortitur ex ea hunc modum, ſcilicet meritorie. Et ſimiliter poſſum ego ex proprio intellectu & uoluntate aſſentire his quæ ſunt fidei, ſed non laudabiliter &c. niſi ex habitu fidei habeatur iſte modus. Non ſunt autem actus excedentes quo ad ſubſtantiam actus humanam naturã, unius rationis. Nam quidam ita excedunt, ut ſint incommunicabiles eidem, ut creare: uel de facto homini non communicantur, niſi deprecatiue, ſeu operatiuè, ut facere Solem ſtare, mortuum reſuſcitare, & huiuſmodi, quæ, ut infra patebit, Deus ipſe ad hominis orationem, uel nutum operatur. Quidã verò ſunt qui de facto cõmunicantur homini, ut uidere Deũ. Huiuſmodi enim actus ſecundum ſuã naturalem ſpeciem, excedi-

quę aũt ex potẽtia nuda, ut patet in his q ex iudicio rõis aliquid operanť anteq̃ habeãt habitũ. Pot aũt ꝓphetia ad paſſioné reduci, ſi tñ nomen paſſionis pro qualibet receptione accipiať, prout Philo. dicit* in 3. de aĩa, ꝙ itelligere pati quod dã eſt. Sicut. n. in cognitione naturali intellectus poſſibilis patiť ex lumine intellectus agentis: ita & in cognitione ꝓphetica intellect⁹ humanus patiť ex illuſtratione diuini luminis.

lib. 3. text. 12. tom. 2.

G

Ad II dcđm, ꝙ ſicut in reb. corporal bus abeũte paſſione remanet q̃dã habilitas ad hoc, ꝙ iterum patiať, ſicut lignũ ſemel inflammatũ facilius iterũ inflammať: ita ẽt in intellectu prophetæ ceſſante actuali illuſtratione, remanet quædã habilitas ad hoc, ꝙ facilius iterato illuſtreť: ſicut ẽt mens ſemel ad deuotioné excitata, facilius poſtmodũ ad deuotioné priſtinã reuocať. Propter qđ Aug. in libro* de orando Deũ, dicit eſſe neceſſarias crebras orationes, ne cõcepta deuotio totaliter extinguatur. Põt tñ dici, ꝙ aliquis dr̃ propheta ẽt ceſſante actuali prophetica illuſtratione, ex deputatione diuina, ſm illud Hierem. 1. Et prophetam in Gentibus dedi te.

H

Epiſt. 121. ca. 9. circa medium, tom. 2.

Ad III dcđm, ꝙ oẽ donum gratię hominé eleuat ad aliqd, quod eſt ſupra naturam humanã: quod quidé põt eſſe dupliciter Vno mõ, quantũ ad ſubſtantiã actus, ſicut miracula facere, & cognoſcere occulta & incerta diuinę ſapiẽtiæ: & ad hos actus nõ dať hoĩ donũ gratiæ habituale. Alio mõ eſt aliquid ſupra naturã humanam: quantũ ad modum actus, non autem quantum ad ſubſtantiam ipſius: ſicut diligere Deum, & cognoſcere eum in ſpeculo creaturarũ: & ad hoc datur donũ gratiæ habituale.

Articvlvs III.

Vtrum prophetia ſit ſolum futurorum contingentium.

Ad tertivm ſic ꝓcediť. Vr̃ ꝙ prophetia ſit ſolũ futurorũ contingentium. Dicit. n.* Caſſio. ꝙ prophetia eſt inſpiratio, uel reuelatio diuina rerum euentus immobili ueritate denuntians: ſed euentus pertinet ad cõtingẽtia futura. ergo de ſolis contingentibus futuris ſit reuelatio ꝓphetica.

* In proœ. per Pſal. c. 1. in princ.

¶ 2 Præt. Grã prophetiæ diuiditur contra ſapiẽtiam & finé, q̃ ſunt de diuinis: & diſcretioné, ſpũum, q̃ eſt de ſpiritibus creatis: & ſcientiã, quæ eſt de rebus humanis, ut patet 1. ad Cor. 12. habitus aũt & actus diſtinguũtur ſm obiecta, ut patet per ea quæ ſupra dicta† ſunt. ergo vr̃ ꝙ de nullo pertinente ad aliquod horum ſit prophetia, relinquitur ergo quòd ſit ſolum de futuris contingentibus.

H

† 1. 2. q. 54. art. 2.

¶ 3 Præt. Diuerſitas obiecti cãt diuerſitaté ſpecieĩ, ut ex ſupradictis* patet. Si ergo prophetia quædã ſit de futuris contingentibus, quædam aũt de quibuſdã aliis rebus, ur̃ ſequi ꝙ non ſit eadem ſpecies prophetiæ.

I

1. 2. q. 54 art. 2.

Sed contra eſt, qđ Greg.* dicit ſuper Ezec. ꝙ Prophetia quædam eſt de futuro: ſicut id quod dr̃ Iſa. 7. Ecce, uirgo concipiet, & pariet filium: quædã de præterito, ſicut id quod dr̃ Geneſ. 1. In principio creauit Deus cęlum & terrã: quędã de præſenti, ſicut id quod dicitur 1. ad Cor. 14. Si omnes prophetent, intret aũt quis infidelis, occulta cordis eius manifeſta fiunt. Nõ ergo eſt prophetia ſolum de cõtingentibus futuris.

Hom. 1. in Ezec. in pr.

K

cedit limites facultatis naturæ humanæ, & creaturæ cuiuſcũq; & eſt ſoli Deo connaturalis. Cõcitatur aũt aĩæ noſtræ nõ ſolum qa in ea actus iſte poniť, ſed qa, vt in litera dr̃, eleuať per donũ Dei aĩa ad hoc ut ſit potens elicere talé actum, qui ſuæ facultatem naturæ nudæ excedit. Ita ꝙ fit, vt actus talis nõ excedat facultatem naturæ eleuatæ, qui excedit facultatem naturæ.

1. reſpon.

¶ Ad primã ergo obiectionem in oppoſitũ dĩ, ꝙ aliud eſt actum cognitionis eſſe quo ad ſubſtãtiã actus ab intellectu noſtro, & aliud eſt actũ cognitionis excedere quo ad ſubſtantiã actus facultaté naturalem intellectus noſtri. Nam primũ ſignificat actũ cauſari quo ad ſubſtãtiã actus a noſtro intellectu, quod verificatur de intellectu noſtro eleuato p donum diuinum. Secundũ aũt ſignificat ꝓportionem actus illius ſm ſubſtantiã ad naturalem facultaté illius Vñ actus uidendi Deũ in patria, eſt ab intellectu creato, eleuato tamen quo ad ſubſtantiam actus. Cognitio ſiquidem Dei contrahitur ad cognitionem uiſiuã per diuiam ſubſtantiã ſé in eſſe naturę: ita ꝙ nõ eſt ibi actus ſubſtratus, q ſm cognitio Dei, & p appoſitioné luminis gloriæ ſit uiſio: quẽadmodum cõtingit in actu dilectionis Dei ex charitate: ſed tñ eſt ibi act⁹ ſubſtratus, quẽadmodũ natura generis intelligiť ſubiecta naturę differẽ. Et ſimile, quo ad ꝓpoſitũ, habes in viſione corporali. Poſtẽtia. n. uiſiua eſt principiũ videndi quo ad ſubſtantiã actus, non ita ꝙ uiſus eliciat ſubſtantiã actus uidendi & ſpecies uiſibilis apponat accidẽtalé qualitatem, qua uiſio ſit talis, puta, uiſio albi, qm impoſſibile eſt uidere, & nihil uidere: ſine ſpecie autẽ uiſibili nihil uidetur. Nõ igitur oculus ſine ſe eſt principium videndi, ſed ita ꝙ in ſua ſpecie perfectus parit viſionem talem eſſentialiter. Dicitur autem quod uiſus eſt propria cauſa uiſionis ſecundum ſubſtãtiam, & ſpecies propria cauſa viſionis ſm qualitatem, eſſentialem tamen, ut inde percipiatur reſolutio prædicatorum eſſentialium, ſcilicet differentiæ, & generũ in ſuas cauſas. Sicut dicimus ꝙ fortis, inquantum hic, & inquantum hõ, & inquantum animal, & tandem inquantum ens, habet aliam & aliam propriam cauſam, in quã reduci per ſe primo oportet effectũ huiuſmodi. Et non dicuntur hæc, quaſi effectus habeat plures res, quarum vna cauſatur ab vna, & altera ab altera cauſa, vt in Metaph. patet. Et per hoc patet ſolutio ſecundæ obiectionis. Nulla ſiquidem implicatio eſt dicere, ꝙ actus ſecundum ſubſtãtiam ſuam, hoc eſt, naturalem ſuam ſpeciem, excedit facultatem hominis naturalem, & dicere cum hoc, ꝙ hmõi actus quo ad ſubſtantiam ſuam, vere eſt hoĩs eleuati, & vere cãtur ab hoĩe eleuato, & vere eſt actus vitalis, & ab intrinſeco hoĩs eleuati per diuinum donum ſiue habituale, vt in patria, ſiue per modum paſſionis, vt in propoſito de ꝓphetis dicimus. Habes q; hinc aliam prophetiæ conditionem. ſ. ꝙ non eſt habituale ſed actuale donum p modum tranſeuntis.

2. reſpon.

F

Porro 814

Inf. q. 172 a. 1. cor. & ad 4. Et veri. q. 12. a. 1. & 1. Iſa. 1. princ. Et Ro. 12. lect. 2. & 1. Cor. 14.

SVP. Q. CLXXI. ART. III.

In a. 3. eiuſd. q. 171. in rñ. ad ſecundũ, nota diligentiſſime drĩam inter fidem, & prophetiam in hoc, ꝙ fides dat nõ cognitionem eorum q̃ ſũt fidei, ſed aſſenſum ad illa quæ ſunt cognita ab aliis, ſcilicet a perſonis, diuinis ſaltem: prophetia aũt dat cognitionem.

¶ Sed occurrit hic nõ diſſimulanda qõ, An cognitio negata fidei attributa prophetæ, ſit cognitio euidentię. Et eſt ratio dubii, quia ex ipſa negatione cognitionis à fide, apparet ꝙ de notitia euidentiæ eſt ſermo. Nã nulla alia cognitio à fide negatur, niſi euidentiam habẽs: ex reuelatis uero apparet oppoſitum. Nam cũ prophetis reuelata ſit Trinitas, ut in litera author teſtať ex Iſa. 6. c. ubi ſupremi angeli illam reuelaſſe inducuntur; & conſtat Trinitatis euidenté notitiam non habuiſſe prophetas, qui nõ viderunt diuinã eſſentiã. Et ſimiliter poteſt argui de incarnatione Verbi &c.

¶ Huic qõni in art. 5. reſpondendum eſt, in quo ex propoſito de certitudine prophetiæ cognitionis eſt ſermo.

¶ In eod. ar. 3. in reſp. ad tertium, nota diligenter hanc doctrinam ponentem unitatem ſpecificã prophetiæ ex diuini luminis vnitate, non obſtante tanta eorum diuerſitate, quæ per propheticum lumen manifeſtatur. Ecdr̃ hoc directe ad argũ, ꝙ diuerſitas obiecti cauſat diuerſitatem ſpecificam. Contra hanc ſiquidem doctrinam inferius in ar. 1. q. 174. obiicietur, vbi author oppoſitum in hac eadem materia determinare vr̃. Et ideo qõ iſta illuc vſque tractanda differatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ manifeſtatio, quæ fit A per aliquod lumen, ad oĩa illa ſe extendere põt, q̃ illi lumini ſubijciũtur: ſicut viſio corporalis ſe extendit ad oẽs colores, & cognitio naturalis aĩe ſe extendit ad oĩa illa quæ ſubduntur lumini intellectus agẽtis. Cognitio aũt prophetica eſt per lumẽ diuinũ, quo poſſunt oĩa cognoſci tã diuina q̃ humana, tã ſpiritualia q̃ corporalia. Et iõ [m] reuelatio prophetica ad oĩa hmõi ſe extendit, [n] ſicut de his quæ pertinent ad Dei excellentiã, & angelorũ ſpirituũ miniſterio reuelatio prophetica facta eſt, vt Iſa. 6. vbi dr̃, Vidi Dñm ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ. Cuius ẽt prophetia cõtinet ea q̃ B pertinent ad corpora naturalia, ſm Iſa. 40. Quis menſus eſt pugillo aquas &c? Continet ẽt ea quæ ad mores hoium pertinent, ſm illud Iſaiæ 58. Frãge eſurienti panẽ tuum &c. Cõtinet ẽt ea quæ pertinent ad futuros euẽtus, ſm illud Iſa. 47. Veniẽt tibi duo in die vna ſubito, ſterilitas, & viduitas. Conſiderandũ tñ ꝙ quia prophetia eſt de his, quæ procul à noſtra cognitione ſunt, [p] tãtò aliqua magis proprie ad prophetiã pertinẽt, quanto lõgius ab humana cognitione exiſtunt. Horũ aũt eſt triplex gradus [q] quorũ vnus eſt eorũ quæ ſunt ꝓcul a cognitione huius hominis ſiue ſm ſenſum, ſiue C ſm intellectũ, nõ aũt a cognitione oĩum hominũ: ſicut ſenſu cognoſcit aliqs hõ q̃ ſunt ſibi p̃ſentia ſm locũ, q̃ tñ alius humano ſenſu, vtpote ſibi abſentia, nõ cognoſcit. Et ſic Heliſęus prophetice cognouit quæ Giezi diſcipulus eius in abſentia fecerat, vt hr̃ 4. Regu. 5. ſimiliter cogitationes cordis vnius, alteri prophetice manifeſtantur, vt dr̃ 1. ad Cor. 14. Et per hunc modũ ẽt ea quæ vnus ſcit demonſtratiue, alij poſſunt prophetice reuelari. Secundus aũt gradus eſt eorũ quæ excedũt vniuerſaliter cognitionẽ oĩum hominũ nõ quia ſm ſe nõ D ſint cognoſcibilia, ſed ꝑꝑ defectũ cognitionis humanæ, ſicut myſteriũ Trinitatis, qđ reuelatũ eſt ꝑ Seraphim dicẽtia, Sanctus, Sãctus Sanctus &c. vt hr̃ Iſa. 6. Vltimus aũt gradus eſt eorũ q̃ ſunt ꝓcul ab oĩum hominũ cognitione: quia in ſeipſis non ſunt cognoſcibilia, vt cõtingẽtia futura, quorũ veritas nõ eſt determinata. Et quia qđ eſt vniuerſaliter & ſm ſe, potius eſt eo qđ eſt particulariter, & ꝑ aliud: iõ [r] ad prophetiã propriſſime pertinet reuelatio euentuũ futurorũ [s] vñ & nomen prophetiæ ſumi vr̃. Vñ Greg.* dicit ſuꝑ Ezechielẽ. Et cũ iõ prophetia dicta ſit, ꝙ futura prędicat, qñ de pręterito, vel p̃ſenti loqtur, rõnẽ ſui nominis amittit. E

Concl. m — *Concl. p* — *Concl. q* — *Concl. ſ* — Homil. 1. in Ezech. in prin. illius.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ prophetia ibi diffinitur ſm id, quod proprie ſignificatur nomine prophetiæ: & per hũc ẽt modum prophetia diuiditur contra alias gratias gratis datas. Vñ patet reſpõſio ad ſm, q̃uis poſſit dici ꝙ oĩa quæ ſub prophetia cadunt, conueniunt in hac ratione, ꝙ non ſunt ab homine cognoſcibilia, niſi per reuelationem diuinam. Ea vero quæ pertinent ad ſapientiam, & ſcientiam, & interpretationem ſermonũ, poſſunt naturali ratione ab homine cognoſci, ſed altiori modo manifeſtantur per illuſtrationem diuini luminis. Fides aũt etſi ſit de inuiſibilibus homini, tamen ad ipſam non pertinet eorum cognitio quæ creduntur, ſed ꝙ homo per certitudinem aſſentiat his quæ ſunt ab alijs cognita.

2. reſponſ.

AD III dcẽm, ꝙ [t] formale in cognitione prophetica eſt lumẽ diuinum, a cuius vnitate prophetia habet vnitatem ſpeciei, licet ſint diuerſa quæ per diuinum lumen prophetice manifeſtantur. D. 1067.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum propheta per diuinam reuelationem cognoſcant omnia quæ poſſunt prophetice cognoſci.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ propheta B per diuinã reuelationẽ cognoſcat oĩa quæ poſſunt prophetice cognoſci. Dicit. n. Amos. 3. Non faciet dñs Deus verbũ, niſi reuelauerit ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos [h] prophetas: ſed oĩa q̃ prophetice reuelãtur, ſunt uerba diuinitus facta. nihil ergo eorũ ẽ qđ ñ reueleĩ ꝓpheticè.

¶ 2 Præt. Dei [h] pfecta ſunt opa, vt dr̃ Deut. 32. ſed prophetia eſt C diuina reuelatio, vt * dictũ eſt. ergo eſt perfecta, qđ non eſſet, niſi perfecte oĩa prophetabilia prophetice reuelarentur, quia perfectum eſt, cui nihil deeſt, vt dr̃ in 3. Phyſi. ergo prophetæ omnia ꝓphetabilia reuelãtur.

¶ 3 Pręt. Lumẽ diuinum quod cauſat prophetiam, eſt [h] potentius q̃ lumẽ naturalis rõnis, ex quo cauſatur humana ſcientia: D ſed homo qui habet aliq̃ ſcientiã, cognoſcit oĩa illa quæ ad illã ſcientiã pertinent, ſicut grãmaticus cognoſcit oĩa grammaticalia. ergo videtur ꝙ propheta cognoſcit oĩa ꝓphetabilia.

SED CONTRA eſt, quod *Greg. dicit ſuper Ezech. ꝙ aliquando ſpiritus prophetiæ ex præſenti tangit animum prophetantis, & ex futuro nequaq̃ tangit. Aliqñ aũt ex præſenti non tangit, & ex futuro tangit. non ergo propheta cognoſcit omnia prophetabilia.

RESPON. Dicendum, ꝙ diuerſa non eſt neceſſe E eſſe ſimul, niſi ꝑꝑ aliquod vnũ, in quo connectuntur, & a quo depẽdent: ſicut ſ. * dictũ eſt, ꝙ virtutes oẽs neceſſe eſt eſſe ſimul ꝑꝑ prudentiã, vel charitatẽ. Oĩa aũt quæ per aliquod principiũ cognoſcuntur, connectuntur in illo principio, & ab eo dependent. Et iõ qui cognoſcit perfecte principiũ ſm totã eius uirtutẽ, ſimul cognoſcit oĩa quæ per illud principiũ cognoſcuntur. Ignorato autẽ cõi principio, uel cõiter apprehenſo, nulla neceſſitas eſt ſimul omnia cognoſcẽdi, ſed unumquodq; eorũ ꝑ ſe oportet manifeſtari: & ꝑ conſequens coeorũ poſſunt cognoſci, & alia non cognoſci. Principium aũt eorum, quæ diuino lumine prophetice man:fe-

SVP. QV. CLXXI. ARTIC. IIII.

IN ar. 4. eiuſdem q. in corpore articuli aduerte, ꝙ illa propoſitio, Diuerſa nõ oportet eſſe ſimul, niſi ꝑꝑ aliquod vnũ, in quo cõnectuntur, & a quo depẽdent, ſi acciperetur vt iacet, magnam haberet quæſtionẽ de diuerſis quæ ſunt inter ſe ſm ſe connexa vt cęlum, & illius figura, vt vniuerſaliter ſubiectũ & propria paſſio. Hęc. n. proprie nõ connectuntur in tertio, puta generante, ſed inter ſe ſm ſeipſa. Sed ſi accipiatur in ordine ad materiã ſubiectã, de qua eſt quæſtio, non habet difficultatem. Eſt. n. de totaliter diuerſis ſermo quoniam ẽt totaliter diuerſa prophetice reuelationi ſubſunt. Et propterea intellecta illa propoſitio de totaliter diuerſis, plana eſt, & optime ſeruit propoſito. Cęlum autem & ſua figura, ſubiectum & paſſio, & alia huiuſmodi, non ſunt totaliter diuerſa, cum conſtet ꝙ neceſſario ſunt idem ſuppoſitaliter, ſeu ſubiecto. Total. ſ. n. diuerſitas huiuſmodi identitati non compatitur.

Parte. 3 m. — 815 — Veri. q. 12. ar. 1. ad 5. Et Roma. 15. lect. 3. prin. — Arti. 3. huius quæſt. — Lib. 3. tex. 63. tom. 2. — Hom. 1. in Ezechielẽ inter principium & medium. — 1. 2. q. 65. ar. 1. & 3.

manifeſtantur, eſt ipſa ueritas prima, q̃ prophetę in ſeipſa nõ uident: & ideo [m] nõ oportet ꝙ oĩa prophetabilia cognoſcát: ſed quilibet eorũ cognoſcit ex eis aliqua ſẽm ſpecialem reuelationem huius, uel illius rei.[a]

G Ad Primvm ergo dicendum, ꝙ Dominus omnia quæ ſunt neceſſaria ad inſtructioné fidelis populi, reuelat prophetis, non tamen omnia oĩbus, ſed quædam uni, quædam alij.

Ad II dcd̃m, ꝙ prophetia eſt ſicut quiddã imperfectũ in gñe diuinę reuelationis. Vñ dicit̃ 1. ad Corint. 13. ꝙ ꝓphetiæ euacuabunt̃: & ꝙ ex parte prophetamus. i. imperfecte. Perfectio ãt diuinę reuelationis erit in patria. vnde ſubditur: Cũ venerit qđ perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Vnde nõ oportet, ꝙ ꝓpheticæ reuelationi nihil deſit, ſed ꝙ nihil deſit eorũ, ad q̃ prophetia ordinat̃.

Ad III dcd̃m, ꝙ ille qui hẽt aliq̃ ſciẽtiam, cognoſcit principia illius ſciẽtiæ, ex quibus oĩa q̃ ſunt illius ſciẽtiæ depẽdent. Et iõ q̃ imperfecte hẽt habitũ alicuius ſcientiæ, ſcit oĩa q̃ ad illã ſcientiã pertinent: ſed per prophetiã non cognoſcitur in ſeipſo principium prophetaliũ cognitionum, quod eſt Deus. Vnde non eſt ſimilis ratio.

Articvlvs V.

Vtrũ propheta diſcernat ſemꝑ quid dicat per ſpiritum proprium, & quid per ſpiritum prophetiæ.

G Ad qvintvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ propheta diſcernat ſemper qđ dicat ꝑ ſpiritũ propriũ, & quid per ſpiritum prophetiæ. Dicit. n.* Aug. in 6. cõfeſ. ꝙ mater ſua dicebat diſcernere ſe neſcio quo ſapore, qué verbis explicare nõ poterat, quid intereſſet inter Deũ reuelãtẽ, & inter aĩam ſuã ſõniãtẽ: ſed prophetia eſt reuelatio diuina, vt* dictũ eſt. ergo ꝓpheta ſemꝑ diſcernit id, quod H Deus ꝑ ſpiritũ ꝓphetiæ dicit, ab eo qđ loq̃tur ſpiritu ꝓprio.

¶ 2 Præt. Deus non præcipit aliquid impoſſibile, ſicut* Hiero. dicit: præcipitur aũt prophetis Hierem. 23. Propheta qui hẽt ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum vere. ergo propheta [h] poteſt diſcernere quid habeat ꝑ ſpiritũ prophetiæ ab eo, qđ aliter videt.

I ¶ 3 Præt. Maior eſt certitudo q̃ eſt per diuinum lumen, q̃ quæ eſt per lumẽ rationis naturalis: ille aũt qui habet ſcientiã, pro certo ſcit ſe habere. ergo ille qui habet prophetiam per [h] lumẽ diuinum, multo magis certus eſt ſe habere.

SVPER QVÆST. CLXXI. ARTIC. V.

Ferr. 3. cont. c. 154.

IN ar. 5. eiuſdem q. 171. no. primo cautiſſime diſtinctioné prophetiæ, ſ. per expreſſam diuinam reuelationem, vel per inſtinctum diuinum, & differentiam tantam inter membra huius diſtinctionis, vt prima ſit prophetia ſimpliciter: ſecunda aũt non oportet ꝙ ſit prophetia, niſi ſecũdum quid. Prima parit certitudinem in mente ꝓphetæ quo ad duo, vt in litera dr̃: videlicet & quo ad reuelata, & quo ad reuelationem, ita ꝙ propheta per expreſſam reuelationem inſtructus, clare ſcit quæ ſibi reuelantur, & clare ſcit quòd Deus hoc ſibi reuelat. Secunda autem neutrum horum oportet ꝙ det. Prima eſt prophetia, vt dictum eſt, ſimpliciter. Secunda eſt imperfectum quid in genere prophetiæ, vt in litera dicitur. (Conclusio)

¶ Nota ſecundo, ꝙ horum duorum quæ in litera ponuntur, certe cognoſci a propheta primum. ſ. res reuelata, non directe ſpectat ad hunc articulum, ſed ad 4. arti. q. 173. vbi quæritur, an prophetæ cognoſcãt quę prophetant. Secundũ autem. ſ. ipſa reuelatio diuina directe p̃ſentis eſt quæſtionis. Et ad hoc tendit intentio literæ, an ſcilicet propheta ſciat, quando prophetat in eis vel extra, ꝙ Deus ſibi reuelat.

¶ Nota tertio, ꝙ in litera ad partem affirmatiuam dictæ quæſtionis afferuntur tres probationes Prima, ex authoritate Hieremiæ: ſecunda, ex certitudine noſtræ fidei: tertia, ex facto Abrahæ: quæ probationes poſt declaratum ſenſum concluſionis diſcutiendæ ſunt. Nota quarto deſcenſus gradus in diuinis inſtructionibus. Nam reue K latio diuina multiplex cum ſit, prophetia in reſponſione ad ſẽm præcedentis articuli poſita, eſt quid imperfectum in genere diuinæ reuelationis. Hic auté inſtinctus propheticus ponitur imperfectum quid non in genere diuinæ reuelationis, ſed in genere prophetiæ. Vbi videre potes quantum a diuina diſtet reuelatione inſtinctus propheticus, vt non meruerit, etiam vt imperfectum quid, in illo admitti genere.

¶ In eodem articulo motum ſuperius in ar. 3. ad ſecundum occurrit dubium, qualis. ſ. eſt certitudo prophetica. Ad quod procul dubio dicitur, ꝙ ſecundum authoris doctrinam eſt certitudo euidentiæ quo ad ipſum prophetam ita ꝙ lumen propheticum non ſolum eſt in ſe certum, quia diuinum, vt etiam de lumine fidei ſuperius didicimus: ſed etiam ex parte noſtri. ſ. hominum prophetarum, eſt certiſſimum: & facit in propheta euidentiam & eorum quæ ei reuelantur, & ipſius reuelationis, ꝙ eſt a Deo. Neque. n. minus certus eſt propheta, neque minus videt ꝙ Deus tũc hoc ſibi reuelat, q̃ nos ſimus certi, & videamus nos ſcire prima principia per lumen naturale. Et ſimiliter in lumine diuinitus menti ſuæ infuſo videt ea quæ ſibi reuelantur: ſicut nos in lumine naturali videmus prima principia, & concluſiones in & ex eis. Hanc aũt ſniam tenet author & in arti. 3. q. 10. de veritate, & tertio contra Gentiles ca. 154. clariſſime, & ſic apud perſpicaces, dum cognitionem illam tribuit prophetis, quã habent illi, qui cognoſcunt ea quæ ſunt fidei, quibus & innititur fides. Conſtat aũt ꝙ per ſe loquendo, fidem præſtans cognitus ab alio, cognitionem euidentiæ ſupponit in illo: alioquin in infinitum procederetur, dum ille crederet alteri. Dicit ẽt in reſponſione ad argumenta hic author, ꝙ patet reſponſio ad obiecta, inter quæ erat tertium de certitudine euidẽtiæ, qua ſciens ſcit ſe ſcire. Et conſtat, ꝙ non aliter patet reſpõſio, niſi quia cõceditur qđ lumen propheticũ non minus dat talẽ certitudiné. Dicet quoq; inferius in artic. 3. q. 174. ꝙ finis prophetię eſt manifeſtatio veritatis ſup. hoĩem exiſtentis, ita ꝙ ad hoc ordinatur prophetica reuelatio, vt manifeſtetur prophetæ veritas reuelatorũ. Conſtat aũt ꝙ ſine euidentia non manifeſta eſt veritas.

(Per portæ. — 3. concl. c. 154. Et uerit. q. 12. artic. 1. ad 2. & 16. — Li. 6. c. 13. a medio, to. 1 — Art. 3. huius queſt.)

¶ Ad obiectioné auté in oppoſitũ ſuperius allatam ex hoc, ꝙ reuelata prophetis non videntur ab illis, vt patet de myſterio Trinitatis &c. reſpondetur, ꝙ reuelata prophetis quantum ad id qđ de illis reuelatũ eſt, videntur a prophetis, non auté quantũ ad oĩa. Vnde Trinitas, & incarnatio & ſimilia, nõ ſunt reuelata ꝓphetis quantũ ad quæſtioné quid eſt, ſed quãtũ ad quæſtioné an eſt, ſeu quia eſt. Et quantum ad hoc viſa ſunt a prophetis ſub lumine infuſo eiſdem, ita quòd viderunt non Trinitatem, non verbum incarnari: ſed Trinitatem eſſe, ſed verbi incarnationem fuiſſe, & ſic de alijs. ſicut etiam naturali lumine nos videmus Deũ eſſe, & quia eſt æternus & immobilis &c. & tamen non videmus ipſum Deum nec eius æternitatem.

(In expoſitione fidei ad Damaſum, non procul a fine illius, tomo. 4.)

¶ In eodem articulo contra primam & tertiam probationem, dubium occurrit ex vna & eadem radice, quòd non ſufficienter probent concluſionem intentam iam declaratam. Et in primo quidem inſtantia eſt: quoniam quilibet chriſtianus poteſt ex fidei certitudine abſolute dicere, In veritate miſit me dominus ad confeſſionem fidei, quando tempus eſt confitendi fidem: & tamen caret certitudine euidentiæ. Non ergo ex hoc quòd Hieremias dixit, In ueritate miſit me dominus, inferri poteſt certitudo euidentiæ in Hieremia. Et ſimiliter quilibet chriſtianus ex certitudine fidei ſola tenetur ſe præparare ad propriam morté ſubeundam. Non ergo ex hoc quod Abraham ad filij necem ſe præparauit, concluditur maior certitudo quàm fidei, quæ eſt abſque euidentia.

¶ In eodem articulo contra ſecũdam probationem, occurrit dubium, quia fides noſtra innititur reuelationi diuinæ ſecundum ſe, & Eccleſiæ factæ, & non reuelationi huic, & illi ſingulari homini. Non ergo exigitur ad certitudinem fidei noſtræ, ꝙ prophetę habuerint euidentiam de reuelatis, cum non oporteat Eccleſiam certitudinem euidentiæ habere, ſed ſufficit ei certitudo adhæſionis per lumen fidei.

¶ Ad obiecta cõtra primũ & tertiã probationem ſimul dr̃, ꝙ ſingularia occurrẽtia ut certa, uel incerta, ſũt diuerſarũ cõditionũ.

Nam

Nam quædã ſunt quæ ſub vniuerſalibus, quæ fide tenẽtur, ſubſumuntur, certificantur, & regulantur, applicando vniuerſalia ad ſingularia, ut ꝗ nunc moriendum eſt pro fide Chriſti, certificatur & regulatur ex vniuerſali fidei documento. Qui me erubuerit corã hoibus &c. Ex hac.n. regula certus ſum, ꝗ nũc eſt mihi moriendũ pro cõfeſſione fidei Chriſti, & i his ſufficit certitudo fidei. Quædã vero ſunt, quę ex vniuerſalibus fidei documentis nõ certificantur, ſed ſtãte fidei certiſſima firmitate remanent ambigua, vel incerta in oppoſitũ. Et ad aſſertionẽ taliũ cũ certitudo fidei locũ non habeat, reqritur certitudo euidentiæ. Talia ãt ſunt miſſio Hieremiæ, & præparatio ad necẽ innocentis Iſaac. Ex nullo ſiquidẽ vniuerſali documento fidei cõcludebat ut tunc, ꝗ Deus miſiſſet Hieremiã, & ex fidei ac cõis documẽtis certũ erat oppoſitũ eius qđ diſpoſuit Abraham: qm̃ mors filii innocentis diuino ac naturali iure ꝓhibita eſt. Et iõ, qa Hierem. aſſeruit in ueritate. Miſit me Deus. & Abrahã parauit ſe ad necẽ filii, optime infert, ꝗ vterq; habuit de his certitudinẽ euidẽtię.

Hom. 1. in Ezec. inter mediũ, & fin.

Lib. 2. cap. 17. declinãdo ad finẽ to. 3.

Concl. 1

¶ Ad ſingularia ãt q̃ obiiciendo tangunt, ſufficit, ut patet ex dictis certitudo adhæſionis ſecundũ fidẽ. ¶ Ad obiecta ãt cõtra ſecundã probationẽ dr̃, ꝗ in hoc ꝗ dr̃ fidem nr̃am inniti diuinæ reuelationi factæ Eccleſiæ, includit̃ ꝗ innitit̃ reuelationi factę principalibus Eccleſiæ membris, ſ. ꝓphetis, apoſtolis, & euangeliſtis. Eſt ſiqdẽ ex pte humani generis neceſſariũ neceſſitate ſuauis diſpoſitionis, qua diuina ſapiẽtia cũcta ordinat, ut aliqui hoĩes reuelationem de his q̃ fidei sũt, a Deo ſic habuerint, ut certi fuerint euidenter; ꝗ Deus hęc reuelat, & ab illis alii quaſi diſcipuli a magiſtris inſtruerentur. Naturale ſiqdem eſt hoĩ diſcere ab homine; & diuina ſapiẽtia infima per media gubernat. Et licet non oporteat Eccleſiã hoc certo tempore habere certitudinẽ euidentiæ de diuina reuelatione eorũ q̃ ſunt fidei, neceſſe eſt tñ ut ipſa habeat, uel habuerit hmõi euidentiã: alioquin ex parte ſui Eccleſia nõ eſſet certa de his quæ ſunt fidei, utpote nullos habens in ſe teſtes de viſu. Modo aũt dũ quædam Eccleſiæ mẽbra credunt aliis eiuſdem Eccleſię mẽbris, q̃ viderũt, vtriq; ſecuri in fide viuũt, iuxta illud. 1. Ioã. 1. Quod vidimus teſtamur, & annunciamus.

Concl. 2

Hom. 2. in Ezec.

Hom. 1. in Ezec. a medio.

SED CONTRA eſt, qđ Grego.* dicit ſuper Ezec. Sciendũ eſt, ꝗ aliqñ ꝓphetæ ſancti dũ cõſulunt̃, ex magno uſu ꝓphetãdi q̃dã ex ſuo ſpiritu proferunt, & eſſe hoc ex prophetiæ ſpiritu ſuſpicantur.

B RESP. Dcẽdm, ꝗ mens prophetæ dupliciter a Deo inſtruitur. Vno mõ, per expreſſam reuelationẽ: alio mõ per quẽdã inſtinctum, quẽ interdũ ẽt neſcientes humanæ mentes patiũtur, ut* Aug. dicit 2. ſuper Ge. ad lr̃am.[m] De his ergo q̃ expreſſe per ſpiritum prophetię propheta cognoſcit, maximã certitudinẽ hẽt, & pro certo hẽt, ꝗ hæc ſunt diuinitus ſibi reuelata.[n] Vñ dr̃ Hiere. 26. In ueritate C miſit me Dominus ad uos, vt loquerer in aures veſtras omnia verba hæc: alioqn ſi de hoc ipſe certitudinem nõ haberet, fides q̃ dictis prophetarum innitit̃, certa nõ eſſet. Et ſignũ ꝓpheticæ certitudinis accipere poſſumus ex hoc, ꝗ Abraham admonitus in prophetica uiſione, ſe præparauit ad filiũ vnigenitum immolandũ, ꝗ nullatenus feciſſet, niſi de diuina reue D latione fuiſſet certiſſimus. Sed [p] ad ea q̃ cognoſcit ꝑ inſtinctũ, aliqñ ſic ſe habet, ut nõ plene diſcernere poſſit, vtrũ hæc cogitauerit aliquo diuino inſtinctu vel ꝑ ſpiritũ proprium[q]. Nõ ãt oĩa q̃ cognouimus diuino inſtinctu, ſub certitudine prophetica nobis manifeſtant̃. Talis .n. inſtinctus eſt qdam imperfectum in gñe prophetiæ: & hoc mõ intelligendum eſt verbum* E Greg. Ne tamen error ex hoc poſſit accidere, per Spiritumsãctum citius correcti, ab eo, q̃ uera ſunt, audiunt. & ſemetipſos, quia falſa dixerint, reprehẽdunt, ut ibidem* Greg. ſubdit. Primæ ãt rõnes procedũt quantũ ad ea quæ prophetico ſpiritu reuelantur. Vnde patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ea quæ prophetice cognoſcuntur, uel annunciantur, poſſint eſſe falſa.

B AD SEXTVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝗ ea quę prophetice cognoſcũtur, uel annunciant̃, poſſint eſſe falſa. Prophetia.n. eſt de futuris contingentibus, vt* dictum eſt: ſed [i] futura contingentia poſſunt nõ euenire, alioquin ex neceſſitate cõtingerent. ergo prophetiæ poteſt ſubeſſe falſum.

¶ 2 Præt. Iſaias prophetice ꝓnũ C cianit Ezechię dicens, Diſpone domui tuę, quia morieris tu, & non uiues: & tñ additi ſunt vitę eius poſtea quindecim anni, ut habetur 4. Reg. 20. & Iſa. 38. Similiter & Hiere. 18. Dominus dicit. Repente loquar aduerſum gentẽ, & aduerſum regnum, ut eradicẽ, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pęnitentiã egerit gens illa a malo ſuo qđ locutus ſum aduerſus eam, D agã & ego pęnitentiã ſuꝑ malo qđ cogitaui ut facerẽ. Et hoc apparet ꝑ exemplũ Niniuitarũ ſcḋm illud Ion. 3. Miſertus ẽ Dñs ſuper malitiã quã dixit, ut faceret eis, & nõ fecit.[h] ergo ꝓphetiæ poteſt ſubeſſe falſum.

¶ 3 Præt. Omnis cõditionalis, cuius antęcedens eſt neceſſariũ abſolute, conſequẽs eſt neceſſariũ abſolute: qa ita ſe hẽt conſequens in conditionali ad an- E tecedẽs, ſicut cõcluſio ad p̃miſſas in ſyllogiſmo. Ex neceſſariis ãt nũquã cõtigit ſyllogizare, niſi neceſſariũ, ut probat̃ in 1.* Poſteriorũ: ſcḋ ſi ꝓphetiæ ñ p̃t ſubeẽ falsũ, oportet hãc cõditionalẽ eſſe verã. Si aliqd eſt ꝓ-

A ¶ In eodem articulo circa calcem illius, circa inſtinctus ꝓphetici correctionem dubium occurrit, An hoc ſit verum, ꝗ qñ ꝓphetę ex inſtinctu errant, corrigantur a Spirituſancto, & vera audiant, ac ſemetipſos reprehendant. Et eſt rõ dubii, qa hinc authoritas Greg. partem dicit aſſirmatiuam, hinc experientia apparet in oppoſitũ, & rõ: qa ſi ſic eſſet, ſequeret̃, ꝗ ſẽ propheta diſcerneret inter ſuũ, ac diuinum inſtinctum uel tunc, uel poſt per aduenientẽ correctionem.

Porr. 3 re.

¶ Ad hoc dr̃, ꝗ ꝓpheta per inſtinctũ dupliciter loquit̃, ſ. diuinũ uel proprium. Et ſi qdem diuino inſtinctu loquit̃, q̃uis nõ diſcernat ſe loqui diuino inſtinctu, atñ impoſſibile eſt, ꝗ falſum dicat: qm̃ diuinus inſtinctus ñ p̃t eſſe principiũ falſi, & pp ea nõ eſt tunc locus correctioni. Si ãt loquit̃ ex ꝓprio inſtinctu tanq̃ ex diuino, dupliciter contingere p̃t. Primo, ut credat ſe loq ex diuino ſpiritu, & hoc licet poſſit cõtingere alicui ꝓpheta, nõ tñ ꝓphetis ſãctis cõtingit: qm̃ ꝓphetę ſancti, qñ incerti ſunt de inſtinctu non credunt, ſed ſuſpicantur diuinum eſſe inſtinctum, ita ꝗ in ſola ſuſpicione fallunt̃, ut Greg. in prima hom. ſup Ezec. dicit. & tũc eſt locus correctioni. Sed ꝓphetis ſanctis pp ſuã ſanctitatẽ citius diuina opitulat̃ correctio, ut teſtatur correctio facta Nathã ſup ędificatione templi. Prophetis ãt non ſanctis hmõi correctionem nõ oportet aduenire, quia priuilegium ſanctitatis in ꝓphetis, hoc eſt: quin etiam ſubdit Gregorius, ꝗ Iter ueros & falſos prophetas hæc eſt diſtãtia, ꝗ veri eruditi citius dictum ſuum corrigũt: falſi uero falſa prenũciant, & a Spirituſancto alieni in ſua falſitate perdurant. Et ꝑ hęc patet, ꝗ de bonis prophetis vt regulariter uerum ꝗ corrigũtur citius quando ex proprio errant ſpiritu: nec experiẽtia apparet in oppoſitum, niſi forte uocando prophetas bonas perſonas, quæ reputantur ſpirituales, patientes extaſim, quæ ęquiuoce prophetæ dicuntur. Diſtant enim a prophetis, pluſquàm terra a cœlo: quoniam hæc naturalia ſunt, & ſæpiſſime infirma naturæ: prophetia autem ſupernaturalis eſt, ut infra patebit. Ratio quoque allata nihil obſtat: tum quia ex hoc quòd propheta ſanctus, qui errauit non diſcernendo ſpiritum, poſtea corrigitur, non ſequitur, quòd ſemper tunc, vel poſtea diſcer-

817 Inf. q. 178 art. 1. cor. & ar. 5. ad 3. & art. 6. ad 2. Et uer. q. 12. ar. 3. co. & ar. 10. ad 7.

[i] Ar. 3. huius quæſt.

Lib. 1. tex. 17. to. 2.

nat ſuū a diuino inſtinctū: qm̄ nō ſp ad hmōi errorē ꝓrūpit ſed ſuſpenſo ſtat animo, & profert eloqo ſuſpenſo: tū qa dato ꝙ poſt cognoſceret ex adueniente correctione, ſtat ſolida differentia aſſignata ꝙ abſolute in ipſo inſtinctu non cognoſcit an Deus ſit, qui det illū. In ꝓlogo in Pſalm. a 1. in pri.

¶ Ex eodem articulo collige aliā ꝓphetiæ cōditionē, ſ. ꝙ ſi ſimpliciter eſt ꝓphetia, dat ꝓphetiæ clarā uiſionem reuelationis, hoc eſt, ꝙ Deꝰ eſt reuelans ſibi tunc hoc, ita ꝙ nō credit firmiter, ſed uidet ſic eſſe. Ar. 1. 3. & 5. huiꝰ qō.

SVP. QV. CLXXI. ARTIC. VI.

Ca. 1. d. 38. q. 1. a. 2. cō. 3

IN ar. 6. eiuſdem qōnis 171. nota in corpore articuli, ꝙ prophetia dr̄ cognitio expreſſa ex diuina reuelatione per modū doctrinę: nō quantū ad diſcurſū, ſed quātū ad cōicationē, ita ꝙ intendit author ſi ꝙ Deus doceat ꝓphetam ſyllogizando, ut magiſter docet diſcipulū ex quodam in quoddam diſcurrendo: ſed ꝙ docet hominē cōicando illi notitiā ſuā, ſicut magiſter cōicat diſcipulo notitiā quam hēt. q. 14. ar. 13 & 15. & q. 16. ar. 8. Modus āt quō iſta cōmunicatio fit, inferius tractabitur. *Concl. in* q. 21. ar. 4.

¶ In eodem artic. in rñſione ad ſūi ſta ſuſpenſus in dubio illo, An prophetans, ſm̄ ordinem cāꝛum tantū, ſeu meritorū, cognoſcat tunc reuelata ſibi eſſe ſm̄ ordinē cauſarū tantum. Inferius ſiquidē in ar. 4. q. 173. clarificabit̄ veritas, ubi ex ꝓpoſito tractat̄ qd ꝓphetæ cognoſcūt de reuelatis.

¶ In eodem articulo in rñſione ad 3. nota duo. Primum eſt, ꝙ author aſſerit antecedens illud, A eſt prophetatum: & ſimiliter, A eſt p̄ſcitum, eſſe impoſſibile non eſſe, hoc eſt, eſſe neceſſarium, ita ꝙ concedit argumento, ꝙ antecedens eſt abſolute neceſſarium. Et hoc nota contra minus eruditos in ſpeculatiuis. Secundum eſt, ꝙ rñſio remittit ſe ad reſponſionem exte-

phetatū, erit: huius āt cōditionalis antecedens eſt neceſſariū abſolute, cū ſit de præterito. ergo & conſequens erit neceſſariū abſolute, [h] quod eſt incōueniens: qa ſic prophetia nō eſſet cōtingētiū. Falſū eſt ergo, ꝙ ꝓphetię nō poſſit ſubeſſe falsū.

SED CONTRA eſt, ꝙ Caſſio. dicit*, ꝙ ꝓphetia eſt inſpirō, vel reuelatio diuina, rerū euentus imobili veritate denūciās: nō āt eſſet imobilis veritas ꝓphetię, ſi poſſet ei falsū ſubeē. ergo nō pōt ei ſubeſſe falſum.

RESP. Dcd̄m, ꝙ ſicut ex dictis patet, ꝓphetia eſt, q̄dā cognitio intellectui ꝓphetæ impreſſa ex reuelatione diuina ꝑ modū cuiuſdā doctrinę. Veritas āt cognitionis ē eadē in diſcipulo et in docente, qa cognitio addiſcētis eſt ſimilitudo cognitionis docētis: ſicut in reb. naturalib. forma gn̄ati eſt ſimilitudo q̄dā formæ gn̄antis. Et ꝑ hūc ēt modū Hier. dicit, ꝙ ꝓphetia eſt quoddā ſignū diuinę p̄ſcientiæ. Oportet igit̄ eandē eſſe ueritatē propheticæ cognitionis & enunciationis, q̄ ē cognitionis diuinæ, cui impoſſibile eſt ſubeſſe falſum, ut in primo* dictum eſt. Vnde [m] ꝓphetiæ non poteſt ſubeſſe falſum.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ ſicut i primo dictū eſt, * certitudo diuinæ p̄ſciētiæ n̄ excludit contingentiam ſingulariū futurorū: qa fert̄ in ea ſm̄ ꝙ sūt p̄ſentia, & iā determinata ad vnū. Et iō ēt prophetia, q̄ eſt diuinę præſcientiæ ſimilitudo impreſſa, uel ſignū ſua immobili ueritate futurorum contingētiam non excludit.

AD II dcd̄m, ꝙ diuina præſcientia reſpicit futura ſm̄ duo, ſ. ſm̄ ꝙ ſunt in ſeipſis, inquātū ſ. ipſa præſentialiter intuet̄: & ſm̄ ꝙ ſunt in ſuis cauſis, inquātū ſ. uidet ordinem cāꝛum ād effectus. Et quāuis cōtingētia futura, prout ſunt in ſeipſis, ſit determinata ad unum, tn̄ ꝓut ſunt in ſuis cauſis, nō ſunt determinata, quin poſſint alr̄ euenire. Et q̄uis iſta duplex cognitio ſp intellectui diuino cōiungat̄, non tn̄ cōiungitur ſp in reuelatione prophetica: qa im-

F preſſio agentis non ſp adęquat eius virtutem. Vnde qn̄q; reuelatio prophetica eſt impreſſa quędā ſimilitudo diuinę præſcientiæ, prout reſpicit ipſa futura contingentia in ſeipſis: et talia ſic eueniunt ſicut prophetant̄, ſm̄ illud Iſa. 7. Ecce uirgo concipiet. Qn̄q; uero prophetica reuelatio eſt impreſſa, ſimilitudo diuinę præſcientię, ꝓut ſ. cognoſcit ordinem cā-

G rum ad effectus: & tunc qn̄ q; aliter euenit q̄ prophetet̄, nec tn̄ prophetiæ ſubeſt falſum. Nā ſenſus prophetiæ eſt, ꝙ inferiorum cāꝛum diſpoſitio ſiue naturalium, ſiue humanorū actuū, hoc hēt, ut talis effectus eueniat: & ſm̄ hoc intelligitur verbum Iſa. dicentis. Morieris, & nō viues, i. diſpoſitio corporis tui ad mortem ordinatur. & ꝙ dr̄ Ionæ 3. Adhuc quadraginta

H dies & Niniue ſubuertetur, id eſt, hoc merita eius exigunt, vt ſubuertatur. Dr̄ autē Deus pænitere metaphorice, inquantū ad modum pænitentis ſe hēt, prout ſcilicet mutat ſententiā, etſi non mutet conſilium.

AD III dcd̄m, ꝙ quia eadē eſt veritas prophetię, & diuinæ præſcientię, ut dictum eſt*, hoc modo illa conditionalis ē

I uera. Si aliquid eſt prophetatū, erit: ſicut iſta. Si aliquid eſt præſcitum, erit. In vtraque enim antecedens eſt impoſſibile nō eſſe. Vnde & conſequens ē neceſſarium non ſecundum ꝙ eſt futurum reſpectu noſtri, ſed ut cōſideratur in ſuo præſenti, prout ſubdit̄ præſcientiæ diuinæ, * ut in primo dictū eſt. q. 14. ar. 13 ad 2.

ſam in primo libro, ubi dictū eſt, ꝙ qn̄ in antecedēte ponit̄ aliquid ptinens ad actū animæ, conſequēs eſt intelligendū ſm̄ qd̄ ſubſtat actui animę. Conſtat āt ꝙ ſciētia & prophetia ad actū animæ ſpectant: & iō author breuiter ſummans dicit, ꝙ conſequens eſt neceſſariū ut conſiderat̄ in ſuo præſenti, prout ſubdit̄ diuinæ præſcientię. Hæc āt in qō. 14. primi lib. late diſcuſſa ſunt. Nunc moralibus inſiſtentes tranſeamus hæc.

SVP. QV. CLXXII. ARTIC. I.

IN art. 1. q. 172. nota tria. Primo circa opinionem Platonis, ꝙ cum duo a Platone dicerentur, ſ. ꝙ animæ humanæ sūt ab æterno, & quòd ſtatim ut ſunt, habēt ſcientiā, & hoc ſm̄ p̄ponit ſine primo, author attulit opinionē Platonis conformem quoad ſm̄, ſ. ꝙ animę humanæ ſtatim ut ſunt, habent ſcientiā. Hoc. n. p̄t dicere eiā qui tenet animas creari ſimul, cū corporibus infunduntur. Et qa hæc poſitio nihil continet aduerſus fidem, aut eccleſiaſticā doctrinam, ideo author cum magna modeſtia eā retutauit, melius fore dicens ſi ſequeremur prius diſcuſſa, & concluſa in primo libro. In cor. ar

QVAESTIO CLXXII.

De cauſa prophetiæ, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de cauſa prophetiæ.

Et circa hoc quæruntur ſex.

K ¶ Primò, Vtrum prophetia ſit naturalis.

¶ Secundò, Vtrum ſit à Deo mediantibus angelis.

¶ Tertiò, Vtrum ad prophetiam requiratur diſpoſitio naturalis.

¶ Quartò, Vtrum requiratur bonitas morum.

¶ Quintò, Vtrum ſit aliqua prophetia à dæmonibus.

¶ Sextò, Vtrum prophetæ dæmonum aliquando dicant verum. *Parr. 3 ſn.* 818

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum prophetia poſſit eſſe naturalis.

Infr. ar. 5. co. Et ver. q. 12. ar. 3 & ar. 4. co.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ ꝓphetia poſſit eē nālis. Dicit. n. Gre. * i 4. dialogorū, ꝙ ipſa • Lib. 4. ca. 26. in prin.

aliqñ aïarũ uis ſua ſubtilitate aliqd p̄uidet. & Aug. †dicit in 12. ſup Gen. ad lit. ꝙ aïę humanę ſm q̇ à ſẽſib. corpis abſtrahiť, cõpetit futura præuidere: hoc aũt ptinet ad ꝓphetiã. ergo aïa nãliter põt aſſeq ꝓphetiã.

¶2 Præt. Cognitio aïæ humanę magis uiget in uigilãdo, q̃ i dormiẽdo: ſed in dormiẽdo qdã nãliter præuidẽt q̃dã futura, ut patet p Phi.* in li. đ ſom & vig. ergo multo magis põt hõ nãliter futura cognoſcere.

¶3 Præt. Hõ ſm ſuã naturã eſt perfectior aïalibus brutis: ſed quædam aïalia bruta hñt cognitionẽ futurorũ ad ſe ptinẽtiũ, ſicut formicæ p̄cognoſcũt pluuias futuras, qđ patet per hoc, ꝙ añ pluuiã incipiũt grana in foramẽ reponere: & ſiťr piſces p̄cognoſcunt tẽpeſtates futuras, ut perpendiť ex eorũ motu, dũ loca tẽpeſtuoſa declinãt. ergo multo magis hoïes nãliter præcognoſcere pñt futura ad ſe ptinẽtia, de qb. ẽ ꝓphetia. eſt ergo ꝓphetia à nã.

¶4 Præt. Pro. 29. dř. Cũ ꝓphetia defecerit, diſſipabiť populus, & ſic patet ꝙ ꝓphetia eſt neceſſaria ad hominum conſeruationem: ſed natura non deficit in neceſſariis. ergo vř quòd prophetia ſit à natura.

SED CONTRA eſt, ꝙ dř 2. Pet. 1. Non. n. uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritusſãcto inſpirãte locuti ſunt ſancti Dei homines. ergo prophetia non eſt à nã, ſed ex dono Spiritusſãcti.

RESP. Dcẽdm, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, ꝓphetica præcognitio põt eſſe de futuris dupliciter. Vno modo, ſm ꝙ ſunt in ſeipſis. Ali modo, ſm ꝙ ſunt in ſuis cauſis. Præcognoſcere aũt futura, ſm ꝙ ſunt in ſeipſis, eſt ꝓpriũ diuini intelľs, cuius æternitati ſunt oïa præſentia, ut in primo dictũ eſt*. Et iõ talis præcognitio futurorũ non põt eſſe à natura, ſed ſolũ ex reuelatione diuina. Futura uero in ſuis cauſis pñt pręcognoſci nãľ cognitione ẽt ab hoïe: ſicut medicus præcognoſcit ſanitatẽ, uel mortẽ futurã in aliqbus cauſis, quarũ ordinẽ A ad tales effectus experimento p̄cognouit. Et talis cognitio futurorũ põt intelligi eſſe in hoïe dupľr à nã. Vno mõ ſic, ꝙ ſtatim aïa ex eo qđ in ſe ipſa habet, poſſit præcognoſcere futura: & ſic ſicut* Aug. dicit, 12. ſuper Geneſ. ad lite. qdam uoluerũt aïam humanã habere quãdã uim diuinationis in ſeipſa. Et hoc vř eſſe ſm* opinionẽ Plat. q poſuit, ꝙ aïæ ha B bẽt oium rerũ cognitionẽ p participationẽ idearũ: ſed iſta cognitio obnubilať i eis p cõiunctionẽ corpis, in quibuſdã tñ plus, in quibuſdã uero minus ſm corpis puritatẽ diuerſam: & ſm hoc poſſet dici, ꝙ hoïes habẽtes aïas non multũ obtenebratas ex corporũ vnione pñt talia futura p̄cognoſcere ſm ꝓpriã ſciam. Cõtra hoc aũt obiicit* Aug. Cur nõ ſp poſ C ſit uim diuinationis hře aïa, cũ ſp uelit? Sđ qa ueri* eſſe vř, ꝙ aïa ex ſenſibilibus cognitionẽ acqrat ſm ſniam Ariſtotelis, ut i primo* dictũ ẽ, iõ melius ẽ dcẽdm alio mõ, ꝙ p̄cognitionẽ taliũ futurorũ hoïes nõ hñt, ſđ acqrere pñt p uiã experimẽtalẽ, in qua iuuãtur p nãlẽ diſpõnẽ, ſm ꝙ i hoïe inueniť pfectio uirtutis imaginatiuæ, & claritas intelligẽtię. Et tñ hęc p̄cognitio futurorũ differt à prima, quę habeť ex reuelatione D diuina dupliciter. Primo quidẽ, quia prima põt eſſe quorumcunque euentuum, & infallibiliter. Hæc aũt pręcognitio, quę nãliter haberi põt, eſt circa quoſdam effectus, ad quos ſe põt extendere experiẽtia humana. Secũdò, quia prima ꝓphetia eſt ſm immobilem veritatẽ, nõ aũt ſecũda, ſed põt ei ſubeſſe falſum. Prima aũt præcognitio proprie ptinet ad ꝓphetiã, nõ ſecunda: quia ſicut ſ. dictũ eſt*, ꝓphetica cognitio ẽ eorũ q̃ nãliter excedũt humanã cognitionẽ. Et iõ dcẽdm, ꝙ ꝓphetia ſim pľr dicta ñ põt eẽ à nã, ſđ ſolũ ex reuelatiõe diuina.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, ꝙ aïa qñ abſtrahiť à corpalibus, aptior reddiť ad ꝑcipiendũ influxũ E ſpũalium ſubſtantiarũ, & ẽt ad percipiẽdũ ſubtiles motus, qui ex impreſſionib. nãlium cauſarũ in imaginatione humana relinquunť, à qbus pcipiẽdis aïa impediť, cũ fuerit circa ſenſibilia occupata. Et iõ Gre. dicit,* ꝙ aïa qñ appropinquat ad mortẽ, pręcognoſcit quędam futura ſubtilitate ſuę nãę, prout ſ. pcipit ẽt modicas impreſſiones, aut ẽt cognoſcit futura reuelatione angelica, nõ aũt ꝓpria uirtute, qa ut* Aug. dicit. 12. ſup Gẽ. ad lit. Si hoc eſſet, tũc haberet qñcunq; uellet in ſua ptãte futura pręcognoſcere, qđ patet eſſe falſũ.

Ad 11 dcẽdm, ꝙ cognitio futurorũ q̃ fit i ſõnis, ẽ aut ex reuelõe ſpũaliũ ſubſtãtiarũ aut ex cã corpo-

¶Li. 12. ca. 13 tom. 3.

In libr. de diuinatione p ſomnium. c. 2.

q. præced. ar. 6. ad 2.

1. q. 14. ar. 13.

Li. 12. ca. 2. in prin. tom. 3.

*In Dialogo. 6. de Rep. uel de iuſto, à med.

Lib. 12. ſu gen. ca. 13. tom. 3.

q. 84. ar. 5. 6. & 7.

q. præced. art. 1. Concluſio

Lib. 4. Dialog. ca. 26.

lib. 12. ca. 13. nõ lon ge a princ. tom. 3.

bro, ꝙ anima colligit ſciam ex ſenſibilib⁹. Scđo, circa diſpõnes nãlis ꝓphetiæ, qđ author ex Auicenna in 6. Natura. has duas diſpõnes approbauit in prophetia nãli, ſ. bonitatẽ imaginatiuæ, & claritatem intelligentiæ, relinquendo tertiã, ſ. aïæ ptãtẽ: quia chimerica eſt illa tertia. In ſcđa aũt cõdõne potes aduertere, ꝙ nõ eſt ſermo de diuinationibus, aut ſignificationibus neſcientiũ qd dicãt, ſed claritatem intelligentiæ oportet eſſe in ꝓphetia vtraque, ſ. nãli, & diuina, alioquin nullius prophetiæ nomẽ mereť. Et hinc habes quantũ a ſomniis, & melancholicis atque iſtiuſmodi hoïb⁹ plenis apparitionibus interioribus, prophetica cognitio, ẽt quæ ſm nãm eſt, diſtet. Oportet. n. claritatẽ intelligentiæ adeſſe. hoc eſt, certiſſimã uiſionẽ illorũ q̃ ſignificantur, alioqn nihil eſt. Tertio, circa authoris ꝓfectũ ex tpe quo ſcripſerat qõ. 12. de veritate vſque in locum iſtũ. Hic. n. quã dixit nãlem prophetiã, ad prophetiam ſm quid deiecit, & ſolam illã q̃ ex diuina eſt reuelatione cenſet ſimpliciter eſſe prophetiã. Et ita eſt, vt patet ex authoritate Petri apoſtoli, & ex rõe litæ. Et ppea ſimpliciter negandum eſt prophetiam poſſe eſſe a natura.

¶ In rñſione ad primum, qa authoritas Greg. iij aïæ nãlem vim ad præueniendũ futura aperte docet: iõ author ſubtilitatẽ nãlem aïæ ad p̄uidendũ non ad vim pręuiſiuã futurorũ, ſed ad vim perceptiuam pñtiũ reducit: ita ꝙ nec noua, nec antiqua aïę ſubtilitate hẽt aïa vĩ futurorũ p̄uiſiuã, cũ morti corporis ꝓpinqua eſt: ſed nãli ſua virtute, quã tunc hẽt expeditiorẽ reſpũ interiorũ motuũ, vtpote ab exterioribus & corpore ꝓprio magis remota, pcipit, vel ſupiorũ intellectuũ ſm naturæ ordinẽ reuelationes: vel ꝙ magis cõſonat, percipit ſubtiles motus imaginatiue ex impreſſione cãrum nãlium. Ex qbus motibus imaginatiue lucentibus lumine intellectus agẽtis, & aliquius forte ſupioris intellectus, moueť intellectus nr poſſibilis ad cognoſcẽdũ futurũ in pñti ſigno repræſẽtatũ. Et hoc mõ vt ille, cui⁹ meminit Gre. p̄uidiſſe ſepeliẽdũ ſe in ſancto Xiſto.

¶ In rñſione ad quartum cum legis ꝓphetiam neceſſariam ad populi gubernationẽ, non intelligas de prophetia noua, ſed ſat eſt ſi ſit antiqua, iuxta verbũ Abrahæ ad diuitem. Hñt Moyſen & prophetas, audiant illos. Et in ordine quidem ad diuinũ cultũ eſt omnino neceſſaria prophetia ex parte noſtri, ut prædictum eſt: i ordine autem ad alia, neceſſaria eſt ad hoc, ut firmior, efficaciorque ſit populi gubernatio. Verbum ſiquidem Dei ualidum eſt, & penetrabilius oi gladio &c. Et ppea in lra dř, Et pcipue &c. vt ſ. vtramque neceſſitatem oſtenderet.

rali,* vt dictũ eſt, cũ de diuinationibus ageret. Vtrunque aũt melius p̃t fieri in dormiẽtibus q̃ in vigilãtibus, qa aĩa vigilantis eſt occupata circa exteriora ſenſibilia: vñ min⁹ põt pcipere ſubtiles impreſſiones vel ſpũaliũ ſubſtantiarũ, vel ẽt cauſarũ nãlium. Quantum tñ ad perfectionẽ iudicij plus viget rõ in vigilando, quam dormiendo.

Ad III dcd̃m, ꝙ bruta etiã aĩalia nõ hñt prẹcognitionem futurorũ euentuũ, niſi ſ̃m ꝙ ex ſuis cauſis præcognoſcunt, ex qbus eorũ phantaſiæ mouent̃, & magis q̃ hoĩum; quia phãtaſiæ hominum, maximè in vigilando, diſponunt̃ magis ſ̃m rõnem, quàm ſ̃m impreſſionem nãlium cauſarum. Ratio autem facit in homine multo abundãtius id, qđ in brutis facit impreſſio cauſarũ nãlium: & adhuc magis adiuuat hominẽ diuina gratia ꝓphetias inſpirãs.

Ad IIII dcd̃m, ꝙ lumẽ propheticũ ſe extendit ẽt ad directiones humanorum actuũ. Et ſ̃m hoc prophetia neceſſaria eſt ad populi gubernationẽ, & præcipue in ordine ad cultum diuinũ, ad quem natura nõ ſufficit, ſed requiritur gratia.

Articvlvs II.

Vtrum prophetica reuelatio fiat per angelos.

Ad secvndvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ prophetica reuelatio nõ fiat per angelos. Dr̃ n. Sap. 7. ꝙ ſapiẽtia Dei in animas ſanctas ſe trãsfert, & amicos Dei et ꝓphetas cõſtituit: ſꝫ amicos Dei cõſtituit immediate.[h] ergo ẽt ꝓphetas facit immediate, non mediãtibus angelis.

¶ 2 Prt̃. Prophetia ponit̃ inter grãs gratis datas: ſed grẽ gratis datæ[h] ſunt a Spũſc̃tõ, ſ̃m illud, Diuiſiones grãrũ ſunt, idẽ autẽ ſpiritus. non ergo prophetica reuelatio fit angelo mediante.

¶ 3 Prt̃.* Caſſiod. dicit, ꝙ prophetia eſt diuina reuelatio: ſi ãt fieret per angelos,[h] diceretur angelica reuelatio. nõ ergo prophetia fit per angelos.

Sed contra eſt, ꝙ † Dion. dicit 4. c. cæl. hier. Diuinas viſiones glorioſi patres nr̃i adepti ſunt ꝑ medias cẹleſtes virtutes. loquit̃ aũt ibi de viſionibus ꝓpheticis ergo reuelatio ꝓphetica fit angelis mediantibus.

Resp. Dcd̃m, ꝙ ſicut Apoſt. dicit ad Roma. 13. Quæ à Deo ſũt, ordinata ſunt. Hẽt aũt hoc diuinitatis ordo, ſicut Dion. dicit, vt iſima ꝑ media diſponat. Angeli autem medij ſunt inter Deũ & homines, vtpote plus participãtes de ꝑfectione diuinæ bonitatis, q̃ hoĩes: & iõ illuminationes & reuelationes diuinæ a Deo ad hoĩes ꝑ angelos deferunt̃.[m] Prophetica aũt cognitio ꝑ illuminationẽ & reuelationẽ diuinã: vñ manifeſtũ eſt quòd fiat per angelos.[n]

G Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ charitas[d] ſ̃m quã fit hõ amic⁹ Dei, ẽ ꝑfectio uolũtatis in quã ſolus Deus imprimere põt: ſed ꝓphetia eſt ꝑfectio intellect⁹,

H in quẽ ẽt angelus põt imprimere, vt in primo* dictũ eſt: & iõ non eſt ſimilis rõ de vtroque.

Ad II dicendũ, ꝙ grãæ gratis datæ attribuuntur Spiritui ſancto ſicut primo principio: qui tamen operatur huiuſmodi gratias in hominibus mediãte miniſterio angelorum.

Ad III dcd̃m, ꝙ operatio inſtr̃i attribuit̃ principali agenti,

L in cuius virtute inſtr̃m agit. Et quia miniſter eſt ſicut inſtr̃m, idcirco prophetica reuelatio, quæ fit miniſterio angelorum, dicitur eſſe diuina.

Articvlvs III.

Vtrum ad prophetiam requiratur diſpoſitio naturalis.

Ad tertivm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ ad prophetiã reqrat̃ diſpõ nãlis.[h] Prophetia enim recipit̃ in propheta ſ̃m diſpõ-

K nẽ recipientis: quia ſuper illud Amos 1. Dñs de Siõ rugiet, dicit gl.* Hier. Naturale eſt, vt oẽs q volunt rẽ rei comparare, ex his rebus ſumant comparationes, quas ſunt experti, & in reb⁹ qbus ſunt nutriti. V. g. Nautæ ſuos inimicos vẽtis, dãnum naufragio cõparant. Sic & Amos, q fuit paſtor pecorũ, timorẽ Dei rugitui leonis aſſimilat: ſed qđ recipit̃ i aliquo ſ̃m modũ recipiẽtis, rẹqrit nãlem diſpoſitionem. ergo prophetia requirit naturalem diſpoſitionẽ.

q. 95. ar. 6. SVP. Q. CLXXII.

ART. II.

Ferr. 3. cont. c. 154.

¶ 2. Præt. Maius est lumen B prophetię, quàm lumen naturalis rōis: sed quicunq; lumine naturali habet scientiā, nō ignorat ea quæ scit. ergo quicumq; lumine prophetico aliqua enūciat, non potest[h] ea ignorare.

¶ 3 Præt. Prophetia ordinatur ad hominum illuminationē. Vnde dr̄ 2. Pet. 1. Habemus ꝓpheticum sermonem, cui bene facitis attēdētes quasi lucernę lucēti i caliginoso loco: sed ni C hil pōt alios illuminare, nisi i se sit illuminatū. ergo vr̄ q̧ ꝓpheta prius illuminet ad cognoscendū[h] ea quæ aliis enunciat.

SED CONTRA est, qđ dicit. Ioan. 11. Hoc aūt à seipso Caiphas non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, q̧ Iesus moriturus erat ꝓ gēte &c. sed hoc Caiphas non cognouit. ergo nō oīs q. ꝓphetat, cognoscit ea q̄ prophetat.

D RESP. Dicendū, q̧ in reuelatione prophetica moueť mens prophetæ à Spiritusancto, sicut instrumentum deficiēs respectu pricipalis agētis.[m] Mouetur āt mens prophetæ non solum ad aliquid apprehendēdum, sed ēt ad aliquid loquendū. uel ad aliquid faciendum: & qñq, quidem ad oia tria simul, quandoq; aūt ad duo ho E rum, quandoque uero ad unū tm̄. Et quodlibet horum cōtingit esse cum aliquo cognitionis defectu.[l] Nā cum mēs prophetæ moueť ad aliqđ æstimādum, uel apprehendendum, quandoq; quidem induciť ad hoc, q̧ solum apprehendat rē illam: quādoq; aūt ulterius ad hoc, quòd cognoscat hæc sibi

Et propterea Ionas recuſabat prophetare Niniuitis, dubitãs de eo quod eueniret, ſ. ꝙ eſſet prophetia cõminationis tñ. Sciebat enim clare, ꝙ erat ꝓphetia comminationis, quia viderat futuram ſubmerſioné ciuitatis in cauſis, & nõ viderat aliter: ſed neſciebat an eſſet tñ cõminationis, & non euentus, quia nihil erat ſibi de hoc reuelatum. Ad verum.n. prophetã ſufficit cognoſcere euidenter quod prophetat ſm id quod eſt ſibi reuelatum: & vt in lra optime ſubdit, Propheta circa reuelata ſibi non cognoſcit oia, q̃ Spiritusſanctus intendit per illa, ſed ſufficit ꝙ videat illã conditionem, quam prophetare iubetur. Nec oportet ꝙ comprehẽdat illam, ſed comprehenſionem illius Spiritui ſancto relinquat ꝓpter rõem lrę, ſ. quia eſt inſtrũm deficiens a Spiritu ſancto.

Concl. p

SVP. QV. CLXXIIII. ARTIC. I.

IN ar. 1. q. 174. dubium occurrit ad hoiem: qm̃ ſuperius in q. 16. art. 3. ad tertium, author poſuit prophetiam eſſe vni⁹ ſpeciei. Hic vero ponit multas prophetiæ ſpecies ex obiectis diſtinctas: ſicut vniuerſaliter habitus, ſeu actus ex obiectis diſtinguũt. Quo pacto ſtant hæc duo ſimul.

In cor. art.

Concl. ſ.

¶ Author ſuperius locut⁹ eſt de ſpecie ſubalterna, hic vero loquitur de ſpecie ſpecialiſſima. Et ideo nulla eſt contrarietas inter illius dicta. Sed hæc reſponſio facile cõfutatur, monſtrando ꝙ ibi loquitur de ſpecie ſpecialiſsima. Oſtenditur autem, cõferendo reſponſionem illã ad tertium ipſi argumento tertio.

¶ Ad cuius euidentiã aduertendum eſt, ꝙ in ſpecie ſubalterna inueniuntur duo, ſ. vnitas ſpeciei, quę eſt vnitas generica, & inuenitur diuerſitas ſpecifica: qm̃ impoſsibile eſt eſſe aliquã ſpeciem ſubalternã ſine duabus ad minus ſpeciebus, cum omnis ge-

F eſſe diuinitus reuelata. Similiter ẽt quãdoque mouetur mẽs prophetæ ad aliquid loquendum, ita ꝙ intelligat id qđ per hæc uerba Spiritusſanctus intẽdit, ſicut Dauid qui dicebat 2. Reg. 23. Spiritus Domini locutus eſt ꝑ me. Qñque aũt ille, cuius mẽs mouetur ad aliqua uerba exprimenda, non intelligit quid Spiritusſanctus ꝑ hæc

G uerba intendat, ſicut patet de Caipha, Ioan. 11. Similiter etiã cũ Spiritusſanctus mouet mẽtem alicuius ad aliquid faciendum, qñque quidem intelligit quid hoc ſignificet, ſicut patet de Hieremia, qui abſcondit lũbrare Emphratem. ut habetur Hier. 13. qñque uero non intelligit, ſicut milites diuidẽtes ueſtimenta Chriſti, non intelligebant quid ſignificarent. ᵖCũ er-

H go aliquis cognoſcit ſe moueri à Spiritusſancto ad aliqđ ęſtimandum, vel ſignificandũ uerbo, uel facto, hoc proprie ad ꝓphetiam pertinet. Cum autem mouetur, ſed nõ cognoſcit, nõ eſt perfecta prophetia, ſed quidam inſtinctus propheticus ᑫ. Sciẽdum tñ ꝙ quia mẽs ꝓphetę eſt inſtrũm deficiens, ut dictum eſt* ẽt ueri prophetæ nõ

I oia cognoſcunt, quę in eorum uiſis, aut uerbis, aut etiã factis Spiritusſanctus intendit ʳ. Et per hoc patet reſpõſio ad obiecta. Nã primæ rões loquunť de ueris prophetis, quorum mẽs diuinitus illuſtratur perfectè.

QVÆSTIO CLXXIIII.

De diuiſione prophetiæ, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderãdũ eſt de diuiſione prophetię.

K Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, De diuiſione prophetiæ in ſuas ſpecies.

¶ Secũdò, Vtrum ſit altior prophetia, quę eſt ſine imaginaria uiſione.

¶ Tertio, De diuerſitate graduum prophetiæ.

¶ Quarto, Vtrũ Moyſes fuerit excellẽtiſsim⁹ prophetarum.

Quinto, Vtrũ aliquis comprehenſor poſſit eſſe propheta.

¶ Sexto, Vtrum prophetia creuerit per tẽporis proceſſum.

ARTICVLVS I.

Vtrum conuenienter diuidatur prophetia in prophetiam prædeſtinationis Dei, præſcientiæ, & comminationis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vř ꝙ inconueniẽter diuidatur prophetia in gloſſa * ſuper Matt. 1. Ecce uirgo in utero habebit, vbi dř, ꝙ ꝓphetia alia eſt ex prędeſtinatione Dei, quam neceſſe eſt omnibus modis euenire, ut ſine noſtro impleatur arbitrio, ut hæc de qua hic agitur: alia eſt ex præſcientia Dei, cui noſtrum admiſcetur arbitrium: alia eſt, q̃ cõminatio dř, quæ fit ob ſignum diuinę animaduerſionis. Illud n.ʰ qđ conſequitur oẽm ꝓphetiam, non debet poni ut membrum diuidens prophetiã: ſed oĩs prophetia eſt ẽm præſcientiã diuinam, quia prophetę legunt in libro pręſcientiæ, ut dicit gloſ. Iſa. 38. ergo uř ꝙ non debeat poni una ſpẽs ꝓphetię quæ eſt ſecundum pręſcientiã.

¶ Pręt. Sicuti aliquid prophetatur ẽm comminationem, ita ẽt ẽm promiſsionem, & utraque uariatur. dř. n. Hier. 18. Repente loquar aduerſum gẽtem, & aduerſum regnum, ut eradicẽ, & deſtruam, & diſperdã illud. Si pęnitentiam egerit gẽs illa à malo ſuo agã, & ego pęnitẽtiam: & hoc pertinet ad ꝓphetiam comminationis. Et poſtea ſubdit de prophetia promiſſionis. Subito loquar de gente & regno, ut ędificem, & plantẽ illud. Si fecerit malum in oculis meis, pænitentiam agam ſuper bono, qđ locutus ſum ut facerem ei. ergo ſic ponitur prophetia comminationis, ita debet poniʰ prophetia promiſſionis.

¶ Præterea Iſidor. dicit in lib. Etymolog. *ʰ Prophetiæ genera ſunt ſeptem. Primum genus eſt, extaſis, qđ eſt mentis exceſſus, ſicut uidit Petrus uas ſubmiſſum de cęlo cum uariis animalibus. Secũdum genus, uiſio, ſicut apud Iſaiam dicentẽ: Vidi Dñm ſedentem &c. Tertium genus eſt ſomnium, ſicut Iacob ſcalam dormiens uidit. Quartum genus eſt per nubem, ſicut ad Moyſen loquebatur Deus. Quintum genus eſt uox de cęlis, ſicut ad Abraham ſonuit dicens. Ne mittas manũ in puerum. Sextum genus, accepta parabola, ſicut apud

nus duabus ad minus differẽtiis diuidatur. Argumentũ illud tertium directe, & explicite contra ſm̃ tẽdit, ſ. ꝙ prophetia nõ habet diuerſas ſpecies, ſed vna tantum deducendo ad hoc inconueniens, ꝙ nõ ſit eadem ſpecies prophetiæ. rñſio uero conſiſtit in aſsignando formale, vnde prophetia habet vnitatẽ ſpecificam. Vbi patet, ꝙ ſi de ſpecie ſubalterna ſolutio loqueretť, argumento non ſatiſfieret: quia ſtaret illud quod inferebatť, ꝙ non eſſet eadẽ ſpecies prophetiæ, quoniam hoc ſtat cũ ſpecie ſubalterna, & ſic reſponſio nihil dixiſſet ad propoſitum argumenti. Dicendum eſt ergo, ꝙ vtrobique loquitur de ſpecie ſpecialiſsima, ita ꝙ concluſio hic poſita ſm̃ ſe, eſt contraria cõcluſioni illi ſm̃ ſe: quoniam ibi concluditť, ꝙ prophetia eſt vnius ſpeciei ſpecialiſsimę, hic vero ꝙ ſunt plures ſpecies prophetię. Et ꝙ ita ſit, rõ literæ hic & ibi explicat. Nam rõ quæ hic affertur ad concludendum, ſ. Habitus, & actus diſtinguuntur ꝑ obiecta, ibi afferť arguendo, & ſoluitur, ꝙ intelligitur de obiecto formali: & dicitur ꝙ formale in obiecto prophetiæ eſt lumen diuinum, a cuius vnitate prophetia habet ſpeciei vnitatem. Et expreſſe excluditť ratio hic allata dũ ſubditur, licet ſint diuerſa, quæ per diuinum lumen ꝓphetice manifeſtantur. Notanter autem dixi, ſecundum ſe: quoniam vt ponun-

Porre. ꝑ to. 828

Veri. q. 12 ar. 10. Et Matt. 1. ꝑ pe fin.

Gloſ. or. ſup illud ut adimpleretur ꝙ dictum eſt ꝑ prophetam.

Gloſ. ordi. ſuper illud Diſpone domui tuę qa morieris.

Li. 7. ca. 8. declinãdo ad finem.

ponunť in litera, nõ ſunt contrariæ dictę cõcluſiones: qm concluſio de identitate ſpecifica ꝓpheuę ponit ab authore ſimpliciter, & ſm̃ ꝓpriã ſententiam, ut ibi patet legenti. Cõcluſio aũt de diuerſitate ſpecifica ponitur ſm̃ qd, & ſm̃ alienã ſnĩam, ut patet ex duobus in lra hac. Primò ex eo, q; in litera infertur ſic, Et iõ ſm̃ horum drĩas prophetia diſtinguitur in diuerſas ſpecies nõ quidẽ abſolutè, hoc eſt, ſine additione aliqua, ſed cũ iſta additione, Secundum prius dictã diuiſionẽ: quaſi diceret, q; iſta diuerſitas ſpecifica poniť ſupponendo, & ſequẽdo prius dictam diuiſionẽ. Secundo patet ex eo, q; in calce corporis articuli ſaluat ſi q; duę tm̃ ſpecies prophetiæ ponanť. Hoc .n. ſignum eſt, q; adaptationes ad inueniebat ad ſaluandas gloſas Scripturę, dũmõ tres, mõ duas tm̃ ſpecies ſaluat. Reuerentia ergo doctorũ congenita tãto viro, rõ eſt horũ dictorũ. Propria aũt ſnĩa, rõ fuit prius doctorũ. Et ſic omnia conſonant.

Lib. 7. Etymol. cap. 8 nõ procul à fin. to. 5.

Inducta in argum. 1.

Concl. ...

q. 171. art. 6. ad 2.

Li. 2. c. 30. circa prin.

In gl. ord. in præfatione ſup prologum Hieronymi à med. illius.

Li. 12. 2 c. 7. per multa capita, to. 3.

Balaã. Septimũ genus, repletio Spũſſancti, ſicut pene apud oẽs prophetas. * Ponit ẽt tria gña viſionũ, unum ſm̃ oculos corporis, alterum ſm̃ ſpiritũ imaginarium, tertium per intuitũ mentis: ſed hæc non exprimuntur in prædicta diuiſione. ergo eſt inſufficiens.

Sed contra eſt authoritas Hiero. cuius dicitur eſſe gloſ. *

Resp. Dcđm, q; ſpecies habituũ, & actuum in moralibus diſtinguunť ſm̃ obiecta. Obiectum aũt prophetiæ eſt id, qđ eſt in cognitione diuina ſupra humanã facultatẽ exiſtens: & iõ[m] ſm̃ horũ drĩas ꝓphetia diſtinguiť in diuerſas ſpecies ſm̃ prius dictã diuiſionẽ.[n] Dictum eſt aũt s. * q; futurum eſt in diuina cognitione dupliciter. Vno mõ, prout eſt in ſua cauſa: & ſic accipitur prophetia cõminationis, q̃ non ſp impletur, ſed per eam prænunciat ordo cauſæ ad effectus qui qñq; aliis ſuperuenientibus impediť. Alio mõ, præcognoſcit Deus aliqua in ſeipſis uel ut fienda ab ipſo, & horũ eſt ꝓphetia prædeſtinationis: quia ſm̃ * Damaſcenum Deus p̃deſtinat ea, q̃ non ſunt in nobis: vel ut fienda ꝑ liberũ arbitriũ hoĩs, & ſic eſt prophetia præſcientię, quæ pôt eſſe bonorũ & malorum, quod non contingit de prophetia p̃deſtinationis, q̃ eſt bonorũ tm̃. Et qa prædeſtinatio ſub præſcientia cõpræhendiť, iõ in gl. * in principio Pſalterii poniť tm̃ duplex prophetię ſpecies, ſ. ſecundum præſcientiam, & ſecundum comminationem.

Ad primvm ergo dcđm, q; præſcientia propriè dr̃ præcognitio futurorũ euentuũ prout in ſeipſis ſunt, & ſm̃ hoc poniť ſpẽs ꝓphetiæ. Prout aũt dr̃ reſpectu futurorũ euentuum, ſiue ſm̃ quod in ſeipſis ſunt, ſiue ſm̃ q; ſunt in ſuis cauſis, communiter ſe habet ad omnem ſpeciem prophetiæ.

Ad ii dcđm, q; prophetia promiſſionis cõprehẽdiť ſub prophetia cõminationis, qa eadẽ eſt rõ veritatis in utraque. Denominať tñ magis à cõminatione: quia Deus pronior eſt ad relaxandum poenam, quàm ad ſubtrahendum promiſſa beneficia.

Ad iii dcđm, q; Iſidorus diſtinguit prophetiã ſm̃ modũ prophetãdi, qui quidẽ pôt diſtingui uel ſm̃ potentias cognoſcitiuas in hoĩe, quæ ſunt ſenſus, imaginatio, & intellectus: & ſic ſumitur triplex uiſio, quam ponit tam ipſe, q̃ Aug. * 12. ſuper Gen. ad literã. Vel pôt diſtingui ſm̃ drĩam prophetici influxus, q; quidẽ quãtũ ad illuſtrationẽ intellectus ſignificať per repletionẽ Spũſſancti, quã ſeptimo loco ponit. Quantũ verò ad impreſſionem

A formarũ imaginabiliũ ponit tria, ſ. ſomniũ, quod ponit tertio loco: & viſionẽ, quæ fit in uigilãdo reſpectu quorumcumq; cõium, quam ponit in ſecundo loco: & extaſim, quæ fit per eleuationem mentis in aliqua altiora, quam ponit primo loco. Quãtum vero ad ſenſibilia ſigna ponit tria: quia ſenſibile ſignũ aut eſt aliqua res corporea exterius apparens uiſui, ſicut nubes, quã ponit quarto loco: aut eſt uox formata exteri⁹ ad auditũ hoĩs delata, quam ponit quinto loco: aut eſt uox per hoĩem formata cum ſimilitudine alicuius rei, quod pertinet ad parabolam; quam ponit ſexto loco.

B

Articvlvs II.

Vtrum excellentior ſit prophetia, quæ habet uiſionem intellectualẽ, & imaginariam, quàm ea quæ habet viſionem intellectualem tantùm.

Ad secvndvm ſic ꝓceditur. Vr̃ q; excellentior ſit prophetia, q̃ habet uiſionẽ intellectualẽ & imaginariã, q̃ ea quæ habet uiſionẽ intellectualem tm̃. Dicit .n. Aug. 12. ſuper

C Gen. ad literã: * & hr̃ in gloſ. 1. ad Cor. 14. ſuper illud, Spiritus aũt loquiť myſteria. Minus eſt propheta, qui rerũ ſignatarum ſolo ſpiritu videt imagines, & magis eſt propheta, qui ſolo earũ intellectu eſt p̃ditus: ſed maximè propheta eſt, q[b] in utroq; præcellit, hoc aũt pertinet ad prophetam, qui ſimul habet intellectualem & imaginariam uiſionem. ergo huiuſmodi pro-

D phetia eſt altior.

¶ 2 Pręt. Quãtò uirtus[b] alicuius rei eſt maior, tãtò ad magis diſtãtia ſe extẽdit: ſed lumẽ ꝓpheticũ principaliter ad mẽtẽ pertinet, ut ex dictis * patet. ergo perfectior vr̃ eſſe prophetia, quæ deriuatur uſque ad imaginationem, quàm illa quæ exiſtit in ſolo intellectu.

¶ 3 Pręt. Hierony. in prologo libri Reg. * diſtinguit prophetas

E contra hagiographos. Oẽs aũt illi, quos prophetas nominat, puta, Iſaias, Hieremias, & alii hmõi ſimul cũ intellectuali viſione[b] imaginariã habuerunt, non aũt illi qui dicũtur hagiographi, ſicut ex inſpiratione Spũſſancti ſcribẽtes, ſicut Iob, Dauid, Salomon, & hmõi. ergo vr̃ q; [b] magis propriè dicuntur prophetæ illi, qui ſimul habẽt uiſionẽ imaginariam cum intellectuali, quàm illi, qui habent intellectualem tantùm.

SVP. QV. CLXXIIII. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiuſdem q. 174. aduerte, q; ſi verba in titulo poſita propriè perſpecta in principio fuerint, clarior erit intellectus legentis articulũ: alioquin vſq; ad calcẽ articuli fluctuabit. Vtiť ſiquidẽ titulus nõ formis imaginatis, ſed uiſione imaginaria, ita q; non uertitur in qõnem, vtrum prophetia ſine phantaſmatibus, ſed ſine viſione imaginaria. Et qm̃ de prophetia eſt ſermo, intelligiť de uiſione imaginaria prophetica, & hoc in calce articuli explicatur, ita q; ſenſus qõnis eſt. An prophetia habẽs alterã tm̃ propheticã uiſionẽ, ſ. intellectualẽ, ſit excellẽtior prophetia habẽte utramq; propheticã uiſionem. ſ. intellectualem & imaginariam.

In rñſione ad tertiũ eiuſdem articuli aduerte, q; ſimilitudo in litera poſita inter fidẽ reſpectu cognitionis uiæ & patriæ, & prophetiã reſpectu viſionis imaginariæ & intellectualis, non currit quatuor pedibus: ſed ſat eſt, q; exẽpli rõnem habeat, ut intelligant audiẽtes. Prophetia ſiquidẽ diſtinguiť non per propriè, uel impropriè dici de altera uiſionũ, ſicut fides impropriè diceref de cognitione patriæ: ſed diſtinguiť penes magis & minus propriè. Ita q; magis propriè dr̃ de illa quæ habet uiſionẽ imaginariã, & minus propriè de illa, q̃ habet ſolũ intellectualem uiſionem. De utraq; tñ ꝓpriè, vt patet ex definitione prophetiæ ex Caſſiodoro.

Porre. ꝑ to. 829

Infr. art 3. cor. Et 3. q. 30. ar. 2. ad 1. Et veri. q. 12. ar. 12. Et Iſ. 1.

* Aug. li. 12. ſuper Gen. c. 9. in medio, to. 3.

q. præced. ar. 2.

parum à medio incipit. Viginti duas literas, tomo 4.

Cap. 1. parti. in ante medium illius.

¶ In eodem arti. 2. in ſolutione ad 4. manifeſte habes, ꝙ quantũcunque ſit excellens intellectualis viſio ꝓphetica abſque imaginaria uiſione, nunquàm tñ eſt ſine phãtaſmatũ miniſterio: qm̃ diuina ſapientia diſponit oĩa ſuauiter: & nãle eſt hoi, abſque phantaſmate non intelligere. Nec extendas hæc ad raptum Pauli, aut Moyſi: qm̃ non loquimur de huiuſmodi ſingularib. ſed de propheticis viſionib. regulariter.

¶ 4 Præt. Dio. dicit in 1. c. cęleſt. hierarchiæ, ꝙ impoſſibile eſt nobis ſuperlucere diuinum radium, niſi uarietate ſacrorũ velaminũ circumuelatũ: ſed prophetica reuelatio fit per immiſſionem diuini radii. ergo vr̃ ꝙ non poſſit eſſe abſq; [h] phantaſmatum uelaminibus.

In gl. ord. in præfatione ſup prolog. Hiero. innuitur: & etiam Caſſio. in prologo ſup. Pſ. cap. 1.

Sed contra eſt, qđ glo.* dicit in principio Pſalterii, ꝙ ille modus prophetiæ dignior eſt ceteris, qñ. ſ. ex ſola Spũs ſancti inſpiratione, remoto oĩ exteriori adminiculo facti, uel dicti, vel uiſionis, uel ſomnii, prophetatur.

Resp. Dcđm, ꝙ dignitas eorũ quę ſunt ad finé, præcipuè conſiderat̃ ex fine. Finis aũt prophetię eſt manifeſtatio alicuius ueritatis ſupra hoiem exiſtentis: vñ quanto hmõi manifeſtatio eſt potior tãtò prophetia eſt dignior. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ manifeſtatio diuinæ ueritatis, quæ fit per nudã contemplationẽ ipſius ueritatis, potior eſt, q̃ illa, quæ fit ſub ſimilitudine corporalium rerum: magis. n. appropinquat ad uiſionẽ patriæ, ſm̃ quã in eſſentia Dei ueritas cõſpicitur. Et inde eſt, q.[m] prophetia, per quã aliqua ſupernaturalis ueritas conſpicitur, ſm̃ intellectualẽ ueritatẽ eſt dignior, q̃ illa in qua veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudinẽ corporaliũ rerum ſm̃ imaginariam viſionẽ. Et ex hoc ẽt oſtẽditur mens prophetæ ſublimior, [a] ſicut in doctrina humana auditor oſtenditur eſſe melioris intellectus, qui veritatẽ intelligibilẽ a magiſtro nude prolatã capere põt, q̃ ille qui indiget ſenſibilibus exemplis ad hoc manuduci. Vñ in cõmendationẽ prophetiæ Dauid, dr̃ 2. Reg. 23. Mihi locutus eſt fortis Iſrael. & poſtea ſubdit: Sicut lux auroræ oriẽte Sole mane abſq; nubib. rutilat.

Concl.m

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ qñ aliqua ſupernaturalis ueritas reuelanda eſt per ſimilitudines corporales, tunc magis eſt propheta q̃ vtrũq; habet, ſ. lumen intellectuale, & imaginariã uiſionẽ, q̃ ille qui habet alterum tm̃, quia perfectior eſt prophetia: & quantum ad hoc loquitur Aug. ſed illa prophetia, in qua reuelatur nude intelligibilis ueritas, eſt omnibus potior.

Ad ii dcđm: ꝙ aliud eſt iudiciũ de his q̃ ꝓp ſe quærunt̃, & de his quæ quærunt̃ ꝓp aliud. In his . n. quæ ꝓp ſe quęrunt̃, quantò uirtus agẽtis ad plura, & remotiora ſe extendit, tanto potior eſt: ſicut medicus reputat̃ melior, qui plures põt, & magis à ſanitate diſtantes ſanare. In his aũt quæ nõ quæruntur niſi ꝓp aliud, quanto agens põt ex paucioribus, & propinquioribus ad ſuum intentũ peruenire, tanto vr̃ eſſe maioris uirtutis: ſicut magis laudatur medicus, q̃ per pauciora, & leniora põt ſanare infirmũ. Viſio aũt imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter ſe, ſed propter manifeſtationem intelligibilis ueritatis: & ideo tanto potior eſt prophetia, quanto minus ea indiget.

Ad iii dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid F eſſe ſimpliciter melius, quod tñ minus proprie recipit alicuius prædicationem: ſicut cognitio patriæ eſt nobilior, quàm cognitio viæ, quæ tamen magis proprie dr̃ fides, propterea ꝙ nomen fidei, importat imperfectionem cognitionis. Similiter autem prophetia importat quandam obſcuritatem, & remotionem ab intelligibili veritate: & iđ magis proprie dicuntur prophetæ, qui uident per imaginariam uiſionem, quàmuis illa prophetia ſit nobilior, quæ eſt per intellectualem uiſionem, dummodo tamen ſit eadem ueritas utrobique reuelata.

G Si verò lumen intellectuale alicui diuinitus infundatur non ad cognoſcendum aliqua ſupernaturalia, ſed ad iudicandum ſecundum certitudinem ueritatis diuinæ, ea quæ humana ratione cognoſci poſſunt: ſic talis prophetia intellectualis eſt infra illam, quæ eſt cum imaginaria uiſione ducente in ſupernaturalem ueritatem, cuiuſmodi prophetiã habuerunt oẽs illi, qui numerantur in ordine prophetarum, qui ẽt ex hoc ſpecialiter dicuntur prophetæ, quia prophetico officio fungebantur. Vnde & ex perſona Domini loquebantur dicentes ad populum. Hæc dicit Dominus: quod

H non faciebant [d] illi, qui hagiographa conſcripſerunt, quorum plures loquebantur frequentius de his quę humana ratione cognoſci poſſunt non quaſi ex perſona Dei, ſed ex perſona propria, cum adiutorio tamen diuini luminis. D. 1069.

Ad iiii dicendum, ꝙ illuſtratio diuini radii in vita pręſenti non fit ſine velaminibus phantaſmatum qualiumcumque: quia connaturale eſt [d] homini ſecundum ſtatum pręſentis uitę, ut non intelligat ſine phantaſmate. Quandoque tamen ſufficiunt phantaſmata, quę communi modo à ſenſi- D. 190.

I bus abſtrahuntur, nec exigitur aliqua uiſio imaginaria diuinitus procurata. Et ſic dicitur reuelatio prophetica fieri ſine imaginaria uiſione.

Articvlvs iii.

Vtrũ gradus prophetiæ poſſint diſtingui ſecundum uiſionem imaginariã.

A Dtertivm ſic proceditur. Videtur quòd gradus prophetię poſſint diſtingui ſecundum uiſionem imaginariã. Gradus enim alicuius rei non attenditur ſecundum id quod eſt propter aliud, ſed ſecun- K dum id [h] quod eſt propter ſe: in prophetia autem propter ſe quęritur viſio intellectualis, propter aliud autem viſio imaginaria, vt ſupra dictum eſt.* ergo vr̃ ꝙ gradus prophetię non diſtinguantur ſm̃ imaginariã viſionem, ſed ſolum ſecundum intellectualem.

¶ 2 Pręt. Vnius propheta [h] vr̃ eſſe vnus gradus prophetię: ſed vni ꝓphetę fit reuelatio ſm̃ diuerſas imaginarias viſiones. ergo diuerſitas imaginarię viſio

SVP. Q. CLXXIIII. ARTIC. III.

Porre. g in. 830

1. q. 12. ar. 11. ad 1. Et 4. di. 49. q. 2. art. 2. ad 2. Et vert. q. 12. ar. 13 per totum & arti. 14. cor. Et 1. Corinth. 13. lect. 4.

IN artic. 3. eiuſdem quæſtio. 174. nota tria. Primo, ordinem proceſſus in litera. Nam ſtatim in principio corporis artic. enumerantur tria genera prophetię, hoc eſt, tres generales gradus prophetiæ: & tertium cum ſubdiuiſione ſpecialium graduum penes cognoſcenda, uel agenda. Et aliter ordinantur quàm enumerentur: nam numerãdo imaginaria primo nominatur, ſed ordinando in ſupremo locatur intellectualis, puta reſpectu ueritatis ſupernaturalis, & immediate poſt imaginaria illuminata: & deinde intelle-

*ar. præc. ad 2.

intellectualis, puta, reſpectu veritatis naturalis, vel reſpectu actionis. Sed in declarando retrogrado ordine author proſequitur, incipiendo ab vltimo in Samſone: vbi ét deficit vltimũ gradum vſq; ad infimũ illius. ſ. ad inſtinctũ, de quo dictũ eſt, q. eſt quid imperfectũ in genere prophetiæ. Et deinde aſcendendo affert Salomoné: & deinceps imaginariam proſequitur, quatuor illi gradus tribuẽdo. Et demum ad pure intellectualem reſpectu ſupernaturalis veritatis, quam Dauid habuit, deuenit. Scdo, ꝙ prophetia intellectualis abſque imaginaria viſione reſpectu veritatis ſupernaturalis, q tenet ſupremum gradum, dr excedere rationẽ prophetiæ proprie dictæ non tamq̃ res ſuperioris ordinis, ſed ſicut ſummũ in illo ordine. Supremum enim eſt in confinio altioris ordinis, & ꝓpterea excedit quæ cõiter ſunt in ſuo ordine. Tertio, ꝙ ex reſpõſione ad primum habes, ꝙ ideo ſm imaginariã viſionem diſtinguimus prophetiæ gradus: quia gradus imaginariæ viſionis ſunt ſigna graduũ luminis prophetici, penes qđ graduanda eſt ꝓphetia tamq̃ primã & verã menſurã illius. Ex eo namque ꝙ gradus luminis prophetici ſunt nobis ignoti, & ſignificantur per gradus imaginariæ viſionis tanquã patentes, rõnabile eſt, vt gradus prophetiæ penes imaginariã viſionem diſtinguãtur.

In gl. ord. in præfatione ſup prologum Hiero. Sumitur ex Caſſiodor. in Prologo ſuper pſal. ca. 1.

q. 173. artic. 2.

nis nõ diuerſificat gradus prophetiæ.

¶ Præt. Scđm gl.* in prin. Pſalterij, ꝓphetia cõſiſtit i dictis, & i factis, ſomnio, & viſione. ñ ergo dẽnt ꝓphetię gradus magis diſtingui ẽm imaginariã viſionẽ, ad quã ꝑtinet viſio & ſomnium, [a] quã ẽm dicta, & facta.

Sed contra eſt, ꝙ mediũ diuerſificat gradꝰ cognitionis, ſicut ſciẽtia ꝑꝑ qđ ẽ altior eo ꝙ ẽ ꝑ nobilꝰ mediũ, q̃ ſcientia q̃ ẽ, vel ẽt q̃ opinio: ſed viſio imaginaria i cognitione ꝓphetica ẽ ſicut quoddã mediũ. ergo gradus ꝓphetię diſtingui dẽnt ẽm imaginariam viſionem.

Resp. Dcđm, ꝙ ſicut dictũ eſt,* prophetia, in qua ꝑ lumẽ intelligibile reuelãt aliqua veritas ſupernaturalis ꝑ imaginariã uiſionẽ, mediũ gradũ tenet inter illã prophetiã, in qua reuelãt ſupnaturalis veritas abſque imaginaria viſione, & illã in qua per lumen intelligibile abſq; imaginaria viſione dirigitur hõ ad ea cognoſcenda, vel agenda, quæ ꝑtinent ad humanã cõuerſationẽ. Magis aũt eſt propriũ prophetiæ cognitio, q̃ operatio: & iõ infimus gradus ꝓphetiæ eſt cũ aliqs ex interiori inſtinctu mouet ad aliqua exterius faciẽda, ſicut de Samſone dr̃ Iudi. 15. ꝙ irruit ſpiritus dñi in eũ: & ſicut ſolent ad ardorẽ ignis ligna cõſumi, ita & vincula qbus ligatus erat, diſſipata sũt & ſoluta. Scdus aũt gradus prophetiæ eſt, cũ aliqs ex interiori lumine illuſtratur ad cognoſcendũ aliqua, q̃ tñ non excedunt limites naturalis cognitionis, ſicut dr̃ de Salomone 3. Reg. 4. ꝙ locutus eſt parabolas, & diſputauit ſup lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſopum, q̃ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibꝰ: & hoc totũ fuit ex diuina inſpiratione. Nã præmittitur: Dedit Deus ſapientiã Salomoni, & prudentiam multã nimis. Hi tñ duo gradus ſunt infra ꝓphetiã propriẽ dictã, quia non attingunt ad ſupernaturalẽ veritatẽ. Illã aũt prophetia, in qua manifeſtatur ſupernaturalis veritas per imaginariã viſionẽ, diuerſificatur primo ẽm differẽtiam ſomnij qđ fit in dormiendo, & viſionis quæ fit in vigilando, quæ pertinet ad altiorem gradũ prophetiæ: qa maior vis prophetici luminis eſſe vr̃, quæ aliquẽ occupatum circa ſenſibilia in vigilando abſtrahit ad ſup-

A naturalia, q̃ illa q̃ aiam hominis abſtractã à ſenſibilibus inuenit in dormiendo. Scđo aũt diuerſificatur gradus prophetiæ quantũ ad expreſſionem ſignorũ imaginabiliũ, quibus veritas intelligibilis exprimit. Et quia ſigna maxime expreſſa intelligibilis ueritatis ſunt verba, iõ altior gradus prophetiæ vr̃, qñ propheta audit verba exprimentia intelligibilẽ veritatẽ ſiue in vigilãdo, ſiue in dormiendo, q̃ qñ videt aliquas res ſignificatiuas veritatis: ſicut ſeptẽ ſpicæ plenæ ſignificant ſeptem annos vbertatis. In qbus et ſignis tanto vr̃ prophetia eſſe altior, quantò ſigna ſunt magis expſſa: ſicut qñ
B Hieremias vidit incendiũ ciuitatis ſub ſimilitudine ollæ ſuccenſę, ſicut dr̃ Hier. 1. Tertio aũt oſtẽditur altior eſſe gradus prophetiæ, qñ propheta nõ ſolũ videt ſigna verborum, vel factorum, ſed ẽt videt in vigilando, vel in dormiendo aliquẽ ſibi colloquentẽ, aut aliquid demonſtrantẽ: quia per hoc oſtenditur, ꝙ mẽs prophetę magis appropinquat ad cãm reuelantẽ. Quarto aũt pt̃ attendi altitudo gradus prophetalis ex condõne eius qui vr̃. Nam altior gradus prophetiæ eſt, ſi ille qui loquitur, vel demonſtrat, videatur in vigilando, vel in dormiẽdo in ſpecie angeli, q̃ ſi videatur in ſpecie hoĩs: &
C adhuc altior, ſi videatur in dormiendo, vel in vigilando in ſpecie Dei, ẽm illud Iſa. 6. Vidi Dñm ſedẽtem. Super omnes autem hoc gradus eſt tertium genus prophetiæ, in quo intelligibilis veritas, & ſupernaturalis abſque imaginaria viſione oſtenditur, quę tñ excedit rõnẽ ꝓphetię ꝓprie dictę, vt dictũ ẽ:* & iõ [m] cõſequẽs ẽ, ꝙ gradꝰ prophetiæ proprie dictę diſtinguant ẽm imaginariã uiſionem. [n]

Ar. præce. ad. 3. *Concl.*

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ diſcretio luminis intelligibilis non poteſt a nobis cognoſci, niſi ẽm ꝙ iudicatur per aliqua ſigna imaginaria, vel
D ſenſibilia: & ideo ex diuerſitate imaginatorum perpenditur diuerſitas intellectualis luminis.

Ad ii dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* prophetia non eſt per modum habitus immanentis: ſed magis per modum paſſionis tranſeuntis. Vnde non eſt inconueniens, quòd vni & eidem prophetæ fiat reuelatio prophetica diuerſis vicibus ſecundum diuerſos gradus.

q. 171. ar. 2.

Ad iii dicendum, ꝙ dicta, & facta, de quibus ibi fit mentio, nõ pertinent ad reuelationem prophetiæ, ſed ad denunciationem, quæ fit ſecundum diſpoſitionem eorũ, quibus denunciatur id quod
E prophetæ reuelatum eſt: & hoc fit quandoque per dicta, quandoque per facta. Denũciatio autem, & operatio miraculorum conſequenter ſe habẽt ad prophetiam, vt ſupra dictum eſt.*

q. 171. ar. 1 *Parra. p to.*

831

Articvlvs iiii.

Vtrum Moyſes fuerit excellentior omnibus prophetis.

Veri. q. 12. ar. 9. ad 2. & ar. 14. In Iſa. 6.

AD qvartvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Moyſes nõ fuerit excellentior oibus prophetis. Dicit. n. gl.* in prin. Pſalterij, ꝙ Dauid dr̃ [a] propheta ꝑ excellentiã. non ergo Moyſes fuit excellentiſſimus omniũ.

*Innititur in gl. ordi. in præfatione in prologum B. Hiero. & innititur ex Caſſio. in prolog. in pſal. c. 1.

SVP. Q. CLXXIIII. ARTIC. IIII.

IN ar. 4. eiuſdem q. dubia duo occurrũt ex Nicolao de Lira ſuper principio Pſalterij. Primum eſt circa rationes in litera allatas ad probandum, quòd Moyſes fuit ſimpliciter excellentiſſimus

¶2 Præt.[b] Maiora miracula facta ſunt p Ioſue, qui fecit ſtare Solem & Lunam, vt hr Ioſue 10. & per Iſaiam, qui fecit retrocedere Solē, vt hr Iſa.38. q̃ per Moyſen, q diuiſit mare rubrum. Similiter ēt per Heliam, de quo dr Eccle.48. Quis poterit tibi ſimiliter gloriari, qui ſuſtuliſti mortuū ab inferis? non ergo Moyſes fuit excellentiſſimus prophetarum.

¶3 Præt. Matth.11. dicitur, ꝙ inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta non ergo Moyſes fuit excellentior omnibus[h] prophetis.

Sed contra eſt, qđ dr Deut. vlt. Non ſurrexit propheta vltra in Iſrael, ſicut Moyſes.

Resp. Dcđm, ꝙ[m] licet quātū ad aliquid aliquis alius prophetarū fuerit maior Moyſe, ſimplr tñ Moyſes fuit omnibus alijs maior.[n] In prophetia.n. ſicut ex dictis* patet, conſiderať & cognitio tam ſm viſionem intellectualem, q̃ ſm viſionem imaginariam; & denuntiatio, & confirmatio per miracula. Moyſes ergo fuit alijs excellentior. Primo quidem, quantū ad viſionem intellectualem, eo ꝙ vidit ipſam Dei eſſentiam, ſicut Paulus in raptu, ſicut * Aug. dicit 12. ſuper Gen. ad literā. Vñ dr Nu.12. ꝙ palam nō per ęnigmata Deum vidit. Secūdo quātum ad imaginariam viſionē, quā quaſi ad nutū habebat non ſolum audiens verba, ſed ēt videns loquentē ēt in ſpecie Dei non ſolū in dormiendo, ſed ēt in vigilādo. Vñ dr Exod. 33. ꝙ loquebať ei Dñs facie ad faciē, ſicut ſolet loq hō ad amicum ſuū. Tertio, quantū ad denūciationē, quia loquebatur toti populo fidelium ex perſona Dei, quaſi de nouo legē proponēs: alij vero prophetæ loquebātur ad populū in perſona Dei, quaſi inducentes ad obſeruantiam legis Moyſi, ſm illud Malac.4. Mementote legis Moyſi ſerui mei. Quarto, quātū ad operationē miraculorum, quæ fecit toti populo infideliū. Vñ dr Deut. vlt. Non ſurrexit vltra propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dñs facie ad faciem in

F oībus ſignis atque portentis, q̃ miſit per eum, vt faceret ī terra Aegypti, Pharaoni, & oīb' ſeruis eius, vniuerſæq; terræ illi[o].

Ad primum ergo dcđm, ꝙ prophetia[d] Dauid ex ꝓpinquo attingit viſionē Moyſi, quātū ad viſionem intellectualem: quia vterq; accepit reuelationē intelligibilis & ſupernaturalis veritatis abſq; imaginaria viſione. Viſio tñ Moyſi fuit G excellentior quantū ad cognitionē diuinitatis: ſed Dauid plenius cognouit, & expreſſit myſteria incarnationis Chriſti.

Ad II dicendum, ꝙ illa ſigna illorum prophetarum fuerunt maiora ſecundum ſubſtantiam facti: ſed tamen miracula Moyſi fuerunt maiora ſecundum modū faciendi, quia ſunt facta toti populo.

Ad III dcđm: ꝙ Ioannes H pertinet ad nouum teſtamētū, cuius miniſtri præferuntur ēt ipſi Moyſi, quaſi magis reuelate ſpeculātes, vt hr 2. ad Cor. 3.

Articulvs V.

Vtrum aliquis gradus prophetiæ ſit etiam in beatis.

Ad qvintvm ſic proceditur. Vr ꝙ aliquis gradus prophetiæ eſt ēt in beatis. Moyſes.n. vt dictum *eſt, vidit I diuinam eſſentiam, qui tñ propheta dicitur.[b] ergo pari rōne beati poſſunt dici prophetæ.

¶2 Prēt. Prophetia eſt diuina[b] reuelatio, ſed diuinæ reuelationes fiunt etiam angelis beatis. ergo angeli beati poſſunt dici prophetæ.

¶3 Præt. Chriſtus ab inſtāti cōceptionis fuit cōprehenſor: & tñ ipſe prophetā[b] ſe nominat. K Matt.13. vbi dicit. Non eſt propheta ſine honore, niſi ī patria ſua. ergo ēt cōprehenſores & beati poſſunt dici prophetæ.

¶4 Præt.[b] De Samuele dr Eccleſiaſt. 46. Exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatē gentis. ergo eadē ratione[b] alij ſancti poſt mortem poſſunt prophetę dici.

Sed contra eſt, ꝙ 1. Pet. 1. ſermo ꝓpheticus cōparatur lucernæ lucēti in caliginoſo loco: ſed ī beatis nulla eſt caligo. ergo nō poſſunt dici ꝓphetæ.

tiſſimus propheta. Et contra primā rōnem obijcit dupliciter. Primo, Claritas cognitionis actum prophetandi excludens, non cōſtituit excellentiorem gradum prophetiæ: ſed viſio diuinæ eſſentiæ excludit actū prophetādi, ſicut & actū fidei, quia vterq; eſt neceſſario ænigmaticus ergo. Præterea, Si hæc rō valeret, ſequeretur ꝙ Moyſes fuiſſet excellentior apoſtolis, excepto Paulo. Et tenet ſequela, quia Moyſes vidit diuinā eſſentiā: alij aūt Apoſtoli nō. Conſequens reprobatur in hac litera, dū miniſtri noui teſtamenti præferuntur Moyſi. Cōtra ſcđam rōnē obijcit, quia denunciatio eſt aliquid conſequēs cognitionē propheticā. nō ergo variat gradū ꝓphetiæ. Cōtra quartā rōnem literæ de cōfirmatione obiicit: quia confirmatio per ſignū conſequitur ēt prophetiā. Vñ & Ioānes Baptiſta nullū ſignū fecit, vt dr Io.10. & tñ a dicto doctore præfertur Moyſi.

Con cl.

Art. præc. & art. 1. q. 171.

¶ Scđm dubiū eſt circa concluſionē, cōtra quā arguit idē, volēs ꝙ Dauid ſit ſimplr excellentior. Primo, quia Moyſes non habuit toties nec ita cōiter illuſtrationes, ſm viſionē pure intellectualiū, ſicut Dauid, 2. Regum. 23. Præterea Dauid plenius & clarius cognouit & expreſſit myſteria Chriſti, q̃ Moyſes ſm dictū doctorē. ergo prophetia Dauid ſortitur quādā excellentiam ex hoc, ꝙ Chriſti myſteria ſic expreſſit. Probatur ſequela: qa lex & prophetæ ordinantur ad Chriſtum ſicut finem, finis aūt nobilior eſt his quæ ſunt ad finē. Et confirmatur, quia Gregorius Hom. 4 ſuper Eze. dicit, ꝙ Dauid clariorē cognitionem quàm Moyſes habuerit.

Lib. 12. c. 27. to. 3.

¶ Ad primū dubium dr cū authore in ar. ſequenti in rñſione ad primū, ꝙ viſio diuinæ eſſentiæ raptim per modum paſſionis nō excludit actū prophetādi, qa eſt viſio procul ex parte videntis: nec eſt ſimilis ꝙ de actu fidei; qui eſt non apparentiū. Nec eſt verū, ꝙ actus propheticus eſt neceſſario ænigmaticus, iuxta illud. Nu. 12. Palā, & non per ænigmata Deum videt.

D. 10 &.

¶ Ad aliā obiectionē dr, ꝙ conſequentia valeret ſi ſeruaretur idētitas ſtatus, ſed variato ſtatu, non valet. Nā miniſtri noui teſtamēti rōne ſtatus.ſ. reuelatæ gratiæ, præferuntur Moyſi, & nō ratione maioris viſionis, q̃ fuerit viſio diuinæ eſſentiæ: propterea ꝙ ratio illa ualet reſpectu ſtatus ad nouum teſtñ, ſimpliciter loquendo.

¶ Ad obiecta contra ſecundam & quartā rationes dr, ꝙ licet denunciatio, & cōfirmatio ſequantur eſſentiam prophetiæ, quia tñ ſpectant ad conditiones prophetarum ut ſic, ideo ad excellentiam prophetæ bene inductę ſunt, & male improbātur, quia non ad excellentiam eſſentialē prophetiæ inductę ſunt, ſed ad excellentiam prophetę ſecundū illas conditiones, ut ſic ſecundum omnes cōditiones inueniatur Moyſes ſuperior.

Porre. 3 n. 832

Supra. q. 173. art. 1. cor. Et 3. q. 7. ar. 8. co. Et 1. Cor. 13. lect. 3.

*Ar. præc.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ primę obiectionis aſſumptum ea facilitate poteſt negari, qua affirmatur: quia non habet ex ſcriptura authoritates. Secunda uero nobilitatem prophetiæ Dauid quoad ſecundarium oſtēdit. Nā principale eſt diuinitas, in cuius cognitiōe excellit Moyſes. Chriſtus autem utrāque naturam habet: unde ex hoc nihil concluditur. Authoritas Gregorii de cognitione myſteriorum Chriſti intelligitur, & non ſimpliciter.

SVP. Q. CLXXIIII. ARTIC. V.

IN ar. 5. eiuſdē quæſtionis, hoc ſolum ſcribēdum occurrit, ꝙ uiſio Dei per eſſentiam ad prophetiam deſcendit, ut res ſuperiores ordinis: & per accidens. ſ. quia per modum paſſionis, & ſecundum quid: quia quoad hoc ꝙ uidēs, adhuc erat procul.

Et hæc denotanť in lra cũ ſubdit, Et pp hoc non totaliter amittit rõem ꝓphetię talis viſio. Parum eñ quid habere prophetię di, ꝙ nõ totaliter excludit illam.

RESP. Dcđm, ꝙ prophetia importat uiſionē quãdã alicuius ſupernaturalis veritatis, vt procul exiſtentis: qđ quidē cõtingit eſſe dupliciter. Vno mõ, ex parte ipſius cognitionis: qa veritas ſupernaturalis non cognoſcit̃ in ſeipſa, ſed in aliquibus ſuis effectib⁹. Et adhuc erit magis procul, ſi hoc ſit per figuras corporaliũ rerũ, q̃ p intelligibiles effectus: & talis maxime eſt viſio ꝓphetica, q̃ fit p figuras & ſimilitudines corporaliũ rerũ. Alio mo, viſio eſt ꝓcul ex parte ipſius videntis, q̃ ſ. nõ eſt totaliter in vltimã pfectionē adductus, ſm illud 2. ad Co. 5. Quãdiu ĩ corpore ſum⁹, pegrinamur à Dño. Neutro ãt mõ, beati sũt ꝓcul: vñ nõ pñt dici prophetæ.*

Concl.

D. 486. AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ viſio illa Moyſi fuit rapti p modũ paſſionis, nõ ãt pmanens p modũ beatitudinis, vñ adhuc videns erat procul: pp hoc nõ totaliter talis uiſio amittit rõem ꝓphetiæ.

AD II dcđm, ꝙ angelis fit reuelatio diuina nõ ſicut ꝓcul exiſtentibus, ſed ſicut totaliter Deo cõiunctis. Vñ talis reuelatio nõ hēt rõem ꝓphetiæ.

D. 1068. AD III dcđm, ꝙ Chrs ſimul erat cõphēſor, & viator. In quãtũ ergo erat cõprehēſor, nõ cõpetit ſibi rõ prophetiæ, ſed ſolum inquãtũ erat viator.

AD IIII dcđm, ꝙ ēt Samuel nondũ ꝑuenerat ad ſtatũ beatitudinis. Vñ (etſi voluntate Dei ipſa aĩa Samuelis Sauli euentũ belli prænũciauit, Deo ſibi hoc reuelante) ꝑtinet ad rõem ꝓphetiæ.* Nõ ãt eſt eadē rõ de ſãctis, q ſunt mõ ĩ patria. Nec obſtat ꝙ arte dæmonum hoc dr̃ factũ: quia etſi dæmones animam alicuius ſancti euocare nõ pñt, neque cogere ad aliquid agendum, põt tñ hoc fieri diuina virtute, ut dum dęmon conſulit, ipſe Deus per ſuum nuncium veritatem enunciet: ſicut per Heliam veritatē rñdit nunciis regis, q mittebant ad conſulendum Deũ Acharon, ut habet̃ 4. Reg. 1.

2. Respon. Quàmuis ēt dici poſſit, ꝙ non fuerit anima Samuelis, ſed dæmon ex perſona eius loquens, quē ſapiens Samuelem nominat, & eius prænunciationem propheticam, ſecundum opinionem Saulis & aſtantium, qui ita opinabantur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum grad⁹ prophetiæ varientur ſecundum temporis proceſſum

Ferra. ꝓ to. 833 1. q. 52. a. 5 ad 3. Et ve ri. q. 12. ar. 14. ad 1. * q. 173. ar 4. † Hom. 16 in Ezec. a medio.

AD SEXTVM ſic proceditur Vr̃ ꝙ gradus prophetiæ varientur ſecundum temporis proceſſum Prophetia enim ordinatur ad cognitionem diuinorum, ut ex dictis* patet: ſed ſicut dicit † Grego. per ſucceſſiones temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. ergo & gradus, & ꝓphetiæ ſecundum proceſſum tpis debent diſtingui.

¶2 Præt. Reuelatio prophetica fit per modum diuine allocutionis ad hominem. A prophetis autem ea quæ ſunt eis reuelata, denunciantur & verbo, & ſcripto. dr̃ enim 1. Reg. 3. ꝙ ante Samuelem ſermo Domini erat pretioſus, ideſt, rarus, qui tamen poſtea ad multos factus eſt. Similiter etiam non inueniuntur libri prophetarum eſſe conſcripti ante tempus Iſaiæ, cui dictum eſt. Sume ₅ tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, ut patet Iſa. 8. poſt quod tempus plures prophetæ ſuas prophetias conſcripſerunt. ergo vr̃ quòd ſecundum proceſſum temporũ profecerit prophetiæ gradus.

¶3 Præt. Dominus dicit Matthę. 11. Lex, & prophetę uſq; ad Ioannem prophetauerunt. Poſtmodum autem fuit donũ prophetiæ in diſcipulis Chriſti multo excellentius, quàm fuerit in antiquis prophetis ſecundum illud ad Ephe. 3. Aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſcilicet myſterium Chriſti, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu. ergo videtur ꝙ ſecundum proceſſum temporis creuerit prophetiæ gradus.

SED CONTRA eſt, qa Moyſes fuit excellentiſſimus prophetarum, ut dictum eſt,* qui tamen alios prophetas præceſſit. ergo gradus prophetię non profecit ſecundum temporis proceſſum.

RESP. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* prophetia ordinatur ad cognitionem diuinæ veritatis, per cuius contemplationem non ſolum in fide inſtruimur, ſed ēt in noſtris operibus gubernamur, ſecundũ illud Pſalm. 42. Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam: ipſa me deduxerunt. Fides ãt nr̃a ĩ duobus principaliter cõſiſtit. Primò, quidem, in vera Dei cognitione, ſecundum illud He. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt. Secũdo, in myſterio incarnationis Chriſti, ſm illud Io. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Si ergo de prophetia loquamur inquantũ ordinat̃ ad fidē deitatis, ſic quidem creuit ſm tres tēporũ diſtinctiones. ſ. ante legem, ſub lege. & ſub grã. Nam ante legē, Abrahã & alii patres prophetice ſunt inſtructi de his, q̃ pertinent ad fidem diuinitatis. Vnde & prophetę nominantur, ſecundum illud Pſ. 104. In prophetis meis nolite malignari: quod ſpecialiter dr̃ ꝓpter Abrahã & Iſaac,

SVP. QV. CLXXIIII. ARTIC. VI.

IN ar. 6. eiuſdē q. aduerte, ꝙ adonai, ut in lra dr̃ poni tur ad denotandũ aliud Dei nomē ineffabile, ſignificãs Dei eſſentiã ex parte ipſius eſſentiæ, ut in li. 1. dictũ ē de nomine Tetragrammaton. Illud .n. idē ineffabile nomē, q ſupponimus, ſignificatur hic per Adonai.

¶ In eod. art. in rñſione ad 1m, aduerte authorē reddere rõem duorũ, ſ. quare ſermo Dñi erat ante Samuelē, & reges, rarus. Et hoc dicit ĩ calce rñſionis: & quare ꝓphetia cępit ſcribi tpe Iſaiæ, qa ſ. tũc erat exordiũ Romanæ vrbis, qua ĩperãte erat Chrs ventur⁹, & ĩpleturus, oĩum ꝓphetarũ oracula, ac extēſurus ꝓmiſſã ſalutē vniuerſo orbi. Decuit ſiqdē ſimul ĩcipere ſcripturã, & cui ſcriberet. Populus Iſrael ñ egebat ſcriptura, hñs corã ꝓphetas. Gētiles per Chrm adunandi ſub Ro. Eccl. egebãt ſcriptura. Et ĩõ ſimul ſcriptura ꝓphetica & Roma cęperũt. Hanc rõ nē ñ auſus eſſem dicere, niſi authoritas Aug. ĩ 18. de ciu. Dei allata in litera, me foueret.

Ar. 4. & 5. præceden.

Ar. 2. 3. & † & q. 173. ar. 4.

¶ In rñſione ad tertiũ eiuſdē ar. nota bñ cõtra nouos ꝓphetas, & ſpãliter quēdã Amadæũ. q ut aiũt, librũ edidit, nouã doctrinã eorũ quæ ad fidei Chriſtianæ myſteria ſpectãt, itroducere conãtē, & sũt ſequaces ac ſimiles. Oēs. n. tales hic dãnant̃ ab authore, cũ dr̃, ñ defuerũt ſigulis tpib. prophetiæ ſpiritũ habētes, ñ qdē ad nouã doctrinã fidei deꝓmendã. Nõ dicit. ñ q dem ad nouã fidē, ſđ ad nouã doctrinã fidei: ita ꝙ ñ ſolũ nouã fidē deꝓmētes, q ēt ſi ãgeli ď cęlo eēnt, excõicati sũt a Pau. Apoſt. ſđ nouã doctrinã fidei afferētes, ꝓcul ab Eccleſia & ꝓphetis sũt: ſicut ſi docerēt alio oportere eē ritũ ſcriorũ ab illo, quē cõiter Eccleſia ſeruat, aut ſi alia Euãgeliis, aut ſacræ ſcripturę appenerēt rõ [illegible]

Concl.

partem: aut ſi aliquis actus ſecundum fidei doctrinam illicitos, dicerent licitos: aut aliquid huiuſmodi, quę fidei chriſtianæ doctrinam horret: ſiue quia directæ fidei aduerſantur, ſiue quia ex conſequenti fidei contrariantur, ut illi qui fatentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, Deo contrariantur.

factaē reuelatio ꝓphetica de his q̄ ptinent ad fidē diuinitatis excellentius q̄ ante, q̄a iam oportebat: circa hoc inſtitui ñ ſolū ſpālis pſonas, aut quaſdā familias, ſed totū populū. Vñ Dñs dicit Moyſi. Exod. 6. Ego Dñs qui apparuit Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meū Adonai nō indicaui eis, quia. ſ. præcedētes patres fuerunt inſtructi in fide de omnipotentia vni⁹ Dei: ſed Moyſes poſtea plenius fuit inſtructus de ſimplicitate diuinæ eſſentiæ, cum dictum eſt ei Exod. 3. Ego ſum, qui ſum, qđ quidē nomē ſignificatꝰ à Iudæis per hoc nomē Adonai, pp venerationē illius ineffabilis nominis. Poſtmodū uero tempore gratiæ ab ipſo filio Dei reuelatū eſt myſteriū Trinitatis, ſm illud Mat. vlt. Euntes docete oēs Gentes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti. [p] In ſingulis tñ ſtatib. prima reuelatio excellentior fuit. [q] Prima āt reuelatio ante legē facta eſt Abrahæ, cuius tpe cęperūt hoīes a fide unius Dei deuiare ad idolatriā declinādo: ante āt ñ erat neceſſaria talis reuelatio oīb. in cultu unius Dei perſiſtētibus. Iſaac uero facta ē inferior reuelatio, quaſi fūdata ſuper reuelatiōe facta Abrahæ. Vñ dictū ē ei Gen. 26. Ego sū Deus Abraham patris tui. Et ſimiliter ad Iacob dictum Gene. 28. Ego ſum Deus Abrahā patris tui, & Deus Iſaac. Et ſimiliter ī ſtatu legis, prima reuelatio facta Moyſi excellētior fuit, ſ. quam fundatꝰ oīs alia ꝓphetarū reuelatio: ita ēt in tpe gratiæ ſuper

G reuelatione facta Apoſtolis de fide vnitatis & Trinitatis, fundatur tota fides Eccleſię, ſm illud Matth. 16. Super hanc petram. ſ. confeſſionis tuæ, ędificabo Eccleſiam meam. [r] Quantum vero ad fidem incarnationis Chriſti, manifeſtum eſt, q̄ quanto fuerūt Chriſto propinquiores ſiue ante, ſiue poſt, vt plurimū plenius de hoc inſtructi fuerūt. Poſt aūt plenius quā

H añ, [s] vt Apoſtolus dicit ad Eph. 2. [u] Quantū vero ad directionē humanorū actuū propheti ca reuelatio diuerſificata eſt nō ſm tpis proceſſum, ſed ſm cōditionē negotiorū: [x] quia vt dr̄ Prouer. 29. Cum defecerit prophetia, diſſipabitur populus. Et ideo quolibet tempore inſtructi ſunt homines diuinitus de agendis, ſecundum q̄ erat expediens ad ſalutē electorū.

I AD PRIMVM ergo dcēm, q̄ dictum Greg. intelligendum eſt de tempore ante Chriſti incarnationem, quantum ad cognitionem huius myſterij.

AD II dicendum, q̄ ſicut * Auguſti. dicit 18. de ciuitate Dei. Quemadmodum regni Aſſyriorū primo tempore extitit

¶ In eodem art. 6. in eadem riſione ad tertiū, circa id q̄ ibi dr̄, ſ. q̄ ſingulis tpib. nō defuerunt habentes ſpiritū ꝓphetiæ ad humanorū actuū directionē, dubium occurit, an tales crediti ꝓphetæ audiēdi ſint in his q̄ dñt ſe ex ſpiritu ꝓphetię habere: Et vr̄ q̄ ſic, tum quia aliter in uanum daretur ꝓphetiæ ſpiritus, q̄ ad utilitatem Eccleſię tanq̄ finem ordinatꝰ, & ueniret cōtra illud Apoſtoli 1. ad The. 5. Prophetias nolite ſpnere. tum q̄a Iſaac obediuit pcepto Abrahæ circa mortē ſuipſius, q̄ erat cōtra oē ius: tum q̄a mulier fornicaria, q̄ genuit ex Oſea ꝓpheta, excuſata eſt a fornicatione. In oppoſitū āt eſt, q̄ daretꝰ p hoc via inobedientiis, & impudicitiis, & aliis ſingularib. exceſſib. hominum illorum, qui dicerent ſe hęc patrare ex iuſſu hmōi prophetarum.

Concl. ¶ Ad huius euidentiā ſciēdū ē, q̄ cū duplices ſint actus humani, quidā ſpectantes ad publica officia, & pſertim eccleſiaſtica, ut pdicare, celebrare, ſentētias ferre in iudicio, & ſimilia. Et circa hæc nō verſatur pſens qō: quā clara huius qōnis ſolutio habetꝰ extra de hęreticis. c. Cum ex iniūcto, ubi dicenti ſe inuiſibili miſſione a Deo miſſum, publica fides negatꝰ, niſi miraculo, uel ſpeciali ſcripturæ teſtimonio id confirmet, Hinc enim patet q̄ quacumq; perſona prophetante de nouo, non ſunt publici actus dirigendi, ſecundum illius prophetiam: quoniam Eccleſia fidem eis publicam negat, niſi aliquod dictorum teſtimoniorum efficaciter adeſſet. Alii uero actus humani priuatarum ſunt perſonarum, & in his diſtinguendum eſt: quoniam quidam diriguntur ab huiuſmodi prophetis conformiter ad vniuerſales Eccleſiæ regulas: & in his, quia nullum periculum eſt, quilibet poteſt in ſuo ſenſu abundare, ut dirigat ſuos actus ſecundum arbitrium huiuſmodi prophetarum. Quidam uero diriguntur difformiter ad eccleſiaſticos mores ſiue communes totius Eccleſię, ſiue peculiares alicuius religionis, & huiuſmodi, & hoc ſiue in ueritate ſit iſta difformitas, ſiue habeāt ſpeciem difformitatis: & in iſtis, huiuſmodi prophetæ nec audiendi, nec fouendi ſunt aliquo modo, niſi, ut dictum eſt, fides publica ab Eccleſia eis deberetur. Manifeſtatur āt hoc rōne & authoritate. Ratione quidem, quoniam recta rō exigit, ut in directione actuum noſtrorum certum præponatur dubio quo ad bonitatem, uel malitiam. Conſtat autem q̄ regulare actus noſtros conformiter ad diuinas eccleſiaſticaſque leges & mores, bonum ꝓculdubio eſt. Et declinare ab illis, malum ſimiliter ꝓ

F culdubio eſt. An aūt Deus in ueritate illuminauerit huiuſmodi prophetas, & poteſtatem dederit præcipiēdi oppoſitum, aut diſpenſandi in huiuſmodi, nulla euidenti certitudine cōſtat nobis, quāuis ipſi hoc dicerent, & iurarent. Et ſic hoc tanq̄ incertum & ambiguum poſtponendum eſt certæ & infallibili regulæ diuinæ, ſeu humanæ, qua irreprehenſibiliter hactenus actus noſtros regulauimus. Authoritate uero: Nā Paulus Apoſtolus ubi ſup. cum dixiſſet. Prophetias nolite ſpernere, ſtatim ſubiunxit tria documenta ad hoc, dicens, Oīa autē probate, qđ bonū eſt tenete, ab oī ſpecie mala abſtinete uos. Vbi hc uenerari ꝓphetias docet, ut primo probemus oīa quæ dicūt, & in hac diſcuſſione includitur aſſignata rō, ut. ſ. certa præponātur incertis, ubi periculum imminet: deinde ad electionē bonitatis cogit; & demū non ſolū abſtinentiā a mali, ſed ēt ab his q̄ habent mali ſpeciem cauendū pcipit, ac ſi aperte diceret, Nolite ſpernere prophetas, q̄ de nouo apparent: ueruntamen eſtote prudētes, & cauti, nec ad ſpeciem mali pp eos declinetis, ſed⁹ bonū tantumodo amplectamini. Cōſtat. n. bonū & malū in actibus humanis ſm cōformitatem & deformitatem ad diuinas humanaſque, pcipue eccleſiaſticas leges attēdi. Quocirca nō excuſantur q̄ ex iuſſu, vel licentia hmōi prophetarum, credentes eos ſpiritu afflatos diuino, aliqđ cōmittūt ex ſuo genere malū, uel habens ſpeciē mali, ut faciūt hi q amplexibus, ſeu impudicitiis propterea opam dant, delicias pōpaſq; aſſumūt, nouitates ſingulares quas neſcierūt patres eorū ſub ſpecie ſanctitatis itroducūt. Nō sūt. n. hæc niſi carnis opa, & aliena a fructib⁹ ſpirit⁹, ut patet ad

K Gala. 5. Et ꝑpea ſi actus ſiāt peccati mortalis ex ſuo gñe, peccāt ꝓculdubio mortaliter tales actus facientes, utpote nō excuſati: quoniam iuris diuini, quale hoc eſt ignorantia nō excuſat.

Concl. Concl.

Lib. 8. cap. 17. a medio to. 5.

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dr̄, q̄ prophetia datur ad utilitatem, iuxta tñ conditionem prophetæ. Nā prophetia prophetatum receptorū ab Eccleſia, datur ad utilitatem, ut quid neceſſario amplectendū: prophetia uero prophetarum non receptorum ab Eccleſia, datur ad utilitatem, tanq̄ aliquid prius probādum & diſcutiendum, antequàm cum periculo aliquo amplectatur. Nec hoc eſt ſpernere prophetias, ſed eas probare.

